



6132
J.W. A. 12

Alexander

THE
WILLIAM R. PERKINS
LIBRARY
OF
DUKE UNIVERSITY




Rare Books

62 131. Ind. 12

L E R S E .







Z. Webber del.

G. Appelriens sculps.

LUGD. BATAV. Ex Officina HACKIANA . 1673 .





ALEXANDRI AB
ALEXANDRO,
JURISPERITI NEAPOLITANI,
GENIALIUM DIERUM
LIBER QUINTUS.

C A P U T I.

*Locus ex Martiale, apud Gabrielem Altilium in convi-
vio familiaris invicem discussus.*

ND Gabrielem Altilium, virum modestissi-
mum, doctissimumque, cum quo mihi à prima
adolescentia intima familiaritas fuit, quod is
tunc ad pontificatum electus fuerat, nos &
aliquot bonarum artium studiosi juvenes, summo loco nati
Neapoli, congratulatum veneramus: ad quem ut venimus,
excepti ab eo comiter & benigne fuimus. Cumque com-
plexi hominem in primis ædibus, post mutuam salutatio-
nem, lætis precationibus ei gratularemur, eumque hono-
rem sibi à diis fortunari, & quod nobis diu in optatis fue-
rat, id nunc magnæ voluptati esse, ac bene locatum in ho-
mine morum honestate & omni doctrina conspicuo, spe-
rareque illud sibi, & urbi nostræ ornamento cessurum, pro-
fiteremur: post mutuos inter nos mira suavitate editos
sermones ad multam diem, cum jam advesperasceret, &
cœnæ tempus appeteret, indeque nos digredi volentes

universi assurgeremus, impense rogavit, invitavitque nos diu recusantes, atque exceptit ipse admodum placidus & mitis, non grandi convivio, sed cœnula non injucunda, miniineque sumptuosa & petulantia, verum admodum eleganti & frugi: olerum scilicet ferculo, thyrsis viridibus, minusculis cauliculis teneris, tunc in florem eruūpentibus, leviter igni admotis, & pisciculis multo pipere & nuce conditis, cum præcoci uva, & primis pomis, ex Lucano suo, quæ ad se delata, secundas nobis mensas ipse præpararat. Cumque initi castoque inter nos procedente sermone, variato lusu, ad finem cœnulæ ventum foret, quempiam, qui ibi assistebat, raræ indolis puerum, forma & specie liberali, literulis satis aspersum, ad se advocavit, ac unumque inque nostrum per vices dicere jussit, quod quisque vellet sibi ab illo cani epigramma. Cumque nonnullis enunciatis versibus, quos miris modulis & concentu admodum suavi, perquam festiviter ad lyram ille decantarat, à quodam nostrarē in eo cœtu servata ejus vice, 'hoc epigramma prolatum fuit:

Quod non argentum, quod non tibi misimus aurum,

Hoc facimus causa Stella diserte tua:

Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti:

Fictilibus nostris exoneratus eris.

Quos versus quum admodum concinniter suaviterque ille fuisset modulatus: Quid est, Altilius inquit, quod hic auctor dicit, quod qui multas opes liberaliter largitus est, expetat ipse tantudem sibi reddi ab eo quem munere affecit, equidem ignoro: quum satis constet, quod is qui ingenue liberalis est, non id appetit, ut beneficium pro beneficio fœneretur. Siquidem munificentia & liberalitas, quæ magni animi est, avaritiae & appetentiæ, quæ semper pusilli fuit, dispar longe & diversa existit. Qui ergo munificus & liberalis est, & sponte largitur, is profecto ita liberalis est,

ut

T I R A Q U E L L U S.

t Flocepiogramma.] Id Martialis est lib. 5. epigramm. 6c.

I Ut

Martialis
locus
enunciatis.

Liberalis
hominis na-
tura.

ut quod dedit beneficium non mercetur : & quanto quisque magno & erecto animo est, ut ingentia largiatur, ita magni putat fuisse, multo plura & majora si posset largiri, neque beneficii collati unquam pœnitere. Alioqui qui opis emolumentive causa largitur, virtutis nomen amittit, ingentiaque eum animi bona fœdere necesse est. Neque enim ('ut Cicero inquit) si ob tuam causam cuiquam commodes, beneficium id putandum est, sed fœneratio. Contra vero avari & cupidi est, si quod forte munus erogavit, ^{Avari} tantundem aut multo plura postulare, & velut datae mer- ^{natura} cis premium ferre : quæ si, ut videtis, repugnantia sunt, quo nunc modo in unum coëcant, & in eodem subjecto sint, non sane intelligo. Quum ergo auctor hic dicat, quod qui magna dedit, quod officium magni & liberalis est, magna sibi postulet remitti, quod esse cupidi & avari satis constat, equidem eundem liberalis dantis, & avari reposcentis, animum in unum ponere videtur : quod esse minime potest, nec decet. Cumque vir quispiam haud sanc ineruditus, qui sermoni aderat, se maxime putare diceret, poëtam non ingenui & liberalis, sed cupidi & turpis animi vim naturamque hoc epigrammate designasse, quod usu compertum esset, alieni appetentem, ejus ingenii esse, ut si quid benigna manu dedit, præpostero more & turbato gentium jure, majora sibi reddi postulet : & ideo contra officium facit, qui ita beneficium dando fœneratur : istumque, qui cunque est, qui tam stolidè largitur, avari potius quam liberalis officium ferre. Nunquam, inquit Altilius, tam rusticæ musæ Martialem fuisse certe scio, ut quin liberalem exprimere ostendat, cupidum potius & appetentem designasse credatur, quum præsertim definito utatur verbo, absoluimusque, & ab omni prorsus candore alienum videri poterat, turpis animi potius quam vere ingenui vim exprimere voluisse. Et ad me conversus, quid censerem in hac re, potissimum interrogavit. Tum ego me arbitrari dixi, quod is qui

¹ Ut Cicero inquit.] Lib. de Finibus.

is qui munificus & liberalis est, licet ingenue largiatur, & libenter officium faciat, tamen natura ita esse comparatum, ut qui beneficium accipit, eo consilio & animo sit, ut illi à quo accepit, ad tantundem sponte obligatus maneat, eumque pari obsequio devinciat, ut similem, si occasio detur, gratiam referat, qui de se benemeritus fuit: idque fit, non animi appetentia, aut lucri spe suadente, sed quod ita homini natura præscripsit, ut ampla precia beneficiis demus. Siquidem ad promerendum nulla efficacior vis quam officium manet. Atque ita hoc perspicuum est, fixum homini ingenitumque fuisse, ut sicut se à vi & injuria tutari, & illata in contumeliam ulcisci, ac talionem reddere, jumente natura impellimur, ita collatum nobis officium alio officio pensare & conferre cogamur.¹ Nec tantum eadem mensura, sed multo majore, si potest, beneficium remunerari, & bene cumulata in gratiam referre decet, nec vocare ad calculos expensorum & acceptoruin.² Ideo non immerito Gratias, unam aversam, duasque nos aspicientes, tres, veteres effinxere, quia geminata gratia, & cumulatior ad nos redire debet:³ quarum nomina Pasithea, Aglaia, & Euphro-

¹ Nec tantum eadem mensura.] Hesiodus in libris operum & dierum,

Εἴ τοι μέτρον καλύτερον θέλεις, Εἴ δέ

λόγος εὐηγ

Aὐτῷ τοι μέτρον, καλύτερον τίκτε σύντε. Et ab eo Tullius lib. 1. Officior. monens imitandos agros fertiles, qui multo plus afferunt quam acceperint. De Hesiodi sententia Erasm. Chil. 1. cent. 1. cap. 36. Eadem mensura. Et nos abunde diximus in Commentariis nostris l. si unquam, in verbo, Donatio- ne largitus. num. 85. incip. Et ego.

² Idem non immerito Gratias.] Servius enarrans illud Virgilii l. r. Æn. ad fin.

— At memorille

Matri Acidalie.

Quod vero, inquit, una aversa pingitur, due nos respicientes, haec ratio est: quia profecta nobis gratia duplex solet reverti.

³ Quarum nomina.] Inter omnes

convenit tres esse Gratias: de nominibus autem non convenit. Hesiodus in Theogonia eas nominat Aglaiam, Euphrosynem & Thalian,

Τρεῖς δέ οἱ Εύφρωνοι Χίστειας τέκε
καλλιπάρης

Αγλαιών τε, καὶ Εύφρωνος, Θαλιών τε γένεται.

Sed Homerus Iliad. lib. 14. unam il-

larum Pasitheam appellavit,

Ἡ μέση δώδεκαν χειρῶν μίαν ἀπλο-

τεργάνων

Πασιθέην, ἵνα τις αὐτὸς ξελθομειῇ μηχ-

τα πόντα.

Quem sequutus Statius lib. 2. Thebaidos sic infit,

Νον hoc Pasithea blandarum primasō-

rorum.

Ubi Lucretius interpres hanc dicit es-
se unam Gratiarum: alias autem vo-

carri Aglaiam & Euphrosynam.

Euphrosyne.¹ Apud Lacedæmonios traduntur duæ, ab ^{Gratia-}
^{tiarum}² Homero una, uxor Vulcani: illarumque ædes in foro
 medio veteres posuere, ut gratia meriti cuivis in promptu
 foret, atque ad promerendum quisque esset facilis & ex-
 peditus. Quod quidem jus naturæ est, nullo jure civili aut
 plebiscito. ³ Itaque si quis eum, qui de se benemeritus
 fuit, illiberali animo, alio officio non demeretur, neque il-
 lud gratae acceptum fert, quippe qui nihil adjumenti, nihil
 opis confert: is, profecto tanquam violator humani juris,
 ita de officio decedit, ut omni humana ope indignus, in-
 grati, criminosi, & mali hominis suspicionem non evadat,
 simulque famæ jacturam facere certum sit. ⁴ Quod apud
 Athenienses⁵ & Macedones lege cavebatur, ut haud secus ^{Lex}
 adversus male meritos ingratii actio detur, jus judiciumque ^{Athenien-}
 dicatur, ac si ære alieno, aut gravi crimine nexi forent: ^{suum,}
 nam beneficij memoriam (⁶ auctore Demosthene) qui re-
 cipit, habere debet: qui vero dedit, statim oblivisci. ^{C Ma-}
^{cedo-}
 sa quoque illum, qui accepto beneficio gratiam, quum ^{in in-}
 possit, non refert, gravi poena prosequuntur, in euinque ^{gratos.}
 lege agere licet, tanquam magno esset scelere pollutus. ^{Demo-}
^{sthenis}
⁷ Germani contra: nam collati beneficij merito nihil sibi ^{di Etim.}
 deberi putant, neque acceptis obligantur. Quum ergo ^{Perse-}
 auctor hic dicat, eum qui magna dedit, magna sibi velle ^{Ger-}
^{mansi.}
 remitt-

¹ Apud Lacedæmonios traduntur duæ.] Scilicet Clyta sive Clyto & Phœnua Thaygetæ filia. Pausanias lib. 3. &c 6. & Plinius lib. 9.

² Ab Homero una, uxor Vulcani.] Scilicet Iliados 18.

Tὸν δὲ ἀερμολόποτα χάρις λιπαρό-
 υπὸδευτὸν
 Καλὴ, τὸ ποτὲ φειλυτὸς αὐτογενῆς.
 Quo etiam spectat illud Plinii lib. 35. cap. 10. Deesse iis unam illam Venerem dicebat, quam Græci Charitavocant: & quod Phanutius tradit unam Gratiarum Vulcani esse conjunctam: ea forte, ut dicit, ea sua, quod que arte fiunt, opera ēn
 χρέοι dicuntur.

³ Itaque si quis eum.] Hæc ex Seneca in libris de Beneficentia.

⁴ Quod apud Athenienses.] Valesius Maximus lib. 2. c. 1. & expressius lib. 5. c. 3.

⁵ Et Macedones.] Seneca lib. 3. illius operis de Beneficentia, tradit apud ipsos Macedonas solos datam esse adversus ingratos actionem.

⁶ Auctore Demosthene.] In Oratione de Corona.

⁷ Perse quoque.] Xenophon lib. 1. Pædix Cyri.

⁸ Germani contr.] Corn. Tacitus lib. de Moribus Germanorum.

remitti, non cupidi aniūm pensare voluisse putandum est, sed liberalis potius & ingenui, quodque natura jubente cogimur, ut eum qui beneficia in nos contulit, alio officio devinciamus, certa stabilique sententia multa majora, & quam maxima largiri: ¹ quæ obligatio, ad ἀνθεκτα διcta est: beneficium enim cui collatum est, ad promerendū naturæ lex obligat & devicit. Est, inquit Altilius, ita ut dicis, possetque veritas carminis & mens auctoris ex tuo sensu facile judicari, promptaque & expedita defensio foret, nisi aliud ex contextu verborum liqueret. Sed in hoc ego anceps adhuc & dubius sum, quod poëta istud non naturæ tribuit, sicut tu asseveras, ut ea cogente, qui beneficium accepit, alio officio obstrictus maneat: sed hoc tribuit voluntati dantis, illo scilicet qui sponte largitur, quique beneficium contulit, id postulante. Namque his uititur verbis:

Si quis magna dedit, voluit sibi magna remitti.

Quod verbum cupidi & expertentis est, & propterea avari. Convincimur ergo, auctorem potius benemerentis voluntatem, quam vim naturæ, pensitare voluisse. Et quum is qui largitur, eo animo sit, ut ob gratiam meriti tantundem repetat: profecto appetente & turpe animum, non autem ingenuum & liberale, præferre videtur. Ergo avari potius, non autem prompte liberalis animum poëta expendere voluit. Tum ego, Est, inquam, quod dubitetur: sed tamen, si vera & salubri ratione rem pensitare volumus, qui mihi naturæ imperio ad dandum faciendumve devinctus manet, eundem mihi velle obnoxium manere, qui à me officium accipit, profecto non negaverim, ut dare facereque teneatur, quod natura imperat, quodque jura divina & humana volunt, ne subeat ingrati culpam: licet ego libenter dem, & ingenue liberalis sim. Neque propterea animum videor deturpare, quod in

¹ Quæ obligatio, ad ἀνθεκτα διcta est.] Ulpianus in l. sed et se lige. S. consuluit. ff. de pet. hered.

in quem beneficium contuli, eundem obnoxium mihi esse volo. Igitur quum lege naturæ, qui beneficium accipit, debitor maneat, proculdubio me velle, quod mihi naturæ imperio debetur, non negaverim: neque propterea liberalis officium imminuo, aut deturpo. Nam gratiæ debitio ita homini ingenita est, ut divelli nullo modo queat: quam dantem appetere, velut promeritum, non est contra officium: nisi sit fortasse quod tu secus arbitrere. Tum Altillus miti, ut erat, ingenio: aut hoc inquit verum est, quod modo dixi, aut profecto sua tempora, in quibus qui multa dabant, multa repetere volebant, festiviter (ut solet) poëta hic criminatur.

C A P U T II.

*Quot plebis tribuni à primordio urbis fuerint, quæve potestas,
Et qui consulari potestate, Et qui tribuni ærarii.*

T'Ribuni' plebis, qui post secessionem ad sacrum mon-

Trilu-
tem, ut essent præsidio adversus potentiam magistra-
ni ple-
tuum, creati sunt, bini à principio fuere, ² C. scilicet
Licinius, & P. Albinus, è plebe homines, comitiis cu-
riatis creati, qui tres collegas sibi desumpsere, ita ³ ut quin-
que essent qui plebis tribunatum gererent, singuli ex sin-
gulis classibus: cautumque fuit, ne cui patricio eum gere-
re honorem liceret. ⁴ Cumque propter crebras patrum &
plebis contentiones seditio glisceret magis in dies, tribu-
norumque numerum augeri oporteret, qui munimentum
essent

T I R A Q U E L L U S.

I Tribuni plebis.] Livius 1. Decad. lib. 2. non uno in loco. Sed hæc aliter Dionysius Halicarnassæus lib. 6. non longe à fin. sic scribit, Plebs curiatis co-
mutatis annuos magistratus creavit I. Ju-
nium Erutum, C. Scenium Bullatum, quos
& ante a Duees habuerat, cum hisque C.
& P. Licinios, & Sp. Icilium Rugam.
Hi quinque primi Tribunitiam potestatem
aceperunt ad quartum Idum Decem-

brium, quemadmodum fit & hoc tempore.

2 C. scilicet Licinius & P. Albinus.] Alios nominat Plutarchus in Coriolano, & Asconius Pædianus in Orat. Cicero. pro Cornelio.

3 Ut quinque essent.] Pædianus & Dionysius Halicarn. ubi supra.

4 Cumque propter crebras.] Livius 1. Decad. lib. 3. Halicarn. lib. 10. Pædianus ubi supra, Valerius Max 1.9.c.7. post princ.

Tribuni decem. essent libertatis, à L. Trebonio rogatione promulgata; trigesimo post exacto anno caustum fuit, ut decem numero potestas finiretur, binique ex singulis classibus fierent, qui iterum ac tertio refici, & in sequentes annos à seipsis creari poterant. ³ Tametsi, ne eosdem tribunos populus videret, ⁴ neve collegam cooptare jus foret, præcipua lege exceptum fuerit: qua lege cavebatur, ut essent sacrosancti, ⁵ in hæc verba: Plebs quos pro se contravim, auxilii ergo, decem creaverit, tribuni ejus sunt: quodque hi prohibuerint, quodque hi plebem rogassent, ratum esto: sanctique sunt, neve plebem orbam tribunis relinquunto. & infra: ⁶ Qui etiam eo potestatis venere, ut comitia consulum ⁷ prætorumve, ⁸ & aliorum magistratum habere, & ne quid fieret, inhibere, ⁹ senatum dissolvere, ¹⁰ reliquis tribunis, & quibuscumque magistratibus diem dicere, ¹¹ ærarii curam gerere, patri-

¹ Trigesimo post.] Trigesimo sexto dicit Livius ubi supra.

² Decem.] In hoc numero etiam concordat Cicero in Orat. in Vatinium non semel: quanquam aliquando undecim fuisse legimus. Nam & Livius 1. Decad. lib. 4. scribir L. Minutum undecimum fuisse tribunum plebis cooptatum. Sed tamen ibi vide.

³ Tametsi eosdem.] Livius l. 2. Decad. 1. & alibi quoque dictum est.

⁴ Neve collegam.] Idem Livius eisdem Decad. lib. 4. Tranquillus tamen in Augusto, c. 27. ad finem scribit, Augustum potestatem Tribunitiam perpetuam recepisse, & in ea semel atque iterum per singula Iusta collegam sibi cooptasse. *

COLERIUS.

* Vide Cornel. Tacitum lib. 3. Annal. & Dionem lib. 42.

TIRAQUELLUS.

⁵ In hæc verba.] Apud Ciceronem lib. 3. de Legibus. Ex quo intelliges, hic emendanda plurima verba hujus legis. Quod autem sacrosancti essent, videre licet ex Dionysio Halicarnas-

eo lib. 6. ad fin. ubi etiam d. legem scribit.

⁶ Qui etiam eo potestatis venere.] Livius 1. Decad. lib. 3. & alibi quoque dictum est supra lib. 1. cap. 3.

⁷ Prætorumve.] Dion. Halicarnass. lib. 8.

⁸ Et aliorum magistratum.] Diximus supra lib. 1. cap. 3.

⁹ Senatum dissolvere.] Livius 1. Decad. lib. 4. non multo post princip. & Appianus lib. 2. bellorum Civilium, ubi de Curione Trib. pleb. loquitur, & supra diximus d. lib. 1. c. 3.

¹⁰ Reliquis tribunis.] Gellius 1. 13. cap. 12. scribit Tribunos plebis habuisse summam coercendi potestatem: jus vocandi non habuisse.

¹¹ Ærarii curam gerere.] Pomponius Jurisconsultus in l. 2. ff. de orig. juris. *

COLERIUS.

* Varro lib. 4. de ling. Latin. Tributum dictum à tribubus, quod ea pecunia, que populo imperata erat tributum à singulis, proportione census, exigebatur, ab his ex que adsignata erat, attributa

¹ patricios cogere, ² mulctam irrogare, atque senatus ³ decreta approbare & improbare poterant: coque quod tribuni plebis sanxissent, ⁴ lege ab Hortensio lata cautum fuit, ut omnes tenerentur. Hinc quæ à tribunis plebis edita sunt,

plebi-

tum dictum: ab eo quoque, quibus adtributa erat pecunia, ut militi redderent, tribuni ærarii dicti. Ascon. Pedianus in Verrin. Pecunia, inquit, adtributa est, que in stipendum militum, de arario à tribunis ærariis adnumerari Questori solet.

TIR AQUELLUS.

¹ Patricios cogere.] Quando primum Tribuni pleb. senatum convocare aggressi sunt, meditata oratione scribit Dionysius Halicarnass. lib. Antiquit. 10.

² Mulctam irrogare.] Livius 5. Dec. lib. 5.

³ Decreta approbare.] Nam cum L. Manlius Acidinus à Senatu imperi transset, ut ex Hispania decedens, ovans urbem rediret, prohibitus est à M. Porcio Lecca Trib. plebis, ut retulit Livius 4. Decad. lib. 4.

⁴ Lege ab Hortensio lata.] Plinius lib. 16. cap. 10. non multo post princ. Q. (inquit) Hortensius Dictator, cum plebs secessisset in Janiculum, legem in Esculetum tulit, ut quod ea iussisset omnes Quirites tenearent. Lælius Felix ad Q. Mutium apud Gellium lib. 15. capite 27. Ita ne leges quidem proprie, sed plebiscita appellantur, que Tribunis plebis ferentibus accepta sunt. Quibus regationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortensius Dictator eam legem tulit, ut ex jure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. Et hujus quoque legis meminit Pomponius Jurisconsultus in l. 2. §. deinde cum esset ff. de orig. jur. in hæc verba, Deinde cum esset in civitate lex duodecim tabularum, & jus civile, essent & legis actiones, evenient ut plebs in discordiam cum patribus perveniret & secederet, sibique jura constueret, que plebiscita vocantur. Mox cum revocata esset plebs, quia multæ dif-

cordia nascabantur de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea observari, lege Hortensia lata, & ita factum est, ut inter plebiscita & leges, species constitundi interesset, & potestas eadem esset. Et Justinianus in §. plebiscitum. insit. de jur. natur. gent. & civil. Sed &, inquit, plebiscita lege Hortensia lata non minus & alio quam leges exaperunt. Et hujus quoque Hortensii Dictatoris, qui plebem, que in Janiculum secesserat, revocavit, meminere Jul. Florus epit. Livii lib. 11. ad finem. & Divus Augustinus de Civitate Dei, lib. 3. c. 17, Quæ eo volui dicere, quoniam legitur apud 1 iuvium 1. Decad. lib. 3. L. Valerium & M. Horatium Coss. cum veluti in controverso jure esset, tenerentur patres plebiscitis, legem centuriatis comitiis tulisse, ut quod tributum plebs iussisset, populus teneret, id est, ut id propter imbecilliores interpreter, universos cives, comprehensis etiam patriciis & Senatoribus, ut etiam diserte declaratur in d. §. plebiscitum. Subjungit autem Livius, Qua lege Tribunicis rogationibus telum acerrimum datum est. Et eadem proponendum scribit Dionysius Halicarnass. lib. 11. Sed & ipse Livius 1. Decad. lib. 8. tradit, T. Amylium Mamercum Consulem, dixisse Dictatorem Q. Publum Philoneum suum collegam, qui tres leges secundissimas plebi, adversas nobilitati tulit: Primam ut plebiscita omnes Quirites tenerent, ut ex his aperte intelligas, non Hortensium Dictatorem primum eam legem plebiscitorum tulisse: sed antea non semel latam suisse. Sed quia, verisimile est, non passim observabatur, resistenteribus semper patribus, tandem & tertio lata est ab ipso Hortensio, denique perpetuo observata. Ex quo & Horren-
sia dicta est.

Plebi- plebiscita dicuntur. Fuitque præcipuo quodam jure ex-
 celsa & insolens tribunitia potestas, ¹ adeo ut M. Ve-
 unde dius. Etium in capitibus dimicationem venisse, & ultimo affectum
 Pot- supplicio fuisse, quod transeanti tribuno non decederet
 estri- bunitia de via, scriptum invenianius, ² donec Sylla rerum potens,
 infor- cum reipub. imperitaret, tribunitiam potestate ita fre-
 lens. git & comminuit, ut legem ferret, ne cui qui tribunatum
 Hanc com- gessisset, ad alios honores pateret aditus, velut indignus
 muni- honore publico semper futurus. Intercessionem tamen
 Syl. liberam tribuno nihilominus reliquit, ³ quam postea Ti-
 berius Gracchus in tribunatu collegis abrogavit. ⁴ Quæ
 Inter- quidem ⁵ intercessio etiam prætoribus competebat: quippe
 cesso tribu- intercedere etiam Prætor prætori poterat: ⁶ qui licet tan-
 nis re- tæ potestatis foret, ut etiam ⁷ consulem in carcerem du-
 biliat. cedere, dictatorique comminari, & multam irrogare pos-
 set:

¹ Adeo ut M. Vectium.] Plutarchus in vita C. Gracchi.

² Donec Sylla.] Cæsar Comment. belli Civilis libro 1. non multo post princ. scribit Syllam omnibus rebus nudasse Tribunitiam potestatem, cui tantum intercessionem liberam reliquit. Q. Cicero sic inquit apud M. Tullium Fratrem libro 3. de legibus, *Quam ob rem in ista quidem re vehementer laudo Syllam, qui Trib. plebis sualege iniuria facienda potestatem ademerit, auxiliis ferendi reliquerit. Pompejumque nostrum in ceteris rebus semper amplissimis summisque effero laudibus: de Tribunitia potestate tacco: neque enim reprehendere libet, neque laudare possum. Appianus bellorum Civilium lib. 1. Sylla Dictator, inquit, Tribunitiam potestatem adeo perfregit ac debilitavit, ut sere ad nihilum redegerit, cum ex lege prohiberet, cum qui Tribunitiam gessisset, ultorius potestatem habere posse. Florus epitom. Livii 89. scribit omnem ferendarum legum potestatem Trib. plebis à Sylla ademptam fuisse. Præter hos vide Suet. in Cæsare cap. 5. Asconium Pedianum in Orat. Cicero. pro Cornelio Balbo, & 3. in Verrrem act. ad fin.*

³ Quam postea Tib. Gracchus.] Plut. in vita illius.

⁴ Quæ quidem intercessio.] Asconius Pedianus in 3. in Verrem act.

M E R C E R U S.

⁵ Intercessio Prætoribus competebat.] Non solum Prætoribus, sed cuilibet majori potestati. Prætorem Consul vetare poterat habere comitia, populum vocare, concessionem habere, & alia multa jure sui magistratus agere. Unde Cic. in leg. Par, majore potestas, plus valeto. Id confirmant omnes historiæ. Vetare autem nihil est, quam intercedere. Nam & ipsi Tribuni plebis, quorum quasi peculiaris erat intercessio, cum intercederent, nullo alio verbo utabantur quam verbo, *Veto*. Testis Livius lib. 6. Agitatum, comitia indicite Patres, Tribunis militum creandis. Faxo ne juvet vox ista *Veto*, quanunc concinentes collegas nostros tam leti auditis.

T I R A Q U E L L U S.

⁶ Qui licet.] Scilicet Tribunus plebis, ad eum enim reddit.

⁷ Consulem.] Vide supra lib. 1. c. 3. num. 8. & 9.

set: ¹ si quid tamen scelesto consilio contra commoda tribu-
plebis gessisset, aut exorta offensione apud collegas minus
juste intercessisset, poterat ei à reliquis tribunis dies ad
populum dici, jussuque populi aut tribunorum in carce-
rem duci eique tribunatus abrogari, & in exiliu agi, &
senatu amoveri. ² Cn. enim Tremelio tribuno pl. in cri-
men adducto, quod M. Aemylia Lepido pontifici maxi-
mo convicium fecisset, contumeliaque & probris affec-
set, à populo mulcta dicta fuit. ³ Et L. Cottam tribunuim
plebis, quiuin æs alienum abnegaret, eo quod in jus vo-
cari, & magistratus imperio cogi non posset, collegæ illu:m
coëgere, comminatique sunt, nisi æs solveret alienum, se
creditoribus illum dedituros, si postulassent. Aliique tri-
buni suffragio populi sëpe coërciti fuere, penes quem
coërcitio tribunorum fuit. ⁴ Sed tametsi tribunatus, plebis
foret magistratus, ⁵ sequutis inde temporibus, à plebe ad
senatum translatus fertur: ita ut senatores & ⁶ patricii tri-
bunatum gerere amplissimum munus putarent: quod post
Tremelio trib. & populo. Cn. Treme- lins. L. Cot- ta.

Syllæ patricios.

¹ Si quid tamen.] Livius 1. Decad. lib. 5. & Plutarchus in Tiberio Graccho.

² Cn. enim Tremelio.] L. Florus epitom. Livii libro 47. in princ.

³ Et L. Cottam.] Val. Maximus 1.6. cap. 5.

⁴ Sed tametsi Tribun.] Et non populi, ut dicit Appius apud Livium 1. Dec. lib. 2.

⁵ Sequutis inde temporibus.] Livius 1. Decad. lib. 3. ubi dicit duos patricios consularesque Sp. Tarpejum & A. Aterninum in Tribunos plebis fuisse cooptatos, & iterum libro 4.

M E R C E R U S.

⁶ Patritii.] Certe colligas ex Historia Romana duo valde inter se pugnantia. Prius: Patritiis interdictum tribunatum plebis. Postterius: Licuisse plebi quos vellet Tribunos creare. Imo, de facto hunc honorem aliquando detulisse Patritiis, ut legas apud

Livium libro 2. Tribunos plebis sibi cooptasse duos patritios, & consulares: Sp. Tarpejum, & A. Arterium. Cetera, vix legas ullum patricium gessisse hunc magistratum. Nec video quomodo hęc duo possint conciliari, nisi dicas interdictum quidem Patritiis petitionem Tribunatus, non autem eum Magistratum. Nec obstatisse quin eum Magistratum caperent, si modo vel à plebe, vel ab ipsis Tribunis plebis e-veharentur ad eum honoris gradum. Non est vero dubium, quin post legem Atiniam, Senatores potuerint petere tribupatum, si modo plebejæ gentis essent. Adeo ut postea mos invaluerit, ne quis eum Magistratum peteret, nisi jam senator foret. Colligas ex Suet. qui tradit Augustum Tribunos ex E-quitibus Romanis creasse, si candidati senatores decessent. Itaque, qui tunc tantum plebejus erat, vix poterat ad eum Magistratum aspirare qui proprius erat plebis.

Tribu-
norum
potestas
autem.
Lex c.
Cotta.
Syllæ tempora observatum invenimus,¹ in tantum, ut ex-
tra urbem tribuno provincias demandari, illisque cum im-
perio præfuisse, exercitus ductasse, fascesque & lictores
habuissé legamus. ² Primusque Cotta legem tulit, ut tri-
bunus gerere honores, & provinciis præfesse, ac magistratus
extra urbem sortiri posset. ³ A principio enim extra urbem
ultra mille passus tribuno nulla erat potestas aut imperium.
⁴ Demum Cæsares tribunitiam potestatem tam cupide
appetiverunt, ut magni muneric loco, proque regali pote-
state illis delata sit: ⁵ quippe Augustus, ne regis aut dicta-
toris

TIR AQUELL U S.

¹ In tantum, ut extra urbem.] Id
quod ex sequentibus appetet.

² Primusque *Cotta.*] Ascon. Pedia-
nas in Oratione Cic. pro Cornelio.
Cicero autem in 3. in Verrem actio.
scribit Q. Opinium addetur in ju-
dicium, verbo, quod cum esset Tribu-
nus plebis, intercessisset contra legem
Corneliam, quod in Tribunatu dixis-
set contra alicujus hominis nobilis
voluntatem. Ubi Asconius, ut *Tribuni*
plebis, inquit, aliorum quoque magis-
tratum capessendorum potestatem haberent,
persuasione dicitur hanc legem *Opinius*.

³ Aprincipio.] Livius 1. Decad. li-
bro 3.

⁴ Demum Cæsares.] Id probat se-
quentibus exemplis. Sed hic quoque
pertinet quod scribit *Aelius Spartan.*
in vita Adriani post princip. *Tribunus*
plebis factus est *Candido* & *Quadrato*
iterum *Coss.* in quo magistratu ad per-
petuum Tribunitiam potestatem omen sibi
factum offerit, quod penulas amiserit,
quibus uti Tribuni plebis pluriae tempore
solebant: Imperatores autem nunquam.
Flavius Vopiscus in Aureliano dicit
Tribunitiam potestatem esse partem
maximam regalis imperii. & vide in-
fra in verbo, *Licet vero Vespasianus*.

⁵ Quippe *Augustus.*] Appianus I. 5.
belli Civilis tradit Augustum perpe-
tuum plebis Tribunum à Romanis
fuisse delectum, ut à primo magistra-
tu ipsum averterent, hisque auspiciis

initiisque eum Tribunitiam potesta-
tem suscepisse, quam tamen, immo-
r promissionis, ad fulciendam mo-
narchiam deponere noluit: atque in-
super in privignos suos Tiberium &
Drusum transfudit. Suetonius quoque
in vita illius, cap. 27. *Tribunitiam*, in-
quit, potestatem perpetuam recepit. Dion
item in vita ejusdem rationem reddit,
cur Trib. potestatem perpetuam reti-
nuerit. Cornelius Tacitus lib. 3. de
potestate Tribunitia loquens, *Id. ait*,
*summi fastigii vocabulum Augustus repe-
rit*, ne Regis aut Dictatoris nomen assu-
meret, ne tamen appellatione aliqua ca-
teret premineret. * Sed ante lib. scilicet
1. describens pompam funeris Augu-
sti, sic scribit, *Continuat a pertriginta*
septem annos Tribunitia potestas. Ex qui-
bus Taciti locis Alexander hæc assum-
pli.

COLE R U S.

* Sed hoc refutat Dion lib. 42 ubi
scribit, Cæsarem admisisse ut Dictator
in integrum annum diceretur, & Tri-
bunitiam potestatem per omne ævum
haberet.

M E R C E R U S.

Quippe *Augustus.*] Ne putas ex hoc
loco Augustum primum usurpare Tri-
bunitiam potestatem. Ante Augu-
stum eam ceperat Julius Cæsar, & ejus
instituto extiterat. Dio lib. 42. *Cæ-
sar* hoc accepit, ut quinque continuis annis
consulatum gereret, ut dictator non in se-
mestre tantum spatiat, sed in integrum
annum

toris nomen assumeret, tribunitiam potestatem velut sub-
lime fastigium, & summa potentia subnixus foret, per se-
ptem & triginta annos perpetuam gessit.¹ Quam etiam Tiberius in quinquennium accepit: ^{Augu-}
^{flus}
conferri à populo pro summo decore habuit.² Et dein-^{nus}
ceps Otho, & sequuti Cæsares, amplissimi imperii loco ^{septem}
appetivere,³ licet sero Vespasianus illam fuerit assequutus.^{& tri-}
^{annis.}
^{Anni}
^{com}
Adeoque processit tribunitia potestas, ut aëtum aliquan-^{pora}
do fuerit in senatu, ut non à consulibus, sed ab his qui tri-
bunitiam gererent potestatem, annos & tempora dinume-^{nis, an-}
rarent. Postea vero à Nerone illi ordini infenso, tribu-^{à consu-}
norum facultas maximis editis coercita fuit, cautumque ^{nume-}
severe, ne tribuni jus prætorium aut consulum præripe-^{raren-}
rent, ^{cepta-}
^{tum.}

annum diceretur. Adhæc tribunitiam po-
tentiam per omnem suam vitam haberet.
Augustus tamen ut loquitur Cornelio
Tacit. Annal. 3. id summi fastigii voca-
bulum repperit. Quomodo ergo verum
dixerat Dio? Quod aliqui dicunt Cæ-
sarem publice non prætulisse nomen
Tribuni, confutare videtur Dio, qui
tradit Cæsarem assidere solitum inter
Tribunos plebis, & omnia eorum
munia obire. Quid ergo dices? An falsus
falsus Tacitus? Absit. An Dio? Non di-
co. forte tamen id vocabulum non fuit
summi fastigii sub Cæsare, sicut postea
fuit Augusto. Hoc tamen non satisfa-
cit. Forte etiam Julius Cæsar Tribu-
natum plebis re vera gerere voluit.
Cum interea cæteri Cæsares, ut auctor
est Dio lib. 53. nefas ducerent gerere
tribunatum plebis, & solam potesta-
tem tribunorum asumpsissent, cum in-
terea alios Tribunos crearent.

T I R A Q V E L L V S.

1 Quam etiam Tiberius.] Dion in
Augusto scribit Augustum Tiberto
potestatem Tribunitiam dedisse in
quinquennium.

2 Ipsamque Druso.] Tacitus lib. 3.
Tiberius, inquit, mittit literas ad Sena-
tum, queis potestatem Tribunitiam Druso
petebat.

3 Et deinceps Otho.] Tacitus lib. 17.
Decernitur, inquit, Othoni Tribunitia
potestas, & nomen Augusti, & omnes
principum honores.

4 Licet sero Vespasianus.] Suetonius
in vita illius, cap. 12. Sed superiori-
bus adde, quod Julius Capitolinus in
Antonino Pio tradit: ipsum Antoni-
num gratias in Senatu egisse, quod
factus esset patri (scilicet Hadriano) &
in imperio Proconsulari & in Tribu-
nitia potestate collega. Et in vita Ma-
crini: Denique Macrino statim & Pro-
consulare imperium, & potestatem Tribu-
nitiam detulerunt. Et in Maximino &
Balbino, Decretis ergo omnibus Impera-
toris honoribus atque insignibus, perce-
pta Tribunitia potestate, jure Proconsula-
ri, Pontificatu Maximo, patria etiam no-
mine meruerunt imperium.

5 Adeoque processit.] Tacitus lib. 3.
Marcus, inquit, Syllanus ex contumelia Con-
sulatus honorem principibus petivit, di-
xitq[ue] pro sententia, ut publicis privatisque
monumentis ad memoriam temporum, non
Consulum nomina prescriberentur, sed
eorum qui Tribunitiam potestatem gere-
rent.

6 Postea vero Nerone.] Hæc usque
ad clausulam, Sed præter hos, sunt Ta-
citi lib. 13.

rent, neve quempiam ex Italia evocarent, cum quo lege agi posset, neve quid intra domum pro potestate agerent, neve illatam mulctam à tribunis quæstores ærarii intra menses quatuor in publicas tabulas referrent. Sed præter

Tribuni consula si potestate. hos plebis tribunos, ¹ fuere & alii consulari potestate, anno trecentesimo decimotertio ab urbe condita, iisque auspicis quibus consules creati, tam ex plebe quam patribus.

Nam quum Canulejus legem ad populum ferre contenderet, ut ex plebe consules facere liceret, patresque ne consulatus cum plebe promiscuus foret, vehementer ob sisten-

Tribuni militu dicti. rent, eo res ducta est, ut tribuni militum consulari potestate fierent, tam ex plebe quam patribus: idemque juris quod consules haberent. Nam & sella curuli, & consulari-

prætexta, lictoribus & fascibus consularibus insignes erant: ac primo tres patricii creati, mox quum defectiones populorum, & tot simul orientia bella tres obire non valerent, illorum numerus auctus fertur, ² ut modo quatuor, modo quinque, ³ interdum sex, ⁴ nonnunquam octo crearentur, tunc quum à Romanis Veji diutino & gravi bello premebantur. Ad tantam enim belli molem, tribunorum auxerunt numerum, quot nunquam antea facti, ⁵ per quod tempus tribus annis sine consulibus Romana res fuit, ⁶ sicut

Roma- ni sine con- fulibus. decemviris legum ferendarum causa creatis, biennio defuere:

¹ Fuere & alii consulari potestate.] Hæc usque ad clausulam, *Donec desito,* sunt Livii 1. Decad. lib. 4. non uno in loco, & Diodori Siculi lib. 2.

² Ut modo quatuor.] Livius 1. Dec. lib. 4. sic scribit, *Quia duo Coss. obire tot simul bella nequirent, Tribunos militum tres creatos dicant, sine mentione promulgatae legis de Consulibus creandis ex plebe: & imperio & insignibus consularibus usas.* Idem eodem scribit, Tribunos militum Consulari potestate quatuor creatos fuisse: omnes jam functos eo honore.

³ Interdum sex.] Livius d. 1. Dec. lib. 4. & 5. in princ.

⁴ Nonnunquam octo.] Idem d. 1. 5. in princip. his verbis, *Romani auxere Tribunorum militum consulari potestate numerum; octo, quod nunquam antea, creati.* Sed adde aliquando decem ex eodem ejusdem Decad. lib. 3. Atque etiam senosdenos in quatuor legiones fuisse creatos à populo ex 1. Decad. libro 9. Sed vide an loquatur de Tribunis consulari potestate, an alias.

⁵ Per quod tempus.] Livius Dec. 1. 1.4. & 5. Imo & aliquando quindecim quoque annis ex eodem illo ipso 1. 5.

⁶ Sicut decemviris.] Idem Livius 1. Decad. lib. 3. Plinius Secundus de Viris illustribus c. 21.

fuere: donec desito tribunorum militum magistratu, & <sup>Confus
les de
plebe</sup> per ingentia certamina victo senatu, ut consules etiam de plebe fierent, ægre nobilitas passa est. In qua re admirari ^{tandem} succurrit, quod Pomponius Jureconsultus de origine juris literis prodidit, tribunos militares consulari potestate ad vigesimum numerum auctos Romæ fuisse: quod nunquam fando auditum, & apud auctores tacitum & prætermissum est, quum tot tribunorum imperia ambiguis decretis certissimo exitio reipub. fuissent. <sup>Tribu
ni æ-
rarii.</sup> Præter hos fuere ærarii ^{200.} tribuni, <sup>ex e-
questri</sup> ^{ordine} ex tertio judicium genere, quorum cognitio in pecuniariis & minoribus causis plerunque fuit: <sup>ad jun-
di se-
natori-
bus.</sup> quippe quum soli antea senatores judicarent, ob eamque rem invisi plebi fierent, C. Gracchus rogatione promulgata, trecentos ex equestri ordine adjecit judices, parem senatoribus numerum, ut metu communicati imperii judicia æqua lance pensitarent: judicaruntque aliquamdiu judicia integræ & incorrupte. Victor deinde Sylla, sublatis equestris ordinis judiciis, solos senatores juris cognitionem habere, & judicia ferre jussit: qui annis decem licenter judicia exercuere per turpitudinem & fordes, <sup>Aure-
lius</sup> donec ab Aurelio prætore, alia rogatione iterum communicata judicia fuere senatui, equitibus, & tribunis ærariis: ^{Prator} <sup>sen-
atum.</sup> quæ lex judiciaria <sup>Equi-
ties,</sup> <sup>Tribu-
nos æ-
rarios</sup> <sup>conju-
xit ju-
diciis</sup> <sup>exer-
cendis.</sup> dicta

¹ Ut consules etiam de plebe fierent.] Livius 1. Dec. lib. 6. ad fin. Idem Plinius d. lib. c. 25.

² Quod Pomponius Jureconsul.] In L. 2. §. deinde cum post ff. de orig. jur.

³ Præter hos fuere.] De quibus Plinius lib. 34. c. 1. & Festus Pompejus lib. 1. non multo post princip. & ii quos postea citabimus.*

C O L E R U S.

* Dixi jam initio hujus capituli: hoc tantum addere debuit, quod in Glossario legi ætarii ταριχη. Adde l. 42. ff. de jure fisci.

T I R A Q U E L L U S.

⁴ Ex tertio.] Asconius Pedianus in Orat. Cic. pro M. Scauro, pro L. Tom. II.

Cornelio, & pro Milone.

⁵ Quippe cum soli.] Id usque ad classulam, Victor deinde Sylla, est Plutarchi in vita Gracchorum. At Florus epit. lib. 60. scribit Gracchum legem tulisse, qua euestrem ordinem cum Senatu consentiente corrumperem nitebatur. Statuerat enim, ut trecenti Senatores essent, equites sexcenti, id est, ut equester ordo bis tantum virium haberet.

⁶ Donec ab Aurelio.] Idem Asconius in Orat. Cic. in Pisonem paulo ante fin. & in d. Orat. pro L. Cornelio.

⁷ Quæ lex judiciaria dicta est.] Cic. in dicta Orat. in Pisonem, & ibi quoque Asconius ad fin.

dicta est, quo tempore Verres peculatus criminis causam dixit: ¹ Quibus vetitum lege Gabinia fuit, ne ex syngrapha

*D. Ju-
dicia
ad duo
genera
rede-
git.*
dictio
ad duo
genera
rede-
git.
Quar-
ta ju-
dicum
decur-
ria.
Duce-
narii
adjun-
cti.
M.
Plautii
tex.
Quin-
ta de-
curia.

jus dicere liceret. ² Quos postea divus Julius nova constitutione abrogavit: nam judicia ad duo tantum genera redigit, equestris scilicet ordinis & senatorii. Tribunos vero aerarios, quod erat tertium, sustulit: quos deinde restitutos, & jura sicut prius dixisse, facile crediderim: siquidem ³ Augustus Cæsar ad has judicium decurias quartam adjecit, quæ ducenariorum dicta est, quæ de miniinis judicaret. ⁴ M.

deinde Plautius, nobilitate suffragante, tulisse ad populum dicitur, & per vicisse, ut singulæ tribus quindenos crearent judices, qui numerus sexcentos vigintiquinque explevit: inter quos erant senatores & plebejî, tribuni aerarii dicti. Quod compar fuit cum eo quod Athenis statutum comprimimus, ut à mille quadringentis, furti aut ambitus & injuriarum quandoque judicatum sit. ⁵ Post quos C. Caligula quintam adjecit decuriam, ⁶ Galba sextam adjicere recusavit:

¹ Quibus vetitum lege Gabinia fuit.] Cicero epist. ad Articum lib. 5. epist. ult. Et postea, ait, venit in mentem faxe- ratoribus nihil se juvare illud S. C. quod ex syngrapha jus dici lex Gabinia ve- taret. & lib. 6. epist. 3. Audio, in- quirit, omnino Scaptium pœnitere: nam quid S. C. esse dicebat, ut jus ex syngrapha dicereetur, eo consilio factum est quod pecuniam Salaminii contra legem Gabiniam sumpserant. Vocabat autem Auli lex jus dici de ita sumpta pecunia. Auli autem dicit, quod Aulus Gabinius Consul- em tulerat.

² Quos postea D. Julius.] Sueton. in Cæsare, c. 41. huc eadem ad verbum dicit.

³ Augustus Cæsar.] Suetonius in vita illius cap. 32. & vide Plinium li- bro 33. c. 1. ad fin.

⁴ M. deinde Plautius.] Cicero in Orat. pro Cornelio, Memoria, inquit, reneo, cum primum Senatores lege Plautia judicarent, hominem diis ac nobilitati

per invicem, Cn. Pompejum causam lege Varia de maiestate dixisse. Quem locum enarrans Asconius Pedianus, M. ait, Plautius Sillan. Trib. plebis Cn. Pompejo Strabone, L. Porcio Catone Coss. se- cundo anno belli Italici, cum Equester ordo in judiciis dominaretur, legem tulit adjuvantibus nobilibus: quæ lex vime am habuit, quam Cicero significat: Nam ex ea lege tribus singulæ ex eo numero qui- nos denos suffragio creabant, qui ev anno judicarent. Ex eo factum est, ut Senato- res quoque in eo numero essent, & qui- dam etiam ex ipsa plebe.

⁵ Post quos C. Caligula.] Sueton. in vita illius cap. 16. & Plinius lib. 33. cap. 2. afferentes uterque rei ratio- nem diversam.

⁶ Galba sextam.] Sueton. in Galba cap. 14. Judicibus, inquit, sextam decuplariam adjici precantibus, non modo negavit: sed etiam concessum à Claudio beneficium, ne hyeme initioque anni ad judicandum evocarentur, eripuit.

¹ Que

savit: ¹ quæ quidem diversis erant discretæ nominibus. Namque alii tribuni æris, alii selecti, nonnulli judices, plerique Nongenti nuncupati: ² quorum sortitio fiebat quo-
ties jura dicturi erant, ne quid doli astusve admitteretur, ^{Tribu-}
neve judicantis suspicio, judicij fidei elevaret. Illorum ^{norum} ^{sortitio} ^{in jure}
enim nomina insculpta tabellis, & in urnam conjecta, sorte ^{dicun-}
ducabantur. ³ Mansitque constitutum, ne quis ex novis ^{Novi}
civibus collegio adnumeratus, inter decurias judicaret: ^{cives}
^{inter}
^{decu-}
^{rias}
^{non ju-}
^{dica-}
^{bant.}
^{In Por-}
^{cia ba-}
^{silica}
^{jus di-}
^{cebant.}
⁹ utque in Porcia basilica, quam Cato erexit, non è tribu-
nali ⁵ jus dicerent, sicut prætores, ⁶ sed è subselliis: quod ⁷ qui-
bus etiam hoc curæ fuit, ut publicam pecuniam signarent,
illiusque curam agerent, fontiumque vincula servarent.
Verba legis fuere: Tribuni sunt, Domi pecuniam pu-
blicam custodiunto, Vincula fontium servanto, Æs, argen-
tum, aurum publice signanto. ⁸ Hoc quoque in meminisse ^{Tri-}
non pigebit, quod tametsi adversus reliquos magistratus ^{buni.}
jure sacrosanctæ potestatis, tribunis plebis intercedere li- ^{Horum}
ceat, ita ut uno intercedente, nihil reliqui decernere va-
leant: tamen adversus dictatoriam vim, ⁹ aut Vestales vir-
gines, quæ velut sacrosanctæ ab hominis tactu illæsæ ma-
nent, nulli tribunorum intercedere, vetare aut prohibere,
facultas est.

¹ Quæ quidem diversis.] Plin. libro 33. cap. 2. in princ.

² Quorum sortitio fiebat.] Hic omnino vide, quæ scripsimus in nostris Commentariis Primigenitorum c. 17. in 1. opin. num. 52.

³ Mansitque constitutum.] Plin. libro 33. cap. 1. in fin.

⁴ Utque in Porcia Basilica.] De qua dictum est supra, lib. 2. cap. 12.

⁵ Jus dicerent.] Scilicet Tribuni plebis ex Plutarcho in Catone Uticense, & in prob. c. 81.

⁶ Sed è subselliis.] Plutarch. ubi supra proxime, & Ascon. Pedianus in

Verrem act. 1. ibi, Alienum habet, hunc tamen à subselliis.

⁷ Quibus etiam hoc curæ fuit.] Legis in eam rem verba reperies apud Ciceronem lib. 3. de legib.

⁸ Hoc quoque.] De his vide omnino quæ dicta sunt supra lib. 1. cap. 4. num. 12. & multis seqq.

⁹ Aut Vestales virgines.] Vide infra eodem lib. 5. cap. 12. ubi de Claudia Vestali, quæ injussu populi patrem triumphantem complexa, ascenso simul curru usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset.

CAPUT III.

Quonam modo per faciales inirentur foedera, aut bella indicentur, & quid ab exteris servatum est.

Fecia-
les 20.
Fecia-
lum
mune-
rū

Feciales,¹ quos foederibus sanciendis, & rebus repetendis, ac bellis indicendis Romanos habuisse constat,² à Tullo Hostilio, seu Anco Martio,³ ut vero alii, à Numa Pompilio creatos fuisse liquet, qui ab antiqua gente Equiculis jura & verbâ solennia,⁴ quibus res repetuntur, & bella indicuntur, accepere. Horum collegium à principio viginti fuere, quibus, & patrkipatrato, ut nunquam in linea amictu uterentur, proprium fuit:⁵ qui tametsi foederibus sanciendis, & bellis indicendis,⁶ aut rebus repetendis,

qua-

TIR A QUELL U S.

1 Feciales.] Varro lib. 1. aut aliorum comput. 4. de lingua Latina, *Feciales*, inquit, quod fidei publice inter populos praerant: nam per hos fiebat, ut iustum conciperetur bellum (*& inde desistum*) & ut fædere fides pacis constitueretur. Ex his mittebant, antequam conciperetur, quires repeterent, & per hos etiam nunc sit fædus, quid fidus scribit Ennius dictum. De his vide Livium 1. Decad. lib. 1. Fenestellam, aut quisquis is est, de Romanoruim magistratis, cap. 9. Gellium lib. 6. cap. 4. Dionysium Halicarnassum lib. 2. ubi *fecialium officia & ritus* describit Plutarchus in Numa, & in Camillo, & prob. c. 62. & Servium in illud 1. Æn.

Regnque dedit, qui fædere certo, &c.

2 A Tullo Hostilio, seu Anco Martio.] Nam de his duobus Livius 1. Dec. lib. 1. in duobus locis agit.

3 Ut vero alii à Numa.] Plutarch. in vita illius. Liv. & Halicarn. ubi supra.

4 Quibus.] Servius lib. 12. Æneid. in eum locum,

— *Alii fontemque ignemque ferebant*

Velatilino, & verlena tempora vindicti. Atqui, inquit, *feciales & Paterpatratus*, per quos bella vel fædera confirmata-

bantur, nunquam ut ebantur vestibus lineis. Unde dicemus errore non factum, ut linea vestis contra morem adhiberetur ad foedera, quæ firma futura non erant. Scimus enim hoc utique servare Virgilium, ut rebus quibus denegatur exitus, det etiam infirma principia. ejusque rei adfert multa testimonia.

5 Horum collegium.] Varro de vita pop. Romani, apud Nonium Marcelum de Doctorum indagine, *Fecialesque*, inquit, *viginti, qui de rebus cognoscere, judicare, & statuere, constituerunt.**

COLER U S.

* Idem lib. 2. de vita pop. Rom. *Prisquam indicenter bellum iis, à quibus injurias factas sciebant, feciales legatos repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant.*

TIR A QUELL U S.

6 Qui tametsi.] Livius 1. Decad. lib. 1. in pluribus locis.

7 Aut rebus repetendis.] Neque enim licebat bellum movere prius quam *feciales missi* essent ad res repetendas, ex Livio 1. Decad. lib. 4. Tunc quoque ne confessim bellum indiceretur, neve exercitus mitteretur, religio obstitit: *Feciales prius mittendos ad res repetendas censuere, & vide paulo infra.*

I Tam en

quæ præter jus præterque fas ademptæ sunt adhiberentur :
¹ tamen si qui legati pop. Romani, qui jure gentium sancti sunt , à quovis populo aut natione violati forent , ut hi dederentur qui jura gentium temere violassent , per faciales Legato-
 & inviolabile , cum hominum præsidio munitum , tum di- torum
 vino jure defensum , quod etiam inter bella & hostium tela jus
 incolume servabatur. ² Fuit ergo proprium collegii facia- San-
 lium , tam de bellis justisque fœderibus , pactionibusque & tum.
 conditionibus populorum , Regum , terrarum & nationum ,
 quam de illatis injuriis , sociis , fœderatisque gentibus co-
 gnoscere , raptaque , & hostili modo devastata , belli jure
 repetere : tum si hostes æqua postulent , aut si præter le-
 gem fœderis se aliquid perpestos querantur , si sua sponte ,
 aut læsi & lacepsiti arma sumperint , si infida pax servanda ,
 si induciae aut bella juste indicta & pacta sint , si petita ex
 fœdere danda , si auctores defectionis descendendi , si contra
 fidem conventionis & jus gentium venire licet , animad-
 vertere : ⁴ belli pacisque jura exequi , & perpenso judicio
 æstimare . Quæ verba juris facialis sic habent : Belli , pacis ,
 fœderum , induciarum , oratorum , faciales judices sunt ,
 & infra . ⁵ Sed tamen ea fœdera pactionesque , quæ cum
 sociis

¹ Tamen si qui legati populi Rom.] Apposite verbo , dederentur , utitur . Nam qui fœdus violatant , ii ut populo , cuius fœdus violarant , dederentur , faciales postulabant . Varro ubi supra , Sic eujus , inquit , legati violati essent , qui id fecissent , quamvis nobiles essent , ut ci- vitati dederentur , statuerunt . Et è di- verso quoque , si qui Romani legatos exterarum gentium violassent , ii per faciales ipsiis legatis tradebantur , ut videre est apud Livium 4. Decad. I. 8.

² Erat enim veteribus .] Statius lib. 2. Thebaid.

— Sed iussa patris tutique regressus Legatio , justaque processus vicere sororis . Ubi Lucretius interpres , Tutti regres- sus , inquit , quia legatum nefas esset inter-

fici : Sacrosancta enim sunt legationis offi- cia . Citatque illud Ciceronis in 1. Orat. Orator etiam inter hostium tela in- columis versari potest .

³ Fuit ergo proprium collegii .] Varro lib. 2. & 3. de vita populi Romani apud Nonium Marcellum de Docto- rum indagine , & Plutarchus in Ca- millo .

⁴ Belli pacisque .] Cicero lib. 2. de legibus , ubi adscriptis hæc ipsa verba .

⁵ Sed tamen .] Livius 1. Decad. li- bro 9. sic scribit : Consules profecti ad Pontium in colloquium , cum de fœdere victor agitaret , negarunt iniussu populi fœdus fieri posse , nec sine facialis cere- moniaque aīa solenni . Et 3. Dec. lib. 10. non longe à fine . Tum (inquit) M. At-

Fecia- sociis inire decet, feciales sancire, aut pacta concipere, haud
 les ni- aliter poterant, quam si consulis aut prætoris auctoritate
 hil po- terant, intercedente, senatus consulo jussuque populi permisum
 nisi foret: injussu enim populi, aut citra senatus auctoritatem,
 preto- nihil sanciri posse quod populum teneat, haud dubium est.
 ris au- ¹ Fiebat enim senatus consultum in hæc verba, ut privas
 dorita- te, ^{ant} verbenas privosque lapides prætorem poscerent: qui ver-
 senatus consul- benam ex arce, & saginina (herbæ enim genus est) ² ac la-
 to in- pidem silicem ex templo Iovis Feretrii daret, fecialesque
 terce- dente. ea secum ferrent, ³ ac porca adhibita, vetere præfatione
 Fæde- priscis
 ris per- cutien- tilius & Q. Minutius Trib. plebis ad po-
 di cœre- pulum tulerunt, Vellent jube: entre Sena-
 monice. tum decernere, ut cum Carthaginensibus
 pax fieret, & quim eam pacem dare,
 quenque ex Africa exercitus deportare
 juberent. De pace uti rogat, & omnes tri-
 bus erant, jussérunt pacem dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare. Ex
 hac rogatione Senatus decretit, ut P. Scipio ex decem legatorum sententia, pa-
 cem cum populo Carthaginensi, quibus
 legibus ei videretur, saceret. Polybius
 lib. 3. introducit quempiam Carthaginensem hæc dicentem, Deinde et-
 cansi ictum fœdus fuerat, non tenerie o
 Carthaginenses, quod absque auctoritate
 Senatus & populi jussu ab Afrubale
 privato arbitrio ictum extitisset. Ad id
 adducere Romanorum exemplum,
 quod fœdus à Luctatio Cos. in Sicilia
 ictum, quia sine auctoritate populi
 Romani factum erat, infingi debere
 judicaverint.

¹ Fiebat enim Senatus consultum.] Livius ubi supra, paulo post ea quæ ex eo illic adduximus, feciales cum in Africam ad fœdris ferendum ire juberentur, ipsis postulantibus Senatus consultum in hæc verba factum est, Ut primos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent: ut Prætor Romanus his imperaret, ut fœdus ferirent, illi Prætorem saginina poscerent. Herba id genus ex arce sumptum dari focialibus solet. Plinius autem lib. 22. c. 2. Verbenam quoque ex arce sumi dicit. Sed & lib. 25.

cap. 9. de ea verbenam loquens, *Hæc est*, inquit, *quam legatos ad hostes serre judeavimus*: * & vide paulo infra in verbo, *Et verbenam.*

C O L E R U S.

* Varro apud Nonium: *Verbenarius* scerbat verbenam: id erat caducus pacis signum, nam Mercurii virgam possumus existimare. De hac vide & Ma-
 crob.

T I R A Q U E L L U S.

² Aelapidem silicem.] Festus Poimp. libro sexto ubi de Jove Feretrio. Vide omnino Polybium d. libro 3.

³ Ac porca adhibita.] Virgil. lib. 8. Æneid.

— Et cæsa jungebant fœdera porca. Sueton. in Claudio cap. 25, Cum regibus fœdus in foro dicit, porca cæsa ac veteri focialium præfatione adhibita. Et Servius enarrans illud ipsius Virgilii lib. 1. Æneid.

— Regemque dedit, qui fœdere certo
 Et premere, & laxas scire dare jussus
 habenas.

Fœdus, inquit, dictum est, vel à focialibus per quos fiunt fœdera, vel à porca fœde lacerata, citatque illud Virgilii supra adductum. Verum Livius non semel dicit porcum. Nam 1. Decad. 1. 1. de eadem re loquens, sic scribit, Si prior def: c' t' publico consilio, dolo malo, tu illo d. e Jupiter populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam. Et ejus dein Decad. lib. 9. statim post ea, quæ attulimus supra, ibi, Fiebat enim Sena-
 tus con-

priscis carminibus ad præstitutum diem in foro, seu ubi convenerat, enunciatis, ¹ facialis sceptrum manu tenens, pro Iovis simulacro, tanquam is fœderi adhiberetur, ² filo Ianæ capite velatus, ³ & verbena coronatus, ⁴ Iovem, Martem, cæterosque obtestari deos, & dira obsecratione precari debebat, ut si quis eorum fœdera violasset, aut illa sciens

tus consultum: subiungit, *Quid enim aut sponsoribus infœdere opus esset, aut obsidibus, ubi prectione res transigitur, per quem populum frat, quominus legibus dictis stetur, ut cum ita Jupiter seriat, quemadmodum à facialis porcus serietur.* Sed & Servius non satis sibi constans in enarratione illius loci 8. A. E. N. *Falso*, inquit, *porca: nam ad huc genus sacrificii porcus adhibebatur.* Ergo aut usurpavit genus; scilicet porcam pro porco, ut in aliis locis ibi designatis. Aut certe illud ostendit: quia in omnibus sacris fœminini generis plus valent victimæ. Denique si per mare militarent, succidanea dabatur fœmina: si autem per fœminam non litassent, succidanea adhiberi non poterat. Idem Virgil. libro 12. de fœdere loquens,

— *Puraque in ueste sacerdos
Setigeræ fætum suis, intonsaque bi-
dentem Attulit.* —

Quæ verba ad marem & ad fœminam trahi possunt.

¹ *Facialis sceptrum manu tenens.*] Festus Pompejus lib. 6. ubi de Jove Feretrio loquitur, inquit, *ex ejus templo sceptrum sumebant, per quod jurarent.*

² *Filo Ianæ.*] Liv. 1. Decad. lib. 1. in Anco Martio, *Legatus*, inquit, *ubi ad fines corum venit unde res repetuntur, capite velato (filum Ianæ velamen est).* Audi *Jupiter*, inquit, &c. Verum Virgilius lib. 12. lino vult videri eos velatos fuisse cum dicit,

Velati lino.

Ubi Servius auctoritate Capri & Ignii, dicit lectionem esse corruptam, & pro *lino legendum limo*, continuoque quid sit limus declarat, ut ibi videre

poteris. * Alibi autem docuimus linum magis decere sacerdotes, quam lanam.

C O L E R U S.

* Vide & Levinum Torrentium apud Suctonium.

T I R A Q U E L L U S.

³ *Et verbena.*] Virgil. d. lib. 12. ad illud,

*Velatis lino.
mox subdit,*

Et verbena tempora vinclii.

Ubi Servius, *Verlena*, ait, *propriæ est herbas sacra, sumpta de loco sacro Capitolii: qua coronabantur faciales & Pater-patratus, fœderi saecuri, vel bella indi-
huri. Abusive tamen etiam verbenas vocamus omnes si ondes sacras, ut est laurus, oliva vel myrtus: ut Terent. in Andria act. 4. sc. vero 4.*

Ex araline verbenas sume.

Nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit. Sed & Donatus in eum locum Terentii, *Ver-
benæ*, ait, *quæ herbens, redimicula sunt ararum. Et sunt omnes herbe frondesque festæ ad aras coronandas: vel omnes herbe frondesque ex aliquo prolo loco decerpte, citatque ipsum Menandrum.* Hæc autem ea est quam verbenacem vocant, ut videre licet ex Plinii libro 25. cap. 9. quæ, ut tradit Ruellius, hodie Gallis nostris vulgo *Verzena* dicuntur.

C O L E R U S.

* De hac verbena dixi aliquid l. 4.

T I R A Q U E L L U S.

⁴ *Iovem, Martem cæterosque.*] Li-
vius 1. Decad. lib. 1. in Anco Martio, ubi hujus obtestationis verba ponit.

sciens falleret, ita illum Jupiter feriret, quemadmodum ipse porcam percuteret. Quibus obtestationibus quam sanctissime prolatis, secundum rem divinam precationemque, ¹ lapide silice porcam percutiebat: mox aqua & igne in sacris adhibitis, illam immolabant: qua cæsa, jura pacis & fœdera conventa, ita esse rite putavere, hanc fidem so-

Tempus fœd:rii cialem & sanctissimum fœdus esse arbitrati, quo nihil san-
cere-monie percutiendi. Etius firniusque fuit: ² Idque ante meridiem, & primo diluculo: nam post meridiem eas precationes facere, aut *Græco-rum* fœdus percutere non licebat. A principio tamen conditæ *insu-scipien-dis le-gatis hostiū.* urbis, in fœderibus pacis pactionibusque ³ pro verbena myrtus sumebatur. ⁴ Apud Græcos nisi præconibus adhi-bitis, legatos minime hostium fines ingredi decebat, neque *Σπονδοφόροι.* legationis munere fungi quenquam, ni prius infusa aqua, ab eisdem manus abluissent, Iovique coronatis poculis propi-nassent. Hi tamen legati, qui cum patriis sacris Olympon aut Pythiam missi erant, sacri: qui vero fœdera percutie-bant, quasi pacis arbitri & interpretes, ⁵ Σπονδοφόροι dicti. *Pollu-fœdera inita.* ⁶ Quæ fœdera pactionesque postquam cum exteris & ulti-mis

¹ Lepide silice.] Vide supra in verbo, ac lapidem silicem.

² Idque ante meridiem.] Plinius d. lib. 25. c. 9.

³ Pro verbena.] Vide supra in verbo, Et verbena.

⁴ Apud Græcos.] Homerius lib. 3. Iliados

-- Αἴταροι κηρυκεῖς αἴγαυοι

Οὐρανία πτερύια δέων σύναρχον. κρητῆρι
δὲ οἴνοι

Μίσθιον, αἴταροι βασιλέων ὕδωρ εἰπή
χειράς ἔχονται.

Et cetera quæ sequuntur, & vide infra ubi partem horum afferemus.

⁵ Σπονδοφόροι.] Apud Pollu. lib. 8.
δέων πρέσβεων, &c. *

C O L E R U S.

* Et ita in Glossario. Ibidem Σπονδὴ πολεμίας id est, fœdus.

T I R A Q U E L L U S.

⁶ Quæ fœdera,] Livius 1. Dec. 1. 2.

Tantumque sualunde obstitit fame Coss. Martius, ut nisi fœdus cum Latinis colunna ænea insculptum monumento esset, ab Sp. Caesio una, quia collega absuerat, ieiuniu : Posthumum Cominium bellum geßisse cum Volscis, memoria ceßisset. Idem 3. Dec. lib. 6. Hæc, inquit, con-venerant, conscriptaque biennio post, Olympeis ab Etolis, in Capitolio ab Roma-nis, ut testata sacratis monumentis essent, sunt posita. Cicero pro Cornelio Bal-bo, Cum Latinis omnibus fœdus ieiuniu, Sp. Caesio, Posthumio Cominio Coss. quis ignorat? quod nuper in columna ænea me-minimus post rostra incisum & perscri-ptum suisse. Polybius lib. 3. loquens de fœdere Roinanorum & Carthaginen-sium. Dionysius Halicarnass. lib. 4. dc Tullio Rege loquens sic scribit, Collatis deinde oppidatum pecuniis, Diana templum edificavit in Aventino eminen-tissimo urbis tumulo & fœderis leges con-scripsit

mis gentibus inita erant, Romani in templo Capitolini Jovis, columna aut æneis tabulis insculpta, ut perpetua monumenta extarent, nonnunquam in fastos & annales referebant, aut¹ in æde Jovis Piscii² in clypeo ligneo, corio bovis immolati inscripta.³ Græci in Jovis Olympii templo,^{græci.}
⁴ & in arce Athenis, tanquam in Abdito quodam: plerumque tabulis ex antiquo ærc, ut essent testata monumentis,
⁵ sancta & sacrata habuere: ⁶ nonnunquam in Isthmo aut ludis Pythiis, foedera icta, & leges dictas, pactionesque erectis titulis perpetuo tempore duraturis publicabant.

Athe-

scripsit civitatibus, ritusque celebrandi festi atque fori constituit. Et ne ulla injuria temporum abolerentur, in ærea columna incidit decretum concilii, & civitates ejus conuentus participes, ea columna permanxit usque ad etatem nostram in Diana templo dedicata, inscripta literarum characteribus Greco- & Latinis, qualibus olim utebatur Gracia.

¹ In æde Jovis Piscii.] Legendum Piscium ex Dionys. Halicarnassio lib. 4. ubi de foedere Tarquinii, Gabiorum & Sabinorum loquens, sic scribit, *Hujus jurisjurandi monumentum positum fuit in templo Jovis Piscii.* Sed & Piscium mentionem facit idem Halicarn. l. 2. ubi de Curibus Sabinorum loquitur. Nonnullique eundem putant, quem & Fidium vocant, five *S.annum*: Nam idem Sanus & Fidius sunt vel Ovidio teste Fast. lib. 6. his verbis;

Quærebam Nonas S.anno Fidione reservem,

An tibi Semipater.

nigra enim fides est: ex quo & nigræ & nigræ fidelis & qui fidem servat, dici potest. Vide Lilium Gregorium Gyraldum in Histor. de Diis Gentium syntagma 2.

² In clypeo ligneo.] Festus Pompejus lib. 3. *Clypeum, inquit, antiqui ob rotunditatem etiam corium bovis appellavunt, in quo foedus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum.* Superioribus autem adde, quod nonnunquam foedera in æde Castoris figebantur, ut diximus

supra lib. 2. cap. 2. Adde præcedentibus, nonnunquam foedera Romanorum cum ceteris gentibus fuisse in æs incisa, in urbis foro medio. Nam sic positum fuisse foedus Agrippæ Regis cum Romanis scribit Josephus lib. 19. Antiquitatum c. 4. in princ.

³ Græci in Jovis Olympii templo.] Id patet ex illo Livii 3. Decad. lib. 6. supra relato ibi, *Quæ foedera, atque ex eo quod scribit Paulanias l. 5. his verbis, Erectæ versunt & aliae pilæ in fano Jovis Olympii, & ea inter ceteras, in qua foedus testatum est, quod in annos centum Athenienses, Argivi & Mantuenses fecerunt.* Ceterum Thucydides lib. 5. tradit Græcos hujusmodi foedrum titulos lapideos erigere in ludis Olympicis.

⁴ Et in arce Athenis.] Thucydides ubi supra dicit, *Athenis intra urbem.*

⁵ Ut essent testata.] Sunt verba Livii 3. Dec. lib. 6. supra adducta in verbo, *Quæ foedera.*

⁶ Sancta & sacrata.] Verba sunt ejusdem 4. Decad. lib. 9. in fine Orationis Lycorrae Prætoris Achæorum. Sic enim scribit, *Quæ jurejurando, quæ monumentis literarum in lapide insculptis in æternam memoriam sancta atque sacrata sunt: ea cum perjurio nostro tollere parant.*

⁷ Nonnunquam in Isthmo, aut ludis Pythiis.] De his duobus testis est Thucydides d. lib. 5.

Athenienſes plerunque intra urbem, ² Lacedæmonii in Amycleo societatum & fœderum tabuias fideli custodia ſervabant. ³ Eratque Romanis constitutum, ut nunquam cum hoste armato conditionem fœderis acciperent, neque citra ſenatus aut populi iuſſum ſocietates & fœdera inirent, neque cum aliquibus pacato imperio uti, ni prius omnia divina & humana tradidiffent, & præſidium acceſſent, aut denique ſocietate & fœdere adſtriicti eſſent. Feruntque Athenienſes nunquam niſi in veste pulla, & malis victos, pacem & fœdera iniſſe. Qua re ſignificabant, fuorum clade admonitos, & ultima ductos neceſſitate, poſt innuemas cædes viribus extenuatis pacem petere. Carthaginenses & Siculi fœdera & inducias non per feciales, ſed per tubicinem ſæpe iniverunt. Apud Græcos vero exterasque nationes fœderum percutiendorum multi modæ species erant: nam porco, ariete & tauro immolatis, pacis fœdus inire, & res repetere solebant, ⁴ qui bellī tempore caduceatores dicti, in pace vero legati. ⁵ Ex quibus feriebant plerique fœdera, vel pane præciso, & in vicem gusta-
 to,
 Legati.

¹ Athenienſes.] Idem Thucydides d. l. 5. non ſemel, & dictum eſt ſupra.

² Lacedæmonii in Amycleo.] Ibi quoque Thucydides non ſemel, quo etiam in libro ſcribit Argivos id facere in foro apud delubrum Apollinis, & Maninæ: item in foro in Jovis delubro. Sed quod ad Lacedæmonios ſpectat, Plutarchus problem. cap. 118. ſic ſcribit, Lacedæmonii facta cum Tegeatisbus pace, fœdere icto, communem apud Alpheum columnam ſtatuerunt, in qua cum alia multa, tum illud in primis ſcriptum erat, Mefſenios ex agro ejicerent, &c. Adde quod de Megalopolitanis ſcribit Polybius lib. 5. Cum in hac civitate diſenſio eſſet, Aratus ciuitates omnes diſcordias ſedavit, & exardecſentem iam mutuo Megalopolitanorum iram publice privatimque reſtinxit. Capita vero conventionis columnæ inſcripſerunt, & ad aram Viftæ in Omitrio collocarunt.

³ Eratque Romanis constitutum.] Plutarchus auctoritate Demadis in præceptis bonæ valetudinis tuendæ.

⁴ Qui bellī.] Vide Festum Pompejum lib. 3. & Pollucem lib. 8. quo loco ſupra citavimus, ubi de Spondophoro. *

COLERUS.

* Caduceum Græcum eſſe, pro Carneum R in D mutata, Scaliger inquit. Nam κερκνον, Syracusane & Tarentine eſſe, quod aliis κερκνειον: ut & in 1.8. §. 1. ff. de rer. divis.

TIRAQUELLUS.

⁵ Ex quibus.] Q. Curtius libro 8. Et Rex medio cupiditatis ardore iuſſit afferriri patrio more panem (hoc erat apud Macedones sanctissimum coenitium pignus) quem divisum gladio uterque libat.

to, ¹ aut vini poculo epoto. ² Nonnulli agnum inarem candidi velleris, agnam vero pullam adhibebant: atque ex utriusque vertice pilis dissectis, & vicissim distributis, manibusque aqua infusa, & vino pateris, mox Soli & Telluri illis immolatis, leges pacis & fœderis inibant: quibus qui contrairet, turpissimo facinore & inexpiabili scelere tenebatur. ³ Fertur Aristides, ut iustum fœdus cum omni Græcia firmaret, post diras execrationes, accensos ferreos orbes in mare dejecisse, adjurans, ut ita extinguerentur cum omni stirpe & gente, qui contra fœdus irent, velut ignitum illud ferrum aqua. ⁴ Vel brachia circa humeros gladio feriendo, & per vices elicitum cruentum lingendo, quod Medis Lydisque sanctissimum fœderis vinculum, & jurandum esse putabatur, quasi mutuo cruento sacramatum. ⁵ Id quod Carmani frequentes factitarunt, ut in epulis percussa faciei vena, profluente in cruentum vino miscerent, invicemque propinarent, sumnum fœdus amicitiae, mutantum sanguinem gustasse rati. ⁶ Nasamonibus fidei dandæ ^{Nasam-}
^{Medi}
^{Lydi.}
^{Car-}
^{moni.}

hæc

¹ Aut vini poculo epoto.] Homerius lib. 3. Iliados, quo loco supra citavimus ibi, *Apud Græcos, & paulo post, Οἰνεὶ δὲ ἐν κρηπῖνῃς αὐτοῖς τείχεσιν.*

² Nonnulli agrum marem.] Hæc magna ex parte sunt ex Homero libro 3. Iliados describente fœdus initium inter Græcos & Trojanos: cuius in eam rem hi sunt versus,

"Οἰστὲ δὲ ἄριν, ἔτερον λόγον, ἔτερη
ζῆ μέλαυρα.

Γὰ τε οὐκ ἡτο. Id est,
Afferte autem agnos, alterum autem
albus, alterum autem nigrum,
Terraque & soli.

Et postea,

— κρηπῖνες δὲ οἴνον
Μίστρον δὲ τὸ βαπταθέντον ἕδωρ ἐπὶ²
χεῖρας ἔχοντας,
Αὐτοῖς δὲ ἐρυσάλην δὲ χείρας
μάχαιρας,
Ἄργαν ἐν κεφαλέσσον τάμνε τείχας.
Id est, ad verbum, ex Andrea Divi

translatione,

— Cratere autem vinum
Miscerunt, & regibus aquam manibus
fuderunt,
Atrides autem trahens manibus gle-
dium,
Qui apud ensis magnam vaginam sem-
per pendebat,
Agnum ex capitibus incidit pilos.

³ Feretur Aristides.] Plutarchus in vita ipsius. Et ad id alludit Sophocles in Antigone.

⁴ Vel brachia.] Id usque ad versicul. Id quod, est Herodoti lib. 1.

⁵ Id quod Carmani.] Id ipsum face-
re Germanos tradit Posidonius & ex
eo Athenæus libro secundo, cap. se-
cundo. Ideo vereor ne Carmani hic
scripsit Alexander pro Germani. Est
enim lapsus lubricus, nec distat unum
ab altero, nisi duabus primis literis &
iis quidem prope similibus.

⁶ Nasamonibus.] Id quoque est He-
rod. lib. 4.

I Indis.]

hæc lex erat, ut porrectum vini poculum de manu alterius
 alter sumat, invicemque hauriat: aut si poculum decesset,
 Indi. terræ cinerem lingerent. ¹ Indis societas erat maxima, de
 Tantali aqua potare, de qua si qui una bibissent, ea obte-
 statio-
 Ara-
 bæs. ntione tenebantur, ut ejusdem fati & fortunæ fœdus inisse
 censerentur. ² Apud Arabes assuetum erat, ut acuta silice
 digitos manus expungerent: vestisque utriusque laneos
 floccos, sanguine qui inde fluxerat, delibutos, septem lapi-
 dibus delinirent, diroque carmine in execrationem capitis
 illius qui contrairet edito, paribus votis fœdera percute-
 Scytha. rent. ³ Scythis grandem ⁴ calicem mero plenum mutui
 sanguinis fuso crux miscere, & postquam gladium & sa-
 gittas eo perfuderant, illum invicem epotare, maximum
 erat concordia vinculum: quo epoto, divini humanique
 Galli. juris fœdus æquis legibus ictum erat. ⁵ Galli cum quibus
 fide & jurejurando junguntur, omnes collatis militaribus
 Britan- signis adesse jubent. Britanni indictis cœtibus & sacrificiis
 ni. conspirationem fidemque sanciebant, atque ita communi
 consilio & una mente, pia & æterna pax inita censebatur.
 Persa. Neque omiserim Persas, apud quos inter vinum & epulas
 frequen-

¹ Indis.] Ex Philostrato in Apol-
 lonii vita, lib. 3. cap. 10.

² Apud Arabes.] Herodot. lib. 3.
 non multo post princ.

³ Scythis.] Idem Herodotus lib. 4.
 Solinus cap. 25. Tertullianus in Apo-
 logetico 9. Pomponius Mela l. 2. c. 1.
 non longe à fin. * Lucianus autem in
 Toxari dicit hos fœdus jungere dispe-
 ñto in minimas partes bove, quod Ho-
 moletos facere tradit Xenodotus, ut
 dicemus infra eod. lib. c. 8.

COLE R U S.

* Idem hoc Armenios facere Vale-
 riusscribit lib. 9. Sariaster adversus pa-
 trem suum Tigrarem Armenie regem ita
 cum amicis confusit, ut omnes dextris
 manibus sanguinem miticerent, atque eum
 invicem surberent.

MERCER U S.

⁴ Calicem mero plenum.] Tale ali-

quid ipsis Romanis cognitum. Sallust.
 Fuere qui dicenter, Catilinam humani
 corporis sanguinem vino permistum in pa-
 teris circumulisse. Inde cum post execra-
 tionem omnes degustassent, sicuti in solen-
 nibus sacris fieri consuevit, aperuisse con-
 silium suum. Ubi nota illa verba, Sic-
 uti in solennibus sacris fieri consuevit. Ibi
 enim fortasse talis usitata potio quam
 Festus vocat *Affyratum*.

TIR AQUELL U S.

⁵ Galli.] Julius Caesar Commenta-
 riorum belli Gallici lib. 7. in princ. Et
 quoniam, inquit, in præsentia de obfidi-
 bus cavere inter se non possent, ne res effe-
 rat, ut jurejurando ac fide sanciantur,
 petunt, collatis militaribus signis (quod
 more eorum gravissima ceremonia conti-
 netur) nefasti initio belli, reliqui dese-
 rantur.

frequenti convivio, in quo uxores & filios, cæterosque quos charos habent, tanquam fidei pignora adhibebant, ibique inter sacra mensæ, velut apud hospitales deos, fœdera & pacta inibant, eam fidei socialem rati, & mansuræ pacis pignus inviolabile. ¹ Qui etiam mos Germanorum *Germani-*
fuit, ut de pace & bello, deque fœderibus, societatibus, *mani-*
amicitiis, sponsaliis & pactis, in conviviis inter pocula de-
cernant. ² Macroni, quæ gens Persica est, quuin hastam *Macro-*
more ipsorum barbaricam tradunt, aliamque more gentis ^{ns.}
cum qua fœdere junguntur, accipiunt, se maxima & fir-
missima pactione teneri, & pari vinculo astringi putabant.
³ Ferunt nonnulli Clearchum Lacedæmoniorum ducem, *Clear-*
cum barbaris quibusdam fœdus sanxisse, ut cæso Iovi tau-*chum.*
ro, lupo, apro & ariete, Græci gladios, barbari lanceas in
sanguine victimarum intingerent. ⁴ Thraces quoque & *Thra-*
Ægyptii ⁵ è cornibus boum vina libare alterna vice, con-*ces.*
ciliati amoris & mansuræ fidei certissima pignora censuc-*Egypt.*
re: quippe veteribus cornua boum poculorum præstabant
vicem. ⁶ Apud Armenios & Iberos prævaluit mos, ut *Arme-*
pollices manus, invicem conjurantes necerent, mox ar-*nii.*
Etissimo nodo perstrictis, collectum sanguinem levi ictu
percu-

¹ Qui etiam mos Germanorum.] Cornelius Tacit. lib. de Moribus German.

² Macroni.] Xenophon de Cyri mil-
noris expeditione lib. 4.

³ Ferunt nonnulli Clearchum.] Idem
Xenophon ejusdem operis lib. 2.

⁴ Thraces.] Idem Xenophon in li-
bro Ascensus 7. ubi describit Seuthæ
Thracis convivium.

⁵ E cornibus boum.] Nam & priscois
homines ex bovinis cornibus bibere
solitos tradit Athenæus lib. 11. cap. 8.
in princip. Unde, inquit, & cornutus
Dionysius fugitur & taurus à compluri-
bus poëtis nuncupatur, atque taurina fa-
cie conspicitur in Cyrico. Subdit & alia
multa in eam rem, ex quibus intelli-
ges & alios multos populos ita usos
suisse. Hunc in insulis Orchadensis

morem servant qui sunt è nobilitate
primi adhuc hodie: quemadmodum
ego Ioan. Ferrerius Pedemontanus
anno Dom. 1540. illie præsens cum es-
sim, in comitatu R. Dom. Roberti Reid,
earum Insularum usque ad ultimam Ty-
lem præsulis dignissimi, vidi.

⁶ Apud Armenios & Iberos.] Ta-
citus de his duobus loquens libro 12.
Mos, inquit, est regibus, quoties in socie-
tatem coerant, implicare dextræ, pollices
que inter se vincire, nodoque perstringere.
Mox ut sanguis in artus extremos se ef-
fuderit, levi ictu crux eliciunt, atque
invicem lambunt. Id fœdus arcum ha-
betur, quasi mutuo crux sacratum.*

COLE R U S.

* Jam dixi ex Valerio.

percuterent, manantemque inde cruorem lamberent.¹ In qua quidem re, proditur Rhadamanthus regis Iberiae filius, dum simulat cum Mithridate Armeniae rege foedus inire, & ob id colligandi pollices forent, lorum ad terram callido astu decidere simulasse, quo Mithridatis pedes vinculo invasit, ipsumque cum uxore & liberis captivos duxit, & necesse affecit.² Ætoli, quia feroce & inimicane,³ Parthi, quia libertatem tuentes, nemini servire patiebantur, aut vinculo fidei astringi, nullam foederis legem pacisci assuerant. Si quid tamen vellent confœderatum, licet ægre & difficulter, apud altaria complexi dextras, tanquam diis testibus, & arbitris, postquam sacra libassent, pacta polliceri solebant, ita se æquissimo jure consociatos, & arcanum foedus inire putantes.⁴ Idem ab Hircanis⁵ Medisque factitatum, ut dextras dextræ jungentes, conventiones & pacta sancirent.⁶ Fuitque literis proditum, ut si qui scelesti facinoris

CON-

TIR AQUELLUS.

¹ In qua re proditur Rhadamanthus.] Et id idem Tacitus ubi supra.

² Ætoli.] Inter Ætolos & Romanos ictum foedus fuisse, scribit Livius q. Decad. lib. 8.

³ Parthi.] Cornelius Tacitus libro secundo, & 11.

⁴ Idem ab Hircanis.] Tacitus eod. lib. 11.

⁵ Medisque.] De Medorum more in foederibus ineundis sic scribit Herodotus lib. 1. Ineunt h.e gentes foedera cum ceteraritu Gracorum, tum siringendo brachia, qua illa humeris connectuntur, ac mutuum sanguinem delingendo. Adde & Romanis & Numidis ex Plutar. in Scipione, & Campanis ex Liv. 3. Dec. libro item 3. Ubi Calavius Campanus alloquens filium, Pauc.e, inquit, horæ sunt, intra quas iurantes per quidquid deorum est, dextras dextrae jungentes, falem obstrinximus, ut sacratis de mensis essemus, &c. Idque vetus esse testimonio est illud Virgil. lib. 11. Æneid.

Cœant in foedera dextrae

Qua datur. —

6 Fuitque literis proditum.] Salustius in Catilina sic insit, Fuere ea tempestate, qui dicebant Catilinam oratione habita, cum ad iusjurandum populares sceleris sui addiceret, humani corporis sanguinem in uno permixtum in pateris circumstulisse: inde cum post execrationem omnes degustassen, sicuti in solemnibus sacris fieri consuevit, dicitur aperuisse consilium, &c. *

COLERUS.

* Tertull. Apologer Legite nec ubi relatum sit, defusum brachiis sanguinem ex alterutro degustatum, nationes quasdam foederi comparasse. Nescio quid & sub Catilina degustatum est. Sed quod Alexander hoc solemne putat fuisse Romæ, videtur à vero aberrare. Siquidem (vel Tertull. teste) sub Catilina tantum hoc factum esse constat. Ritum scilicet sacra cuiusdam ceremonia volebat exprimere Catilina, ut hoc sacramenti cuiusdam instar esset. Festum quoque vide in voce *Affiratum.*

I Manet-

conscii, magni criminis admittendi conjurationem inirent, *Conser-*
quo magis consociato facinori nEXI forent, post diras im-
precationes execrationesque ii qui clandestino scelere ob-
stringebantur, poculum humani sanguinis admixto mero ob-
*circumferrent, omnesque ad facinus adjurati, de poculo *deratio**
*libarent: aut jugulato homine, post exhaustum sanguinem, *ad sce-**
*diris imprecationibus & furiali carmine exta tangerent. *lus ali-**
Quod quidem maximum vinculum communi scelere pol-
*lutis, & dira execratio habebatur. ¹ Manetque constitutum *quod**
*apud Scythes, ut qui opis egeret, insigni calamitate pressus *patrana**
*immolato bove, & carnibus decoctis, supra tergus victimæ *dum.**
stratus humili expectet, donec quispiam opem latus ad-
*veniat, carne delibata, dextro pede tergori apposito: quo *Cala-**
*prodeunte, eo adstringebatur fœdere, quo nihil sanctius *mitate**
dici aut æstimari poterat. ² Quod si cui bellum indicen-
*dum foret, aut pia & justa arma movenda, mos Romanus *presi**
*erat prius res repeti, mox bellum denunciari: quippe quum *apud**
nullum putarent justum bellum, nisi quod rebus petitis ge-
ratür, aut antea denuntiatum foret, & solenni more indi-
cum. ³ Fecialibus enim prohibentibus, aut non probanti-
bis, neque consuli, neque senatu aut populo arma in ho-
stes sumere licebat. ⁴ Sed tamen quum res repetuntur,
obser-

TIR A QUELLUS.

¹ Manetque constitutum apud Scythes.] Lucianus in Toxari. Hinc natum proverbium, *In teriore bowis desedit, de quo Erasmus Chiliad. 3. cent. 5. cap. 99.*

² Quod si cui bellum.] Ad Romanos redit, & id Varronis est lib. 2. de vita populi Romani, apud Nonium Marcellum de Doctorum indagine, & Livii 1. Decad. lib. 1. & iterum lib. 4. & diximus supra hoc eod. cap.

³ Fecialibus enim.] Varro ubi supra. Festus autem Pompejus lib. 8. *Feciales*, inquit, à feriendo dicti, apud hos enim belli pacisque facienda jus est, & dictum est supra hoc eodem cap. & vide infra proxime seq.

⁴ Sed tamen.] Liv. 4. Decad. lib. 1. non adeo longe à princip. loquens de bello indicendo Philippo Regi, *Consultique, inquit, feciales ab Consule Sulpitio, bellum quod indiceretur Regi Philippo, utrum ipsi utique nunciari juberent;* an satis esset in finibus regni, quod proximum praedium esset eo nunciari. *Feciales decreverunt, utrum corum fecisset, recte facturum.* Sed & vide eundem 1. Dec. 1. 1. in regno Anci Martii, & Servium enarrantem illud Virg. lib. 9. Æneid. paulo post princ.

*Principium pugnae, & campo se ar-
duus insert.*

Atque illud lib. 10. in prin.

— *Tum res rapuisse licebit.*

¹ Quod

observatum est, ut populi jussu ad fines illorum ¹ quatuor feciales, quos oratores nuncupant, ² verbena coronati, res petitum irent, ac deos fœderum ultores testes facerent.

Verbenarius. ³ Ex quibus verbenarius gramen cum terra evulsum ferebat ⁴ ex arce, legatusque ⁵ filo lanæ capite velato, res sibi dari clara voce posceret, ⁶ quæ clarigatio dicta, ⁷ his verbis: Jovem ego testem facio, si ego impie injusteque illas res dedier populo Ro. mihiique exposco, tum patriæ compotem nunquam finas esse. ⁸ Quæ si præstituta die non darentur, post dies tres & triginta (tot enim solennes fure) paterpatratus, qui fecialium princeps erat, pariter coronatus bellum indiceret. Non enim quicunque ex fecialiibus, ⁹ sed soli patripatrato indicendi belli facultas erat: quem fecialis verbena caput & frontem cingens, indicendi belli aut percutiendi fœderis principem faciebat. Ibat enim paterpatratus ad hostium fines, & verba solennia præfatus, bellum à populo Romano contra præscriptos hostes, ob legitimas quas censuerat causas, clara voce indicebat: post quam clarigationem mos erat, ut de senatus consilio, & populi jussu, ¹⁰ feciales hastam ferratam, ¹¹ aut sanguineam

*Hastæ
proje-
ctio.*

præ-

¹ *Quatuor feciales.*] Varro lib. 2. de vita populi Romani apud Nonium Marcellum de Doctorum indagine. *

COLERUS.

* Quem locum supra posui.

TIRAQUELLUS.

2 Verbena coronati.] Dictum est supra in verbo, Et verbena.

³ *Ex quibus verbenarius.*] Plinii libro 22. cap. 2. & lib. 25. cap. 9. Livius 3. Dec. lib. 20.

⁴ *Ex arce.*] Livius 1. Decad. lib. 1. & 3. & 10. paulo ante fin.

⁵ *Filo lanæ capite velato.*] De hoc quoque dictum est supra in verbo, Filo lanæ.

⁶ *Quæ clarigatio dicta est.*] Hic omnino vide quæ scripsimus in nostris Commentariis in l. si unquam, in verbo, Suscepit liberos. num. 147. incip. quam etiam is infans, in ult. editione anni 1553. *

COLERUS.

* Glossarium: Clarigatio Ἐργατικία, ὑπερέχει.

TIRAQUELLUS.

⁷ *His verbis: Jovem ego testem.*] Hæc sunt Livii 1. Dec. lib. 1. in Anco Mattio.

⁸ *Quæ si præstituta die.*] Hæc quoque sunt Livii, ubi supra, ⁷ & 4. Decad. lib. 1. & lib. 8. in oratio. Darii & Amylii, & iterum 10. & Plutarch. problem. c. 62.

⁹ *Sed soli patripatrato.*] Vide Servium in locis supra proxime allegatis.

¹⁰ *Feciales hastam.*] Livius ubi supra. Alexander autem Magnus in Asiam trajiciens primus Macedonum è navi hastam jaculatus, littori Asiae eam infixit, ac statim exilivit de navi, visus quodammodo ope decorum captivam terram occupare, ut tradit Diod. Siculus lib. 17. c. 2. in prīn.

præstam, ad fines illorum jaceret: & non minus tribus puberibus præsentibus bellum indiceret, & ita denunciari & indici justum piumque bellum putaverat. Post quæ quasi classico personato, sublatis commerciis, militi armia capere, & copias cogere licetbat, ad hostes ducere, excursiones facere, prædas agere, fines populari, cosque ferro ignique vastare, frumenta succidere, ædificia incendere atque omnia hostiliter agere.¹ Apud Carthaginenses hastam mittere vel caduceum, belli pacisque signum fuit. ^{Car-}
^{thagi-}
^{nenses.} Gallorum mos habuit, ut Druidis jubentibus, quum bellum indicen-^{Galli.}
 dum foret, armatum concilium indicerent, penes quos arbitrium bellorum & pacis erat: & qui novissimus accederet, novis exemplorū modis afficeretur. Tunc enim principium bellorum esse, & arma legitime indicta putarunt. Græcis vero in usu fuit, ut facialis, post res repetitas, ^{Græc-}
 si ad constitutam diem non darentur, arietem in hostium agros statim immitteret, eo modo bellum indictum & armis uti licere arbitrati. Corinthiis ³ & plerisque gentibus ^{Corin-}
 per caduceatorem bellum indicebatur, qui in pacis argu-^{thii.}
 mentum,

MERCERUS.

¹¹ Aut sanguineam præstatam.] Iste mos etiam apud Persas invaluit. Ammianus lib. 19. *Vixque ibi Grumbates hastam infectam sanguine ritu patrie, nostrisque more consercerat sacerdos, armis exercitus concrepans involat in muros, &c.*

TIRIQUELLUS.

¹ Apud Carthaginenses.] Festus Pompejus lib. 8. *Carthaginenses, inquit, cum bellum vellent, Romanam hastam miserunt.* Gellius autem lib. 10. c. 27. scribit populum Romanum missam ad Carthaginenses hastam & caduceum, signa duo belli & pacis, ex quæsi utrum vellent eligerent: quod elegissent, id unum, ut esse missum existimarent. Carthaginenses responderunt, neutrum sese eligere: sed posse qui attulissent, utrum mallent, relinquere: quod reliquissent, id sibi pro lecto fu-

turum. Subditque, Varronem non hastam ipsam, neque ipsum caduceum missa dicere: sed duas tesseras, in quarum altera caduceum, in altera simulachra hastæ fuerunt incisa. Sed & Polyb. lib. 4. scribit Rhodios missam legatum ad Byzantios, volentes id, quod in proverbio est, hastam simul & caduceum. Simillimum est huic proverbium, quod eleganter usurpavit D. Hieronymus, *Scuto pacem petere, de quo vide Erasmus Chil. 2. cent. 10. c. 96.* ibi, Hastam, caduceum.

² Gallorum mos habuit.] Cæsar l. 5. bellum Galli non multo ante fin. *Induciomarus armatum concilium indicit. Hoc more Gallorum est initium bellorum, quo lege communis omnes puberes armati convenire coguntur: & qui ex his novissimus venit, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur.*

³ Et plerisque gentibus.] Vide in seq.

Indi. mentum, ¹ caduceum circundata effigie anguum invicem
 Syri. connexoruin deferebat : quem tamen non admisisse, aut
 Ling- finibus excedere jussisse, nulli fraudi fuit. ² Indis vero an-
 nes. chora erat pro caduceo, ³ Carthaginensibus tessera. ⁴ Apud
 Persae. Syros signum dextræ, ⁵ quod apud Lingones erat hospitii
 Athe- symbolum. ⁶ Persæ lactacem herbam, velut caduceum &
 nien- pacis symbolum ferebant. ⁷ Athenienses Eresionem cum
 ses. induimento pro caduceo habebant. A Lacedæmoniis per
 Lace- præcones saepe bellum indictum est, apud quos mittere
 dæmo- legatos cum lana, combinatio censebatur, nisi paritum
 nii. fuisse, se mandata exequituros. ⁸ Prævaluitque Græco-
 Graci rum mos, ut quoties procinctæ acies congregati, ante
 ubi con- prima
 gredien-
 dum cum
 hoste.

¹ Caduceum circundata.] Plinius lib. 29. cap. 3. non longe à fin. *Hic tamen complexus anguum & efferatorum concordia, causa videtur esse, quare exter- gentes caduceum in pīcis argumentis circundata effigie fecerunt : neque cristatos esse in caduceo mos est.* Ex quo clare intelligis hunc Alexandri locum esse depromptum. Sed & de hujusmodi caduceo vide Iul. Hyginum de signis cælestibus lib. 2. cap. 8. ubi de lyra, & Macro. lib. 1. Satur. cap. 19.

² Indis vero anchora.] Philostratus in vita Apollonii lib. 3. c. 3. ubi rationem reddit, his verbis, *Gerebat autem manu auream anchoram, quam Indi pro caduceo habent, propterea quod omnia tentat.*

³ Carthaginensibus tessera.] Supra in verbo, *Apud Carthaginenses.*

⁴ Apud Syros.] Tacitus. 18. Cen- turinemque Sisennam dextræ, concorde insignia, Syriaci exercitus nomine ad prætorianosferentem, variis artibus aggressus est.

⁵ Quod apud Lingones.] Idem Tacitus lib. 17. Miseras, inquit, civitas Lingorum vetere instituto dona legionibus, dextræ hospitii insignie.

⁶ Persæ lactacem herbam.] Plinius lib. 26. c. 4. ex cuius auctoritate Latacen logo.

⁷ Athenienses Eresionem.] Id ex

Luctatio Grammatico, interprete Statii illud ipsius libro 12. Thebaidos enarrantis,

Mitte nemus circa, cultuque insigne ve- rendo,

Vittata laurus & supplicis arbor olivæ. Supplicis, ait, arbor olivæ, per quam pax petitur supplicando, & in secundo diximus hanc ab Atheniensibus Eresionem dici Hiceretiam. Supplicis autem olivæ, non quod ipsa sit supplex, sed quod omnes qui rogant, has suppliciter utuntur.

Hac ille. Ille autem locus Luctatii erat corruptus in illis duabus dictio- nibus Eresionem & Hiceretiam: Sed illum restituit Cælius Rhodiginus li- bro 12. c. 19. Est enim eisprīōn, ramus olea lana obvolvutus (nam & ei- pris sive ἔγραψι, lana sive vellus est) ar- borum fructibus, quæ Aerodia vocant, circumpendentibus, qui ante januas ædium suspendi solebat in honorem Apollinis ad fāmē arcendam ex ora- culi præcepto. De quo Herodotus in vi- ta Homeri, Plutarch. in Theseo, Suidas & Aristophanis interpres tum in Pluto, tum in Equitibus. Et vide, quod de ramis olivæ ad petendam pacem di- ximus supra l. 2. c. 19. & iterum l. 4. c 7.

⁸ Prævaluitque Græcorum mos.] Idem Cælius Rhodiginus lib. 8. cap. 2. ubi Persarum luxum scribit, citatque Suidam & Pollucem.

prima signa staret vates laureos ferens ramos & corollas, cui pyrophoro dixere nomen, quoniam lampada præferet: quem violare, summum habebatur nefas, quod legati Pyrophorus. munere fungeretur: ¹ utque in fœdere percutiendo hiceteria, hoc est, oleæ ramum cum vitta lanae legati ferant: quo prætenso, ab omni sævitia hostili & violenta incursione terti erant. ² De sagminibus vero etiam apud Martianum Jureconsultum de divisione rerum, testatum invenimus, cujus verba sunt: Sagmina sunt herbæ quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret, sicut legati Græcorum ferunt quæ vocantur hiceteria: tametsi cerycium dici oportere nonnulli putent: *κερύκειον* enim legatorum ornatus erat: *ἰκέλθεῖν* supplicare dicitur. ³ In qua quidem re scitu dignum est, olim Dario contra Scythes pugnaturo, ab illis caduceatorem missum cum ave, mure & rana, ac sagittis quinque, tacitis ambagibus nullas opes contra Scythes prævalere significantes. ⁴ Illud quoque in jure fezialium quæsitum est, utrum regibus contra quos sumuntur arma, an vero in regni finibus, aut aliquo ejus

¹ Utque in fœdere percutiendo.] Idem Luctatius Statii interpres, cuius in eam rem verba adduximus. Est enim *ἰκέληπτια* veluti supplicatio, suppplex libellus, & proprie ramus olive, quem supplicantes in manibus ferebant, ut dicit Aristophanis interpres in Pluto eum locum enarrans act. 3.

'Οφῶ τῷ ἐπὶ Φειδαλῷ καριδέ-
μψον

² Ικέληπτια μελέτη πατέσιαν.

Plutarchus in Theseo Græce quidem, sed in hunc sensum, *Duelis igitur sortibus Theseus acceptis ex Pegetane his, quorum nomina extirant, in Delphinium prosector, Apollini profusa suorumque salute Hiceteria pergit: quam vocem interpres in supplicationem vertit. Sunt & nonnulli qui putant, Marcianum hac dictione usum fuisse in *l. sanctum*, *ff. de rerum divisio*. ut scilicet ita legatur, Sunt autem sagmina quadam herbae, quas*

legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos visceret: sicut legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur hiceteria. Et ea quidem vox non male sensui quadraret. Verum in Pandectis Florentinis legitur *Ceryria*, eamque lectionem agnoscit Budaeus, quæ & admodum convenientiam ea dictio peræque significat, ac si dixeris *cadmea*. Ceryx enim caducator, fezialis, legatus, præco est.

³ De sagminibus vero.] Locum & verba Marciani posuimus supra proxime. Sed & tu de his vide præterea Livium 1. Decad. lib. 1. & 3. Decad. l. 1c. Plinium lib. 22. cap. 2. & lib. 25. c. 10. & Festum Pompejum lib. 17.

³ In qua re scitu dignum.] Herodotus lib. 4. quod ex eo repetit Athenæus lib. 8. c. 2.

⁴ Illud quoque in jure fezialium.] Livius 4. Dec lib. 1. post princ. cujus verba attulimus supra.

ejus præsidio, bellum indici oporteret, & an si contra socios foederatosque, arma sumenda essent, amicitiae prius renunciare necesse foret. Et placuit, sive coram, sive in præsidio, sive sodalitati & foederibus renunciatum fuisset, sive non, quodcumque eoru[m] factum esset, rite id factum videri. <sup>Sodaliti-
tate &
hostiio</sup> 'Est tamen observatum, ut si qua contentio inter amicos intercederet, 'sodalitati prius & hospitio renunciarum' ^{ri.} Nam & Germanicus Pisoni prius amicitiam, ⁴ & Critice. spinus

¹ Est tamen observatum.] Id quod patet exemplis seqq.

MERCERUS.

² Sodalitati prius.] Non privatum solum renunciatum amicitiae, sed etiam publice. Livius 43. Misit legati amicitiam Perso renunciarunt. Idem lib. 56. Consulti fecciales à Manio. Accilio Cos. num prius Ætolis renuncienda amicitia esset, quam bellum inferendum. Amicitiae renuncianda modus, fuit interdicere domo. Tacit. Annal. 6. Caesar misit ad senatum literis, differunt interren fuisse majoribus, quoties dirimenter amicitias, interdicere domo, eumque finem gratis ponere. Renunciandi sodalitatein formula videtur fuisse, Tuas res tibi habeto. Tuas res tibi agito. Ea certe formula, apud Petronium Eucolpius renunciat sodalitatem Ascylo.

TIRAQUELLUS.

³ Nam & Germanicus.] Apud Suetonium in Caligula, c. 3. in fin. ubi id dicit fuisse more majorum.

⁴ Et Crispinus Badius.] Livius 3. De cad. lib. 5. Cujus verba libuit hic subtexere: nam est res memoria admidum digna. T. (inquit) Quintio Crispino, Badius Campanus hospes erat, per semiliari hospitio janulus. Creverat consuetudo, quod eger Roma apud Crispinum Badius, ante despectionem Campaniam, liberaliter comiterque curatus fuerat. Tum Badius progressus ante statuerat, que pro porta stabant, evocari Crispinum iussit: quod ubi est Crispinonunciatum, ratus colloquium amicum ac familiare queri, manente memoria eius in dissidio publicorum foederum prizati

juris, paulum à ceteris processit. Postquam in conspectum venerat, Provocate, inquit, ad pugnam Crispine. Badius, condescendamus equos, summotisque aliis, uter bello melior sit, decernamus. Ad ea Crispinus, nec sibi, nec illi ait hostes deesse, in quibus virtutem ostendant, se ab eo, etiam si in acie occurrat, declinatum, ne hospitale exinde dextram rido'et, conversusque abibat. Enimvero ferocius tum Campanus incipere mollitem ignaviamque, & se digna probra in insontem jacere, hospitalem hostem appellans, simulantemque parcere cui sciat parcum se non esse. Si parum publicis foederibus ruptis direpta simul & privata jura esse putet, Badium Campanum T. Quintio Crispino R:mano palam omnibus, duobus exercitibus audientibus, renunciare hospitium, nihil sibi cum eo consociatum, nihil foederatum hospiti cum hoste, cuius patriam ac penates publicos, privatosque oppugnatum venisset: si vir esset, congrederetur. Diu cunctantein Crispinum per pulere turmales, ne impune insultare Campanum pateretur. Itaque tantum moratus, dum Imperatores consularent, permittere sibi extra ordinem in provocantem hostem pugnare, permisso eorum arma cepit, equumque condescit, & Badium nomine compellans ad pugnam evocavit. Nulla mors a Campano facta est, infestis equis concurrere. Crispinus supra scutum sinistrum humerum Badio hastam transfixit: superque delapsum cum vulnere ex equo desiliit, ut pedes jacentem conficeret. Badius prius quam opprimetur, parma atque equo relitto, ad suos aufugit. Crispinus equum, armaque

spinus Badio hospitium remisit.¹ Amasis quoque animo præsumens Polycratis ruinam ex successu continuæ felicitatis, ut minus doleret, misit qui sodalitati & amicitiae renunciaret.² Eratque moris prisci, quoties diriimerent amicitias aut sodalitates, etiam domo interdicere, isque finis gratiæ foret.³ Neque omiserim Tybarenos adeo ju-
stos, ut non prius cum hoste congregiantur, quam diem,
locum, & decertandi horam, ex fide per faciales hosli re-
nunciarent.⁴ Quodque nonnulli prodiderunt, id quod
mihi non probatur, & pro certo affirmare non ausim, le-
gatum populi Romani, si mandata minus vera attulisset,
aut parum integra fide fœdus percussisset, velut si populus
mandata dedisset, perinde teneri & fœdere coērceti.

armaque capta, & cruentam cuspiderem
in signis poliis ostentans, cum magna lau-
de & gratulatione militum ad Consules
est deductus, laudatusque ibi magnifice
& donis donatus. Et idem propemo-
dum recensuit Valerius Maximus l. 5.
tit. de humanitate.

¹ Amasis quoque.] Herodotus l. 3.
non nihil Strabo lib. 14. non adeo lon-
ge à princ. Diodorus Siculus l. 2. c. 5.
paulo ante fin. Vide Ciceronem de
Finibus lib. 5. ad fin.

² Eratque moris prisci.] Hinc Badius
Campanus cum Crispino pugnaturus
renunciavit illi hospitium, ut est apud
Livium 3. Decad. lib. 5. Cicero 4. in
Verrem aet. Itaque iste vehementer
Sthenio insensus, hospitium ei renuntiat:

domo ejus emigrat, atque adeo exit. Vide,
quæ supra dixi.

³ Neque omiserim Tibarenos.] Crilius lib. 18. c. 20.

⁴ Quodque nonnulli prodiderunt.]
Et hic superioribus adde, apud Samni-
tes quoque fuisse faciales, per quos fœ-
dera conficiebant, ut constat ex Livio
1. Decad. lib. 8. ad fin. Et illud quoque,
quod ad facienda fœdera apud veteres
aqua & ignis adhibebantur, ut collig-
itur ex illo loco Virgilii libro 12. A-
eneidos:

— Alii fontemque ignemque serebant.
Ubi & id observavit Setvius, Unde ait,
contra quos arcere voluntus à nostro con-
sortio, eis aqua & igni interdicimus, il-
est, rebus quibus consortia copulantur.

C A P U T IV.

Pleraque veterum prænomina unde deducta fuerint, &
denominata, & de Nonis Caprotinis
quæ tradantur.

QUÆRI à pluribus audio, unde veterum illa prænomina,
Spurius, Sextus, Caius, Cneus, Titus, & pleraque à
veteribus usurpata, deducta fuerint: quæque vis præno-
minum foret. Et dum priscos ritus, veterumque exempla

cura cogitationeque admitto, dumque antiquitatis monumēta colligo, invenimus Romanos antiquissima prænomina velut notissima, non integris dictionibus, sed succisis & simplicibus literis notare, ut T. pro Tito, L. pro Lucio, Q. pro Quinto: modo dupli, ut Cn. Sp. pro Cneo, Spurio: nonnunquam tripli, ut Sex. pro Sexto. ¹ Et Cnei. Cneos quidem à generando, ² Titos à tuendo denominari: alteros, tanquam sobolis procreandæ auspicia sortiti: alteros, quasi tuendæ patrī omen assequuti forent. Unde Tituli. & Titulos, quod patriam tuerentur, ³ vel quod insignia capitū ea ornamenta ferrent, quibus Tutulos dixere nos Spurii. men, dictos autumant: ⁴ sicut Spurios, sine patre genitos denominari. Fuit enim prisci moris, ut quum sine patre certo aliquem notarent, illum non exarata dictione, sed per simplices divisasque literas, scilicet per S & P, sine patre significarent. ⁵ Lucios quoque & ⁶ Manios ferunt, Lucii. Mani. alteros

TIR AQUELLUS.

¹ Et Cneos quidem.] Festus Pompejus lib. 7. Gneus, inquit, & Cneus corporis insigne & prænomen, à generando dicta esse, & ea ipsa ex Graco γένεδις, apparet. Alii à nāvo dedicunt, præposita c. litera, quod & astruit Festus, dum dicit corporis insigne. Catus autem Titus Probus Epitome Valerii Maximil. 10. Cneus, ait, ob insignem rem appellatus, quod unum prænomen varia scriptura notatur: alii enim Neum, alii Gneum, alii Cneum scribunt. Qui G. literā in hoc prænominē utuntur, antiquitatē sequi videntur, quae multum c. litera usq; est. Oim enim dicebant frumentum, nunc frumentum reservatur: & gnatūra, modo natura. Igitur etiam nāvus qui in corporibus gigni solet, Gnevus appellatur, qui c. corruptione syllab.e delectari videntur, &c. Quintil. autem l. i. c. 13. Nec Gneus, inquit, eam literam in prænominis nota accipit, qua sonat.

² Titos à tuendo.] Fest. Pompejus lib. 18. Tituli, ait, milites appellantur quasi tutuli, quod patriam tuerentur, unde & Titi prænomen ortum est. Verum

Titus Probus in eo libro, Titus à Sabino nomine Tito fluxit.

³ Vel quod insignia capitū.] Festus libro 18. dicit tutulum vocari pileum lanatum forma è tali figuratum, quo flaminicæ ac pontifices utebantur.

⁴ Sicut Spurios.] Plutarch. problem. c. 103. & vide Titum Probum ubi supra in verbo, Et Cneos quidem. *

COLERUS.

* Spurii, patre incerto geniti, quasi Epopœa.

TIR AQUELLUS.

⁵ Lucios.] Varro lib. 2. de Analogia, Tit. Probus ibidem, ubi ctiam dicit quosdam arbitrari à Lucumonibus Hetruscis, & Fest. Pompejus lib. 11. *

COLERUS.

* Festus Lucios dictos ait, quod luce oriente nati fuerint.

TIR AQUELLUS.

⁶ Manios.] Varro, Probus, & Festus Pompejus in dictis locis, & Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 7. Aliter Sozimus Romanæ historiæ lib. 1. Nempe Manium, ut gentein Valeriam, profectum esse à quodam Valerio, qui primus

alteros quasi oriente luce, alteros quasi mane editos: ¹ & Posthumos, quod post patris obitum editi essent, nuncupari. ² Sexti vero, Quinti & Decimi, tum Nonii, Septimii, & Octacili, à numero genituræ indita nomina fuere. ³ Plerique à Tullo Hostilio Quintios, sicut Servilius, Tullius, Geganios, Curiatios & Cloëlios, ex Albanis Romanis advocates ferunt. ⁴ Eratque proprium Quintiorum familiae, ut viri æque ac foeminae, nullo tempore utantur auro. ⁵ Mamerkos (quod nomen Oscum est) à Marte genitos dicunt: ⁶ sicut Martios, quod Aemyliorum prænomen fuit proprium. ⁷ Cajus vero & Caja, æque viris Curia-

mus diis Manibus sacra fecit. Ejus verba hæc sunt, τέτον τε φωμὸν Οὐαλέειρουπαν, καὶ τὰ δυτικά, καὶ τὰ παντούχια εἰπέσθαις, ἐκλιπεῖ Μάριον Οὐαλέειρον Τερψιλίον: τέτον γόχοντες, Μάριον, κατέστησεν Π' αριστει, καὶ τὸ οὐρανον, βαλίπε.

¹ Et Posthumos.] Vide supra lib. I. cap. 9. *

COLERUS.

* Festus & alii, Posthumum dici volunt, quod post mortuum seu humatum patrem natus sit. Sed hoc videtur esse falsum. Siquidem Postumus, non Posthumus, recte scribitur. A post enim formantur, posterior, Postumus seu Postimus & postremus. Graeci quoque nunquam aliter scribunt, quam πόστους, non πόσθιους. Postumus igitur posterior dicitur. Illud tamen verum est, Postumum dici ἐπει τεθνήτος πατέρος γένεσις. Et sic Ulp. Cajus, Fest. Varro. Glossarium quoque Postumus ὁ ζωντανὸς μῆτρας πατέρος αὐτοῦ μεταβολὴ, διπλανήτης ὁ γένεσις μῆτρας. Vide Tertul. Carol. Sigonium & Jacob. Cajacium lib. 3. obs. cap. 4.

TIRACELLUS.

² Sexti vero.] Nomina ipsa hæc sati indicant.

³ Plerique à Tullo Hostilio.] De his Sex. Livius 1. Decad. lib. 1. in Tullo Hostilio. Sed & quantum ad Tullios, T. Probus, ubi supra, dicit hos fuisse

sic prænominatos omnis gratia, quasi tollendos, o, litera in v, conversa, & quantum ad Cloëlios Fest. Pompejus libro 3. scribit Cloëliam familiam à Cloëlio, vel (ut alii legunt) Cloantho, Aeneas comite esse appellatam. * M. Martino.

COLERUS.

* Cloëlios dictos esse à comite Aeneas ejus nominis, Dion probat. Hic etiam opinor, Cluilius dicti fuerunt. A Cloantho autem Cluentii dicti fuerent, ut Virg. Aeneid. 5.

— *Genua unde tibi Romane Cluenti.*

TIRACELLUS.

⁴ Eratque proprium Quintiorum.] Plinius lib. 33. cap. 1.

⁵ Mamerkos.] Festus Pompejus libro 11. Sed aliter Plutarchus in Numa, & vide supra lib. 1. c. 9.

⁶ Sicut Martior.] Addic & Marios ex Tito Probo ubi supra.

⁷ Cajus vero & Caja.] Plutarchus probl. cap. 28. scribit apud priscos Romanos hanc fuisse morem, ut sponsam introducentes juberent dicere, Ut tu Cajus, ego Caja, quod quare dicebatur & quid significaret, declarat Quintilianus lib. 1 cap. 13. Nam aliter quam scribantur, aliqua enunciantur. Et Cajus c littera notatur, ut qua inversa nulliem declarat: quia tam Cajos vocitatas esse, quam Cajos, ex nuptiis lib. 14. *Prenominibus*, inquit, *feminis* effe

viris ac sc̄eminiis prænomina frequentia fuere , maxime in solennibus nuptiarum usurpata , videlicet Cajæ Cæciliæ, quæ Tanaquil dicta est , felix faustumque conjugium fortunasque augurati. Quod etiam frequens prænomen Tarrentinis ferunt , quo brutum , terrenum & colonum hominem designabant : Siquidem γά τα terra est , unde γείσος & γαύγος deducta volunt . ¹ Et tametsi in veteribus monumentis C litera Cajum denotaret , ea tamen inversa hac figura Ζ , Cajam designavit . ² Illud tamen admonitu non inutile duxerim , ³ neminem Romanorum sine prænomine appellari : idque ex eo institutum , quod quum inter Romulum & Tatium societas & communicatio imperii inita esset , ut una consensio , unus populus , una mens atque idem corpus , sublato discrimine notaretur , ⁴ ut Romani Sabini , Sabini Romanorum nomina suis nominibus præponerent , æquato regni jure , & consociato imperio , cautum fuit.

esse appellatas , testimonio sunt Recilia & Terentia , quæ ambo Cajæ solitæ sunt appellari : pari modo Lucia & Titia , quem locum & nos alibi attulimus . Titus Probus ubi supra , Ista prænomina à viris trælla sunt , Caja , Lucia , Publia , Mæria . Ceterum Cajam , usū apud omnes celebrata est : Fertur enim Cajam Cæciliam Tarquinii Prisci Regis uxorem , optimam lanifican fuisse , & ideo institutum fuit , ut novæ nuptie ante januam mariti interrogatæ , quānam vicarentur , Cajam se esse dicerent . Et vide præterea quæ diximus in nostris legibus Connubialibus l. 10. n. 38. incip. Sed & præterea . Ut tamen noui omitram illud Ciceronis in Oratione pro Murena , ut quia in aliquibus libris exempli causa id nomen invenerant , putarunt omnes mulieres , quæ coëmptionem facerent , Cajas vocari .

¹ Et tametsi in veteribus .] Id jam dictum est ex Quintil . cuius verba vide supra , in verbo , Cajus vero & Caja .

² Illud tamen admonitu .] Vide Quin-

tilianum lib. 7. c. 6. Priscianum lib. 1. & Plutarchum in Romulo .

MERCERUS .

³ Neminem Romanorum .] Tanta prænominum dignitas fuit , ut ab illis certissimum nobilitatis & generis argumentum peterent . Aminianus 1. 28. Prænominum claritudine conspicui quidam , ut putant s̄ in immensum s̄ se extollunt . Ideo apud Petronium Trimalcio , se luculenter Cnæum prænominat .

⁴ Romanis Sabini .] Id quidem tradunt Priscianus , Eutropius , & aliqui alii . Si tamen id verum , quomodo sit , ut non legas vel unum Prænomen , quod quidem à Romanis usurpatum sit , fuisse nomen Sabinum vel contra ? Ob hanc causam , nonnemo ita interpretatur hunc Alexandri locum , ut dicat fuisse quedam Prænomena , Romanis quasi propria : & vicissim , sua Sabinis fuisse peculiaria : Quæ promiscua facta sint , ambobus illis populis , in unum conjunctis . Verum tamen quam bene hoc quadret ipsi viderint .

¹ Quare

fuit. ¹ Quare prænominia veterum fuisse ex Sabinis nominibus deducta, multorum opinio fuit. Quin etiam excellentes viros, & principali dignitate insignes, solis prænominibus nominasse, magnificentius honestiusque duxere, tanquam ob illorum amplitudinem vulgo noti & conspicui forent. ² Cumque mancipiis & servis nullum cognomentum aut prænomen veteres impartirent, solo que appellarent nomine: si quando tamen manuemissi, libertatem meruissent, ut inter servilem personam & liberam discrimen nominis foret, cum illis ordo, honos & locus accesserit, prænominia patronorum, ac si disciplina & cultu Romano essent educati, sæpius sibi arrogarunt: ³ quare Marcipores, Lucipores, Publipores, à Marco, Lucio, & Publio, multi servitute exempti, nuncupati sunt. Nec modo libertorum hoc fuit proprium, ⁴ sed adoptivi filii.

TIR AQUELLUS.

¹ Quare prænominia.] Val. Maxim. lib. 10. de prænomine: *Romanos autem arbitrandum est ab Albinis & Sabinis multiplicandorum nominum consuetudinem traxisse, quoniam ab illis orti sunt.*

² Cumque mancipiis.] Id probat ex seq.

³ Quare Marcipores.] De duobus primis Plinius lib. 33. c. 1. De primo & postremo Quintil. lib. 1. c. 4. Itemque de primo Festus Pompejus lib. 15. cuius verba hæc sunt, *Quinti p[ro]f[ess]or[um] servile nomen, frequens apud antiquos erat, à prænominie domini ductum, ut Marcipor, Felicer: quamvis sint, qui à numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent.*

C O L E R U S.

* Pro Felicer, inscr. habebat Cnidor. Quod vide, num corruptum, ex eo, quod erat, M. puer, nisi malis Publipor, aut Lucipor.

TIR AQUELLUS.

⁴ Sed adoptivi filii.] Appianus l. 3. bellotum Civilium scribit Octavium, quem filium C. Caesar adoptaverat, Cesarem appellatum Romanorum more, qui adoptivis filiis adoptantium

nomina solent imponere. Nam & Suetonius in Cæsare, cap. 83. scribit eundem Octavium in familiam nomenque Cæsarum adoptatum fuisse. Sic quoque Pomponius Attic. cognominatus est Cecilius à Q. Cecilio, qui moriens testamento eum adoptaverat, heredemque ex doddante fecerat, ut tradit Corn. Nepos, five, ut alii malunt, Probus Amylius in Attici vita. Sic longo ante tempore duo priores filii Pauli Amylii & horum major à Fabio Maximo, alter à Scipione Africano adoptati, ille Fabius Maximus, hic Scipio appellati sunt apud Plutarctum in Pauli Amylii vita. Sic M. Brutus à Q. Crispone adoptatus Q. Crispio dictus, & P. Scipio à Q. Metello adoptatus Q. Metellus Scipio dictus. Hucque spectat quod scribit idem Suetonius in Tiberio, c. 6. post redirum in urbem à M. Gallio Senatore testamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit: quod Gallius adversarum Augusto partium fuerat. Et quod prodit Tacitus lib. 3. Crispum, ait, *c[on]questris ortum loco, C. Salustius, rerum Romanorum florentissimus auctor, sororis nepotea, in nomen adseivit.*

filii & arrogati, adoptantium s^ep^e nomina & prænomina, atque cognomenta defumpsere. ¹ Inter quos erant addicti, qui tametsi nomen, prænomen ac tribum in præsenti habeant: illos tamen servisse, & sub alterius mancipio fuisse liquet. Fuere autem addicti, qui quum non essent solvendo, creditoribus addicebantur: mox precio persoluto, seu quavis causa, etiam citra domini voluntatem servitute exempti, & libertate donati sunt. ² Præter hos erant abscissi & lenones, æqua fere conditione ac servi, nullo cognomento aut ordine, infames. Namque Senatusconsulto prohibitum erat, ne abscissi, quibusque virilia exēcta forent, utpote semiviri, aut lenones, quærendi juris aut postulandi causa, tribunalia adirent. ³ Ideo Vettius leno in causa testamentaria à Q. Metello dejectus fuit, & à subsellio prohibitus, quia leno erat, quem p^{io} libero propterea habendum non censuere. ⁴ Est tamen litteris proditum, ut nisi inter ingenuos, aut ex ingenuis oriundos, nullum gentilitatis cognomen foret: nam servorum libertorumque nulla cognatio, nec gentilitas erat.

⁵ Apud Athenienses vero constitutum est, ut nemo ex fœminis genitus, maternum sibi nomen ascisceret: nam fœminis indere familiæ cognomenta lege vetabatur. Id quod æque à Romanis factitatum comperimus: tum, ne quis illas Athenias vocaret, edicto cautum fuit. ⁶ E diverso apud Lycios: nam ex matribus, non patribus gentilitia fuere nomina, filiasque non filios suos habuere heredes: plusque honoris fœminis quam viris tributum est, ⁷ Neque omit-

¹ Inter quos erant addicti.] Id usque ad vers. Prater hos, est magna ex parte Quintiliani lib. 5. c. 10. & iterum l. 7. cap. 4.

² Prater hos erant abscissi & lenones.] Hoc ex seq. probat.

³ Ideo Vettius leno.] Val. Maximus lib. 7. cap. item 7. titulo De testamentis, que rescissia sunt, in fine.

⁴ Est tamen litteris p. editum.] Cicer. in Topicis.

⁵ Apud Athenienses.] Vide nostros Commentarios Nobilitatis cap. 18. n. 35. incip. Atheniensium.

⁶ E diverso apud Lycios.] Herodotus lib. I.

⁷ Neque omittendum.] Hæc usque ad vers. sicut in, sunt partim Varonis lib. 5. de ling. Latina, & magna ex parte Plutarchi, tum in Numa Pompilio, tum in Camillo, & Macrobii l. 1. Satur. c. 11. & Solini c. 2.

omittendum, Nonis Iulii, quibus è vita concessit Romulus, ^{Nona} ^{Cupro-} ^{tinae.} quas caprotinas & vulgi fugam appellant, Romanos urbe excedentes, ad Capreae paludem sacra facere: dumque ad rem divinam vadunt, veterum prænomina, ut Camum, Lucium, Marcium, aliaque prisca nomina inclinare: ¹ sicut in Oschophoriiis Athenicenses ob Ægei mortem, dolentium voces imitantur. ² Ancillasque cultu decoras in matronali habitu cum ocurrentibus prælii imaginem effingere, quod olim cum Latinis Romani gessere: ³ unde celebritatis causa & origo est, tectasque umbra caprifici epulas & alia lætitiae invita menta celebrare. In quibus sacris hoc servari meminimus, ut inter solennia de caprifici lacte apponatur. ⁴ Illud præterea notatum est, Romanas mulieres sine cognomento, solis prænominibus adjecto nomine denominari. ⁵ Quodque Marci prænomen velut perniciosum & infame, plerique magnopere devitarunt, postquam M. Manlio crimine affectati regni turpi judicio convicti, ne cui gentili nomen M. Manlio foret, senatus consulto cautum fuit: quod generi & nomini suo inustam dedecoris notam attulisset: ⁶ sicut Claudia gens, propter gentilium flagitia, cum Luciorum alter cædis, ⁷ alter latrocinii damnatus foret, ad diluendam memoriam dedecoris, Lucii prænomen devitavit. ⁸ Quodque Domitia gens, cæteris prætermis s, Cn. & Lucii prænomen peculiare sibi desumpsit. Siquidem ex Ænobarbis (auctore Tranquillo) continua serie tres, Lucii: reliqui vero, Cnei prænominia eadem serie vendicarunt.

¹ Sicut in Oschophoriiis.] Plutarch. in Theseo.

² Ancillasque cultu decoras.] Ad Romanos redit, & est totum id usque ad versū. Illud præterea, ipsius Plutarchi in Camillo.

³ Illud præterea notatum est.] Plut. in Mario in princ. Quandoquidem inter genera ista nominum primum, quod

Pesidonius propriæ nomen Romanis esse arbitratur, nulli mulieri imponitur. Vide Val. Max. lib. 10.

⁴ Quodque Marei prænomen.] Liv. 1. Decad. lib. 6.

⁵ Sicut Claudia gens.] Suetonius in Tiberio, c. 1.

⁶ Quodque Domitia gens.] Idem Sueton. in Nerone, c. 1.

C A P U T V.

Quid sit apud Jureconsulios heliocaminus, quid zeta, & unde deductum nomen, & denominatum.

IN circo Flaminio, dum post immodicos calores sole occiduo deambularemus, ad nos contubernalis meus quispiam, proficiens in jure civili, sed nimis inepte gloriosus: & percontatus est, quid esset 'quod Ulpianus de servitutibus urbanorum dixit: Quod si arbor à te compacta, heliocamino meo solem adimeret, eo quod umbram facit in loco heliocamini, id contra servitatem tibi facere non licere. Quid esset heliocaminus, percontabatur. Cumque de verbi significatu ambigeretur, dixi heliocaminum vaporarium quoddam solare, & apricum locum dici, ad quem sol hybernus accedens ipsum evaporat & calefacit, deductum nomen ἡλιόκαμπος, id est, solis vaporario seu æstuario. ² Fuisseque moris prisci, ut juxta zetam heliocaminus construatur, zeta enim locus erat unius cubiculi capax, solem hybernū prospexitans, ita constructa, ut per heliocaminum vaporem acciperet. Erat enim cubiculum hybernū frigori accommodatum, quod nunc sole, nunc igne æstuaret. ³ Quare Heliogabalum Indicos odores ad vaporandas zetas accendere consuevisse, auctores tradunt. Fuit ergo opinio Ulpiani, quod si heliocamino meo & vaporario ejusmodi, ad quem sol admitti debet, arbor per te compacta officiat, ita quod ad eum admitti nequeat, id velut contra servitatem factum, non rite factum videri.

¹ *Quod Ulpianus.]* In l. si arborem. *ff. de servitutibus urban. præd.* ubi Budus in prioribus Annotationibus eam distinctionem interpretatur, ut hic noster Alexander, citatque Plinium lib. epistol. 2. epist. ejus lib. 17. ubi de dieta quadam, aut, ut alii legunt, zeta loquens, sic scribit, *In hac heliocaminius*

quidem alia xistum, alia mare, utraque solem prospicit.

² *Fuisseque moris prisci.]* Hic omnino vide Joannem Mariam Cataneum, doctum interpretem Plinii in ea epistola.

³ *Quare Heliogabalum.]* Lampridius in ejusdem Heliogabali vita.

CAPUT VI.

Quando primum interregnum cœp:um fuerit, & quibus de causis interreges Romæ creari consueverint.

Quo tempore Romulus ad Capreæ paludem huminatatem exuissè fertur, satis constat, patres conscriptos de regni successore sollicitos, decem decuriis factis, singulisque in singulas decurias creatis, ut decem imperitarent, unusque cum insignibus imperii & lictoribus esset, interreges creavisse, quod imperium per orbem ire, & quinque dierum spatio terminari jusserunt. ^{Inter-} ^{reges} ^{quando} ^{pri-} ^{mum} ^{creati.} ^{cr.} Alii per ternos quatermosque dies, interregni spatium per singulos ivisse, atque anno uno senatores, qui centum numero erant, imperium temuisse ferunt. Plerique asserunt, cum ducenti senatores essent, à patribus fuisse constitutum, ut per quinos dies singuli qui fasces & imperii insignia habebant, imperitarent: functusque imperio primus, secundo, & reliquis deinceps, regni curam in unusque tra- ^{patres.} deret, nonnulli putant, quod cum centum & quinqua- ^{reges} ^{quando} ^{de eau-} ^{sa crea-} ^{rentur.} ginta patres essent, singuli cum fascibus prodeentes, sex noctis horas, & sex diei, Quirino imperitarunt, & sacrum fecerunt: tantundem Tatio, qui regni consors erat, annuumque intervallum fuisse: donec Numa Pomplilio Re- ^{Inter-} ^{reges} ^{quando} ^{& qua-} ^{de eau-} ^{sa crea-} ^{rentur.} ge creato, Romulo regni successor datus est. Mansitque mos post exactos Reges, ut si qua fortuna aut casu consules creari nequirent, vel vitio creati forent, aut si qua turbulenta confusio & necessitas premeret, donec de consulatu decerneretur, aut dictator reipub. daretur, interreges praescient, qui populo vice consulum jura darent. ³ Quinetiam si contentio inter patres & plebem foret de magi-

TIRQUELLUS.

¹ *Quo tempore Romulus.]* Livius 1.

Decad.lib. 1. Dionysius Halicarnassus l.r. & latius l.2. Plutarchus in Numa Pomplilio. Sed & quod illi de quinque diebus dixerunt, confirmat Asconius

Pedianus in Orationem Ciceronis pro Milone.

² *Alii per ternos.]* Vide omnino Dion. Halicarn.d.lib.2.

³ *Quinetiam si contentio.]* Livius 1. Decad.lib.3.4. & 7.

magistratibus creandis, aut absentibus consulibus comitia haberi non possent, ¹ vel vitio creatis magistratibus auspicio renovari oporteret: ² vel consulibus morte sublatis,

Patres inter regem creabant. *Qui inter reges creabantur.* ³ de comitiis & creandis consulibus contentio esset, interreges creari compertum est, ut essent qui comitia haberent, magistratu inque munia obirent. ⁴ Qui quidem interreges sine populi suffragio, ad concilium plebe non admissa, à patribus tantum auspicato creabantur. ⁵ Quotiesque per interregem comitia siebant, in patrum potestate eventuum comitiorum fuisse liquet: quippe nemo interrex, qui auctor comitiorum foret, nisi ex patribus erat.

⁶ Dicebat vero consulem plerumque interrex, ex patrum decreto, quem ipsi voluissent, quod officium prodendi interregem, oratoris fuisse autuunt: ⁷ poteratque non modo prætor, sed consul aut dictator interrex fieri. Et si quando proditus interrex, munus pro quo dicebatur, exequi nequiret, ⁸ exacto dierum quinque spatio, aliis succe-

¹ *Vel vitio creatis.*] Idem Livius ejusdem 1. Decad.lib. 5. & 8.

² *Vel Consulibus morte sublatis.*] Aut etiam morte implicatis, Livius d.l. 5.

³ *De comitiis & creandis Coss.*] De utroque Livius l. 7. & Halicarnassaeus lib. 9. ubi loquitur de creatione L. Lucretii, & T. Veturii Geminii Coss.

⁴ *Qui quidem interreges.*] Halicarnassaeus lib. 3. sic scribit, *Poſt cuius mortem Senatus accepto à populo arbitrio constitundi rempub. praesenti statu contentus cœavit interreges: qui curiatis comitiis Regem elegerunt L. Tarquinium.* Titus Livius 1. Decad.lib. 1. *Alia ſententia* asperior in speciem, qua Patricios coire ad prodendum interregem jubebat. Et lib. 4. *Patritiis, cum fine curuli magistratu Resp. effet coiere & interregem creare.* Et libro sexto: *Penes quos sunt auspicia? nempe penes patres.* Nam plebejus nullus magistratus auspicato creature. *Nobis adeo sunt propria, ut non ſolum quos populus Patricios magistratus, non aliter, quam auspicato creet: ſed nos quoque ipsi, ſine suffragio populi auspicato, interregem*

prodamus: & Cicero pro domo sua, Auspicioque populi Roma. Si magistratus Patricii creati non sint, intereant necesse eſt, cum interrex nullus sit: quod & ipsum Patritium eſſe, & à Patritiis prodidi necesse eſt.

⁵ *Quotiesque per interregem comitia.*] Hoc autem fiebat ob eas causas, quas supra proxime attulimus.

⁶ *Dicebat vero Consulem.*] Livius 1. Decad.lib. 3. ubi per interregem creati sunt L. Valerius, & M. Horatius Coss. & iterum lib. 4. & Plutarch. in Pompejo, ubi dicit Pompejum à Sulpitio interrege Consulem creatum.

⁷ *Poteratque.*] Sic Valerius Publio factus interrex Livio Decad. 1. libro 3. qui jam consul fuerat, eidem ejusdem Decad.lib. 2. Sic & M. Furius Camillas factus interrex, quinquennio ante Dictator fuerat, ut patet ex eod. Livio 1. Decad. lib. 5.

⁸ *Exacto quinque dierum ſpatio.*] Halicarnassaeus de hujus magistratus creatione loquens sic scribit lib. 2. *Ducenti patres conscripti, ex quibus Senatum Re-*

succedebat qui vices susciperet, donec per singulos in orbem irent, ¹ ut modo tertius, ² nunc quintus, ³ aut quartus, ⁴ nonnunquam quartusdecimus, ⁵ plerunque vigesimus proditus interrex, consules magistratusve faceret, aut ^{Inter-}
comitia haberet. ⁶ Quos quidem interreges dum honori ^{regum} munus.
praeerant, consulum vicem gerere, idemque juris & po-
testatis habere, haud dubium est, donec absoluto reipu-
blicæ munere, interregum potestas finiretur. ⁷ In quo id ^{Inter-}
plerunque evenisse comperimus, ut proditus interrex, ^{regum} ^{pote-}
comitiis, quæ ipse habuisset, consul crearetur: sicut de ^{stas.}
L. Posthumio Metello traditur, qui his comitiis quibus
interrex praeerat, cum Junio Bubulco consul factus est.
Qui etiam tantæ potestatis erat, ut legem ferre possent,
senatum consulere, & consulis munia obire. Hoc quoque ^{Inter-}
dicere haud piget, sine causa interregem dicere haud lice- ^{temere}
re: sed quantum turbulentæ confusiones, aut tumultus co- ^{dicere}
mitia impedirent, ⁸ & nisi ad quartum calendas Februa- ^{non li-}
rias creari non licuisse. Et si quando comitiorum causa ^{cebat.}
interrex proditus esset, quod plerunque usu veniebat,

num-

ge Romulo constitutum diximus, distributi
in decurias, decemviris forte committe-
bant urbis imperium. Hi non simul, sed
unus post alium quinis diebus lectores ha-
bebant ceteraque insignia regia, quæ ceu-
per manus tradebantur à primo deinceps
usque ad ultimum. Tum Quinqueduanus
ille magistratus migrabat ad sequentem
decuriam, & inde rursum ad aliam. Su-
pra etiam dictum est ibi, *Quo tempore.*
Asconius Pedianus in Orat. pro Milone,
& Appianus bellorum Civil. l. I.

¹ Ut modo tertius.] Livius 1. Decad. lib. 5. in creatione L. Lucretii, & Ser-
vii Sulpitii, & aliorum Tribunorum militum: & cod.lib. paulo ante, *Inter-*
reges tres deinceps fuerunt L. Valerius,
*Q. Servilius Fidenas, M. Furio Camil-
lus.*

² Nunc quintus.] Livius 1. Dec. l. 8.
ubi Cornelius iterum, & Cn. Domiti-
tius Cosci creati sunt per quintum de-
mum interregem M. Valer. Corynium.

³ Aut quartus.] Halicarnassus d.
lib. 2.

⁴ Nonnunquam quartus decimus.]
Livius 1. Decad. lib. 8. in creatione C.
Petilii, & L. Mugilani Consulam.

⁵ Plerunque vigesimus.] Livius l. 7.
Decad. 1. scribit ad undecimum usque
interregem aliquando plementum
statim. Infestam inde patribus plebem,
interreges cum accepissent, ad undeci-
num interregem seditionibus certa-
tum est. Vide Dionysium Halicarnas-
sium.

⁶ Quos quidem interreges.] Fene-
stella cap. 4. & Pompo. Lxxii c. 5. de
Rom. magistratibus. Blondus lib. 3.
Romæ triumph.

⁷ In quo id plerunque.] Liv. 3. Dec.
lib. 7. Ex quo intellige, Mugillo hic le-
gendum esse non Metello.

⁸ Et nisi ad quartum Calend. Febr.]
Asconius Pedianus in Orat. Ciceronis
pro Milone dicit ad 14.

1 Num-

¹ nunquam ab eo qui primus proderetur, ² sed qui secundo³ aut tertio⁴ ac deinceps in orbe in essent, vel comitia haberi, vel dictatorem dici, aut consulem vel tribunum creari. ⁵ Fertur vero Sylla, cum summae esset potentia, consulibus morbo sublatis, per senatum interregem creari mandasse: scilicet qui non consulum comitia ex emplo vete ri indiceret, sed ut se dictatorem ad imaginem antiquitatis, *Cæsarium* comitiis crearet. Neque negaverim Cæsarum temporibus nullum interregnū fuisse, quum unius imperio occupata republ. senatus esset negligens & remissus, & vix ulla foret libertatis imago, ⁶ nisi post Aurelianum, quum de principe deligendo senatus opinione vaga ducatur, & cum militibus tumultuantibus non consentiret, per sex menses deligendo principi interregnū fuisse: donec Tacitus in imperio assumpitus fuit, qui summi principis spem ostendit. Tametsi morte sublatis Cæsaribus, quoties de principe deligendo ambigebatur, ad senatum Romanum rem pertinuisse, multiplici exemplo probatum sit: ⁷ quod Trajanus facere destinarat, ut si quid ei evenisset humanitus, principem reipublicæ senatus daret.

¹ Nunquam ab eo qui primus.] Idem Asconius in d. Orat. Non fuit, inquit, moris, ut ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberentur.

² Sed qui secundo.] Livius I. Dec. lib. 6. statim post princip. in creatione A. Valerii Publicola, & L. Virginii & aliorum Trib. militum, & lib. 10. in creatione L. Cornelii Scipionis, & Cn. Fulvii Consulium.

³ Aut tertio.] Supra eodem capite dictum est in verbo, Ut modo ter tius.

⁴ Ac deinceps.] Nam & præter numeros præcedentes, videbis de undecim (ut jam dictum est) apud Livium I. Decad. lib. 7. in creatione P. Valerii Publicola, & C. Martii Rutilii Consulium.

⁵ Fertur vero Sylla.] Appianus I. I. bellorum Civilium.

⁶ Nisi post Aurelianum.] Flavius Vopiscus in vita Taciti Imperatoris in princ.

⁷ Quod Trajanus.] Aelius Spartianus in vita Adriani.

C A P U T VII.

*Sacrificium Latinarum quomodo in Albano fiebat, &
quæ erant feria, quive populi ad fā-
crum convenirent.*

ROmanos¹ Consules coenitiis creatos, sortitis provin-
ciis, aut extra sortem datis, Latinas ferias indicere
consuevisse, planè perspicuum est: Jovique Latiali in mon-
te Albano sacrum facere, quod Latiarū dixere, ubi carnem
Latinis populis dare mos erat, quæ visceratio dicta. Est
enim mons Albanus, inter Albam & urbem Rōmam tra-
etu fere pari disjunctus, ubi templum à Tarquinio Superbo
Jovi Latiali constructum ferunt, sacrumque institutum, ad
quod Latini populi numero septem & sexaginta, stato
tempore, nonnunquam noctu ad lumina frēquentes con-
venirent, ibique nundinas haberent: utque alii agnos, alii
caseos, nonnulli lac, plerique molam ad coenitum epul-
lum afferrent,² & una taurum immolarent, concordi suf-
fragio statutum erat: tauroque immolato, & cæsa victi-
ma, riteque sacrificio perfecto, ut quisque populus qui
ad sacrum accesserat, & quæque civitas carnem posceret,
de tauroque partem acciperet, prisci moris erat. Princi-
patus vero sacri & publici concilii caput, haud dubie pe-
nes Romanos fuit, quas quidem ferias conceptivas, non
stati-

T I R A Q U E L L U S.

¹ Romanos *Consules.*] Id videre li-
cet ex infinitis locis Livii, ex quibus
multa in sequ. affereimus. Id autem
princ. usque ad versic. *Cumenimferia-
rum*, est Dionysii Halicar. lib. 4. Sed
de visceratione vide Varro in lib. 1.
aut ex aliorum comput. 4. ling. Lat.
Livium 4. Decad. 1 b. 2. statim post
princ. & Servium lib. 1. Æneidos in
eum locum,

*Tergora diripiunt costis & viscera nn-
dant.*
Et lib. 6. eo loco,

Tert. II.

*Et solida imponit taurorum viscera
flamnis.*
Vide infra in verbo, *Propterea C. Fla-
minio.*

M E R C E R U S.

² *Taurum immolarent.*] Hic Taurus
olim niveus esse debebat, postea ex Se-
natus decreto potuit esse rufus. Arn.
lib. 2. *In Albano antiquitus monte, nul-
los alios licet quam nivei tauros immo-
lare candoris.* Nonne istum morem, & eli-
gionemque mutastis? Atque ut iussu do-
liceret dari, senatus constitutum sanctio[n]em?

D

x Cura

stativas esse multi putarunt. ¹ Cum enim feriarum quatuor essent genera, stativæ, conceptivæ, imperativæ, aut nundinæ: Stativæ autem fuerunt, quæ statis diebus ac mensibus servantur, veluti Saturnalia, Lupercalia, Agonalia: Conceptivæ quæ in diem certam à pontifice vel magistratu concipiuntur, quemadmodum Latinæ, Sementinæ, Paganaiia, [†] vel Compitalia: Imperativæ, quas consul prætorve, aut pontifex maximus pro arbitrio indicit: ² Nundinæ vero semper paganorum habitæ sunt feriæ, ^{† Idem} ³ ^{infra} ^{lib. 6.} ^{qui} ^{Paganalia} ^{dicitur} ^{cap. 11.} ^{quas} ^{Hortensius} nefastas esse sanxit, ut rusticis qui nundinandi causa in urbem venerant, lites componere, & leges accipere facultas foret. ⁴ Quod quidem sacrum velut anniversarium sine piaculo nec præmitti, nec supprimi poterat. Ideo si dilatum aut omisiun foret, piaculum admissi putabatur: namque illud iterari, aut intermitti, vel non suo tempore celebrari, prodigium erat. ⁵ Propterea Cajo Flaminio, quod secundo Punico bello consul Latinas

TIR AQUELLUS.

¹ Cum enim feriarum.] Hæc sunt Varronis lib. 2. aut aliorum computatione 5. lingue Latinæ, & Macrobi lib. 1. Saturn. cap. 16. Sed quas illi stativas vocant, Festus Pompejus lib. 6. statas vocat, quod certo statutoque die observarentur, & de conceptivis idem Festus lib. 3. ubi Conceptivæ, inquit, seriae festa dicebantur, quæ incertis diebus obserabantur quotannis, ut Sementinæ, compitalitiae. Sed & de ipsis Sementinis ipse Varro, Rei rusticæ lib. 1. cap. 2. in princ. Et de Panagalib. Dionysius Halicarnassæus lib. 4. ubi declarat quæ ea sint, & Ovid. lib. 1. Fastorum his versibus,

Ter quater evolvi signantes tempora Fastos,

Nec sementinæ est ulla reporta dies.

Cum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur, inquit,

Musa: quid à Fastis non statua sacra petis?

Utque dies incerta sacris sic tempore certo

Seminibus jactis est ubi factus ager.

² Nundinæ vero.] Plinius l. 18. c. 3. An autem hæc essent apud veteres non parvum dubium erat, ut videbis apud Macrobius d. lib. 1. cap. 16.

³ Quas Hortensius.] Id accepisse videtur à Macrobio d. lib. 1. cap. 16. qui tamen aliter dicere videtur. Festus antem Pompejus lib. 12. Nundinas, inquit, feriarum diem esse voluerunt antiqui, quo rusticæ mercandi, vendendique causa in urbem convenienter, eumque nefastum, ne si licaret cum populo agi interpellarentur nundinatores.

⁴ Quod quidem sacrum.] Scilicet Latinarum feriarum. Nam & id videre licet ex multis Livii locis, ex quibus nonnullos inferius adducemus.

⁵ Propterea C. Flaminio.] Plutarchus in Hannibale, & Livius 3. Decad. libro primo, ad fin. ex quo intelliges id quod supra in princip. dictum est, Jovi Latiali id sacrum fieri solitum in monte Albano.

¹ Quod

nas non indixisset, neque sacrum in Albano fecisset, sed li-
xæ modo sine more, sine auspiciis ad exercitum profectus
esset, dirum fuit, & haud multo post publica clade expia-
tum, siquidem ad Trasimenum, quum inconsulta auda-
cia in hostes irruisset, depulsis & dissipatis copiis, totoque
exercitu profligato, & nefanda cæde afflito, prætermis-
si sacri pœnas dedit.¹ Quod si in eo sacrò non omnes Latini
carnem accepissent,² sed aliquid dilatum in præteritumve
fuisse, aut neglectæ cæremoniæ, intermissumve solenne Cære-
monie Latina-
rum.
esset, tanquam non rite exhibitum foret, denuo instaurari Calen-
daria
sacra.
oportebat.³ Ea vero quæ non anniversaria, sed calenda-
ria dicuntur sacra, si quo casu aut fortuna dilata, vel suo
tempore omissa forent, & differri, & novari, & repeti pos-
se sine piaculo veteres credidere.⁴ Has ergo Latinas Tar-
quinius

¹ *Quod si in eo sacro.*] Livius 4. Dec. libro secundo, Feriae Latinae pontificum decreto instauratae sunt, quod ab Ardea questi in Senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut assulet datum non esse. Et libro septimo. Latinae instaura-
tae, quod Laurentibus caro, que dari de-
beret, data non fuerat.

² *Sed aliquid dilatum.*] Ut dictum est supra proxime. Non licebat autem differri hæc sacra, quia anniversaria erant, ut diceamus infra in verbo, *Ea vero quæ anniversaria.*

³ *Præteritumve fuisse.*] Livius 5. Decad. lib. 1. Latinae feriæ fuere ad diem **III. Non. Maii**: in quibus quia in una hostia magistratus Lanuvinus precatus non erat, P.R. Quirinum, religioni fuit. Id cum ad Senatum relatum esset, Senatusque ad pontificum collegium reiecisset, pontificebus, quia non recte factæ Latinae essent, instauratis Latinis, placuit Lanuvios, quorum opera instauratae essent, hostias præbere, &c. que sequuntur. Et hic vide omnino que scripsimus in nostris Commentariis ad *I. boves*. §. hoc sermone. num. regulæ 26. incip. *Addet quod apud ipsos Rom.*

⁴ *Ea vero quæ non anniversaria.*] Li-
vius 3. Decad. lib. 2. scribit, Anniver-

sarium Cereris factum Cannensi clade intermissum fuisse: quia nec lugentibus id facere fas esset, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat. Servius enarrans locum illum Virgil. 8. Aeneid.

*Interēa sacra hæc (quando huc venisti)
amici)*

*Annuas, que differi e nephias, celebrate,
faventes.*

*Anniversaria, inquit, sacrificia ideo non
differuntur, quia nec iterari possunt. Nam
Calendaria, si qua fuerint ratione dilata,
possunt repeti, nec piaculum eorum inter-
missione committitur. Vide in d. nostris
Comment. d. I. boves. num. regulæ 23.
incip. Hucque.*

⁵ *Has vero Latinas Tarquinius.*] Hæc usque ad ea verba, *Interjetis deinde tempore*, sunt Dionysii Halicarnassi libro sexto, ad finem. Cujus hæc verba sunt redditæ Latinitati à Sigismundo Gelenio. *Supplicationes etiam Senatus decretivit ob plebis in gratiam redditum, & Feriis Latinis diem tertium addidit, cum prius duo tantum fuerint, primus conser-
vatus à Rege Tarquinio, qui tempore de-
vicit Heterriam, alter à populo additus,* quando regibus pulsis libertatem adeptus est: *tunc vero tertius accessit post recon-*

quinius à principio in unam diem indixit: Post Reges vero exactos, altera populi iussu adjici cœpta fuit. Demum restituta plebe quæ ad sacrum montem secesserat, in tres aut quatuor dies indictas à consule vel præfecto Latinarum fuisse: interjecto deinde tempore in decem dilatas servatasque invenimus. ¹ Ultra quos, duo etiam post Latinas religiosi dies habiti, ² quo tempore solenne ludicum in Capitolio fieri, quadrigæque concito cursu decertare, viatorque certaminis in palnam victoriæ absinthium bibere solebat: ³ quibus diebus si cum Latinis & populo Romano bellum inter eos aut dimicatio foret, inducæ dabantur: namque indictis feriis Latinos populos invicem arma sumere aut acie decernere, vel agros hostili modo vastarc, sine gravi prodigo non licebat: tunc enim odia offensionesque quiescebant. ⁴ Cumque post pugnam cum Vejen-tibus ad Vesuvium, fœdus iustum fuerit cum Laurentibus, deinceps singulis annis post decimum Latinarum denuo innovari servatum est. Sed sicut hoc sacrum in Albano,

Dies duos religiosi post Lutinas.

Veneris templum apud Latinos.

Concilium Latiorum in Albano aut luco Ferentino.

ciliatam plebem patribus. Adde & quartum postquam reconciliavit cum patribus plebem Camillus apud Livium ¹. Decad.lib. 6. in fine.

¹ Ultra quos duos etiam.] Hæc alibi dicentur oportunius.

² Quo tempore solenne.] Plinius libro 27. cap. 7. de absinthio loquens sic scribit, *De usu ejus convenit, herbæ fastidime, atque inter paucas utilissimæ, præterea sacris populi Romani celebratae peculiariter. Siquidem Latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio, viatorque absinthium bibit: credo sanitatem præmiandi honorifice arbitratis majoribus.*

³ Quibus diebus.] Macrobius. Saturn. lib. 1. cap. 16.

⁴ Cumque post pugnam.] Livius 1. Decad. lib. 8. *Cum Laurentibus, ait, fœdus renovari iussum, renovaturque ex eo quotannis post diem decimum Latinarum.*

⁵ Sic Veneris templum Lavini.] Vide Halicarnassum.

⁶ Mansitque in posterum.] Idem.

⁷ Aut ad lucum Ferentine.] Livius 1. Dec. libro primo, statim post princ. regni Tarquinii Superbi, *Fam magna, inquit, Tarquinii auctoritas inter Latinorum proceres erat, cum in diem certam, ut ad*

Quo opus foret, communis consilio decernerent. ¹ Anagnini autem concilium Hernicis populis in circo quem maritimum vocant, indicebant. ² Græcis vero convenitum Amphictyonum ab Amphictyone, Heleni filio, inventum quod fuit sanctissimum Græciæ concilium, hujus instar sacri tenuisse dicunt, ³ ad quem duodecim florentes Græciæ urbes initio veris & autunni convenire, & Cere-ri sacrum facere; deque maximis rebus communis decreto decernere solebant: quod ad Thermopylas indicebatur, & Pylaicum vocant. ⁴ Fuere autem populi qui ex citi sedibus illuc confluebant, Ionés, Dorii, Perrhæbji, Bœotii, Magnetes, Achæi, Phthiji, Melienses, Dolopes, Aenianes, Delphi, & Phocenses. ⁵ Præter quos Homoloctos populos hujus sacri imaginem prætulisse tradunt. Dissecto enim in minimas partes boye immolato, foedus jungunt, & sacrum faciunt. Nec desunt, qui Diana templum, quod

ut ad lucum Ferentinae convenientia, indicit: esse quæ agere de rebus communibus velit.

¹ Anagnini autem concilium Hernicis.] Livius 1. Decad. lib. 9. non adeo longe ante finem; *Id agre passi Hernici, concilium populorum omnium habentibus Anagninis in circo quem maritimum vocant: præter Analitratem, Ferentinatemque & Verulanum, omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt.*

² Græcis vero conventum Amphictyonum.] Cicero lib. 2. de Invent. Unde decreta Amphictyonum citat Demosthenes in Oratione pro Ctesiphonte. Constatbat autem Amphictyonum conventus ex septem Græciæ civitatibus, ut docet Strabo libro octavo. Unde autem Amphictyonum nomen deducatur, docet Dionysius Halicarnassæus libro quarto. Amphictyonem Heleni filium commentum esse Amphictyonicum concilium, cui ab ipsis nomine nomen indiderunt. Hujus concilii meminit Plinius 1. 35. c. 9. Panfanius lib. 10. dicit hunc Amphictyo-

nem Deucalionis filium fuisse.

³ Ad quem duodecim.] Hæc usque ad versicul. Fuere autem, sunt Strabonis lib. 8. Sed & quod hic dicitur de Thermopylis idem dicunt Herodotus in Polymnia & Pausanias in Achaicis, ubi & idem dicit de Delphis. Et quod hic Pylaicum dicit id concilium fuisse vocatum, potest videri Alexandrum aberrasse, & Pyram dicere debuisse, ex Strabone ibi supra. Pylaicum autem aliud dictum est, ut dicemus paulo post in verbo, *Concilium quoque Etorum*: ibi videto.

⁴ Fuere autem populi.] Hæc Pausanias lib. 10. Sed quod ad Magnetes spectat, Livius 4. Dec. lib. 5. ita de his loquitur tanquam illorum esset proprium concilium.

⁵ Præter quos Homoloctos.] Homolotus legendum est ex Zenodoto, qui id de illis prodidit in enarratione illius proverbii, οὐαοντῶν. id est bos Homolottorum. Morem hunc Scythis fuisse testatur Lucianus in Toxaride. *

C O L E R U S.

* De quo vide hujus libri c. 5.

quod est in Laconia finibus, hujus figuram obtinere dicant. Illic enim Lacones & Messenii statuto sacrificio, quod in diem certam quotannis faciunt, crebra concilia indicunt, & adversus maximos conatus de summa rerum Logdu-
ni atra. consultant.¹ Lugduni quoque ubi Arar Rhodano commis-
scetur, communis ara finitimos concivit populos numero
sexaginta: ad quod sacrum singuli evocati, ingenti coacta
manu, adventabant, deque rebus magnis indicto concilio
Æto-
lorum
conci-
lium. decernebant.² Concilium quoque Ætolorum, quod Pala-
nætolium vocant, magni nominis fuit, in quo nisi in Pa-
nætolice & Pyrrhiacho concilio de bello vel pace decerni
nihil poterat.³ In Palladis Ioniæ templo Pambœotia sa-
Bæotio-
rum. cra concilio concurrente Bœotia tota, & concilia popu-
lorum magno concursum ad pinnas hostium inotus frequen-
Athe-
nien-
sium. tia fiunt.⁴ Et Panægyres Athenis quinto quoque anno,
atque in Neptuni templo Heliconii ab universis Ionibus

CON-

TIRAKQUELLUS.

¹ *Lugduni.*] Strabo l. 4. non semel.

² Concilium quoque Ætolorum.] Li-
vius 4. Decad. lib. 1. Concilium, inquit,
Ætolorum statuta die, quod Panætolium
vocant, futurum erat. Et paulo post, Cum
legibus cautum esset, ne de pace bellove,
nisi in Panætolico & Pylaico concilio age-
retur, decernerent extemplo. Ex quo jam
intelligis hic non Pyrrhiachum, sed Py-
laicum esse legendum. Nam & ita quo-
que votatum fuisse dicit idem Livius
ejusdem 4. Decad. lib. 3. cum ita scri-
bit, Cornelius Thermopylas, ubi frequens
Grecie statim diebus esse solet conventus:
(Pylaicum appellant) venit. Qui locus
ambiguum reddit, quod supra ibi, Ad
quem duodecim, diximus de Pylaico.
Sunt autem qui in hoc Livii postremo
loco legunt non Pylaicum, sed Pylæam,
de qua Strabo lib. 9. in aliquot locis.
Ita tamen, ut intelligas Pylaicum, sive
mavis, Pylæam vocari, ob id quod ad
Thermopylas indicebatur. Nam quas
Graci Thermopylas vocant, indigenæ
& accolæ Pylas appellant, ut tradit
Herodotus lib. 7. ut non mitum sit, si

is conventus Pylaicus sive Pyleus vel
Pyleas vocetur ab eo loco. Nam & ipse
Herodotus non in multo post memorat,
Pylæoras Amphistyones apud Py-
læam congregari. De quo & nos supra
libro tertio, cap. vigesimo octavo, n. 3.
Vide Budæum in Annos. in Pandectas
in l. ult. de Senator.

³ In Palladis Ioniæ templo Pambœotia.] Strabo lib. 8.

⁴ Et Panægyres Athenis.] Panægy-
rias dicit Herodotus in Erato, his ver-
bis, Quo factum est, ut ab his pugnæ
tempore, quoties Athenienses ferunt
hostias apud Panægyrias, id est publicos
conventus, que quanto quoque anno fiunt,
Atheniensis præco concepitis verbis pre-
cectur bona Atheniensibus pariter & Plat-
taensibus.

⁵ Atque Neptuni templo Heliconii.] Strabo lib. 8. scribit, Homerum hujus
sacrificii (ut quidam referunt) memi-
nisce, cum inquit,

Aὐτὴρ δὲ θυμέν τιθε, καὶ ἡρυγέρως ὁ τε
τάυρος
Ἡρυγέρως, ἐπάρχομενος ἐλικάνιον αἱματί¹
ἄραξτα.

conventus & sacrum fit, quod vocant Panonia. Fuitque alter conventus ^{Am-} Amphictyonum in Troezena templo ^{phicty-}
 Neptuni inclito; quo ex septem civitatibus populi ad ^{onum}
 commune sacrum pari usu & commercio coibant. Hæ ^{conven-}
 fuere, Athenæ, Praesium, Epidaurus, Ægina, Nauplia, ^{Troeze-}
 Orchomenus, & Mynius. ^{ne.} Apud Cares autem Chrysao- ^{Carum.}
 rei Jovis templum omnibus Caribus communis concilii
 locus erat. ³ Et Sybaritis Omarii Jovis delubrum, in quo ^{Sybari-}
 Sybaritæ, Caulonitæ & Crodematæ conveniunt. ^{tatum.} Et Do-
 riis in Epitropio Apolline, ad quem convenientes cum
 uxoribus & liberis sacrificant, ibique, ex omnibus oppi-
 dis & vicis, si qua consultatio fieret, cives & incolæ con-
 cilio adesse assuerant. ⁵ Præ cæteris vero Senonum con-
 ventus fertur immanissimus, quo omnes ejusdem sanguini-
 nis statuto tempore in sylvam religione sacram conveniunt: cæsoque publice homine, barbara feritate victi-
 main faciunt, & de bellis consultant. ⁶ Præter quos fuit
 conventus in Olympia Dianæ Alpheoniae, juxta Al- ^{Con-}
 pheum: sicut Elaphiæ & Daphniæ ac Laureæ, qui annis ^{ventus} ^{in O-}
 singulis stato die celebrantur. ⁷ Uni soli feruntur Britanni, ^{lympia.} ^{Britan-}
 qui quum variis factionibus laborent, ad propulsandum ^{norum.}
 commune periculum nullos aut paucissimos conventus
 habent. Ita fit, ut cum vires consociatas non tencant, duin
 singuli oppugnantur, universi succumbant. ⁸ In Albano
 autem,

*Ille animum spirat, sic ructans taurus ut
 olim
 Pertrahitur, Regis ructans Heliconii
 ad aras.*

Idem Strabo lib. 14. sic scribit, Post Sa-
 minium fretum, quod Myralem versus est,
 Ephesum navigantibus, est Ephesorum
 ara, ad dextram Panonia, que tribus
 stadiis supra mare est, ubi Panonia com-
 munia omnium Iorum festa. Neptuno He-
 liconio & sacrificium celebratur.

¹ *Amphictyonum in Troezena.*] Strabo libro octavo.

² *Apud Cares autem.*] Strabo l. 14.
 Prope urbem, inquit, est Jovis Chrysao-

rei templum, Caribus omnibus commune,
 quo illi sacrificatur & de communibus
 rebus deliberaturi conveniunt, qui con-
 ventus Chrysarens vocatur.

³ *Et Sybaritis Omarii Jovis.*] Thucydides. Vide Gyralduin de diis Gentium.

⁴ *Et Doriis.*] Dion. Halicarn. lib. 4.
⁵ *Præ cæteris vero.*] Cæsar libro 6.
 belli Gallici.

⁶ *Præter quos fuit conventus.*] De his tribus conventibus Strabo l. 8.

⁷ *Uni soli feruntur Britanni.*] Cæsar libro belli Gallici 5.

⁸ *In Albano autem.*] Hæc usque ad
 D 4 verie.

*Qui po-
puli in
Alba-
no con-
veni-
rent ad
sacra
Latina-
rum.* autem, qui populi convenirent, & carnem poscerent, hi ferme traduntur, Albenses, Albani, Esolani, Accienses, Abolani, Nubetani, Bolantii, Coretii, Ortenses, Latinenses, Longani, Manates, Macrales, Munientes, Ollculani, Octulani, Pedani, Pelletaurini, Querculani, Sicanii, Sisolenses, Tolerenses, Corniculani, Ficulei, Vetuscamerii, Amerioli, Tutienses, Venatulani, Vicellenses. Præter hos fuere Ardeates, Violanenses, Bubetani, Corni, Varientani, Gabini, Lavinenses, Laviniatæ, Lavicanii, Nomentani, Bovillani, Prænestini, Atriciani, Scaptemii, ¹ adde etiam Laurenses, cum quibus & Romanis post decimum Latinaruim, singulis annis fœdus renovatur, ut percensuimus.

versic. *Addetiam*, sunt Plinii lib. 3. c. 5. sed sunt multa horum populorum vocabula corrupta.

¹ *Addetiam Laurenses.*] Laurentes dicendum ex Livio, cuius hæc sunt 1. Decad. lib. 8. cuius verba adduximus supra. Sed & adde præcedentibus alios Græcorum publicos conventus: scilicet in Herculea Tarentinæ telluris æde, quod Alexander Molossorum Rex, odio Græcorum compulsus, ad Thurioruin agrum traducere conatus est, apud Strab. lib. 6. non procul à fin. Et

Achæorum quoque concilium apud Ægiūm, cuius meminit Polyb. lib. 4. & 5. non semel, & Paulan lib. 7. Et Bubasti in honorem Diana, & in urbe Busiri in honorem Isidis, & apud Ægyptum in urbe Sai in honorem Minervæ, & Heliopoli in honorem Solis, & in urbe Buto in honorem Latonæ, & in urbe Papremi in honorem Martis, ut scribit Herodotus l. 2. Albano-rum & Latinorum ad forum Ferentinum ex Dionysio Halic. lib. 3. 4. & iterum 5.

C A P. VIII.

*Qui ludi Olympici, * qui Pythii, qui Isthmii, & qui Nemei, olim apud Græcos, & qui Circenses Rome fuerint.*

QUÆ victoribus præmia in ludis Olympicis fuerint, quibusve coronis donarentur, à nonnullis quæsitum est.

COLE R U S.

* *Qui ludi Olympici.*] De ludis Olympicis egregie Virgilius quoque loquitur l. 3. Georgicorum, ipso Proæmio.

T I R A Q U E L L U S.

Quæ victoribus præmia.] Hoc capi-

te potissimum de quatuor illis Græciæ ludis celeberrimis dissertit: scilicet, Olympiais, Pythiis, Isthmiis & Nemeis, de quibus extant versus Archia Poëta epigr. 1. lib. Epigrammatōn.

*Tιραρες εισιν αγαρες ανελαδα,
τιραρες ιποι.*

Oī dīo

est. Olympicos enim ludos propter olympii Jovis delubrum, quod in Achaja fuit celebratissimum, dictos accepimus, qui juxta Pisam & Elidem in campo, cui Olympia nomen, magno conventu totius Græciae, certamine gymnico & equestri celebrari consuerant: quod delubrum in agro Pisano ab Elide trecentis fere stadiis aberat. Pisæ autem pars erat Olympias.³ Quos ab Hercule institutos in

Pelo-
territ.

Oi ούο μέθινάν, οι ούο εἰς αθαρδήν,
παν, Ζλωίς, Αηλοίδαιο, Παλαιμόνος, Ἀρ-
χερόποτο.

Αἴθλα δὲ τοῦ κόπτηνος, μῆλος, στέλνεται,
πίτης.

Quos sic Latinos fecit Alciatus:
Sacra per Argivas certamina quattuor urbes
Sunt, duo facta viris, & duos cœlitibus.
Ut Jovis, & Phœbi, Melicertæque,
Archemorique

Præmia sunt pinus, poma, apium, atque olea. *

Sed quod κόπτον vertit oleum vide infra ibi, *Quos ab Hercule, & iterum ibi, Oleaster coronari.* Vide etiam circa id initium lib. 8. Herodoti & Diodorum Siculum lib. 5. c. 3.

C O L E R U S.

* Hos versus elegantiissime quoque vertit Janus Fruterius, hoc modo:

Quatuor exercet et certamina sacra Pe-
lages :

Quorum hominum duo sunt, ex caliculis
que duo.

Nempe Jovis Phœbique, & Palamonis,
Archemorique :

Dona; apium, pinus, poma, oleaster
erant.

T I R A Q U E L L U S.

1 *Quod in Achaja.*] Pomponius Melalib. 2. cap. 3. tit. de Macedonia, sic scribit, *In Achaja atque Elide quondam Pise Oenomai Elis & numen delubrumque Olympii Jovis, certamine gym-*
nico & singulari sanctitate, ipso quidem
tamen simulacro, quod Phidie opus est,
maxime nobile.

2 *In agro Pisano.*] Pindarus non ob-

scute Olymp. Ode 2.8. & 9. in princ. innuit ad Cronium collem prope Pisam Olympia celebrari solita: quod & aperte insinuant ibi interpretes & Servius in lib. 3. Georg. loco quem infra designabimus.

3 *Quos ab Hercule institutos.*] Pindarus Ode 3. Diodorus Siculus dicit lib. 5. c. 3. *Olympicum certamen uique ab Hercule primum institutum, ipsam tam non Pelopis, sed Jovi patri dedicasse.* Solinus tamen c. 2. scribit: *Certamen Olympicum, quod Hercules in honorem atavi materni Pelopis ediderat, intermissum, ab Iphiclo ejus filio instauratum fuisse post excidium Troje anno quadragesimo octavo.* Pro cuius Solini sententia facit quod scribit Statius libro 6. Thebaidos post princ. loquens de Olympici certaminis institutione,

Hunc piua Alcides Pelopi certavit ho-
norem :

Pulvereunque sera crinem detorsit eli-
vit.

Quem locum exponens Luctatius, *Pri-*
mus, inquit, Hercules hunc honorem ma-
nibus Pelopis exhibuit, qui erat Herculi
per Alemenam genere conjunctus. Ap-
pellat autem feram olivam, id est
agrestem, qua oleaster Latinis dicitur
& Græcis κόπτην, cuius fronde coro-
nabantur Olympiorum victores, ut
postea dicitur. Et vide supra ibi, *Que*
victoribus. Vide præterea Cælium
Rhodiginum lib. 13. c. 17. *

C O L E R U S.

* Vide Tertull. de Spectaculis, ubi
Jovi Olympia, quæ sunt Romæ Capito-
linæ, Neptuno Isthmia, Herculi Ne-
mæa adsignat cap. nono.

Pelopis honorem, anno mundi quadringentesimo supra quatuor millia, fama distulit. ¹ In quibus primus Corœbus, qui Olympia vinceret, fuisse traditur. ² Ipsumque Herculem stadium illic metatum, quod majus quam reliqua fuisse memorant. ³ Qui quidem Hercules non is fuit, qui ex Iove & Alcmena natus fertur: sed qui in Creta genitus, inter Idæos Dactylos adnominatus est, certantibus ibidem Hercule, Pœneo, Epimede, Iasio, & Ida fratribus Idæis. ⁴ Nonnulli ab Iphito ejus filio, & Lycurgo olympicos inventos primum autuimant. ⁵ Plerique Oenomaum ludos & equorum cursus apud Elidem edidisse *Agrigentini* volunt, ⁶ quorum præfecturam Elei longo tempore habuerunt, ⁷ in quibus Agrigentini equi atque Ætnæi semper præceleres habiti, & ⁸ ex Epiro primas in olympiacis mere
ruere,

TIR A QUELLUS.

¹ In quibus primus Corœbus.] Pausanias lib. 5. Plutarchus autem in Theseo tradit, Herculem Jovis, & Alcmena filium Olympia quidem constituisse, ibique primum decertasse & palmarum consecutum. Sed Euseb. in 10. de præparatione Euangelica dicit in Olympe stadio Corylum Argivum primum victorem fuisse declaratum.

² Ipsumque Herculem stadium.] Plutarchus in libro, cui titulus est, *Quantum inter homines animi corporisque ingenio ac virtutibus interstet*, & ex eo Gellius lib. 1. c. 1.

³ Qui quidem Hercules.] Vide omnino Pausaniam lib. 5. ubi amplissime declarat originem hujusmodi ludorum, & id idem quod noster auctor dicit.

⁴ Nonnulli ab Iphito.] Solinus & Pausanias ubi supra.

⁵ Plerique Oenomaum.] Strabo l. 8.

⁶ Quorum præfecturam Elei.] Ut dicetur infra.

⁷ In quibus Agrigentini equi.] Servius enarrans illud Virgil. sub finem lib. 3. Aeneid.

— Magnanimum quondam generator equorum.

Agragantem Sicilię urbem quam Latini Agrigentum dixerunt, laudat à fæcunditate nobilium equorum: sic enim scribit. Nam (Pindaro teste) hi equi ad agonas Græcæ mittebantur. Legimus etiam, cum in Cappadocia equorum greges perissent, adductis oraculo Apollinis ex Agrigento gregibus, meliores repararent. Hac ille. Et ob id forte tanti suos equos faciebant, ut post mortem tumulis eorum Pyramides erigerent, ut tradit Plinius lib. 8. c. 42.

⁸ Et ex Epiro.] Virgil. l. 1. Georg.

— Eliadum palmas Epeiros equarum. Ubi Servius Epirus, ait, creat equas optimas, que apud Elidem palmas merentur in Jovis Olympici curuli certamine. Idemque Virgil. de equis loquens l. 3. eiusdem operis,

Quanvis sepe fuga versos ille egerit hostes,

Et patriam Epeirum referat, fortisque Mycenæs.

Quo in loco idem Servius, *Quia, inquit, in Epiro sunt equæ optimæ, quibus exercetur curule certamen Jovis Olympici.*

I Atque

ruere, ¹ atque ex Venetia, in sacris certaminibus s^ape nobilitati sunt: ² præcipui vero Nysai, quibus Persarum Reges utebantur, & apud Eleos educati, quibus non segnis equorum cura fuit: quippe qui equas finibus eductas iniri faciant, quod esset experimento cognitum, miræ felicitatis prolem inde provenire: sicut apud Argivos ad lucum Agenoris hircos pecudibus admittunt, ut fecundissimos habeant foetus, uberes & quæstuosos. Laudaturque Atheas Rex Scytharum, quod tanto equorum studio flagravit, ut equum ipse pecteret, & manibus suis ornat: qui quum à legatis Philippi consiperetur, an ipse idem ficeret, interrogavit. ³ Fertur tamen Alcibiades septem quadrigas miræ pernicitatis ad olympia deduxisse, & vⁱc^tor fuisse. ⁴ Hecratites Thessalus equa prægnante olympia viciisse. ⁵ Atque Archidami Spartanorum Regis filia inter fœminas vⁱc^tricem palinam tulisse. ⁶ Ab Homero autem celebratur Clytoneus Phæacum velocissimus, in palæstra Euryalus, in saltu Anchialus, in pugilatu Lao-damas, in disco Elatreus. ⁷ Præ cæteris proditur Theoge-

nes

¹ Atque ex Venetia.] Strabo l. 5.² Præcipui vero Nysai.] De quibus Herodotus libro tertio, & iterum libro septimo, quo loco describit ordinem exercitus Xerxis, ubi dicit ipsum Xerxem eisdem uti. Sed & adde inter equos agilitate & currendi dexteritate præstantes Celtiberos & Parthicos positos à Strabone lib. 3.³ Fertur tamen Alcibiades.] Plutarchus in Alcibiade ex Thucydide, Alcibiades, inquit, equos, quibus postea in Olympia uteretur, tanta cura & studio enutririvit, ut ad quinquennalem ludorum celebritatem septem quadrigas perduxerit, quod antea nemo vel Regum, vel privatorum h^umanum adhuc fecerat. Unde equorum (quos eduxerat) alacritate secundum & quartum vⁱc^tore erat. Quod indicate versus Euripidis, quos Donatus Acciaolinus apud eundem Plutarch. hunc in modum Latinos fecit,Formosa proles Clinie te m^un^uc canam,

Quam illo superbam præmis vidit die,
Grajorum Olympia clarus cum vicias,
Et mox paratas tres quadrigarum tibi
Victrias labentium cursu rotis.
Jam voce præconunc ad astra tulit,
Bis cinetum olive fronde pallentis caput.

Ogloriant tantq effarentem, quod tibi
Profecto soli, nemini certantium
Eveniret Grajorum Olympia rotis.

⁴ Et Hecratites.] Plin.lib 10. c. 63. hunc Echecratidem vocat, cum de equorum prægnantium natura loquens, inquit, Viciisse Olympia prægnantem Echecratidis Thessali invenimus.

⁵ Atque Archidami Spartanorum Regis filia.] Pausanias lib. 3. ubi eam vocat Cyniscam.

⁶ Ab Homero.] Hujus enim sunt haec, usque ad versic. Præ cæteris proditur, lib. 8. Odyssea.

⁷ Præ cæteris proditur Theogenas.] Pausanias lib. 6. scribit hunc Theogenem

H'rci
peculi-
bus ad-
missi
apud

Agi-
vos.
Atheæ

equo-
rum
fatu-
dinem.

Qui O-
lympia
vici-
rint.

8.

Odys-
8.

nes cursu, lucta & pugilatu ita celebris famæ, ut mille & ducentas coronas tulerit. ¹ Et Glaucus Demyli filius, qui cum ipsum arantem pugno excusum vomerem, aratro indidisse conspiceret, pater admirans, illum produxit in Olympia: & quum arte adversarii cluderetur, pater clamavit, ² τὸν ἀπότελος, id est, vulnus ab aratro, ut tam fortiter percuteret, sicut olim pugno vomere in aratro indiderat, quod ille audiens, & tunc vicit, & saepe alias. Hosque ludos, qui varii & multiplices erant (³ nam palæstra, pugnis, cursu & lucta certabatur) ⁴ quinto quoque anno celebrari: quod tempus Olympiadem dixerunt, unde Graeci annorum curricula & tempora dinumerant: ⁵ atque in his decem præfectos sorte ductos dijudicare, celebris fama est, victoresque quorum virtus præcipua fuit, ⁶ oleastro coronari ⁷ vel callistephano (oleæ enim genus erat) velut grande virtutis præmium ferrent, & præter coronam victori statuam ⁷ Olympiæ dicari: tamenetsi Olympiæ victorien coronis aureis aut æneis vulgo donari quandoque proutum.

nem Thasium accepisse mille & quadringentas coronas.

¹ Et Glaucus.] Hæc usque ad ea verba, Hosque ludos, sunt Pausanias libr. 6.

² Nam palæstra.] Vide supra lib. 1. cap. 20. & lib. 3. cap. 21.

³ Quinto quoque anno.] Pausanias 1.5. ubi temporis rationem reddit.

⁴ Atque in his decem præfectos.] Imo vero duos ex Pausania d. 1.5. qui numerus, inquit, ad multos post annos servatus est. At quinta post & vicesima Olympiade judices novem (Helländicas vocabant) creati. Eorum tres de quorum cursu, totidem de quinquerio, de ceteris certaminibus reliqui tres cognoscabant.

⁵ Oleastro coronari.] Herod. lib. 8. non longe à princ. Plinius lib. 15. c. 4. Philostratus in vita Apollonii lib. 5. cap. 12. ubi tamen Alemanus Rhinucius interpres οἰνῳ̄ vertit apio, cum oleastro dicere debuisset. Pausanias d. lib. 5. Interpres Pindari in Olympicis. Aristophanes in Pluto. & Statius l. 6.

Theb. cuius in eam rem versus adduximus supra in verbo, Quos ab Hercule institutos, & ibi Luctatius interpres.

⁶ Vel callistephano.] Aristoteles Mirabilium auscultationum c. 50. & Pausanias lib. 5. Ad dexteram oleaster se ostendit, quem Callistephanum appellant, quasi coronarium dicas. Ex ea enim arbore solenne est vitoribus coronam decerpere. Hæc Pausanias.

⁷ Statuam Olympiæ dicari.] Plinius lib. 34. cap. 4. Effigies, inquit, hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium, primo sacrorum certaminum victoria, maxime que Olympiæ, ubi omnium qui viciissent, statuas dicari mos erat. Apud Suetonium in Nerone, cap. 24. Ipse Nero postquam se victorem in certamine pronunciavit: Ac ne cuius alterius hieronicarum memoria aut vestigium extaret unquam, subverti & uncotrabhi, abjicique in latrinas omnium statuas & imagines imperavit.

ditum. ¹ Antea enim in sacris certaminibus arboris rā-
inus pro corona fuit: sic ² Athenis Panathenæa, ³ qui-
bus peplum Minervæ ferebatur singulis lustris sunt fieri
solita, in quibus solenni carmine per tubicinem & præ-
coneum ludicrum indicebatur: nudosque ad certandum
ingredi athletas, neque congressurum quempiam cuim ^{Pana-}
quo certaretur eligere, sed cum primo prodeunte con-
grediendum esse. ⁴ Neque ad spectandum mulieres ad-
mitti, ⁵ præter unam Pherenicem, quæ mater, filia &
foror <sup>Mulie-
res ad
specta-
cula O-
lympi-
ca non
admit-
teban-
tur.</sup>

¹ Antea enim.] Hoc probat ex iis
quæ sequuntur.

² Sic Athenis Panathenæa.] De qui-
bus Isocrates in libro cui est titulus,
Panathenaicus. Aristophanes in Nebu-
lis, Eusebius in Chronicis, Plutarchus
in Theseo & in Pericle. Pausanias li-
bro 8. Suidas tradit duas Panathenæo-
rum esse festivitates: alteram anni-
versariam, & quæ quotannis repe-
teretur: alteram quinquennalem, &
quod quinto quoque anno celebra-
retur: quæ etiam magna Panathenæa
nuncupabatur. Primus Erichthonius,
Vulcani & Minervæ filius, ea instituit.
Postea Theseus cum vicatum disjectum
populum Atheniensium in civitatem
evocasset, unamque urbem fecisset, de-
crevit. In hac celebritate neque senes,
neque ignobiles, neque viri certabant:
sed pueri & puellæ se manibus com-
plexi Pyrrhicam in theatro saltabant.
Thucydides autem lib. 6. scribit Hip-
parchum tyrannum ab Harmodio &
Aristogitone suis occisum, dum
pompa minorum Panathenæorum ab
ipso ordinaretur.

³ Quibus peplum Minervæ.] Virgil.
in Cyri post princ.

Sed magno intexens (si fas est dicere)
peplum,

*Qualis Erichtheis olim portatur Athe-
nis,*

*Debita cum castæ solvuntur dona Mi-
nerva,*

*Tardave confectoredeunt Quinquatria-
tudo.*

Est autem peplus vel peplum, vestis

muliebris candida, ex Lamberto Hor-
tensi in illud lib. I. Aencid.

Interea ad templum non aquæ Palladis
ib:nt

*Crinibus Iliades pasis, peplumque sere-
bant.*

Erat & distincta clavis aureis, sine ma-
nicis, & ad extremos usque talos de-
fluens, quæ simulacris divisorum, & pri-
mum quidem ab Atheniensibus Mi-
nervæ offerebatur. Hinc matronæ Tro-
janæ ab Hom. τάρυπτας vocantur.

⁴ Neque ad spectandum mulieres.]
Statius lib. I. Thebaidos.

— Exclusæque expectant præmia ma-
tres.

Ubi Luctatius interpres scribit, Sa-
crorum lege prohibitum esse, Olympi-
cum certamen spectare mulieres. Id
quod astruit etiam Valerius Maximus
lib. 8. c. 16. eodemque ult. cum dicit:
*Berenices quoque (live ut aliis placet,
Pherenices) non vulgaris honos, cui soli
omnium feminarum gymnico spectaculo
interesse permisum est, cum ad Olympia
filium certamen ingressum adduxisset, O-
lympionico patre genita, fratribus eandem
palmarum affectus latera ejus cingentibus.*
Et vide nostras leges Connubiales
I. 16. n. 37. incip. & ob hæc.

⁵ Præter unam Pherenicem.] Pausa-
nias lib. 5. ubi & hanc Callipatiram di-
cit suis vocatam, & Tzetzes Histo-
riarum Chil. I. cap. 23. & Pindari in-
terpres, qui & hanc quoque *Aristepa-*
tiram appellant, & diximus in legibus
Connubialibus parte 4. n. 37. incip.
sed quid de certaminibus.

foror Olympioniarum fuit, & Cereris sacerdotes mulieres: neque barbaris pugnare licere, lege cavebatur.¹ Sic cherso-
nita-
ut Milciadi certamen equestre & gymnicum Chersonitæ
fecerunt, in quo nulli Lampsaceno pugnare permittitur.
Elei
certa-
mini
Olym-
piaco
præfue-
re.
Quis
primus
nuda-
verit
corpus
in O-
lym-
pis.
Insi-
tuta in
Olymp.

² Proditumque memoriæ fuit, à prima olympiade usque vigesimam sextam, Eleos Olympiaco semper certaminis præfuisse: ³ in quo licet prius athletæ subligacula ferrent, postea Lacedæmonii decertantium corpora nudari, mox oleo perfundi edocuere. Primus enim qui nudare corpora in olympiis aggressus fuerit, ⁴ Hacantus Lacedæmonius fuisse traditur. Antea enim pudori ducebant, nudatis corporibus apparere in ludis.⁵ In his quoque institutum, ut qui largitione corruptis adversariis, pugnarent, quique athletæ ad præscriptum tempus non venirent, multæ plecterentur: utque nefario scelere convicti, aut crimine damnati, nec in certamen venirent, neque ante commissionem spe-
ctaculi,

¹ Sicut Milciadi.] Herodotus lib. 6.
Ei defuncto Chersonitæ (ut mos est) conditori urbis sacrificant, certamenque equestre ac gymnicum statuto tempore celebrant, in quo nulli Lampsacenorum certare permittitur.

² Proditumque memoriæ fuit.] A Strabone lib. 8. & Pausania lib. 5.

³ In quo licet prius athletæ.] Thucydides lib. 3. Divus Augustinus de Civitate Dei, lib. 14. cap. 17. & diximus & probavimus auctoritate Homeri in dd. legib. Connubialib. parte 4. n. 36. incip. Sed & Dionysius.

⁴ Hacantus Lacedæmonius.] Dionysius Halicarnassæus libro 7. non hunc Hacantum, sed Neanthum vocat his verbis, Post quos athletæ graviorum leviorumque certaminum, nudi cetera, pudenda tantum tecti subligaribus campestribus: qui mos Romæ manet nostro quoque tempore: sicut olim fuit in Graecia, in qua nunc antiquatus est, orto à Lacedæmoniis initio. Primus autem nudarit totum corpus in Olympiaco stadio decurrens Neanthus Lacedæmonius Olympiade quinta-decima: antea vero turpe habebatur apud

omnes Græcos toto corpore nudo certare, sicut colligerelicet ex Homero testium omnium gravissimo & antiquissimo, qui succinctos inducit heros. Certe Ajacis & Ulyssis luctam ludis in Patrocli honorem funebris (Iliados libro 23.) describens, sic ait,

Tum seſe in medium cœtum duo magna dedere

Corpora herorum succincta.

Atque etiam manifestius idem liquet ex Odyssea l. 18. ubi Irum & Ulyssem facit pugiles his versibus,

— Divus Ulysses,

Proſil in medium ſervens, partique pu-
dendæ

Subligar injectit.

Mendicum porro metu tergiversan-tem fingens, sic canit,

Frigidus aſt Iro tetigit praecordia san-
guis,

Illi enclanti licet, invito atque tre-
menti.

Subligar inducunt.

⁵ In his quoque, institutum.] Pausa-
rias in Eliacis.

Etaculi, ad immolandum accederent: quippe athletarum parentes, & omnem stirpem citra labem esse voluerunt.

¹ Sorte quoque duci ad pugnandum paria athletarum, & de loco inter se pugiles decernere, exemplis saepe probatum est. Quæ fortitio fiebat, ut calculis in urnam conjectaretis, binæ compares literæ inscriberentur: quiue eductis sortibus pares sortiti erant, invicem committerentur. <sup>Sorte
edu-
cante-
bantur.
Athle-
te.</sup> ² Horum imaginem ludorum Cato Romam transtulisse dicitur, <sup>Imago
Olym-
piorum
Ro-
manam à
Catone
trans-
lata.</sup> cum in theatro spectacula edidisset, victoribusque non ex auro, sicut olim, sed ex oleastro, sicut in olympicis, coronas proposuisset. ³ Cujus exemplo Augustus post pugnam Actiacam, olympicorum imaginem & ludos illis æmulos apud Actium in sinu Ambracio Apollini consecravit, illo- <sup>Olym-
pici lu-
di in
agro</sup> rumque curam multis propositis coronis Lacedæmoniis demandavit. ⁴ Præter quos in agro Leontino, olympicos <sup>Leon-
tino.</sup> ludos

¹ Sorte quoque duci.] Lucianus in Hermetiuno.

² Horum imaginem ludorum Cato.] Sc. Uticensis ex Plutarcho in vita illius

³ Cujus exemplo Augustus.] Tranquillus in Augusto, c. 18. de his ludis sic scribit, *Quoque Actiacæ victorie memoria celebrator & in posterum effet, urbem Nicopolim apud Actium condidit ludosque illie quinquennales constituit. Instar (inquit Strabo Geographiæ l. 7.) Olympiorum, ludi Actii designantur, Actio Apollini consecrati, eorum curae Lacedæmonii præfecti sunt. Reliqui vici & circumhabitataloca, Nicopoleos juri attributa sunt. Actia quoque ipsi Deo prius & finitimis agebantur & certantibus corona proponebantur: hac autem etate Casar Augustus honorificentius edidit. Ad ludos hos Actiacos allusit Virgilius lib. 3. Aeneid. in honorem Augusti sic scribens,*

Actiaque Iliacis celebramus littora ludi. *

Actium autem, auctore eodem Strabone ubi supra, situm est in faucibus sinus Ambraci, celeberrimi inter omnes Europæos sinus.

COLE R U S.

* Vide & Dionem lib. 53. Ad hos ludos haud dubie allusit idem Virgilius proœmio lib. 3. Georg.

TIR AQUELLUS.

⁴ Præter quos in agro Leontino.] Diodorus Siculus lib. 4. aut aliotum supputatione 5. cap. 2. ubi de Hercule & duodecim ejus laboribus, ceterisque ab eo usque ad vitæ finem gestis. Per agrum, inquit, Leontinum pergens, palæchritudinem ejus regionis admiratus, apud eos, à quibus honore exceptus est, æterna sui reliquit monumenta. Paulo post. Iolao nepoti templum edificavit, ostenditque quimodo honores ei ac sacra annua fierent, usque ad hoc tempus servata. Tanta vero ejus templi majestas habetur, reverentiaque, ut qui à sanctis deficiant sacræ pueri, muti evadant & mortuis similes. Idem si vocerint solida sacrificia, suscepto voto statim sunt à morbo liberi. Palæstræ insuper equorumque certamina quotannis, ad quæ publice omnes servi liberique conveniunt, instituere, &c.

ludos Herculi palestræ institutos Diodorus memorat, qui
 si intermitterentur, sacerdotes muti fierent: & si sacra re-
 peterent, liberarentur morbo.¹ Ferturque Sylla Olympia-
 de quinta & septuagesima supra centesimam, athletas &
 reliqua ex olympiis certamina Romam traduxisse, & so-
 lum stadii cursum illis reliquisse.² Nero vero contra:
 nainque agona musicum Olympiis addidit, & primus præ-
 ter assuetum celebravit:³ in quibus aurigavit,⁴ & coro-
 nati meruit.⁵ Fuitque literis proditum (si libet credere)
 ab imminolato tauro deo, quem Myiodein vocant, dum O-
 lympiorum celebritas manet, muscas ad unum catervatim
 Pisas concedere: rursusque Iudis absolutis, eodem reverti:
⁶ sicut in Leucade apud Actium Apollinis, ubi Panegyri
 celebritas futura erat, muscas, bove imminolato, illius disten-
 Pythii
ludi.
 tias cruore protinus evolare.⁷ Alteri ludi, à Pythone in-
 terem-

¹ Ferturque Sylla.] Appianus bellorum Civilium lib. 1. sic scribit, In hunc modum Romanis regibus supra centesimam Olympiadem in primis usi, cum ab illis Democritia & annuis Consulibus functi essent, aliis interiectis centum Olympiadi busiterum Reges experti sunt, Olympia de apud Gracos quinta & septuagesima supra centesimam, nullo in Olympiis certamine præterquam stadii cursu edito. Athletas nempe & cetera spectacula Sylla Romanum evocavit, velut solamina quadam belli Mithridatici, aut Itali, excusatione adhibita quasi populum a calore respirare & refrigerari cuperet.

² Nero vero contra.] Suetonius in vita illius, cap. 23. & 24.

³ In quibus aurigavit.] Idem ibi. cap. 22.

⁴ Et coronam meruit.] Idem d.c. 24. Scribit Philostratus in 4. lib. cap. 8. de vita Apollonii, Neronom, relicta regia, in Graeciam venisse, subjicientem se præconi in Olympiis, Pythiisque: atque eum viciisse in Isthmiis citharœdos & præcones. Vicit etiam Tragœdos in Olympiis, tunc cum de Isthmo fodiendo dicitur cogitasse, ut ipsum

navibus pervium redderet. In Olympiis ter victorem fuisse Neronem testatur idem Philostratus lib. 5. cap. 3. qui ait missos fuisse cursores usque ad Gaditanos, qui juberent supplicaciones fieri ob victoriam Neronis in Olympiis. *

C O L E R U S.

^{*} De eodein Nerone eadem referunt Eusebius & Orosius.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ Fuitque literis proditum.] Apud Plinium lib. 29. cap. 6. post princ. Vide Pausaniam lib. 5. & 8. ubi loquitur de Jove Muscario. Cælius Rhodiginus lib. 23. cap. 30.

⁶ Sicut in Leucade apud Actium.] Idem refert Gregorius Gyraldus de Diis Gentium syntag. 7. nullo quoque auctore citato: sed id est Adiani de Natura animalium lib. 2. c. 8.

⁷ Alteri ludi à Pythone interempto Pythii dicti.] Ovid. l. 1. Metam. Instituit sacros celebri certamine ludos Pythia perdonitæ serpentis nomine diæs.

Hic juvenum quicunque manu, pedibusque, ro:ave

terempto Pythii dicti, in Apollinis honorem celebres fure, à Dio mede primum instituti, magna religione sacri, in pre quibus victores lauro coronati triumpharunt: qui apud Delphos in Phocide, ubi templum Apollinis erat, magnopere culti concelebratique sunt, in quibus coemodiæ & tragœdiæ, & alia fabularum argumenta spectatoribus exhiberi, atque ad spectandum tibia & cantu invitari solebant. ^{mīnus} ^{victo-} ^{rīsē.} Tertii Isthmii in Isthmo Achajæ juxta Corinthum in Megarensium sinu delubro Neptuni inclyto, inter Iōnium & Aēgæum, à conventu totius Achajæ profusis sumptibus fiebant: qui in honorem Melicertæ seu Palæmonis, aut Portunini marini dei, mansere: quos quidem noctu à principio, mox die celebrari institutum est. ^{Isthmīs} ^{tūdī.} Hos enim à The-

Vicerat, esculeæ capiebat frondis hono rem.

Plinius lib. 15. cap. 30. Lucretius interpres Statii lib. 6. in princ. sic scribit, Prima ergo certaminum genera hæc fuerunt: Olympia in honorem Pelopis: cuius victores oleastro coronantur. Pythia in honorem Apollinis: cuius victores lauro coronantur. Isthmia in honorem Palæmonis, & Leucothoës marinorum deorum, cuius victores pinu coronantur. Nemea in honorem Archemori: cuius victores apio coronantur. Älianu s de Natura animalium lib. 6. cap. 4. Aliter Strabo lib. 9.

I Tertiī Isthmīi.] Strabo lib. 8. In Isthmu, inquit, Neptuni, quem Isthmum vocant, templum eminet, picearum arborum luce circumclusum, ubi ludos Isthmios decantantes Corinthii celebrare soliti sunt. Plinius lib. 4. cap. 5. Statius 1. Thebaidos post princ.

— Et geminis vix fluctibus obstitit
Isthmos.

Ipsa suum genitrix, curvo delphine vagantem
Arripuit frenis: gremioque Palæmona presbit.

Et ejus interpretes ejusdem operis libro 4. post princ. ibi,

T. m. II.

— Quaque objacet aīo
Isthmos, & à terris maria inclinata repellit.

Rursusque lib. 6. post princ. ibi,
Mox circum tristes servata Palæmonis aras

Nigra superstitione: quotiens animosa resumit

Leucothoë gemitus: & amica ad littora festa

Tempestate venit: planctu conclamæ uterque

Isthmos: Echioniae responsant flebile Thebe.

Itemque libro 7. in eum locum statim post princ.

— Atque omne quod Isthmus umbo Detinet.

Et non multo post ibi,

Gemini maris incola narrat Thebanum teto planxisse Palæmona ponto.

Solinus c. 12. Pausanias lib. 10. Zenodotus in proverbio iv̄s ἀχ. Servius in eum locum Virgilii l. 5. Aeneid.

Et pater ipse manu magna Portunnus euntem

Impulit.

2 Hos enim à Theſeo.] Plutarchus in vita illius. Solinus c. 12. Pausanias in Corinthiacis.

E

I Qhos

The-
se-
fus
Isth-
mio-
rum
inven-
tor.
Isth-
mio-
rum
religio-
sa ob-
serva-
tio.

Præ-
mia
victo-
rum.

Theseo æmulatione Herculis, qui Olympia instituit, primum inventos memorant, qui & quinquennales erant, tanta religione sacri, ut cum eos Cypselus tyrannus Corinthius intermisso more reliquisset, illorumque prope intermortua memoria esset, ne tanta celebritas prætermitteretur, Corinthii aliquanto enixius ex omni seculorum memoria solennes celebrarunt: ¹ quos tanto deinceps studio coluere, ut ne delata quidem Achaja à Lucio Mummo, & tota Corintho maximo bello convulsa, ab eorum spectaculis desiverint. Cumque deserta Corintho celebrandis ludis cives superesse nequirent, Sicyoniis proximis incolis, ne celebritas intermitteretur, cultum curamque demandarunt. In quibus præcipius honor spectaculi ² Atheniensibus datus: siquidem tantum spatii, quantum velum navis occuparet, ut cæteris præferrentur, subselliaque præcipua haberent, cum Corinthiis convenisse dicuntur. Et quamvis in Isthmo victores, ³ apii coronam præmium ferrent, ⁴ postea pinea coronari, ⁵ deum à Solone, ut qui Isthmia viciisset, centum drachmas: qui vero Olympia, quingentas ferret, cautum fuit. Præter quæ munera, hoc etiam victori tributum est, ⁶ ut victor statua donetur, illi-

¹ Quos tanto deinceps.] Hæc usque ad ea verba In quibus præcipius, sunt Pausanias lib. 2. non longe à princ.

² Atheniensibus.] Plutarch. in Theseo.

³ Apii coronam.] Diodorus Siculus 1. 16. c. 21. Plutarchus in Timoleone, & l. 4. Symposiaco, & Diphilus apud Athenæum lib. 6. Dipnosophistarum ἀπειθεὶσαι τοινότερον μαζέψεισθεντες οὐδὲν ποιοι.

⁴ Postea pinea.] Plutarchus in utrisque illis locis, & Plinius lib. 15. c. 10. in fin. Interpres Statii lib. 6. Thebaid. in prin. Älianus de Animalibus l. 6. cap. 1. Et hinc illud ejusdem Statii Sylvarum lib. 5. in Epicedio ad patrem,

Nunc Atamentæa protectum tempora pinu.

Atamantæum pinum vocat coronam ex ludis Isthmicis, quoniam hi ludi Isthmici instituti erant in honorem Melicertæ filii Atamantis.*

C O L E R U S.

* Melicertes enim Palæmon dictus: sicut idem etiam Palæmon.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ Demum à Solone.] Plutarchus in vita illius.

⁶ Ut victor statua donetur.] Vide supra in verbo. Statuam Olympia dicari.

¹ illique publice decernantur alimenta. ² Si autem ter ^{Qui} olympia viciset, statuae, quas iconas vocant, similitudine ^{ter o.} membrorum expressa dicarentur. ³ Nonnunquam, ut cum ^{lympis} ^{vici-} ^{set.} quadrigis triumphantium incre videntur in patriam, ⁴ aut pro ampliori munere, coronis vittisque exornentur: reversuque disjecta parte muri urbes incant: statuaque in foro, & perpetua immunitate fruantur: adeo ut Græcis Olympionice esse, majuscens eretur munus, quam Romæ ^{Oym-} ^{pioni-} de hostibus triumphus. ⁵ Quod Romanis etiam in usu fuit, ^{ces.} ut athletas qui sacris certaminibus coronam meruissent, vacatione munerum curæ tutelæque & perpetua immunitate donarent. ⁶ Quartos autem Nemeos à Nemea sylva ^{Iudi-} in Archeinori honorem institutos ferunt: ^{Nemei.} ⁷ hic enim Lycurgi filius, Opheltes dictus, cui à serpente interempto, in patris solatium ludi mansere, quos dicunt Nemeos, quorum non minor apparatus & celebritas erat. ⁸ Tamen tamen à Molorcho, qui Herculem suscepit hospitio, cuius filius à ^{nun-} ^{genera-} leone

¹ Illique publice.] Vitruvius in prin. pref.lib.9. *

COLE R U S.

* Digna sunt ista Vitruvii, qua adscribantur. Nobilibus, inquit, Athletis, qui Olympia & Pythia, Isthmia, Nemea viciissent, Græcorum majores ita magnos honores constituerunt, ut non modo in conventu stantes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam cum revertantur in suas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in meonia & in patrias invehantur, & reque publica perpetua vita, constitutis vedi galibus frustatur. Festus ait: In Gymnicis certaminibus periodon viciisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit: à circumitu eorum spectaculorum.

TIR AQUELL U S.

² Si autem ter Olympia viciisset.] Plinius lib.34.c.4.

³ Nonnunquam, ut cum quadrigis.] Vitruvius ubi supra.

⁴ Aut pro ampliori munere.] Plutar.

lib. 2. Symposiacon, & Suetonius in Nerone, c.25. ubi loquens de Neronis triumpho ob inusicam victoriam, Dehinc, inquit, diruto circi maximi arcu per velabrum forumque, Palatum & Apollinem petiit.

⁵ Quod Romanis.] Ulpianus libro Digestorum 27.tit.1.l.8. de Athletis sic scribit, Athletæ habent à tutela excusationem: sed & qui sacris certaminibus coronati sunt. Vide Budæum in l. Athletas. ff. de his qui not. inf. Alciat. in l. unica. C. de athletis.

⁶ Quartos autem Nemeos à Nemea sylva.] Strabo lib.8. Probus & Servius interpres Virgilii in cum locum l.3. Georg.

Cuncta mihi Alphæum linquens, lucosque Molorchi.

⁷ Hic enim Lycurgi filius.] Pausanias lib.2.

⁸ Tamen tamen à Molorcho.] Probus & Servius ubi supra, & Laetantius interpres Statii lib.4. Thebaidos, ibi,

Sacra Cleenai cogunt vineta Molorchi.

Pri-
mum
victo-
rie.

Arion
equus.

Citha-
redos-
rum
certa-
men.
Certa-
men in
Delo.

leone interemptus fuerat, eo enecato, primum institutos dicant, in quibus majorum imagines, sicut in funebri pompa, longo ordine representari, atque equorum cursu, simul disco, cæstu & palestra dimicari, ¹ victoresque apio coronari solebant: ideo quod super hanc herbam reptantem puerum, à dracone interemptum ferant. ² Inde fuit Græcis apii corona funeralis, majorumque sepulchris ex apio coronas apponi, illoque ornari & tegi servatum est, quæ sepulchrales dictæ. ³ In quibus Nemeis memoratur Arion equus pernicitatis eximiae, excusso rectore Polynice, palam tulisse. Præter quos fuit Delphis citharædorum certamen, quod & Pythia dixere, ad quod citharædi tibicines & fidicines concurrebant: ⁴ & in Delo certamen à Theseo institutum, in quo novo exemplo palmae victoribus dabantur. Romæ vero P. Cornelio Ruina, & C. Mario Rutilio consulibus palmae primum victoribus dari cœptæ. ⁵ Alexander vero Macedo è Persa arbore coronas proponuit

¹ *Victoresque apio.*] Plinius lib. 19. cap. 8. Luctatus interpres Statii, ubi supra lib. 6. Unde & illud Juvenalis Satyr. 8.

Hæc opera, atque hæ sunt generosi principis artes,
Candens fædo generosa ad pulpita saltu
Prostutui, Grajeque apium meruisse coronæ.

² *Inde fuit Græcis.*] Plutarchus in Timoleone.

³ *In quibus Nemesis.*] De hoc equo Arione multa, aliorum auctoritate, Pausanias lib. 8. Statius lib. 4. Thebaidos,

— *Volucres portis auriga sub ipsis Comit equos, & inde jugo luclatur Arion.*

Idem hujus equi virtutem & alacritatem lib. 6. describit hoc modo,

— *Ducitur ante omnes rutilæ manifestus Arion*

Igne juba, Neptunus equo (si certa priorum

Fama patet) primus teneris læsiffelus patis

Orta, & littore domitasse in pulvere fertur

Verberibus parcens: etenim insatiatus eundi

Ardor, & hyberno par inconstantia pontis.

S. epe per Ionum, Libycumque natantibus ire

Interjectus equis, omnesque assuetus in oras

Cœruleum deferre patrem: stupuere relata

Nubila, certantes Eurique Notique sequuntur.

⁴ *Et in Delo certamen.*] Plutarchus in Theseo.

⁵ *Alexander vero.*] Plinius lib. 15. cap. 13. ubi de pruno & ejus generibus ad fin. Et ob id, inquit, Alexander illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atavisfui.

suit primus. ¹ Pergami autem & ² Athenis fuit pugna gal-
linaceorum & coturnicum, tanti decoris, ut ad illud tan-
quam gladiatorium munus effusissimo studio omnes con-
venirent. ⁴ Et certamen picturæ Corinthi & Delphis. Et
⁵ Æginæ sacra certamina ab Æaco inventa, & Thebis He-
raclea & Iolacea, Megaris vero Dioclea. ⁶ Et ob taurum à
Theseo interfectum, Marathonæa, in quibus phialam ar-
genteam victor accipiebat: in Deliacis autem bovem, sic-
ut in certamine dithyramborum poëtis dabatur bos, vel
tripos cum inscripto epigrammate, ⁷ & Spartæ in certa-
mine poëtarum, præmium ex farina & melle, quod syr-
meam dixere. ⁸ In Panathenæis vero olei ceramum velut
amplum precium victor accipiebat. ⁹ Ea quidem duplia
fuere: nam & magna quinto quoque anno, & minora sin-
gulis siebant. ¹⁰ Apud Pellenen erat Apollinis agon, ubi ex
argento proposita præmia certantibus fuere, quæ theoxe-
nion vocabant. ¹¹ Et apud Platæas certainen gymnicum,
in quo coronæ dabantur ex auro. ¹² Et ludi Eleutherii, quod
illic ^{men}
^{poëta-}
^{rum. Panathenæica duplia. Agen. Theoxenion. Gymnicum. Eleutherii ludi.}

¹ Pergami autem.] Idem Plinius lib. 10. c. 21. ad finem.

² Et Athenis.] Ælianus Variæ historiæ libro 2. dicit à Themistocle id ceptum, Persis superatis.

³ Et coturnicum.] Lucianus lib. qui Anacharsis, seu de Gymnafis inscribitur.

⁴ Et certamen picturæ Corinthi & Delphis.] Plinius lib. 35. c. 9. in princ.

⁵ Æginæ sacra certamina.] Plutarch. in Theseo.

⁶ Et ob taurum à Theseo interfectum Marathonæa.] De hoc alibi.

⁷ Et Spartæ.] Sed & ibi certamen erat verbetur & plagarum. Statius lib. 4 post princ.

⁸ Et Lacedæmonium Tyrræ leitura cruo-
rem.

Et ibi Luctatius interpres, qui non multo post scribit, id certamen fuisse
juxta fluvium Eurotum: gloriostorem

tamen illum fuisse, qui justa præscri-
ptum numerum plagarum animæ non
pepercerat, qui cum devovisset spiri-
tum, publice funerabatur & capite cor-
ronabatur. Sed & de his idem lib. 8.
ejusdem operis,

— Et pugna laudataque prælia matri.
Ubi id verberum certamen dicit Orestem è Scythia in Laconiam translu-
stisse.

⁸ In Panathenæis.] De his supra ibi,
Sic Athenis Panathenæa.

⁹ Ea quidem duplia fuere.] Diximus supra ibid. ex Suida.

¹⁰ Apud Pellenen.] Idem nullo etiam auctore Cælius Rhodig. lib. 18. c. 5. At illud Pausanæ est lib. 7. paulo ante fin.

¹¹ Et apud Platæas.] Pausanias 1.9. post prin.

¹² Et ludi Eleutherii.] Pausanias 1.9. non adeo longe à prin.

illic Græcorum copiæ Mardonium cum trecentis millibus Persarum delevissent: ¹ & apud Rhodios ludi, qui vocantur Halia: atque certamen hirundinum, & cornicum. ² Errantque festa Jovis Dialia & Pandia: ³ sicut Junonis Heraea, ⁴ Musarum musea, ⁵ Cereris demetria, ⁶ Mercurii Hermea. ⁷ In quibus chlænæ vestes pelliceæ dabantur, quæ saepe in agonibus fuere præmia. ⁸ Gymnica quoque in honorem Androgei Minos statuisse fertur, in quibus præmium victori pueros proposuit. ⁹ Apud Nemeam vero obscura quadam ambage ¹⁰ hippofelinum dabatur donum, quibus munieribus cum præfatione virtutum victores doabantur. ¹¹ Præter quæ fuerunt Promethea, ut currentes in

¹ Et apud Rhodios ludi.] Idem, nullo quoque auctore laudato, Cælius lib. 16. c. 24.

² Errantque festa Jovis Dialia.] Legendum Diaſia, quæ idem significat ac Jovialia Athenis celebrata, ut tradit Lucian. in Charidemo, & Suidas, & de his Aristophanes in Nebulis ἀτεχνῶν τελίπολις Αἴγαθος, & Hesichius. Quæ & ipsa eidem δύο λέξιν vocantur. Quæ autem sint dialia intelliges ex Thucydide lib. 1.

³ Et Pandia.] Πάνδη festa Arheniensium post Dionysia in honorem ipsius Jovis, aur (ut alii dicunt) Lunæ, πάνδη γδ σερὴν, vel Pandonis, cui tribus cognominis erat, ex Etymo.

⁴ Sicut Junonis Heraea.] Interpres Pindari tradit Argis ἡρεῖα, id est, Junonis sacra celebrari: in quibus Hecatombe, id est, centum boum sacrificium siebat: hujusque celebritatis præmium fuisse æretan seatum & corona Myrtea. Et de hujusmodi Heræis mentionem facit Livius 3. Decad. I. 7. Juno autem ἡρεῖα & ἡραὶ Græcis dicitur apud Homerum 4. Iliados post prin. & Platonem in Cratino, ubi ejus nominis rationem dicit. Et vide infra libro 6. cap. 4.

⁵ Musarum Musea.] Idem Rhodinus lib. 17. c. 8.

⁶ Cereris Demetria.] Idem ibi, & Gyrald. de Diis Gentium syntag. 17.

⁷ Mercurii Hermea.] Idem Rhodinus ibi.

⁸ In quibus chlænæ.] Strabo 1.8.

⁹ Gymnica quoque in honorem Androgei.] Plutar. in Theseo. Gymnici autem ludi dicuntur in quibus corpora per gymnasticam disciplinam exercentur, quæ à Platone & Aristotele, principibus philosophorum, veluti maxime necessaria in primis probantur.

¹⁰ Apud Nemeam.] In honorem Archemori Lyceurgi Thracum Regis filii, ut diximus supra ex Statio lib. 6. Thebaidos.

¹¹ Hippofelinum.] Id est, grande apium apud Dioscoridem lib. 3. c. 95. Latini olsatum appellant, Columella, Pullum olus. Atque oleris, inquit, pulli radix. Vide Plinium lib. 19. c. 8.

¹² Præter quæ fiterunt Promethea.] Id usque ad versiculum, Estque animadversum, est Pausanias in Atticis. Meminit hujus rei Herodotus, sed obiter in Urania. Vide Erasmus Chilia-dis primæ cent. 2. in proverbio, Cursu lampada tradit. Sed & (quod superioribus addere potes) in Dio Macedoniam urbe, Alexander Jovi & Musis scenica fecit certamina, quæ ab Archaleo superio-

In palæstra, tedam ardenteim gestarent, eamque defatigatus proximo, isque postea defessus alteri, & deinceps aliis alii traderet, donec metam pertingerent. Ea quidem ara Promethei in Academia fuit, à qua ad urbem cum accensis ejusmodi facibus cursus erat. Estque animadversum, Olympicum stadium in Hereis ludis, sexta parte dempta, mulieribus patere. Currebant enim collecta tunica, solutis comis, dextro exerto humero. In quibus victrixi oleæ corona erat præmium, & bovis portio Iunoni immolatae. Ex his ergo ludis, cum Olympiaci & Isthmici ^{Mallie}
^{Hereis}
^{cursus.} quinquennales forent, & Nemæi singula trieteride fierent, solennes reliqui annui mansere, ^{Pentathlom.} quorum frequens lusus erat, jaculatio, ja-
^{Quin-}
^{tina.}ctus disci, stadii cursus, palæstra & saltus, quem pentath-
lum Græci vocant, Latini quinquertium, ipsosque athletas,
^{Quin-}
^{quer-}
^{tiones.} quinqueriones. Cumque victoribus dabatur corona, vetus erat mos, ut non illos qui vincerent, sed illorum patriam

per

periorum temporum Rege instituta fuerant, duravitque ea celebritas in diem nonum, cum Musis singulis dieum unum dedicasset. Auctor Diodorus Siculus l. 17. c. 1. ad fin. Idem Alexander vinariæ potationis certamen instituit, coronamque victori proposuit apud Plutarchum in vita ipsius, & Q. Curtium lib. 10. Aelianus de Varia historia lib. 2. tradit ipsum Alexandrum in honorem Calani Brachmanis Indi Sophistæ, qui seipsum combusserat, certamina musica, equestria & pugillatoria constituisse: usitatam etiam domesticamque concertationem in honorem Calani superioribus certaminibus adjecisse, & potandi vini certamen instituisse, atque primas obtinenti præmium constituississe talentum, proximo triginta minas, tertio decem. In his victoriam consecutus est Promachus. In Bacchi etiam festo libationum, præmium ordinatum est ei, qui plus bibisset, corona aurea, &c.

¹ Quinquennales forent.] Ut dictum est supra.

² Quorum frequens lusus erat.] De

his quinque ludis, vide que diximus lib. r. c. 20. & lib. 3. c. 21. Sed his, quæ utrobique dicta sunt, adde illud Simonidis distichon,

'Ιαμπιτα καὶ Πιθεῖ Διοφῶν ὁ Πιθαιο-

έρινα

Αὐλητα, ποδοκείλω, διονεον, ἄκριτα,

πάστω.

Id est ex Alciati nostri versione,
Isthmia Pythonis Dophon & Pythia
vici,

Et cursu, & jaculo, saltibus, orbe, pale.

Et aliud quoque interpretis Pindari,

'Αὐλητα πόδες, δίκτης τελονη, γάλακτο-

τος ἐπάνη,

Καὶ δρόμος οὐδὲ πάλη, μῆτα δι' ἔπιτρον

πάστη τελετὴν.

Quod & sic vertit idem Alciatus,
Cum disci jactu, saltus sedis, impetus
h. s. e.

Atque pale, & cursus stadium fuit om-
nibus idem.*

C O L E R U S.

* Referuntur & à Jurisconsulto Paulo de alex lusu lib. 11. Utebantur & halteribus in saltu, de quibus Pausanias Eliacor. lib. 1.

per præconem coronari magna voce pronunciarent, mox ipsi præconi alter præco ante ludorum missionem coronam daret. Athenis vero lex jubebat, ut si quis coronaretur à senatu, in senatu præconium fieret: si à populo, in concione. ^{Virgi-} ^{nibus} ^{apud} ^{Nas-} ^{mones} ^{edeba-} ^{tur} ^{certa-} ^{men.} ^{Ludi} ^{Circen-} ^{ses.} Proditum quoque memoriae est, apud Nasamones à virginibus edi certainen quotannis ad Tritonidis paludein, quæ non cursu, sed pugnis & fustibus certabant: ex quibus si qua ictu concidisset, falsa censebatur virgo: victrix vero, armata vectabatur currū. Sed quod Græcis Olympici fuere, hoc nimirum Romæ (quantum opinione augoror) Circenses fuisse crediderim: quippe agonici Circenses apud Elidem in honorem Jovis Olympici pariter inventi institutique sunt. Inde Roman advocates putarim.

² In Elide enim juxta fluminis ripam angusto tramite, altero latere urgente fluamine, altero positis gladiis, ut utrinque præscens exitium esset, bigarum cursu certabatur, dimicazione pernicioса adeo, ut intra præscriptum illas coercere necesse foret: unde Circenses dicti. ³ Plerunque unius equi curru,

TIR A QUELLUS.

¹ Proditum quoque memorie est.] Imo vero Auses ex Herodoto libro 4. non adeo longe à fin. &c de his quoque nonnihil Pomponius Melalib. 1. c. 7. loquens de incolis Tritonis amnis. Nam & Auses circum Tritonem habitant, ut dicit idem Herod. ubi supra.

² In Elide enim.] Hæc usque ad verba, Plerunque unius equi, sunt Servii in 3. Georg. ibi,

Centuni quadrigulos agitabo ad flumina curvus.

Ubi præterea dicit alios à circumeundo Circenses vocari putare. Et idem propemodum scribit in lib. 8. Æneid. ibi,

— Magnis Circensisbus actis. *

COLE R U S.

* Glossarium vetus' $\lambda\pi\tau\mu\delta\tau\pi\tau\circ$ circus Circensis. Idem & $\iota\pi\pi\delta\varphi\mu\circ$ dicitur.

TIR A QUELLUS.

³ Plerunque unius equi currus, qui Ce-

les.] Celetes vocabant eos, qui singuli, sive uno equo currebant, ut dicit Budæus in 1. athletas, ff. de his qui not. infam. & ante eum interpres Aristophanis, qui & equum, quo hi Celetes currebant, Monatora Græcis dictum tradit. De his autem Plinius l. 34. c. 5. Equestris, inquit, utique statua Romanam celebrationem habent, orto, sine dubio, à Græcis exemplo. Sed illi Celetas tantum dicebant in sacris victores. Postea vero & qui bigis vel quadrigis vicissent. Et hinc idem Plinius ejusdem libri c. 8. in duobus locis, Celtizontes, inquit, pueri dicti sunt, qui scilicet equorum singulorum certaine delebantur. Palephatus autem, ubi de Centauris loquitur, Juvenes (inquit Græce quidem, sed hoc sensu) quidam à radice montis procul, à vico quedam vocato Nebula, excogitant equos Celetas condocefacere, in hisque sedere: nam ante id tempus nesciebant in equis sedere, sed solum curribus utebantur. Ex quo intellegis

curru, qui Celes, aliquando simplici biga, quæ Sinoris dicta est, pugna committebatur.² Quibus postea accessere calpæ & apenæ. Calpæ currus trahebatur equa, apenæ inulas jugabat.³ Nero vero in Olympiis non bigis, sed decemjugi curru aurigasse & victor fuisse proditur.⁴ Milciades vero quadrigario curriculo Olympicam palmam reportavit. Traditumque memoriæ est, Romæ quadrigas ex asinis immenso constitisse, adeo ut quadrigæ quadrigentis millibus venirent.⁵ Ibi quoque formæ certamen haberi, victorque armis donari, & ad templa vittatus deduci, myrtoque coronari solebat: sicut⁶ in Cercis Eleusinæ festo prope Alpheum, speciei certamen erat: in quo animadversum,⁷ Tenedias mulieres, omnium quot sunt in Asia, venustatis palmam tulisse, tametsi Hypepas tanquam venustatis præcipuae, alii celebrarint,⁸ & Homerus formosissimæ.

Iligis non solum eum qui equo uno insidet: sed ipsum quoque equum, singularem dici Celetem. Nam & apud Homerum Iliad. 4. Celes equus dicitur, qui solus agitatur, quasi Monam-pyx, ut nonnulli dicunt. Aliis autem Morāπυοζ̄ jubatus, ut apud Euripidem Morāπυοες πάναοι, id est, κέλητες. Ceterum Gellius lib. 10. cap. 25. inter genera navium celaces numerat, quas, ut dicit, Græci celetes vocant, scilicet à similitudine eorum Celetum, ut plerique omnes intelligunt.

¹ Aliquando simplici biga, quæ Sinoris dicta est. Legendum est Symoris ex Aristophanis interprete in Nebulis, qui ita scribit, Συμωξὶς εῖται currus non plenus, sed ex duobus junctis equis, quem nunc diphron vocamus. Vide Rhodigium lib. 21. c. 31.

² Quibus postea accessere Calpæ & Apenæ.] De quibus, & quid inter eas intersit, videbis apud Pausaniam l. 5. & eundem Rhodig. d.l. 21. c. 31.

³ Nero.] Suetonius in vita illius, cap. 24.

⁴ Milciades.] Herodotus lib. 6. non ita longe à prin.

⁵ Ibi quoque formæ certamen.] Non intelligas Romæ, de qua postremo loquutus est, sed apud Eleos, de quibus ante loquutus fuerat. Et ejus rei testis est Theophrastus & alii, quos in id ci-tavi in legibus Connubialibus parte 2. n. 49. incip. Hinc multa.

⁶ Sicut in Cercis Eleusinæ.] Nicias in Arcadicis, & ex eo Athenæus l. 13. tit. Certamina de pulchritudine, & diximus ubi supra proxime quo in loco videbis, & alia pulchritudinis certamina.

⁷ Tenedias mulieres.] Nymphodus in Asia navigatione, & ex eo Athenæus d.l. 13. c. 32. in fine, Omnium, inquit, quæ alibi nascuntur, pulcherrimas mulieres esse in Tenedo insula Troica as-firmat.

⁸ Et Homerus.] Lib. 2. Iliados in Catalogo, "Οἱ τὸν Ἑρίλωνον Ἐλασσα καλοῦσθαι.

Quique habitant Phthiam, & Helladæ pulchras mulieres habentem.

Adde & Achædæ ex eodem l. 3. ejusdem operis,

*Cir-
censes
Romā
trans-
lēti.
Ritus
Circen-
sium
ludo-
rum.*

*Met.e
in cir-
censi-
bus.*

*Facito-
nes qua-
tuor
Circen-
sium.*

mosissimas i: Helladē asseveret. Romam deinde Circenses translati, positis metis, non autem gladiis, eximie culti celebratique sunt, in quibus ¹ septem fuere curricula solennia (nam septeno circuitu currebant aurigæ) ² & viginti-quinque missus, quæ Domitianus ad quinta spatha corripuit: missus vero, ad centenos propagavit, uterque singulos quinos missus, sæpe Romani principes ³ venationem dedere, ⁴ aut Trojæ decurcionem. Ultimus vero, quod ex collatione populi siebat, ærarius dictus. ⁵ Equis enim mira velocitate currentibus insidentes, levissimos currus ingenui pueri cursu quam citatissimo agitabant, qui præcipua arte satis gnari doctique erant examussum servare normam, ne ipsi aut quadrigæ agitatae, aliquo temporis puncto metas contingerent, utque per singulos missus, idem currus per quinta spatha sine offensione circuiret. ⁶ Quæ quidem metæ cum antea lignæ fuissent, Claudius auratas instituit. ⁷ Fuitque moris, ut ante comi-
missio-

"Αργοὶ ἐστιν οἱ τοῦ , ναὶ αὐτίδε
ργάλησυθεῖν.

Argos in equiferum, & Achajam pul-
chras mulieres habentem.

¹ Septem fuere curricula solennia.] Propertius lib. eleg. 24. ad Cynthiam,
*Aut prius infelix deposita præmia cur-
su,*

*Septima quans metam triverit arte
rotæ?*

Seneca ad Lucilium lib. epist. 4. Gel-
lius auctoritate Varronis in l. 3. c. 10.
Lactantius lib. 7. c. 27. codemque ult.
in prin. Cassiodorus Variarum lib. 3.
epistola, cuius initium est, *Quantum
histrionibus.*

² Et viginti quinque missus.] Servius
auctoritate Varronis lib. 3. Georg. ubi
supra citavimus.

³ Quæ Domitianus.] Suetonius in
vita illius, c. 4. ubi de spectaculis per
eum editis loquens, sic scribit, *In hoc
Circensium die, quo facilis centuri missa
peragerentur, singulos à septenis spa-
tiis ad quina corripuit.*

⁴ Venationem dedere.] Idem Suet.
in C Julio Cæsare, c. 39. in Augusto,
c. 43. in Claudio, c. 21. & in Nerone,
c. 7. in fin.

⁵ Aut Trojæ decurcionem.] Suetonius in locis nuper citatis, & præterea in Nerone, cap. 7. Cornelius Tacitus lib. 11. Sedente, inquit, Clodio Circensis bus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troje inirent, interque eos Britanicus Imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox in imperium & cognomenum Neronis adscitus, favor plebis acrior in Domitium loco presagii acceptus est Virgilii lib. 5. Æneid.

*Trojaque nunc, pueri Trojanum dicitur
agmen.*

Et vide Inferius lib. 6. c. 19.

⁶ Equis enim.] Suetonius in Cæsa-
re, c. 39.

⁷ Quæ quidem metæ.] Suetonius in
Claudio, cap. 21. aut tophiux, sive ex
topho lapide, ut idem dicit, atque
etiam Livius 1. Decad. lib. 7.

⁸ Fuitque moris.] Cassiodorus ubi
supra,

missionem Circensium, ministri cum equis desultoriis missus exituros nunciarent. In his quoque quatuor factio-nes pro anni temporibus, videlicet veneta quæ cerulea, prassina quæ viridis dicta est, alba, & rosea, miro faven-tium studio coli celebrarique solitæ sunt. Viridis enim col-or, veri dicatus erat, æstati roseus, hyemi venetus, albus autumno. Nonnulli vero per elementa colores divisere: quippe hyacinthus aëri dabatur, coccus ætheri, byssus terræ, purpura mari. Pannoque versicolore per singulas factiones certabatur, in quibus spectantium favor & aura popularis, gratiaque & studium, ad victoriam multum loci dedit, nam tanto saventium studio hinc inde certaba-tur, quum suos quisque clamore & plausu foveret, ut magis studio & colore panni, ac favore quo affecti erant, quam vera virtute intererentur: isque popularis favor & gratia non dubiam plerunque victoriam dedit: adeo ut non populus modo, sed & principes ingenti studio & gratia factionum contenderent: ³ siquidem Vitellius venetæ factio-

supra, & vide Suet. in Cesare, d.c. 39.*

COLERUS.

* Equos istos Græci αὐγίττες, quod binos ducentes equos, ab altero in alterum subinde saltabant, sed & Δρεάτας & Λεόπατας vocabant. Cicero pro Murena: Necio quo pacto mibi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum currículum incurgere. Isidorus lib. 18. cap. 38. desultores nominasti, quod olim prout quisque ad finem cursus vene-rat desiliebat & eurrebat: sive quod de equo in equum transfiliebat.

TIRAQUELLUS.

¹ In his quoque quatuor factione-s.] Chrestodorus poëta Thebanus in Græcorum epigrammatis. Et Sydonius Apollinaris in Hendecasyllabis,

— Micant colores:

Albus & venetus virensque rubens-que.

Et Castiodotus Variarum lib. 2. epist. supra designata. Et de viridi est etiam

illud Juvenal. Satyr. 11. ad finem,
Totum hodie Romam circus capit, &
fragor aures
Percutit, eventum viridis quo colligunt
panni.
Nam si deficeret, mestam attonit amque
videres, &c.

Ubi vide Joannem Britannicum, in-
terpreteten.

² Pannoque versicolore.] Vide Plini-
num libro epistolarum 9. epist. 6. ad Calvisium, & Castiodorum ubi supra,
& Paulum Diaconum lib. 4. Historia Longobardorum, cap. 11. ubi scribit im-
perante Phoca Præfatos & Venetos per
Orientem, & Ægyptum civile bellum
fecisse, ac se mitua cæde prostravisse.
Et hoc quoque pertinet illud Juvena-
lis nuper citatum.

³ Siquidem Vitellius.] Suetonius in
vita ipsius c. 14. Quosdam, inquit, &
de plebe ob id ipsum, quod Veneta factio-
ni claram male dixerat, interemit, con-cepit sui, & nova spe id aës opinatus.

¹ Cali-

factioni ita addictus erat, ut eos per æqua & iniqua anūplo favore prosequeretur, adeo ut quosdam, qui clare mai-
dixerant, occidi juberet. Sicut prassinæ deditus erat
¹ Caligula, ² & Nero Cæsar. ³ Caligula enim seftertiūm
vicies agitatori Cythico contulit. ⁴ Nero vero quum que-
reretur tractum prassimum agitatorem, & ob id jurgare-
tur à magistro, de Hectore se loqui mentitus est. ⁵ Fer-
tur autem Verus Antoninus à venetæ factionis hominibus,
quam odio execribili prosequebatur, intoleranda probra
& contumelias tulisse, quod contra eos prassinæ studeret,
illosque studio & commodis prosequeretur. ⁶ Caracalla
vero quum in aurigam, cui studebat, populus cavillatus
Factio-
nibus
quatuor
duo
addi-
Circen-
duo ge-
nera.
effet, exercitum immisit, & pœnas exegit. ⁷ Ad has
quatuor factiones, alias aurati purpureique panni Domi-
tianum addidisse Suetonius memorat. Erantque Circen-
sium duo genera: Patricii, qui per patres: plebeji, qui per
plebeim agebantur stato die, mense Novembri, quos
fum Claudio Imperator sëpe commisit & celebravit. In qui-
bus præter spectacula etiam deorum simulachra, ⁸ non-
nunquam

1 *Caligula.*] Suetonius in vita illius, cap. 55. *Prasinæ* factioni ita addi-
ctus & deditus, ut canaret in stabulo
afsidue & maneret. Dion quoque in
vita ipsius ita scribit, *Adeo autem stu-*
debat homini viridi veste induito, cui ex
colore ejus vestis Prasinus nomen fuit, ut
neflvis etiam temporibus locus, ubi ille
currens agitabat, Cajanus appelletur.

2 *Et Nero.*] Suetonius in vita illius, cap. 22.

3 *Caligula enim.*] Suetonius in Ca-
ligula, cap. 55. Agitatori Cythico (aut,
ut alii legunt, Eutycō *) commissione
quadam in apophoretis vicies seftertiūm
contulit.

COLE R U S.

* Alii & optimi libri habent Eu-
tycho: quod doctissimis probatur, ut
Augusto cap. 96. Et consentit Jose-
phus. Martialis quoque meminit cu-
jusdam Eutychi.

T I R A Q U E L L U S.

4 *Nero vero.*] Idem Sueton. d.c. 22.
vitæ ipsius.

5 *Feretur autem Verus Antoninus.*] Julius Capitoninus in vita illius.

6 *Caracalla vero quum in aurigam.*] Herodianus l. 4. Dñique (Græce qui-
dem, sed in hunc sensum, ut verit Politianus) id quod nunquam aliis facilita-
tum, cum Circenses spectante eo populus
Rum. in aurigam, cui studebat, necis quid
cavillatus effet, ratus sibi contumeliam
illatum, repente omnem exercitum facere
impitum iusit in populum, ac rapere &
occidere quinque in aurigam dixisseut.

7 *Ad has duas factiones.*] Suetonius
in Domitiano, cap. 7. *

COLE R U S.

* Xiphilinus non habet auratum &
purpureum, sed χυστήν, καὶ τὸ ἀργυρέν.

T I R A Q U E L L U S.

8 *Nonnunquam Imperatorum.*] Taciti-
tus lib. 2. ubi de Germanici statua lo-
quitur,

nunquam Imperatorum & Ducum imagines habitu triumphali, ob studium favoremque populariem erga Principes, equestres aut pedestres, aliquando victorias cum palmis, ferculaque & tensa, currusque elephantorum produci, & prælata pompa efferrī solebant.¹ Quare Germanici equestrem statuam ex ebore, Circensi pompa prælatam comperimus.² Et Antoninus defunctæ Faustinæ imaginem cunctis Circensibus præferri voluit. Quæ quidem imagines nonnunquam aureæ, vel argenteæ, plerunque erant gypseæ, aut ex ebore. In quo illud adnotatum fuit, ut loca per quæ pompa & deorum simulacra vectabantur, ne recondita sacra è cœnaculis despicerentur, oraculo moniti, velis cooperirent. Prævaluitque mos, ut prætor aliusve magistratus, qui ludis præcerat, mappam auriæ mitteret, & cursus signum daret, quod erat futurorum Circensium initium: id quod à Nerone certo eventu cœptum (ut Cassiodorus ait) fluxit ad posteros. Post quos adnumerantur Circenses Cereales & Seculares, atque alii Navales, ubi in Circo maximo immisso euripo, naves metis appositis, ne illas contingent, cursu præcipiti concurrebant. Illud utique non in postremis fuerit, quod tam in Circensibus quam sacris certaininibus, magna cura servatum est, ut qui intempestive surgunt, aut qui ante alios exeunt, colaphis cædantur: quodque qui coronam interruisset, ratiō-

quitur, Honores (ut quis amore in Germanicum) aut ingenio validus, reperti decretique: ut nomen ejus salarii carmine caneretur, sedes curiae sacerdotum Augustalium locis, superque eas querce & coronæ statuerentur, ludos Circenses eburna effigies præiret. Suetonius in Tito, c. 2. de Britannico loquens, Quorum, inquit, omnium mox memor statuam ei ariam in palatio posuit, & alteram ex choro equestrem, quæ Circensi pompa hodie quoque præseritur, dedicavit, prosecutus est.

¹ Quare Germanici.] Id jam diximus in præced.

² Et Antoninus defunctæ Faustinae.]

Scilicet Pins ex Julio Capitolino in ^{nes alia} vita illius.

³ Prævaluitque mos.] Id usque ad versic. Post quos, est Cassiodori lib. 3. Variarum, & vide supra lib. 2. cap. 25.

⁴ Seculares.] De quibus Suetonius in Augusto, cap. 31. ubi juvenes & puellas prohibuit nocturnis Secularium ludorum spectaculis, nisi secum haberent aliquem ex propinquis atque necessariis, seniorem, qui veluti custos & moderator cohiberet à probro. Et in Claudio, cap. 21. & in Domitiano, cap. 4.

⁵ Atque alii navales.] Suetonius in Cesare, c. 39. ubi de variis spectaculis,

*Imagi-
nes in
Circen-
sibus
clavis.*

*Mune-
ratis qui
rail-*

*Circen-
sibus
pre-
erat.*

*Cere-
ales.*

*Circen-
sibus
ses.*

*Secula-
res.*

*Navale-
s.*

*Ofer-
ratis,*

*Cusa
quo
nullus
in cer-
tamen
prodire
vellet.*

*Unus
duobus
com-
missus.*

ruisset, tanquam ad supremum fastigium ventum foret, nihil ultra de virium aut artis incremento speraret: utque non minus bones fortisque viros, qui ad certamen provocarent, neque cum quo certaretur invenirent, quin nemo luctari aut congregandi audet, quam eos qui fortiter pugnassent & vicissent, merita palma, aut posito constitutoque præmio donarent. Neque enim minus coronari pugiles qui absque sudore in certaminibus, quam qui pugnando palinam assequuti sunt, cavebatur: licet adnotatum quandoque exemplis legamus, ut si athleta eo fortitudinis processerit, ut non inveniret parem, plures uni objicerentur, cum quibus periculum facheret & decertaret. Nam ut vitætor quis declaretur, & victoriæ insigne ferat, æmulo opus esse dixerunt. ¹ Neque prætereundum, Gymnica certamina Eleis præcipua fuisse, Thymelica Corinthiis, Scenica Atheniensibus.

culis, per eum editis, differit, & Plinius lib. 8. c. 7. in vita Heliogabali.

¹ *Neque prætereundum Gymnica.*] Hæc omnia, usque ad finem, scribit Cælius Rhodiginus lib. 8. c. 8. hæc legi ex vetere Græcorum auctore, quem

non nominat. Adde superioribus ex Strabonis lib. 15. Chalcidibus lucum imminere, Alexandro Philippi filio dicatum. Hoc in loco certamen Alexandria nuncupatum ab universa Ionia celebrabatur.

C A P U T IX.

*Mira exempla, quæ in montibus & lapidibus hodie visuntur,
unde originem & causas duxerint.*

*Philoso-
rum
opinio-
nes de
rerum
princi-
piis.*

Ingens cupidus animos stimulavit illorum, qui rerum naturæ originem & causas diligentæ æstimatione scrutati sunt, quod orbis hujus quem incolimus, immensi & inexplicabilis, totiusque naturæ rerum, cuius æternam vertiginem & irquietum ambitum videmus, principium & origo sit: quod equidem immensæ quæstionis fuit. ¹ Thales ille

T I R A Q U E L L U S.

¹ *Thales ille Milesius.*] Hæc usque ad versic. Indi & Brachmanes, sunt Plutarchi l. 3. de Placitis philosophorum c. 3. & aliorum quos tibi citavimus in

nostris legibus Connubialibus gloss. 5. num. 20. incip. nam & qui, & seq. & in Commentariis Nobilitatis cap. 3 r. num. 533. posterioris editionis incip. quid philosophorum pugnas.

¹ *Indi*

ille Milesius inter septem præcipue celebratus, cum quo sacerdotes Ægyptii, & vates Pindarus, ex humore omnia constare dixerunt, Anaximenes ex aëre, Heraclitus Ephesius, Stoici, & Parmenides ignem, Anaximander Milesius infinitatem, Pythagoras numeros, Empedocles Agrigenitus quatuor elementa, Plato Deum & Hylen, unde elementa derivantur, Xenophanes aquam simul & terram, rerum originem principiumque duxerunt. Epicurus autem, Leucippus, & Democritus Abderites, ex atomis, sive ex parvis minutisque corporibus temere concurrentibus, in unum confusis & condensatis, omnium elementorum vim atque substantiam, rerumque formas, & figuras oriri dicunt. ^{Quint-} Indi & Brachmanes præter quatuor elementa, effinxerunt: hancque rerum machinam, & hunc terræ glo-^{ta es- fentia.} bum, quem incolimus, quandoque indigestum & confusum, nullo rerum discriminé, aut ordine, olim unum chaos ^{Chass.} extitisse: postea divino consilio & delectu, sive ex parvis hujusmodi corporibus & sempiterna illa incursione atomorum, sive quia graviora in profundum, levia vero cælesti labefactata motu, & ancipiti contentione distracta, natura volente, in altum evolavere, hanc rerum faciem, & hunc quem haurimus aërem, istamque quam incolimus terram, mutuo licet contrario fultam nexu, ex illa illuvione & turbulenta confusione emersisse: & prout plus minusve illius densatæ materiæ, vel humoris fuere participes, ita montes & edita, nunc convalles & depressa, modo maria

I Indi & Brachmanes.] Strabo l. 15.
Rhodiginus lib. 18. c. 31. Quod autem dicitur *unum chaos* Hesiodi est in Eris, quem potissimum sequitur Ovid. lib. 1. Metamorph.

Ante mare & terras & (quod tegit omnia) calum,
Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigestaque moles,
Nec quicquam nisi pondus iners, conge-

flaque codem
Non bene junctorum discordia semina
rerum, &c.
Chaos etiam Hesiodus in Theogonia omnium rerum initium vocat, quod ante omnes deos, deasque natum sit. Sex. Pompejus lib. 3. appellat, ex sententia Hesiodi, confusam quandam ab initio unitatem, hianteum, patentemque in profundum, ex eo & *χάρις* Græci, & nos biare dicimus.

I Heron-

ria & flumina, fontesque & lacus, camposque ac diversas rerum facies, & tanta naturæ miracula, sumnum illum artificem & rectorem Deum, omnium conditorem, tantæque molis fabricatorem, divino magisterio examinato modo effecisse: humoremque in undas, leviaque in aëra & ignes, quodque minus defæcatum erat, in terras divina forte distincta recessisse: donec ad certam istam solidamque pervenit speciem, aëremque quo fruiimur, quemque incolimus & haurimus. In hisque forte evenisse, ut pleraque alterius speciei & formæ, in tantæ machinæ molitione cum terra simul coaluerint: hujusque rei argumentum esse, quod terram mobilem & solubilem, paulatim confusam, longissimo ævo in lapides durescere, diversarumque rerum species intra lapidum viscera unum corpus effici: illaque simul in omni æternitate condensari, ac diversas facies quotidie artificem naturam moliri videimus. Quare diversi coloris marmora, in quibus mixturas inexplicabiles in uno nunc corpore concretas inspicimus, quandoque disjunctæ & separata, multiplicium corporum fuisse facile crediderim: quæ quidem res, illius primæ originis & coacervationis indubia arguimenta præbet: sive quod nonnulli tradunt, diversis cardinibus inductis aquis, vel mari sedibus suis excito, seu nimbis effusis, diluvio quandam inundasset mundus: postea cum fluctibus & mari omnia miscerentur, desitis tempestatibus, & terræ situ defæcato, post tot aquarum moles & agitationes fluctuum, solidas apparuisse terras: propterea in montibus, quamvis longe à mari, ea quæ in littoralibus vadis cernuntur, nunc inveniri: & quamvis mediterranea, specie tamen littorali apparere. In memoria mihi est, lapidem duri marmoris non unius coloris vidisse in montibus Calabris, longo à mari recessu, in

*Lapi-
dum
di-
ver-
se spe-
cies
unde
produc-
ctæ.*

*Conche
in mon-
tibus.*

quo multiplices conchas maris congregatas, & simul concretas cum ipso marmore, in unum corpus coalusse videres: quas quideam osseas & non lapideas esse, & quales in littoralibus vadis inspicimus, facile erat cernere. Quod si marmor

mor in frusta dissectum refecasses, etiam multiplices conchas singulis frustis quasi nativas considere, & cum lapide una discindi videres. Quod profecto multum præstat argumenti, dissimilia corpora disjuncta prius, postea colluvione rerum mista & longo ævo coacervata coaliuisse. Quod genus marmoris, in quo conchylia videantur, plura in Thessalia & Hæmonia præcipue apparere auctores memorant: atque in Ægypto falsuginem esudare.¹ Hero-
dotus tradit, ita ut in collibus editioribus, ea quæ mari in-
cito expiuntur, facile conspiciantur. Apud Megarenses
quoque & omnem Macedoniam, ex rupium præruptissi-
mis saxis lapides excavari nonnulli testati sunt: in quibus
pleraque specie appareant littorali, multaque ædificia &
magnas moles ex illis construi. Jovianus Pontanus ad hoc
ævi vir-haud dubie clarus ingenio factisque, cum plerisque
nobilibus, præsente me, sermocinabatur, se in promonto-
rio Pausilypi juxta Neapolim, vi tempestatis, ingenti lapsu
proruto monte vidisse in medio abscissi collis trabem li-
gneam, undique latere montis duro lapide cinctam, cum
montis dorso concrevisse, & in unum corpus coaliuisse:
& hanc rem mirificam, quæ non minore miraculo fuit,
quam conchylia in montibus, non uni tantum spectaculo
fuisse. Sed ne quis hoc fictum commentum arbitretur,
pervulgata res est, paucis ante nos seculis, dum Neapoli
marmora ædificii causa discinderentur, ad amantem mire
splendidum, non nativa vena, aut rudi & informi, sed ab-
soluta artificis manu confectum & perpolitum, mira cæla-
tura & arte, in medio marmoris concretum fabros invenisse,
cumque pro miraculo Regi dono datum, inter cubi-
culi arcana conspicuum fuisse, hodieque inter illustria ad-
numerari.² Præter quæ, mira profecto sunt quæ à pleris-
que digna memoratu produntur. Palamedes amicus meus,
cal-

¹ Herodotus.] Libro 4.

C O L E R U S.

² Præter que.] Jul. Scaliger in li-

Tom. II.

bris de Subtilitat. testatur se invenisse
in ilice ferrum. & talia ibi plura vide-
bis.

calcaria formacis præcipiuus artifex, ingenio gnavo & industrio, auctor alioqui gravis, saepe mihi retulit, se dum marmora discinderet, in medio silicis, quæ nisi vi malleorum dirumpi haud facile poterat, oleum quasi in vase conclusum invenisse, odoris immensi, & aspectu jucundo, cui in medica vis fuisse dicebatur: quo effuso, manus sibi diu impetu.
Oleum in silice conclsum reperit. Quod ego quo pacto, stante semper solida illa materia, illic coagulari aut occludi potuerit, non equidem scio. Nos etiam apud auctores legimus, si vera tradunt; ¹ in Chiorum lapidicinis diffisso saxe, caput effigie Panisci apparuisse: & ad Baetim Hispaniarum, lapides nasci, quibus scissis, ex puro auro frusta & lapillis conspiciant: ² & ab Europa usque Elim quicquid oræ inaritimæ mari abluitur, in saxa mutari: ³ aut quod de pulvere Puteolanico traditur, qui marinis aquis tactis durescit in saxum: ⁴ & in mari rubro sylvas vivere, ⁵ oleamque & laurum in quibus fungi enascantur, qui mox sole tacti, convertantur in pumicem. Atque in Lucania, Cappadocia & ⁶ Hierapoli Mysiae, nonnullas esse aquas, quibus virgulta & ligna injecta, brevi post lapidescunt. Quod si aquis hoc datum est, sive lege fatorum, sive consilio Dei, qui reliqua mundi opera æterna constitutione molitur, ut arenas & glaream, alias quæ hoc genus species consolidet & indurescat: quanto pro-

TIR AQUELLUS.

¹ In Chiorum lapidicinis.] Cicero lib. r. de Divinatione, fingebat Carneades in Chiorum lapidicinis saxe diffisso caput extitisse Panisci. Est autem Paniscus diminutivum à Pane: sicut Satyriscus à Saryro.

² Et ab Europa usque Elim.] Plinius lib. 35. cap. 13. ubi Oropon non Europam dicit.

³ Aut quod de pulvere Puteolanico.] Plinius ibi: ubi & alia loca ponit in quibus id quoque fit. Et Seneca lib. 3. Naturalium Questionum.

⁴ Et in mari rubro.] Idem Plinius lib. 13. cap. 25. non semel.

⁵ Oleamque & laurum.] De utraque idem Plinius ibi.

⁶ Hierapoli Mysiae.] Strabo lib. 13. non multo ante fin. Ubi etiam dicit similem esse aquam in Laodicea. Sed & idem eodem libro, sed alio loco, scribit quod circa Andira lapis quidam invenitur qui combustus ferrum fit: deinde cum terra quadam in fornace excoctus, pseudargyrum exudat terra, quæ terra si as acceperit, fit mixtura quam orichalcum vocant. In Hibernia locus est, ubi arbor infixa terræ per aquam, fit in terra lapis, in aqua ferrum, in aere manet lignum. Vide Historum Boëtium in descriptione Regni Scotorum.

probabilius est, parentem rerum naturam, longissimo ævo ea quæ disjuncta fuerant, physica vi & ratione consolidare potuisse, cum præsertim montes lapidesque adolescere in dies, exhaustaque effosionibus loca, sua vi rursus repleri, aliaque attenuari & imminui: ac maria quæ sempiterna agitatione inoventur, alia recedere, pleraque inundare, ac locorum facies mutari quotidiè spectemus?

C A P U T X.

Quam varium & multiplex iurandum apud diversas gentes fuerit, & per quos deos jurare consueverint.

QUAM varium & multiplex iurandum apud gentes fuerit, à nonnullis proditum memoriae est.

Per

MERCERUS.

In Miscellanea nostra olim multa retuleramus, de jurandi religione, & ritu. Eorum aliqua non speciatim singula, sed generatim omnia tibi proponimus. Jusjurandum Ennius interpretatus est quasi Jovis Jurandum. Apud Cic. *Fides*, inquit, *alma, apta pennis, iurandum Jovis*, pro iurandum. Ita Nævius, *Jus sacratum Jovis iurandum sanguine*. Unde Apul. lib. de Deo Socratis: *jusjurandi honor*, inquit, *proprium est summi Dei*. Et Romani quidem initio videntur iurasse per solum Jovem, unde mos erat jurare Jovem lapidem. Quamvis tandem in hujus honoris partem venerint Mars, & Quirinus: ut auctor est Polybius. Horatius tamen aliam hujus vocabuli notationem, & etymologiam videtur insinuare. Ode 8. lib. 2. *Ulla si iuris tibi pejerati Pæna, Barine nocuisse et unquam, &c.* Ultraque vero probari potest. Juramenti vero multa genera erant. Aliud enim solenne, & quasi publicum: hoc est, quod in re gravi, coram omnibus quasi publice dabatur. Aliud privatum, & vulgare, hoc est, quod privatim inter paucos & in fa-

miliari sermone interponebatur. Utriusque ut opinor exdem erant formulæ. Nisi forte publicum, solennioribus verbis fieret. Utrumque vero, sepe conceptis verbis dabatur. Quæ conceptio, ut id interim admoneam, plurimum valebat ad juramenti religionem augendam. Colligas ex hoc Plaut. Pseud. *B. Fator. C. Nempe conceptis verbis. B. Etiam consultis quoque.* Et aliis multis locis. Rursus Juramentum aliud fictum erat, & simulatum, aliud seruum. Fictum, & simulatum appello, quo aliud verbis concipiebatur, quam mens & ratio dictabat. Talia erant juramenta præstata prædonibus. Cic. 3. Off. *Si prædonibus paclum pro capite precium non attuleris, nullus fraus isti, ne si juratus quidem, id non feceris.* Talia etiam erant juramenta amantium: Quæ jocosa vocat Seneca, Controvers. 3. lib. 2. Amantibus enim familiare est mentiri, & Amantium juramenta irrita dīi habent. Senec. *Quid ad partes pertinet, quod amantes iungent? Mibi crede, nec ad deos pertinet.* Propert. Tibul. & poëta amatorii multa in hanc rem suppeditare tibi poterunt. Quanquam forte jura-

menta amantium duorum fuerint generum. Nempe vulgaria, qua item jocosa, & nullius momenti, & solennia, ut qua apud Plutarchum dicuntur jurare super Herculis sepulchrum. Et haec violare fortassis nefas fuerit. Eoruinque forte habita ratione, Seneca dixerit. Amantibus, non nisi jurantibus credi. Non crederetur certe nisi eorum quedam Juramenta religiose forent, & sancte servanda. Quare ut cognosceretur quando quis simulate, & quando serio juraret, interpositam puto hanc clausulam, in formula Juramenti: *Ex animi mei sententia*, ut apud Livium lib. 22. *Ex animi mei sententia juro*, ut ego ienipub. non deferam, neque alium circem defere patiar. Cujus clausula vis, intelligi potest ex his Ciceronis. Acad. quest. *Quam rationem e iam majorum comprobat diligentia*, qui primum jurare ex animi sui sententia quemque voluerunt, deinde ita tenri, si sciens falleret. Rursum, *Quod ex animi suis sententia juraris*, sicuti verbis concipiatur more nostro, &c. Ubi ex animi sententia est ex sincera fide, & sicut interiorius sapit, & sentit. Quo sensu in rescripto quodam Adriani dicitur *Aestimare res ex animi sui sententia*. Ex seriis juramentis, alia erant Corporalia in constitutionibus Imperatorum, alia minime. Quæ tamen sunt illa corporalia, non bene scio: nisi dicantur, quæ non sola voce, sed exteriori aliquo gestu, & habitu corporis religioso firmabantur. Quo modo Corporalia erunt Juramenta, quæ Ethnici faciebant cum aliquo externo adorandi ritu, ut cum aras tenebant: Christiani vero, libro Evangeliorum manum imponebant. Qui jurandi modus Religiosissimus fuit Ethnici, & Christiani, & olim Romanis, Græcis Pœnis, & multis aliis gentibus. Corporalia ergo fuerint, & quæ apud aras, ac statuas Imperatorum siebant, & quæ in dextera, de quibus cape hoc Taciti. Amici Germanici dextram morientis contingentes jurant, spiritum se prius amissuros, quam ultionem: Et haec Plauti Capiteveis, *H.ec per dexteram tuam*

dextra retinens manu olfistro, infidelior nubi ne fuis, quam ego sum tibi. Qui mos jurandi viguit apud gentes, ut apud Persas. Agnoscitur certe à Xenophonte in Cyro moriente. Corporalia item fuerint quæ facta in templis, & quæ in militia apud signa. Rursum juramenta alia clara, alia obscura. Clara voco, quæ propriis & aperitis: Obscura vero, quæ ambiguis verbis conciperentur. Ad quorum distinctionem adjecta videtur particula illa. *Liquid*, ut Liquido jurare, apud Ulpianum l. Alias. De Jurejur. sit clare, & apertis verbis jurare. Quod Graci videntur dixisse οὐρφῶς apud Demosthenem Orat. in Aphobum. In juramentis vero solennibus aliquem opinor præuisse verba; ut jurisjurandi religio major esset. Et hoc est, quod auctores dicunt jurare in verba alicuius: sicuti annotat Acro, in 15. epod. Horat. Addebat vero illa verba, *Si sciens fallo*, propter inscitiam quæ est invita. Itaut nemo teneretur religione jusjurandi, qui sefallisset imprudens, vel insciens. Ut monet alicubi Cicero Eam ob rem nec pupilli nec pueri, nec amentes, forte etiam nec amantes, (quum dicantur insani, & insane amare) tenentur, violati sacramenti. Non videntur enim posse pejerare, quia scientes, & prudentes fallere non possent. l. Qui jurasse d. de jurejurando apud Ulpianum. Qui vero jurabant, solebant in preciam violati sacramenti sibi grande aliquid malum precari, si scientes fallerent. Prop. *Si fallo pena seruam* *Instalix humeros urgeat urna meos*; vel contra optare, ut sibi bona & prospera contingerent, sicuti fidem servare decreverant. Quo modo dicitur Trajanus jurasse, *Sic sub jugum mittam Persas*: *Sic quassatum orbem recreem*: *Sic pontibus Istrum & Euphratem superrem*. Et ad hoc genus refer juramenta per oculos, & amores: Qui enim jurabat oculos, volebat eos integros sibi in capite restare, si fidem servaret: excidere vero, si falleret. Prop. *Quamve mihi viles isti videantur ocelli*. Per quos sape mihi credita perfidia est. *Hos tu ju-rabas*

rabas si tu mentita fuisses, ut tibi suppositionis excederent manibus. Qui deos jurabat eos iratos si falleret: latos vero, & propitios optabant si fidem servaret. Ita precabantur qui jurabant Jovem lapidem. Quod juramenti genus, ut id obiter admoneam, à Gracis ortum videri possit. Qui Mydrum tenentes manus, & in mare projicientes, tamdiu pollicebantur se fidem servaturos, quamdiu Mydrus latuisset. Qui item jurabant per parentes, eos iratos, vel faventes si viverent: aut graves, & damnosos, vel leves, & utiles preabantur, si mortui essent. Seneca Controv. 3. lib. 2. Queris quod iusjurandum fuerit. Ita patri placeam. ibid. Illa sibi iratum patrem invocavit, ego scōrum. Propert. Offa tibi juro per patris, perque parentis, si fallo, cinis heu sit mihi uteq; gravis. Ad id genus refero juramenta, quæ facta per caput, per vitam, per fortunas, per salutem, tum suam, tum parentum, vel principum, per liberos, & eos quos charos haberent, per pulchritudinem amicarum, ut nescio quis apud Petronium, per juventutem, per senectutem, per magistratus, & honores: per quos nescio quis apud Catullum jurat sanctissime. Quæ omnia juramenta, diversa formula concipiebantur, quam quæ siebant per deos. Ne enim credas, ullum honorem divinum illatum magistratibus, liberis, amicis, &c. per quos sepe jurabant Romani, quemadmodum & deferebatur diis, cum per eos jurabatur. In quo certe Romani modestiores, & religiosiores fuere, multis gentibus. Quæ ita per animalia, & alia etiam inanima jurabant, ut iis Divinitatis honorem impartirentur: Plinius cap. 7. lib. 2. naturalis hist. Gentes quedam animalia, & aliqua obscena pro diis habent, ac multa dictu magis pudenda: perfactidos cibis, & alia multa jurantes. Itaque fortasse impius Zeno, qui per Capparim: impiorum alii, qui per x̄ερμέλων apud Teleclidem, Epicharmium, & Eupolium jurabant. Observant porro aliqui, & inter eos Aero, in epod. Horat. 15. mares, jurasse per mares: foeminas

vero per foeminas, five per deos, five per parentes vivos, aut mortuos jura- rent. Quæsivere autem ex me nonnulli, qua formula jurarint, qui per salutem imperatorum, & Genios jurarint. Res vero ista in plano est. Qui enim vel per genios, vel per nomen imperatorum jurabant, quia eis divinum honorem deferebant. (Hec enim causâ fuit, cur Christiani ita jurare noluerint) ea formula jurabant qua per deos. Eademque ratio est, cum servi per Genium dominotum jurarunt, sicut ifacit apud Senecam epist. 12. nescio quis. Qui vero per salutem imperatorum jurabant, ita cum salvum precabantur, ut fidem erant servaturi. Quod juramentum, etiam Christiani usurparunt. Tertul. Sed & juramus siue non per Genios Cœtarum, ita per salutem eorum, que est angustior omnibus Geniis. Ideoque & salvum volumus esse, quod Dcūs voluit: & pro magno id juramento habemus. Quæ Jurandi formula majoribus nostris Francis olim usitata fuit. Veritas tamen est legibus Clodovei, Childeberti, Clotarii Regum Francia. Nullus presumat per salutem regis, & filiorum ejus jurare. Ita jurabant, qui per salutem principum jurabant. Qui vero in eorundem salutem jurabant, sub magnis execrationibus pollicebantur. se præ rebus omnibus, præ liberis, & conjugi, imo præ se charum habitatores principem. Quale juramentum præstandum soli deo monet Arianus lib. 1. queriturque Tertull. quod ita Christiani nonnulli jurarent: quos non decebat ejerare patrem, & matrem, & omnem alium proximum. Tale vero Juramentum præstari solebat imperatoribus à senatu. Cujus fortasse formula est, apud Suet. Calig. 15. Neque me, liberosque meos clariiores habebo, quam Cajum, & sorores ejus. Et à militibus. Qui ut est apud Ammianum libro 21. gladiis cervicibus suis admetis, sub execrationibus diris, verbis jurabant conceptis, omnes pro eo casis, quoad vitam profudissent, si at necessitas exigeret, perlatus.

^{Graci veteres.} ^{Aiud.} ^{Aliud. Iliad. 2.} ¹ Per terram, per amnes, per fontes, per undas fluentes, immanissimum sanctissimumque jusjurandum suisse, Græcorum veteres credidere: ² apud eosdemque qui sanctam & inviolabilem præstant fidem, in Thesinophoræ, hoc est legiferæ Cereris templum descendere, & quibusdam exhibitis sacris, deæ purpuram induere, incensisque facibus, velut præsentibus nuiminibus, per quicquid est deorum dejerare solebant: ³ aut per regium sceptrum ⁴ in quo jura dabant, teste Homero: quod præpotens

TIR A Q U E L L U S.

I Per terram.] Hæc usque ad versic.
Apud eosdem, sunt Plutarchi in vita Demosthenis, ita scribentis, Demetrius autem quidam loco immane illud jusjurandum jurasse dicit, per terram, personates, per amnes, per undas fluentes. Sed & per terram nonnullos solitos jurare, potest esse testimonio illud D. Matthæi cap. 5. *Ego dico vobis, non jurate omnino, neque per cœlum, quia th. enus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per Ierosolymam, quia civitas est magni Regis: neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum: quod reperitur D. quoque Jacobi cap. 5. Et Homeri lib. 5. Odyssæ eo loco quem tibi citabimus inferius, ubi de Styge loquemur. Et libro Iliados 15. in illo Junonis jumento,*

Γεω νῦν τόδε γαῖα ἡ οὐρανὸς δέρνεις
ὑπερβεν,
Καὶ τὸ καλεῖσθαινον Στυγὸς ὑδωρ, ὃτε
μέντης
Οὐρανὸς δεινότερος τε πέλε μακρί-
φεος δεῖστος.
Σύνθησην κεραυνὸν, καὶ ράτερον λέχο
αὐτῶν
Κεράυνον, τὸ μὲν ἀντίκειό πολι μάκρη
μέσσαιμι.

Id est,
Sciat nunc hoc terra & cælum latum
superne,
Et subterlabens Stygis aqua, quodque
maximum

Juramentum gravissimumque est leatis diis:

Tuumque sacrum caput, & noster letus ipsorum

Juvenilis, quem quidem non ego unquam temere jurarem.

2 Apud eosdem.] Hæc usque ad versic. Aut per regium sceptrum, sunt Plutarchi in vita Dionis ad finem. Juramentum magnum erat hujusmodi, *Qui fidem præstat, in Cereris descendit templum, & quibusdam peractis sacrificiis, deæ purpuram induit, tum ardensem captans falciam jurar.*

3 Aut per regium sceptrum.] Homerius libro 1. Iliados ita Achillem jurasse scribit,

Αὐτὸν τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὄρκον
ἱμοῦμαι,
Ναὶ μὰ τόδε σκηπτήροι.

Id est,
Sed tibi edico, & super magnum jusjurandum juro,
Certe per hoc sceptrum.

4 In quo jura dabant.] Nam & Homerius paulo post ea hæc adducit,

-- νῦν αὖτε μιν νῆσος Αἴγαιον
Εν πατέραμέν φορέει, δικαιωθότος,
οἵτε δέμεισες

Περὶ Δίος εἰρύαται, ο δέ τοι μέγας
ἴστετες ὄρκοις. Id est,

— Non iterum ipsum filii Achilleos

In manibus portant judices, qui que leges

A fore hauserunt. hoc autem tibi erit
magnum juramentum.

potens jusjurandum regibus visum, ita ut maxima obstricti fide tenerentur. ¹ Nonnunquam verre apprehenso, & stricto in jugulum gladio, cælum, terras, solem & ultrices furias advocare & testes facere, mox verre immolato & in mare dejecto, jusjurandum præbere: quo præstito, nihil præterea querendum homini erat. ² Atheniensibus ex solis Græcis, per Isidem jurare licuit. ³ Nonnunquam deorum aras tangere, sanctissimum jusjurandum putabatur: ⁴ Apud Thebæos per Osiridem, ⁵ Scythis per solium regis, ⁶ aut per ventum & acinacem, solemnne juramentum fuit. Apud Epidaurios per Semelēm, apud ⁷ Thraces per Mercurium, ⁸ Massagetis per Tanaim & Mæotidem paludem. Cappadocibus per montem, quem pro deo colunt. ⁹ Persarum mos erat, per Atheniens. ^{Alind.} Thebæi. ^{Scythe.} Epidaurii. ^{Thra-} ^{ces.} ^{Massa-} ^{get.e.} ^{Cappa-} ^{doces.} ^{Perse.}

¹ Nonnunquam verre apprehenso.] Id enim fuit Agamemnous jusjurandum, affirmantis Briseidem à se incorruptam reddi, ubi confessim hæc. l. 15. Iliados subdit,

H^e καὶ δέ τιμαχον κέπτε τέμε νη
λέι χαλκος

Τὸν μὲν Ταλθύβιον πολῖν αἰδός εἰ μέ-
γα λαῖτρα

Πίψ ἐπιδινότας βίστιν ιχθύσιν.

Dixit & jugulum apri absedit sævo
ferro:

Hunc equidem Talthybius spumantis
maris magnum flum

Jecit advolvens escam piscibus.

² Atheniensibus.] Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2. ad finem sic inquit, Solos ex Græcis Athenienses per Isidem jurare, forma mæribusque Egypciis similes, pluraque alia his similia magis ambitione, quam vere asservantur.

³ Nonnunquam deorum.] Justinus libro 24. & vide supra.

⁴ Apud Thebæus per Osiridem.] Diodorus d. lib. 1. cap. 2. Apud Thebæidos vero (que civitas antiquissima est omnium) incolas habetur jusjurandum per Osiridem in rubibus existentem. Hinc que forte illud Horatii epistolar. lib. 1. epist. 17. ad Sævam in fin.

— Per sanctum juratus credat Osirim.

⁵ Scythis persolium Regis.] Herodotus libro 4. Est, inquit, Scythis mos pleurunque jurandi per regium solium, cum maximum volant intrupone in jusjurandum.

⁶ Aut per ventum & acinacem.] De utroque Lucianus in Scytha & in Tokari, ubi rationem reddit, quod ventus sit causa vita, acinacis mortis.

⁷ Thraces per Mercurium.] Herodotus libro 5. post princ. sic scribit, Deos (Thraces) hos solos colunt, Martem, Lillerum, Dianam: sed Reges præter populares etiam Mercurium: eumque è diis præcipue, per quem solum jurrant, à quo progenitos quoque se ajunt.

⁸ Massagetis per Tanaim & Mæotidem paludem.] Maximus Tyrius Platonicus Philosophus Sennone 38. Mons Cappadocibus est Deus, jusjurandum & simulachrum: Mæotis palus & Tanais Massagetis.

⁹ Persarum mos erat.] Ita enim vocat Artaxerxes apud Plutarchum in ejus vita, & Alianum libro 1. de Varia historia. Et Cyrus apud Xenophontem in Oeconomico. Sed & per patios deos eos nonnunquam jurasse, testis

Egypti-mithram, hoc est, solem jurare.¹ *Ægyptii allium*, porrum & cepas, velut sanctissima numina venerati sunt, quæ fallere, aut illorum perjurio adstringi, sine gravi piaculo non licebat.² Fertur Zeno per capparim,³ Iones per crambem,⁴ Lampon per anserem,⁵ Socrates per caneum & platanum,⁶ ne per deos juraret,⁸ aliquando per querum & hircum:⁹ Sophocles per Lapersas, hoc est Castorem & Pollucem, dejerare consuevisse.¹⁰ *Æthiopes* per defun-

est Q. Curtius lib. 4. ubi tradit, Tyriotem Persam sic jurasse apud Damnum.

I. *Ægyptii allium*, porrum, & cepas.] De allio & cepis Plin.lib. 19.c.6. Allium, inquit, cepaque inter deos jurerando habet *Ægyptus*. Sed & de cepis & porro est illud Juvenalis sat. 15. post princ. de *Ægyptiis* loquens,

Porrums & cepe nefas violare ac frangere mortu.

Of sanctas gentes, quibus haec nascentur in hortis

Nomina! —

& præterea de cepis Lucianus in Jove Tragoedo.

2 Fertur Zeno per Capparim.] Laërtius in vira ipsius Zenonis, auctoritate Demetrii Magnesii. Hesychius ubi de Rhadamanthi jurisjurandis, & Athenaeus lib. 9. cap. 2. Neque mirabile sane videri debet, si per brasicam quidam jurabant, quando Zeno Criticus, quo porticum condidit, cum Socratis iusjurandum per canem imitaretur, & ipse per capparim jurabat, ut inquit Eupodus in Memorabilibus. Est autem Capparis frutex firmioris ligni, senticosus & humilis.

3 Iones per Crambem.] Kaj μαρτιον κεχρύλω. Apud Athenaeum ubi supra, ex Eupolidis in Fucatis & aliorum auctoritate.

4 Lampon per anserem.] Aristophanes in Aribus, Λάμπων δέ όμως εἴη καὶ νῦν καὶ χλώ, ὅτεν εἰδάται τις τι. id est, Lampon autem jurat etiam & nunc anserem, quando decipit aliquis aliquid.

5 Socrates per canem.] Laërtius, He-

sychius in locis citatis supra in verbo, Fertur Zeno. Tertullianus in Apologetico cap. 13. Laërtius lib. 3. cap. 20. ubi & eum quoque jurasse per anserem. Divus Augustinus in lib. de Vera religione cap. 2. in princ. ubi & illum dicit jurasse per lapidem quemlibet, & quidquid esset in promptu & quasi ad manum pervenisset.

6 Et platanum.] Philostratus in vita Apollonii lib. 6. cap. 9. Socratis jura menta in hac verba describit, Tum Thepeston fuit, inquit, Socrates quidem Atheniensis fons & fatus, ut vos putabatis, is canem, anserem, platanum deos putans, per eos jurare consuerit.

7 Ne per deos juraret.] Hæc ratio est unius Philostrati ubi supra, in fin. Minime vero fatus habitus est, inquit Apollonius, sed divinus quidam vir, & vere sapiens: jurabat autem per ea, quæ dixisti, non tanquam deos, sed ne per deos juraret.

8 Aliquando per querum.] Tertul. ubi supra.

9 Sophocles per Lapersas.] Strabo libro 8. Apud Sophoclem per Lapersas, id est, Geminos, juratur: sicut & per Spartanos & Argivos deos juratur.

10 *Æthiopes* per defunctos.] Strabo lib. 17. Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2. & lib. 4. vel aliorum suppuratione 3. cap. 1. titulo, de *Æthiopibus*, qui sunt ultra Libyam, deque his quæ apud eos antiqua feruntur: *Ægyptiorum* funera describens, inquit, Alii in urnis fictilibus condentes, circa templo sepelint: per quos maximum habetur præstatum iuramentum.

defunctos, quos solebant in vita, quorum corpora vitro ser-
vabant, dejerarunt, ¹ Lacones per Spartanos & Argivos ^{Laco-}
deos. ² Armenii jusjurandum de rebus magnis in templo ^{nes.} ^{Arme-}
Anaitidis deae, quain maximi numinis instar habebant, ab ^{nisi.}
ipsisque religiose colebatur, praestare consuerant. ³ Apud
nonnullos per obscenos & foetidos cibos: ⁴ ab aliis per ^{Alii.}
caput alterius, ⁵ aut per mensam & fruges: ⁶ nonnunquam
super defectis carnibus, aut militaribus armis. ⁷ Apud Syra- ^{Syra-}
cusanos, ^{cusani.}

¹ Lacones.] Strabo d.l.8. nuper cita-
to. Et additæ Græcos jurasse per cœlos in
Marathone ac Salamine ne propugnatores
reipublicæ: quo jurejurando usus est
Demosthenes in oratione *περὶ στρατιών*
καὶ μέχρι τὸς ἐπ Μαραθῶν πορτίου διεθεστέρων, quod ex eo annotavit Quintilianus lib. 9. cap. 2. quod est de figura-
ris sententiarum, & lib. 12. cap. 10.
quod est de genere dicendi. Meminit
etiam hujus jurisjurandi Athenæus l. 9.
cap. 6. de Septem sapientibus rei co-
quinaria, cum sic scribit, *Cum nos pre-
caremur magnopere, summoque contendem-
remus studio, ut hanc nobis scientiam pa-
tesfaceret, Non dieam, inquit, hoc anno,*
per eos qui mortui sunt in Marathone, ac
*eos qui bello navali in Salamine decerta-
runt.*

² Armenii jusjurandum.] Strabo lib. 12. Zeletica regio, inquit, Zela ur-
bem super aggere Semiramidis conditam
habet, in ea templum est Anaitidis, que
ab Armeniis colitur. Hoc in loco sacra
cum sanctimonia maxima celebrantur, &
jusjurandum de rebus maximis hic fit.

³ Apud nonnullos.] Plinius lib. 2.
capite 7. Gentes vero quedam anima-
lia etiam, aliqua & obscena pro diis
habent, ac multa dictu magis pudenda,
per foetidos cibos & alia similia ju-
rantes.

⁴ Ab aliis per caput alterius.] Ho-
merus,

Πάλγειν κεφαλῶν μέλαν ὄφεον ἔμε-
μα.

Et lib. Iliados 15. eo loco, quem su-
pra adduximus, ubi Juno ipsa jurat per

caput Jovis. Et Virgilius lib. 9. Aen-
dos,

*Per caput hoc juro per quod pater ante
solebat.*

Ex quo intelligis non solum per caput
alterius, sed & per suum jusjurandum
concipere solere. Et Ovid. lib. de Pon-
to 3. epist. 3. ad Maximum,

*Per mea telas facies, & per mea tela sa-
gitas,*

*Per matrem juro Cæsareumque ca-
put.*

Et in epistola Briseidis ad Achillem,
Perque tuum nostrumque caput, quod
junximus una,

Perque tuos enses, cognita tela meis.

*Nulla Mycenæum sociasse cubilia me-
cum*

Juro fallentem deservisse velis.

Apulejus lib. 3. Metamorph. *Adjuro*
enim tuum mihi charifissimum caput, nulli
*me prorsus, ac ne tibi quidem ipsi affe-
ranti posse credere, quod tu quicquam in*
meam cogitaris perniciem. A Juvenale
quoque satyra sexta dictum est,

— Non dum Gracis jurare paratis

Per caput alterius. —

Euangelica præceptio interdicit Mat-
thæi 5. ne per caput nostrum juremus.

⁵ Aut per mensam aut fruges.] Fe-
stus Pompejus lib. 11. in fin. Mensa,
inquit, frugibusque jurato, significat per
mensam & fruges, Mensæ in adibus sa-
cris ararum vicem obtinebant.

⁶ Nonnunquam super defectis carni-
bus.] Lucianus in Toxaride.

⁷ Apud Syracusanos.] Plutarchus
in Dionis ad finem.

Graci cufanos, tactis cereis ignitis jurabatur.¹ Græcorum plerique per Rhadamanthum,² Pythagoræ per quaternionem: siquidem hunc numerum ad animæ integratatem gorai. spectare dicunt: in his fuere mens, scientia, opinio, & Aphri. sensus.³ Aphri per viros insignes, qui virtutibus enituere: Pœni.⁴ Pœni per patios deos, fidem jurejurando sacrarunt. **Orpheus.** Orpheus autem, si quis divinam justitiam attestari vellet, per numina octo jurare permisit, Ignem, Aquam, Terram, Cælum, Lunam, Solem, Phanem, & Noctem. Philosophi per Socratem, tanquam numen sanctissimum, **Indi.** ⁵ Indi per aquam Sandaracinam, quæ apud imagos è fonte manabat, maximum jusjurandum aestimarunt, ita ut dejeantes gravi & nexus & certissimo exitio tenerentur. ⁶ Neque omiserim Prienensium spectantissimum juramentum, **Prieneses.** qui cum ad internectionem ad locum qui dicitur Quercus, cum

I Græcorum plerique per Rhadamanthum.] Nam vetus est Græcorum adagium P'αδεμάνθου οὐρανού, id est, Rhadamanthi jusjurandum pro verissimo, apud Aristidem rhetorem in Pericle, de quo vide Erasmus Chiliadis secundæ centuria 9. cap. 31.

2 Pythagoræ per quaternionem.] Polybius lib. 3. historiarum. Lucianus invitarum auctione post princip. & iterum in libello, cuius est titulus, Pro eo quod inter salutandum verbo lapsus fuerit. Hunc quaternarium numerum vocant τετραγώνον, ut ex eo carmine apparet, quod adducit Macrobius in primo commentario in Somnium Scipionis cap. 6.

Oὐ μᾶλις ἀπειλέπει τυχαῖα τετράγωνον.

Id est,

Non per eum à quo animæ est datus ille quaternio nostræ.

Existimant enim hunc numerum usque adeo ad animæ perfectionem pertinere, ut cum in arcanis venerentur. Pythagoras in Carminibus aureis Quatertlonem factum animæ sotentem vocat. Vide Erasmus loco supra proxime citato.*

COLE R U S.

* Interpretetur doctissimum Carminum aureorum Pythagoræ Hieroclem consule, ubi multa divinitus de numero quaternario differit.

T I R A Q U E L L U S.

3 Aphri per viros insignes.] Herod. lib. 4. Nasamonibus hujus jurisjurdiri tum tribuit.

4 Pœni per patios deos.] Polybius d. libro 3. Historiarum, ubi ita dicit juraſſe Carthaginenses in foedere ab eis facto cum Romanis.

5 Indi per aquam Sandaracini.] Philostratus in vita Apollonii, cap. 3. sic scibit, Dicebatque Apollonius postmodum didicisse omnem, que sub putoe est terram Sandaracinam esse, aquam etiam ejusdem putoe arcana vim quandam habere arbitrabantur. Nec ex ea bibit ant haurit omnino quisquam. Putatur autem per omnem Indianum maximum esse jusjurandum, si quis per eam aquam invaserit.

6 Neque omiserim Prienensium.] Plutarchius problem. cap. 133. & Zenodorus ex Aristotele in Politia Samiorum.

cuim Milciis gravi bello decertassent, in eoque liberos & chara pignora amisissent, si quid sanctiore foedere vellent, per tenebras quæ apud Quercum, dejerabant. ¹ Sicut Augilis qui circa Cyrenem sunt, ² & Nasamonibus, nisi per gili. Nasam. manes defunctorum, quos veluti deos colebant, jurare fas mones. erat, illorum sepulchra contingentes: ³ quod Ægyptiis ~~Ægy.~~ quoque in more fuit, ut per defunctos, quos in fictilibus ^{ptii.} circa tempa condiderant, maximum putarent jusjurandum, contra cuius religionem venire non licebat. ⁴ Pœnor. rum mos traditur, ut aram & sacra tangentes, ⁵ vel agnum lœva, dextra silicem tenentes, deos hominesque contententur, ut si illos sciens falleret, ita se Jupiter feriret, quemadmodum ipse agnum percuteret. ⁶ Quinetiam vetus Romanis inolevit mos, ut juraturi per Jovem, modo ^{Roma-} ad ^{ni.}

¹ *Sicut Augilis.*] Pomponius Mela lib. 1. cap. 8. ubi Cyrenaicam describit. Plinius lib. 5. cap. 8. Solinus capite 44.

² *Et Nasamonibus.*] Herodotus l. 4. de his loquens, *Jurejurando*, inquit, ac divinatione tali utuntur per eos viros, qui justissimi atque optimi apud illos sūisse dicuntur, jurant, illorum sepulchra tangentes.

³ *Quod Ægyptiis.*] Imo vero Æthiopibus, ex Strabone lib. 17. & Diodoro Siculo lib. 4. cap. 1. & supra diximus. Nihil enim tale de Ægyptiis reperitur.

⁴ *Pœnorum mos.*] Livius 3. Decad. libro 1. post princip. & Valerius Maximus libro 9. cap. 3. ubi de Hannibale loquitur. Sed alii quoque nonnulli id faciunt, ut colligi potest ex Cicerone in Oratione pro L. Flacco, *Ergo is, qui si aram tenens jurasset nemo credet et, per epistolam quod volet, injuratus probabit?* Hincque illud proverbium μέταχει τῷ βαρύς φίλος εἰμι, id est, usque ad aram amicus sum. Vide Erasmus Chiliad. 3. cent. 2. cap. 10. Meminit hujus Polybius lib. 3. & Cael. Antiquitat. l. 21. cap. 15.

⁵ *Vel agnum lœva.*] Idem Livius

codem illo libro, sed alio loco: *Eaque ut rata scirent fore, agnum lœva manu, dextra silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus deos, ita se mandarent, quemadmodum ipse agnum mandasset: secundum preceptionem caput percudis saxo elicit.* Adde superioribus Ptolemaio Ceraunicum in templo Jovis sumptis in manibus altaribus, contingente ipsa simulachra & pulvinaria deorum, inauditis ultimisque execrationibus adjurasse, se sincera fide matrimonium sororis petere, apud Justinum lib. 24. Et Eleorum jusjurandum sūisse per Sosipolim eorum deum, ex Pausania in Eliacis poster. Et Eupolidem per amygdalum apud Athenaeum lib. 2. cap. 10.

⁶ *Quinetiam vetus Romanis.*] Livius 1. Decad. lib. 1. Atque etiam per Cererem ex Juvenale sat. 14. *Falsus erat testis, vendet perjuria summa* Exigua, Cereris tangens aramque perdemque. Et per alios quoque ex Virgil. lib. 12. Aenidos, *Tango aras mediosque ignes, & numina testor.* Vide Macrob. lib. 3. cap. 2.

^{Per Jovem lapi-dem.} <sup>Fecia-
lium
jura-
mentū.</sup> ad deorum aras sacrificio perfecto, igneā aram atque exta tangerent: modo super cæsishostiis jurarent: nonnunquam lapidem silicem tenentes, hæc ad verbum proferrent, Si sciens fallo, me Jupiter, salva urbe arceque, bonis ejiciat, uti ego lapidem hunc ejicio. Quibus enunciatis, lapidem manu emittebat: ideo per Jovem lapidem, solemniſſimum sanctissimumque jusjurandum veteribus fuisse proditum est, illudque intentiori cura servari oportebat.

³ Quod quidem in fœderibus publicis solemnius præstabatur, ut fecialis, sumpto manibus lapide, pactis conventis stare promitteret, in hæc verba: Si recte ac sine dolo malo hoc fœdus, atque hoc jusjurandum facio dii mihi cuncta felicia præstent: sin aliter aut facio, aut cogito, cæteris omnibus salvis solus ego peream, uti lapis hic ē manibus meis decidet. Post quam precationem, manu lapidem ejiciebat, cui juramento nullis opibus, nulloque nego-

¹ Ad deorum aras.] Ut patet ex iis quæ diximus in verbo, *Vel agnum leua*, in præced. præterea ex Juven. sat. 3.

— *Jures licet & Samothracum*
Et nostrorum aras. —

² Nonnunquam lapidem silicem.] Feſtus Pompejus lib. 10. statim post princ. Huc pertinet illud Ciceronis epift. famili. lib. 7. epift. 1. *Delitiæ vero tuae noster Æſopus ejusmodi fuit, ut ei definire per omnes homines licet.* Is jurare cum cœpisset, vox eum defecit in loco illo, Si sciens fallo. Et rursum epift. ejusdem lib. 13. *Quomodo autem tibi placebit Jovem lapidem jurare, cum sciens iratum esse Jovem nemini posse?* Phavorinus apud Gellium lib. 1. cap. 21. *Jovem,* inquit, *lapidem, quid sanctissimum justi-jurandum est habitum, paratus ego jurare.* Apuleius in libro de Deo Socratis, *Quid igitur jurabo per Jovem lapidem, Romano vetustissimo ritu?* Huc quoque respicit quod scribitur in decretis canoniceis 22. q. 5. c. ecce dico charitati veſtræ, *& qui per lapidem falso sum juratus, perjurus est.* Ita enim legendum contendit Erasmus, non super lapidem, ut vul-

go legitur. Quanquam & paulo post in §. Item objiciatur qui jurat. Plutarch. in Sylla: *Is, inquit, Capitolium ascen-dens lapidemque manu tenens, juravit ei: deinde præſente multitudine imprecatus est, nisi amorem in illum (de L. Cinna loquitur) benevolentiamque servasset, non secus ex urbe extrudi ac lapis ē manus:* & lapidem abjecit in humum.

³ Quod quidem in fœderibus publi-cis.] Polybius lib. 3. historiarum, loquens de fœdere Romanorum & Cartaginensium in hæc verba, *Fecialis sumpto in manibus lapide, postquam de fœdere inter partes convenerat, hæc verba dixit, Si recte ac sine dolo malo hoc fœdus atque jusjurandum facio, dii mibi cuncta felicia præstent: sin aliter aut ago aut cogito, ceteris omnibus salvis, in propriis patriis, in propriis legibus, in propriis la-ribus, in propriis templis, in propriis se-puleris solus ego peream, ut hic lapis ē manibus meis decidet.* Nec plura loquuntur, manu lapidem dejiciebat. Nota quod paulo ante dicit, *Romanos in eo fœdere jurare per Martem & Enualium.* Vide Cælium libro 21. cap. 5.

negocio contraire fas erat. Præter quæ frequens Romanis fuit jusjurandum per deos & deorum numina, ^{per} que terram, mare & sidera: ² sicut per deum Fidium, ^{per} qui Sabinorum deus est, cuius ædes in Quirinali fuit. Per parentes vero præstari jusjurandum, illosque juramentis ^{dean.} ^{Fidii.} ^{Per} advocate, illiberalis sermo est habitus, ⁴ Præ ceteris autem ^{parentes.} ex

¹ Per terram.] Vide supra ibi, Per terram, & Virgil. Aeneid. 12.

H.ec eadem Aenea, terram, mare, sidera: i juro,

Latoneque genus duplex, Ianumque bifrontem,

Vimque deum infernam & diris sacra-

ria Ditis:

Aeneas ad Didonem apud Virgil. li-

bro 6.

Funeris heu tibi causa fui, per sidera

juro,

Per superos. —

² Sicut per deum Fidium.] Plautus

in Asinaria statim post princ.

Per divum Fidium queris. Jurato mihi:

Video necesse esse eloqui quicquid ro-

get.

Et hoc jusjurandum idem esse dicunt, quod alii hoc uno vocabulo, composi-

to tamen, Mediusfidius concipiunt.

Nam Festus Pompejus lib. 11. Medius-

fidius, inquit, compositum videtur, & significare Jovis filium, id est, Hercu-

lem, quod Iovem Grace ζδος dicit, &

nos Iovem ac Fidium profilio, quod saepe

ante a prol. litera d, utebantur. Quidam

existimant jusjurandum esse per diuini fidem, quidam per diurni temporis, id est,

diei fidem. Hæc Festus. Alii sic expo-

nunt, Mediusfidius, hoc est, per deum Fidium. Nam Fidius deus est, qui fidei præst. Hoc autem jurejurando usus

est Cicero in Oratione pro Roscio Amerino. Cecinna ad ipsum Cicero-

neum epistol. fam. lib. 6. epist. 7. Et Brutus ad eundem ejusdem operis li-

bro 16. epist. 3. Plinius epist. lib. 4.

epist. 3.*

C O L E R U S.

* Glossarium: diuus filius Diæs υὸς,

ηρεχλῆς. Quod plane ad Festi senten-

tiam Ceterum quemadmodum Græci

jurantes μὲν, in præponunt: ita Ro-

mani ME & E. ut Meastor, Meher-

cules, Mediusfidius, Ejuno, Equirine,

Ecere, Epol, Ecastor.

T I R A Q U E L L U S.

³ Qui Sabinum Deus est.] Quod satis innuere videtur Varro libro pri-

mo aut aliorum computat 4. de lingua

Latina. Et Ovid. lib. 6. Fast. de co-

loquens,

Quærebam, Nonas, Sancus, Fidione re-

ferrem,

An tibi Semipater. Tunc mibi Sancus

ait:

Cuicunque ex illis dederis, ego munus

habebo:

Nominatrinfero, sic volvare Cures.

Hunc igitur veteres donarunt ade Sa-

bini,

Inque Quirinali constitucere jugo.

⁴ Præ ceteris autem.] Per terram &

cœlum solere nonnunquam jurari, vi-

deri potest ex illis locis | D. Matthæi

cap. 5. & D. Iacobi capite item 5. qui-

bus vetatur jurari, per cœlum, & eo

loco Homeri. quem tibi afferemus in-

fra, ubi de Styge aqua loquemur. Sed

hic non possum prætermittere aliam

jurisjurandi Romanorum formulam

relatam à Livio 3. Decad. lib. 2. ubi

de Scipione cui postea Africano agno-

men fuit, loquens, Pergit, inquit, deinde

ire sequentibus paucis in hospitium

Metelli, & eum concilium ibi juvenum,

de quibus allatum erat, invenisse: bri-

et super capita consultantium gladio, ex

mei animi sententia, inquit, juro, ut ego

rempubl. non deseram, neque alium civem

Romanum deferere patiar. Si sciens fallo,

tum me Jupiter Opt. Max. domum, fa-

miliam,

*sanc-
ctissi-
num
jusju-
randū
apud
Roma-
nos.
Perfa-
larem
C. ge-
nium
princi-
pis.*

ex omni memoria sanctissimum jusjurandum apud Romanos visum est, ut jurans, terram tenens, cœlum deosque contestans, conceptis verbis sc̄e & caput suum, ac stirpe & familiam, bona & fortunas, quibusdam additis praecationibus devoveret. ¹ Post aliquot vero tempestates, per salutem ² & genium principis dejerare, longe præstantissimum jusjurandum habericœptum, cui nulla vi, nulloque imperio contraire fas erat. ³ Quod Tiberius

Cæsar

miliam, remque meam pessimo letho afficias. In hæc verba L. Cæcili jures expositulos, exterique, qui adeſtis. Qui non juraverit, in se hunc gladium striatum efficiat.

¹ Post aliquot tempestates per salutem.] Verum, & id priscis illis temporibus ita jurabatur, quando Ioseph, sanctissimus ille Patriarcha non semel per salutem Pharaonis juraverit, Genesios cap. 42. Per salutem Pharaonis non egredi emini hinc, donec veniat frater vester minimus, & paulo post, per salutem Pharaonis exploratores essis. Sed & aliquando per salutem suam, scilicet jurantis. l. qui per salutem. ff. de jurejur. ubi dicitur ita jurare peraque esse ac si per Deum juraretur.

² Et genium Principis.] Vel testimonio Iurisconsulti in l. si duo patroni. S. ult. de jurejur. & Tertulliani in Apologetico, cap. 28. 32 & 35. ex quo & illud Apuleji lib. 9. Metam. contra commilitones, ibi, nec ipsiam, illum deli. esere adjutantes, genium Principis contendebant. Sed & interdum per genium suum aut ejus cum quo loquerreris, jurare mos fuit, ut videre licet ex Seneca ad Lucilium l. 1. epist. 12. Jurar per genium meum se omnia facere, in nulla re cessare curam suam, sed illas vetulas esse. Quin etiam per ipsum Cæsarem plebs Romana aliquando juravit, ut & videre potes apud Suetonium in Cæsare, cap. 85. in fin. Plebs, inquir, apud eam longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahere perserveravit, & per principis venera-

tionem ex l. 2. C. de reb. cred. Et si per principis venerationem quadam calore fuerit pejeratum, inferri non placet. *

COLE R U S.

* Tertull. lib. ad Scapulam: Sic & circa maiestatem imperatoris infamamur: tamen nunquam Albiniani vel Nigriani, vel Cæsarii inventi potuerunt Christiani. Sed iisdem ipsis, qui per Genios eorum in pridie usque juraverant, qui pro salute eorum hostias & fecerant & oraverant, &c. Veget. lib. 2. cap. 5. Hoc jumentum per Principes videtur mihi incepisse sub Augusto. Horat.

Jurandasque tum per numen ponimus aras.

Minutius Felix: & est eis tutius, per Jovis genium pejerare quam regis. Tacitus lib. 1. Annal. Rubrio criminis dabatur violatum perjurio nomen Augusti. Erant autem tres formulæ jurandi: per Genium, per Fortunam, per Salutem Principum.

T I R A Q U E L L U S.

³ Quod Tiberius Cæsar.] Suetonius in vita illius, cap. 26. Cornelius Tacitus lib. 1. Nomen patris patriæ Tiberius à populo saepius ingestum, repudiavit: neque in acta sua jurari, quanquam consente Senatu, permisit. Dion Romanae historiæ lib. 57. Adeo popularis erat (inquit loquens de Tiberio) in omni re, ut neque prater consuetudinem quicquam fieri natali suo, neque per suam fortunam jurare cuiquam permisit: neque, si quis jurasset, ac perjurii rens ageatur, id prosecutus est.

⁴ Quod

Cæsar de se præstari vetuit. Nam ne in acta sua jurarent, neve nomen suum testarentur, aut genium, obstinatissime restitit. ¹ Quod etiam de Nerone proditur, ut cum antea in acta principum jurarent magistratus, collegam suum Antistitum in sua acta jurare inhibuerit. ² Caius Caligula maximum juramentum, nec pro concione, nec ad milites, nisi per nomen Drusillæ præsttit, cui plus nimio addictus erat. ³ Claudius vero per Augustum. Est quoque omnium sermone celebratum, & magnis eventis periculisque expiatum, quod in ⁴ ara Palicorum, lacu seu cratere religioso, brevi & profundo, semperque lurido, apud Siculos juramentum, præstabatur: ad quem multiplici scaturigine ebullientem, jurantes sponsione facta religiose accedebant: & qui caste & sine labe criminis jurislet, illæsus & validus abibat: qui vero contra religionem, jurisjurandi fideim abjicesset, reus criminis in lacu demersus, laßæ conscientię & pejerati numinis, morte peinas dabant: in quorum templo fama fert, crateres quosdam incerta & cæca origine, igneos globos perpetim evomere, & ferventem aquam tetri odoris inde effluare. ⁵ Quod Aristoteles

¹ Quod etiam de Nerone.] Tacitus lib. 13. statim post princ. Claudio Neronem. Antistio Coss. cum in acta principis jurarent magistratus in sua acta collegam Antistitum jurare prohibuit, magnis patrum laudibus, ut juvenilis animus leviam quoque veriā gloria sublatuſ, mares continuaret.

² C. Caligula.] Sueton. in vita illius cap. 24. Sed & idem Caligula per salutem & fortunam sui equi (quem Verbiſſimum, aut Incitatum nominabat) jurabat, eumque invitabat ad cenam, ēique hordeum ex anno apponbat, fundebatque vinum in poculis aureis, seque eum consulem facturum pollicebatur: id quod fecisset omnino, si diutius vixisset. Auctor Dion lib. 59. & in vita illius.

³ Claudius vero per Augustum.] Sueton. in vita Claudi, cap. 11. Conversus, inquit, ad officia pietatis, ius ju-

randum neque sanctius sibi, neque crebris instituit, quam per Augustum.

⁴ In ara Palicorum.] Diodorus Siculus libro 11. non multo ante finem. Stephanus in lib. de Urbibus. Macrobius lib. 5. Saturnal. cap. 19. Quod si alia scire vis de hujusmodi Palicis, vi-Servium in libro 9. Æneid. ibi,

— Symethia circum
Flumina, pinguis ubi & placabilis ara
Palici.

Et Luctarium Placidum in l. 12. Thebaidos Statii, ibi,

— In amites Busyridos aras
Odrisiisque famem stabuli, Siculosque liebit

Exorare deos. —

⁵ Quod Aristoteles de fonte Acadino.] Aristoteles in lib. de Mirabilibus auscultationibus, quasi ad verbum, & Stephanus ubi supra.

^x Idem

Aca-
dinus
fons.

In Sar-
dinia.

Fons
juxta
Tya-
nam.

Fons in
Bithy-
nia.

Aristoteles de fonte Acadino memoriæ prodidit, qui juxta Palicos in Sicilia manat, in quo tabellas inscripto juramento, si recte juratum foret, supernatare, neque liquore perfundi asseverat: si perperam, protinus in profundum rapi, neque apparere ultra. ¹ Idem in Sardinia quasdam aquarum scaturigines facere, nam ubi perjurium erat, quicunque in eis immersus, cæcitate adinissum facinus luebat: qui vero integer ad jusjurandum accedebat, incolimi fama clarius cernebat. ² Juxta Tyanam quoque fons Iovi sacer, frigidus ebullire traditur, qui cum cæteris foret innoxius, perjuris solum pustulas liventes, & vomicas facit calamitosas. ³ Atque in Bithynia juxta Brieti templum fons cæremoniis sacer, manare ferventis naturæ, ubi perjuri velut urente flamma necabantur, ita ut magno malo perjurium lueretur. ⁴ Tenet opinio, in Arcadia apud aquam

¹ *Idem in Sardinia.*] Solinus c. 10. ubi de Sardinia insula, in fin. sic inquit, Sed qui oculis medentur, & coarguendis valent furibus. Nam quisquis sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat. Ubi perjurium non est, cernit clarius. Si perfidia abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis, admisum tenebris satetur. Rhennius in Dionysii pericgesi sic inquit,

Sardinia postquam pelago circumflua tellus

Fontibus è liquidis præbet miracula mundo,

Quod sanant agros, pandunt, dannant que nefando

Perjurios furto, quos tacto lumine cœcant.

Irrigarent utinam hac tempestate terram omnem, ut terrore saltem poenæ, à tot mendaciis ac perjurii homines abstinerent. Ex Sardois aquis non inelegans sumetur adagium, in furacem hominem, qui furtum etiam pejerando constanter negat.

² *Juxta Tyanam.*] Philostratus in vita Apollonii lib. 1. cap. 4. Est (inquit Græce quidem, sed hoc sensu) juxta Tyanam, aqua Jovi (ut perhibent)

sacrata, quam indigenæ extinguibilem vocant. Fons ejus frigidus sañè scatet: ebullit autem non sècus, atque igne calèfactus lebes. Hanc pweis & juramentis fidem servantibus viris aspectu placidam & gustu dulcem esse perhibent: perjuris vero & infidis palam adversari. Epota nanke oculos pedesque ac manus pejerantis invadit pustulis, ac vomicis totum corpus inquinans: neque illuc discedendi facultas datur: sed ibidem permanentes coram aqua ipsa suam deplorant calamitatem, palam quod pejerarunt profitentes. Similem fontem in Æthiopia esse scribit Diodorus cap. 5. ut quæ, inquit, pota in insaniam vertens cogat occulta errata palam fateri.

³ *Atque in Bithynia.*] Plinius l. 31. cap. 2. Amnis, inquit, Olachas in Bithynia Eriazum alluit, hoc est, & templo & Deo nomen, cuius gurgite perjuri noctantur pati velut flammarum urentem. Ex quo intelligis mendum esse in vocabulo Brieti.

⁴ *Tenet opinio in Arcadia apud aquam Stygem.*] Hæc ex Herodoto lib. 6. ubi loquitur de Cleomene Spartani Rego. Plinio lib. 2. cap. 103. & libro 31. cap. 2. & Seneca lib. 3. Naturalium

aquam Stygiem (quæ è petra manabat præsentissimi vene-^{Styx in}
ni) ad Nonacrim, idem jusjurandum præstari, sub insigni ^{Arae-}^{dia.}
documento spretæ religionis: namque in fraude & perfida
dejerantium, extremi discriminis erat. ^{In spe-}
Sicut subter-^{cu Pa-}
raneus specus ad Corinthum, qui Palæmonis dicitur, à ^{lemonis}
nemine adiri sertur sine perjurii pœna memorabili. ^{apud}
Fuit-^{Corin-}
que in usu apud Athenienses, ut jusjurandum quod publi-^{thios.}
ce in foederibus præstabatur, postquam per senatum exhi-
bitum

turalium questionum. Virgil. lib. 6.

Aeneid. ibi,

Cocytus flagrata rudes Stygiamque pa-
ludem,

Dii cuius jurare timent & fallere nu-
men.

Et lib. 9. ejusdem operis loquente de
Jove,

Dixerat, idque ratum Stygii per flumi-
na fratri,

Per pice torrentes atraque voragine iti-
pas

Annuit.

Et Statio lib. 8..

Et Styx perjuria dicunt
Arguit.

Et Aufonio in Monosyllabis versibus
deorum,

Quæque piat, divum perjuria nocticolor
Styx.

Apulejo lib. 6. Metamorph. Diis eti-
am, ipsique Jovi sermidabiles aquas

Stygias, vel fando compiristi? quodque
vos dejeratis per numina deorum, deos
per Stygias majestatem solere? Servio in

lib. 6. Aeneid. ibi,

Bis Stygios innare lacus, bis nigra vi-
dere...

Tartara.

Et ante hos Homero lib. 2. Iliados in
Catalogo Graecorum,

O' pax. γε. οίνος Στυγὸς ὑδατές εἰσιν α-
πόρρωτοι.

Id est,

Juramenti enim gravis Stygis aqua est
fluxus.

Et lib. 5. Odysseæ,

Ἴσωνον τοῦτο γάται καὶ σεργίδες θύρας ὑ-
περθεν,

Tom. II.

Kaijto καταβόθρον Στυγὸς οὐδεποτὲ τε
μέγιστος.

O' pax. οἱ διαβάτοι τοῦτον μαρτυρεῖσθαι
δεῖσθαι.

Id est,

Sciat nunc hoc terræ Ο' cœlium latum
desuper,

Et defluens Stygis aqua quod maximu-

mum.

Jusjurandum gravissimumque est bea-

tis deis.

Ante omnes Orpheus tradit deos pe-
jerantes per Stygem, novem millibus
annorum puniri in Tartaro, quod ex
eo repetit Servius enarrans illud Vir-

gilii lib. 6. Aeneidos.

Ipsa deam pœnis docuit, pœque omnia

duxit.

I Sicut subterraneus locus ad Corin-

thum, qui Palæmonis dicitur.] Pausan.

in Corinthiacis, qui liber secundus

est, de Palæmonis æde loquens, sic

scribit, Simulacra in hoc sunt, Neptuni

& Leucothæ & ipsius Palæmonis. Est

ο' ædificium aliud, Adyton appellant,

descensus in id subterraneus est. Ibi Pa-

lämonem occultatum esse peribent. Qui-

cunque ibi pejeravit, siue Corinthius sit,

sive peregrinus, perjurii pœnas nullas in-

tione effugere potest.*

COLE R U S.

* Juramenti per stygias paludes

creberrima mentio est apud Ovidium:

Idem in Ibin vocat stygis aquam Im-

perjuratam.

TIR AQUELL U S.

2. Fuitque in usu apud Athenienses.]

Hæc ex Thucydidis lib. 5. sunt ad ver-

bum desumpta.

bitum erat, quo sanctius foret, quæstores, apud Argos vero, prætores confirmant: apud Mantinea, vates & belli Duces: in Elide autem, opifices & legum periti, ne quid repentino motu imperitæ multitudinis mutari, aut secus fieri dicique posset. Præ cæteris vero maximum vinculum juramenti apud Sannites vetusta religione fuisse traditum est, ut ara in medio constituta, ac cæsis victimis, omni aditu præsepto, jurans introducatur, & furiali carmine inter stragem victimarum dira execratione adstringatur. Qui etiam Arcadibus mos erat, inter cædes victimarum solemnem fidem & jusjurandum dare. ² Græcis vero, libantes diis in ædibus sacris jurare, magnum vinculum juramenti existimatum est. ³ Illud utique profuerit admonuisse, diu servatum apud Romanos, ut neque viri per Castorem, neque mulieres per Herculem, jusjurandum darent: per Pollucem vero utrique jurare non vetantur: sapienter tamen masculi per deos, mulieres per deas jurare usurparunt: licet ⁴ Socrates apud Platoneum per Iunonem jurasse legatur. ⁵ Quodque qui Herculem aut Dionysium, ⁶ vel deum Eridum juraturi sunt, sub dijō

jurare,

¹ Apud Sannites.] Liv. 1. Dec. 1. fo.² Græcis vero.] Vide Val. Max. 1. 2.

cap. 5. in fin. ubi de Xenocrate loquitur, que in Athenienses jurare non permiserunt.

³ Illud utique posuerit.] Hæc usque ad versic. *Sæpius tamen*, sunt Gellii lib. 11. cap. 6. At Donatus in Andriam Terentii act. 3. sc. 2. Per castorem, inquit, & Pollucem ornativa sunt iurandi, aptas sannitis. Nam ibi apud ipsum Terentium Lesbia scemina sic locuta est.*Per castor scitas puer natus est Pamphilo.*Ceterum Apuleius 1. 4. Metamorph. introducit anum quandam non tam inscite quam eleganter jurantem per Herculem, his verbis, *Bono animo esto in hercules, nec vanis somniorum signement terreat.*⁴ Licet Socrates apud Platонem.] In Gorgia.⁵ Quodque qui per Herculem, aut Dionysium.] De his duobus Plutarchus problem. cap. 27. ubi rationem reddit: quia scilicet Herculem & Dionysian ferunt, non umbraticam vitam domi egisse: sed foris & sub dio semper vixisse. Vel illud potius per hanc rem occulte agitur, ne pueri insuescant dejerare. Hoc enim dum sub dio proteguntur & in propatulum, quasi de industria moram efficiat, & delibera didat spatum. Præterea proditum est Herculem in primis religiosum fuisse, & ad jusjurandum verecundissimum: quippe qui semel in omni vita juraverit, idque soli Phyleo Augi filio.⁶ Vel deum Eridum.] Varro lib. 1. aut aliorum computatione 4. de lingua Latina. *Fidius Deus est, qui fidei præest,*

jurare cogantur : sub tecto autem non decebat , quia cum obviam eundo periculis, laboribus maximis fuerint exerciti, in umbra & sub tecto , tanquam sub ignavo ocio illos appellare turpe erat.¹ Fuit quoque literis proditum, pontifici maximo per deos jurare licuisse , per libertos vero non licuisse.² Solus tamen flamen dialis juramentum præstare perpetua lege vetabatur :³ ideo si quando in magistratu assumptus , per leges jurare tenebatur , alium qui vice illius ageret , sufficere & ita in leges jurare cogebatur.⁴ Subit tamen reputatio , idem apud Phryges servari , qui non modo nullo juramento adiguntur , sed nec alias ad dejerandum cogunt.⁵ Ferunt vero Gallos⁶ & Pœnos⁷ nulla religione jurisjurandi moveri , quin ubi visuni fuerit , desaviant , nullo rapinis modo aut scœvitiae præfinito.⁸ Sic ut Aphrodisium juramentum pro vano haberí veteres voluerunt:⁹

praest, & foris fuisse filius creditus est.

¹ *Fuitque literis proditum.]* Servius libro 9. Aeneid. eo loco supra citato,
Per caput hoc juro per quod pater ante solebat.

Ex quo intelligis per liberos hic dicendum esse, non per libertos.

² *Solus tamen Flam: u D'alis.]* Livius 4. Decad. 1b 1. ad finem Plut. probl. cap. 43. ubi hujus rationem reddit. Gellius lib. 10. cap. 15. Festus Pompejus lib. 9.

³ *Ideo & si quando.]* Livius ubi supra.

⁴ *Subit tamen recordatio idem apud Phryges.]* Nicolaus & Euseb. & ex eo Stobaeus cap. 42.

⁵ *Ferunt vero Gallos.]* Cæsar in bello Gallici lib. 6. & Livius 1. Decad lib. 5. tradunt eos religioni deditos, quod & alibi dictum est supra lib. 4. cap. 13.

⁶ *Et Pœnos.]* Livius 3. Decad. libro 1. post princ. *Has tantas virtutes ingentia vita aquabant: inhumana crudelites, perfidia p'nsquam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deum metus, nullum jusjurandum, nulla religio.*

⁷ *Sicut Aphrodisium juramentum.]* Plato in Symposio & in Philebo apud Athenatum lib. 12 Procopius in ultima epistola ad Epiphonium. Et eo spectat Horatius libro Carminum 2. Ode 8.

Ridet hoc, inquam, Venus ipsa: rident Simplices nymphæ, serus & Cupido, Semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta.

Et Tibullus lib. 3. eleg. ultima,
— *Perjuria ridet amantum*

*Jupiter & ventos i' rit a ferre jubet. **

Et Ovidius lib. 1. de Arte amandi,
Juppiter ex alto perjuria ridet amantum,

Et jubet Aeolios in freta ferre notos.

Et è Græcis Callimachus ,
Ω' μοστον, αλλὰ λείσοτι δεατάς εὐέπειτη

O'ρψος μὴ δίνειν οὐατ' εὐ ξθνεύτων.
Id est , ex versione Erasmi , qui priorem versum dicit mendo non carere,

Iuravit, verum vulgo dicunt: in amore Quod juras, aures non penetrare deum.

C O L E R U S.

* Idem Tibul.

Per Venerem juro compostumque caput.

Fene-
reum
jusin-
randum. luerunt: namque veteri adagio amantibus verum ludificare permissum est. ¹ Fertur vero Dionysii tyranni verbum, sicut pueros talis, ita juramentis homines frustrari oportere.² Illud quoque notatum est, Euripidem & Aristophanem taxasse Spartanos, velut infidos daninososque, quibus nec ara, nec fides, nec jusjurandum foret. Idque vero testimoniū probari, ⁴ quod corrupto muneribus rege Aristocrate, bello contra Messenios, læsa fide jurisjurandi, primi Martiam virtutem venalem fecere. ⁵ Quod de Thessalīs quoque poëtae tradunt, quibus ex fortuna pendet fides, cum bello Peloponnesiaco fœdera & deos obliti, in ipsa acie ab Atheniensibus ad Lacedæmonios mutatis ordinibus transfugerint. Quare Thessala fides, velut vana & fluxa, in proverbium venit. ⁶ Parthis quoque fides nulla, nisi quantum expedit, quibus utilitas semper est fide sanctior.

Idem

TIR A QUILLO S.

¹ *Fertur vero Dionysii.*] Plutarchus in lib. 2. de Fortuna Alexandri. Sed hoc ipsum Lysandro tribuit idem auctor in Apophthegmati ipsius Lysandri. Alii Philippo Macedoni, ut tradit Aelianus de Varia hist. lib. 7. c. 12.

² *Illud quoque notatum est, Euripi-*
dem.] Euripides Lacones, ut infidos descripsit in Andromacha:

Eὐνοὶ Σπάρτης δίλιγεται βασιλέα.
Id est,

Sparta inhabitatores, dolosus Senatus.

³ *Et Aristophanem.*] Aristophanes sic scribit,

Οἴστιν ἔτε βωμὸς, ὅτε πίστις, οὐθὲ ὄφεος μόνι.

Id est,

Quibus nec ora, nec fides, nec jusjurandum manet.

Vide Calium Iest. antiqu. lib. 18. c. 5. Sed & eorum ingenia aliud sentire, aliud dicere tradit Herodotus lib. 9. Et vide quæ de illis diximus supra lib. 4. cap. 13.

⁴ *Quod corrupto muneribus Rege A-*
ristocrate.] Pausanias non semel lib. 4. qui de Messenicis est.

⁵ *Quod de Thessalīs.*] Proverbium est apud Suidam Θεσσαλῶν σύρισμα, id est, *Thessalorum commentum*, quod natum ex alia historia dicit. Et de eorum fide lubrica Euripides in Phœnissis,

*Καὶ πῶς νοήσας Εὐτεολῆς τὸ Θεσσαλῶν
Εἰσήγαγε τὸ σύρισμα ὑμιλίᾳ χθονός.*
Id est,

At sentiens hoc Eteocles, μωx Thessalam
Adhibuit artem gentis ob commercium.
Idem alibi,

Πολλοὶ παρῆστε, αἷλ' ἀποστοι, Θεσσαλοί.

Id est,
*Multus quidem aderat, lubrica fide
Grex Thessalorum.*
Vide Erasmus Chil. 1. cent. 3. capite 10.

⁶ *Parthis quoque.*] Justinus lib. 41. de Parthis loquens, inquit, *in libidinem proiecti, in cibum parcū: fides diltis promissisque nulla, nisi quatenus expedit.* Paulo ante, *Ingenia, ait, genti tumida, seditionosa, fraudulenta, procacia.*

Idem

¹ Idem Aphris² Syrisque. ³ Soli tamen Arabes Persæque fidem servare didicere. Tanti enim fidem fecere, ut humanam societatem cum fide tolli crederent, contraque utilitatem fides illis semper antiquior fuit. ⁴ Uno tamen exemplo proditur Amasis Persarum Dux labefactasse fidem, qui cum Barcæis super occultam fossam fœdus feriret, id ratum fore juravit, quoad huius illa firma solidaque maneret: mox retecta fovea fœdus solvit, & iurandum rupit. ⁵ Præ cæteris traditur Zenocrati tanta fides habita, ut cum nullius injurati testimonium admittetur, soli Athenienses sine juramento religione assensere, eumque injuratum, quod inveteratae fidei esset, in fidem atque officium admisere.

¹ *Idem Aphris.*] Vide supra lib. 4. cap. 13. Nam & Septimius Severus Imperat. qui ipse Apher fuit, nec iurandum fallere dubitabat, si ita usus posceret, teste Herodiano.

² *Syrisque.*] Vide & tu eodem 1. 4. cap. 13. Sed adde & Libyis ex Diodoro Siculo lib. 4. cap. 4.

³ *Soli tamen Arabes.*] Herodotus lib. 3.

⁴ *Uno tamen exemplo proditur Amasis.*] Herodotus l. 4. non longe à fin.

⁵ *Præ cæteris traditur Zenocrati.*] Cicero ad Atticum lib. 1. epist. 12. & in Oratione pro Cornelio Balbo, ubi tamen nomen ejus supprimunt. Valerius Maximus lib. 2. cap. 5. in fin. Et Laertius in vita illius. Ex quibus intelliges Xenocrati hic legendum esse. Vide Cælium Leſt. antiquarum lib. 17. cap. 9. nun legendum sit Xenocrati. *

COLE R U S.

* His omnibus adde Hierocle in ad illud Pythagoræ *καὶ σέεις ἵπποι*.

C A P U T XI.

Quid sit exedra, quid menianum, de quibus apud Jureconsultos mentio frequens, & quid embamma.

Fuit in perpetua quæstione apud juris peritos, qui inter patronos causarum longe præstantissimi habiti sunt, ^{l. si ve-} quid exedra, & quid menianum esset: de quibus ^{r. ff.} ab Ulpia- ^{titul.} ^{no allega.}

T I R A Q U E L L U S.

¹ *Ab Ulpiano.*] Libro 33. ad editum l. se vero plures. §. interdum. ff. de his qui de jec. vel effud. ubi ita scribitur, Interdum tamen, quo sine caprone actoris fiat, oportebit prætorum equitate motu potius dare actionem in eum, ex cu-

jus exbiculo vel exedra dejectum est: licet plures in eodem exedra o' habitent. Hinc querit hic noster Alexander quid exedra sit, quod à nullo melius disserere potes quam à Vitruvio lib. 5. cap. 11. enjus hæc verba sunt, *Constituuntur autem in tribus porticibus exedre spatiose,*

no de his qui dejecerunt, mentio fit. Et cum homo quispiam insigniter impudens, assereret fenestræ genus fuisse exedram, qualem in nostris ædibus hodie conspicimus, idque improbissime contenderet: alii aliter censes, sedem esse putarunt, qua viri in maturo ingenio, studio & bonis artibus dediti, uti solitavere, idque Ciceronis auctoritate significari, de natura deorum primo, ubi se in exedra sedentem dissenserere asseverat. Cumque hic verbi significatus longe ab Ulpiani mente dissideret, animadvertis Exe- dræ.

Menia-
nun-
num.

tandem, non sedem ab Ulpiano, sed cubiculum designari columnis fultum, & epistyliis pluribus, excisis spatiis, quibus prospectus in viam erat, aliquando sub dio, non-nunquam sub tecto: 'menianum vero dici, projectum potentumque spatium ultra ædes tignis porrectis, nullo inuimento fultum ab imo, ambulandi prospiciendive causa, à Cajo Menio Crassi collega, unde nomen inutavit, inventum. Cum enim Cajus Menius Catone & Flacco consulibus domum venderet, ut ibi basilica extruereatur, jus unius columnæ supra quam tectum projiceret, &

tigna

habentes sedes, in quibus Philosophi, Rethores, reliquique qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. Julius Pollux libro 1. cap 4. tradit sessionem esse ubi viri confident. Vide tamen interim multa alia Ciceronis loca in id adducta à Budæo nostro in eam l.

si vero plures.

[*Menianum vero dici.*] Menianum non scribitur in d. l. si vero plures, sed Medianum, ita scilicet, *Quod si ex Mediano canaculi quid dejectum sit: verum est omnes teneri.* Quam lectionem agnoscit Budæus, qui declarat quid Medianum sit. Et sic quoque legitur in Pandectis Florentinis. *Quod autem ad Menianum spectat, usq; sunt leges nostræ alibi, scilicet, in l. 2. §. cum quidam ff. ne quid in loco publ. & in l. malum ff. de verborum signif. & in l. Medianæ. C. de ædific. privat. Vitruvius l. 5. cap. 1. Valerius Maximus lib. 9. c. 12. ubi de C. Lycinio. & Suetonius in Ca-*

ligula cap. 18. in fin. Plinius lib. 34. cap. . Quid autem id sit & unde dicatur, scies ex Nonio Marcello, & Festo Pompejo libro 11. Divus Hieronymus, in interpretatione Psalmorum, enatrans illud ex Psalmo 101. *Factus sum sicut passer solitarius in techo: quid Meniana sint aperte declarat.* Cujus verba sunt hæc, *Palestina & Ægypto, ubi vel scripti sunt divini libri, vel interpretati, non habent in techo culmina, sed domata: quæ Romæ vel solaria, vel Meniana vocant, id est, planæ tecta, quæ transversis trabibus sustentantur.**

C O L E R U S.

* Isidorus qui meminit Menianorum Glossarium: *Menianum ξεωσπα.* Et ξεώσης, Menianum, Projectio, Proiectus. Vocatur etiam εὐθίτης. Et Latini aggrundam vocant. Adde & ff. de præd. Rust. Sed ξεωστὶ dici puto ξεωστὶ ξεωθεῖδις, quod est, expellere & projicere.

I. Idque

tigna immitteret, sibi excepit, quo superiora latius patarent, & posteri prospectarent: cuius generis ædificia, inde meniana dicta, hodieque id nomen obtinuit: 'idque à Labeone de privatis ædificiis aptissime notari, cuius verba fuere: Projecta sunt ea, quæ ita provehuntur, ut nunquam conquiescant: ejusmodi sunt meniana & subgrundia: Iterum quærebatur, quid esset ^{Em-}embamma, de quo ab Ulpiano de vino & oleo legato, an aceto deceat annume-^{bam-}_{ma.}
 rari, eleganter queritur. Cumque in verbi significatu so-^{l. si} licti essent, neque id assèqui viderentur posse, nos em-^{quis} _{vinum} bamma censuimus contritos sapores dici, acido vino infu-^{S. si a-} _{ff. de} sos, asperrimi gustus, ad acuendum excitandumque sto-^{acetum} _{machum, à verbo ἐμβάμινα quod est intingo, seu (ut putant trit.}
 alii) acetum coagulatum, quod vino dilutum aut aqua, _{vino &} _{oleo} aceti saporem facit. Est igitur Vlpiani opinio, aceto lega-_{lega.}
 to, embamma perinde legato accedere, sicut acetum, quoniam ejusdem saporis & naturæ sunt. Verba vero Ulpiani de vino legato, hæc fuere: Si acetum quis legaverit, non continebitur legato acetum, quod vini numero fuit: embamma vero continebitur, quia aceti numero fuit.

TIR AQUELLUS.

1 Idque à Labeone.] Citato à Iabe-
 lono in d. l. malum. ff. de verbis. signi-
 ficat.

2 Embamma, de quo ab Ulpiano.] In
 l. si qui vinum. S. acetum. ff. de trit. vi-

no & oleo leg. & de hoc quoque Colum-
 mella lib. 12. cap. 55. & Marcellus
 medicus cap. 20. & cap. 30. & dixi-
 mus in Commentariis Nobilitatis ca-
 pite 31. numero 288. inter medica-
 menta.

CAPUT XII.

Quot virgines Vestales, quæve illarum disciplina & institutio
 fuerit, quæve afficiatur poena incesti damnata.

Q UI de Vestalibus virginibus memoriam reliquere,
 illas ^{Vestales à Numa} à Numa Pompilio primum lectas fuisse autu-
 mant, <sup>insti-
 tutae.</sup>

TIR AQUELLUS.

1 Numa Pompilio.] Plutarchus in Gellius lib. 21. c. 12. Pompon. Latius
 vita illius. Livius 1. Decad. libro 1. lib. de sacrificiis c. 6.

mant, quod sacerdotium, cum Alba oriundum esset idem Numa inde translato sacro, Romanum advocavit: ut
Virgi-
nes in
Miner-
væ tem-
plo. que Vestæ antistites assidue forent, præcipua virginitate & aliis cæremoniis sanctas fecit. Cujus instar sacri, ¹ in Poliadis Minervæ templo multa religione inclyto, in Attica fuisse legiunus, in quo virgines assidue degere, &
Lych-
nus A-
thenie. lychnum inextincti luminis, ac Palladium existere, multorum opinio fuit. ² Lychnum quoque in arce Athenis Minervæ consecratum ferunt, quem semel oleo repletum, assidue lumini alimenta sufficere ad insequenteris anni eundem diem, prodiderunt. Igneum quoque per vigilem ³ apud Delphos custodiri à mulieribus quæ matrimonio solutæ erant, invenimus: ⁴ ubi si quando extinguebatur, ex Solis flamma peregrinum ignem elicio portebat. ⁵ Persæ quoque ignem habent per vigilem, sicut

Chal-

Ignis
per-
vigil
apud
Del-
phos,
Per-
sas,

1 In Poliadis Minervæ templo.] Strabo lib. 9. *Ubi ipsa*, inquit, *saxum est in plano quaquaersum habitato, quo in saxo vetustum Minervæ templum Poliadis surgit, in quo lucis inextinctæ lychnum est, & virginum domus, quam Ictinus condidit, ubi Palladium est ex ebore perfectum, opus Phydie.*

2 Lychnum in arce Athenis Minervæ.] Plutarchus in vita Numæ, & Problem: c. 75.

3 Apud Delphos.] Plutarch. in vita Numæ: ubi tamen, quantum ad id, de Delphis non loquitur: sed de Græcia, ubi perpetuus servatur ignis, ut Pythia & Athenis: nisi per Pythiam Delphos intelligo, quod magis credo & sequentia declarant.

4 Ubi si quando extinguebatur.] Plutarchus in d. loco. Festus Pompejus libro 9. ubi declarat quo modo id fieret, *Ignis Vestæ*, inquit, si quando interstinxerit, Virgines verberibus efficiebantur à Pontifice, quibus mos erat tabulam felicis materie tardiu te. ebrare, quoque exceptum ignem c. libro anno virgo in ædem ferret. * Servius autem libro 4. Aeneidos ibi,

— Vigilemque sacraverat ignem
Excubias diuinum aternas.
Definitio est aterni ignis. Quid est ignis per vigil? excubias deorum: nec vacat ratione, ut in aliquibus templis sit ignis per vigil: nam potestates, aut terrene sunt, aut aæreæ, aut ætereæ: sed quia æther ignis, ideo in aetheriarum potestatum templis ignis est, ut reddatur ei imaginis sui elementi. Est autem in templo Jovis, qui æther est, & Minervæ quæ supra ætherem est. Unde de patris capite procreata esse dicitur.

C O L E R U S.

* Adde Livium lib. 28. Tertullianus lib. de pœnitent. Quid illum thesaurum ignis aeterni affimamus, cum sumariola quedam ejus tales ictus flammorum suscitent. Simplicius libro 3. de Cœlo: οὐδὲ ξύλον ἢ πῦρ ἐκεῖνας τις δέ τε ποτε τὸν ξύλον ὡς τεπέργον εὐθατέρῳ καὶ σπείρει.

T I R A Q U E L L U S.

5 Persæ quoque.] Strabo libro 15. non multo ante fin. Præcipue, inquit, (cum de Persarum sacrificiis loquitur) igni & aquæ sacrificant, igni arida ligna imponentes, adempto cortice & arvina superin-

Chaldæi, Medi & Assyrii ut deorum maximum, illique velut sacro numini hostias mactare, & sacra facere, atque ex illo eventa rerum interpretari assererant: ² apud quos Diana Ecbatanæ templum fuit, quam Anatim vocant, cujus sacerdotes procul à virili contagio in perpetua virginitate degunt. ³ In Britannia quoque Minervæ numen colitur, in cuius templo perpetui ignes nunquam canescere in favillas, sed in saxeos globos vertiferebantur. ⁴ Hæ autem virgines in templo Vestæ, quod forma circulari fuit, inter Capitolium & Palatium morabantur assidue, ⁵ ad quod ingredi interdiu vetabatur nemo: sub noctem vero, adire, præ pudore, masculo non licebat, fœminæ vero fas erat. ⁶ In quo nulla Vestæ effigies aut simulacrum deæ superjecta, deinde infuso oleo succendunt, non inspirantes, sed ventilantes. Quod si quis inspiravit, aut mortuum quicquam cœnumve in ignem immiscerit, morte plectitur. Q. Curtius lib. 4. Procopius lib. 2. belli Persici. Pausanias Eliacotum priore lib. ad fin. de igne loquens, quem Magi suis præstigiis ex cinere miraculose elicunt, sic inquit, Sunt enim Lydis templa, qui Persici cognomine vocantur, urbes Hiero, Casarea & Hypaspæ. In templo utrinque urbis amplissimo cellæ cum aris, super his cinis alio longe colore à vulgaricinere. Huc ingressus Magus, ubi foco lignis impositis, tiara caput velarit, implorat cognomen Dei, quicunque ille sit: Ex libro enim carmen recitat barbaricum, lingua plane ignota Græcis, ubi peroravit, sponte sua è lignis, nullo igne admoto, purissima emittat flamma.

¹ Et Assyrii.] Adde & Judeos ex Levitico cap. 6. Ubi ignis semper in altari ardebat, quem nutriebat sacerdos subijiciens ligna mane per singilos dies, & imposito holocausto deluper adolebat adipes pacificorum. Ignis erat iste perpetuus, qui nunquam deficiebat in altari. & Lybes ex Servio ut supra. Et Lacedæmonios quoque, qui cum expeditionem parant in exter-

nam regionem, πυροφόρος, id est, ignifer ignem ab ara Jovis λέγεται, id est, Ducis accensum apud Regem inextinctum servat. Apud Nicolaum οὐδὲ ιών, & ab eo Stobæus Collectaneorum cap. 42.

² Apud quos.] Scilicet Persas, ex Plutarcho in vita Artaxerxis.

³ In Britannia.] Solinus cap. 35. in fin. Quibus fontibus, inquit, præsum est Minervæ numer, in ejus ade perpetui ignes nunquam cœnscunt in favillas: sed ubi cinis contabuit, vertitur in globos saxeos.

⁴ Hæ autem virgines.] Ad Romanos reddit, Idque est ex Plutarcho in Numa, & Festo Pompejo lib. 16.

⁵ Ad quod ingredi interdiu.] Dionysius Halicarnassæus lib: 2. Virgines, inquit, que deæ sacris operabantur, quartæ erant ab initio τὸν ἀρισταῖς optandi cas penes Reges esse Numa voluit: postea tam, propter sacrificiorum multitudinem, ad senarium numerum auctæ, in eo hodie que permanent, degentes in deæ fano: à ejus aditu nemo aretur interdiu: sed per nocte intus fas est viro minime.

⁶ In quo nulla Vestæ effigies.] Ovid. lib. 6. Fastorum.

Nec tu aliud Vestam quam viram intellige flammam,

cui immolarent visebatur, quia Vestam nihil aliud quam animum & divinum putarunt ignem, quæ divina mens animo concipitur, oculis non videtur.¹ Sicut Corinthi carum ædes Parcarum, Cereris & Proserpinæ, nulla habere simulacra dicuntur.² Tametsi Vestam, virginis ore tympanum gestantis quod ventos contineat, nonnulli effinxere:
In Par-
Cereris & Pro-
serpinæ
ædibus nulla simu-
lacula.
In Ve-
sta tem-
plo se-
natum cogi
non li-
cebat.

³ cujus aditum ex fonte Camœnarum Vestæ consecrato, ex Numæ legibus, vestales spargere assuerant.⁴ Quod quidem minime inauguratum fuit, nequando in eo senatus congeretur: ideo non esse templum aliqui existimarunt: licet in atrio Vestæ quod à templo sejunctum erat quandoque haberi senatum videamus. Quibus virginibus, ne sacra intermitterent,⁵ stipendum de publico statuit. Eas enim

qua-

Nataque de flamma corpora nulla vides.

Jure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit.

Nec capit, & comites virginitatis amat.

Esse diu stultus Vestæ simulachraputavit,

Mox didici curvo nulla subesse tholo. Ignis inextinctus templo celatur in illo,

Effigiem nullam Vestæ nec ignis habent,

Verum apud Athenienses proxime Prytaneum (in quo Solonis leges perscriptæ asservabantur) posita erant Pacis & Vestæ signa ut tradit Pausan. l. 1. idem lib. 2. scribit, Iam qui in Vestæ apud Hermiones, transferint, ibi signum nullum vident, unica aræ est, & super eam sacra Vestæ faciunt.

¹ Sicut Corinthi.] Pausanias lib. 2. de Corintho loquens, In Parcarum, inquit, Cereris & Proserpinæ ade signa aperta non sunt.

² Tametsi Vestam.] Id ex hoc auctore refert Lilius Gyraldus lib. 4. de Diis Gentium, ut & Cælius antiquar. Lect. lib. 15. c. 14.

³ Cujus aditum ex fonte Camœnarum.] Plutarch. in Numa. Præterea, inquit, opus esse, Camœnæ eum locum &

quæ circum locum prata sunt, sacrare, quo frequenter ad suum congressum veniant, Fontem vero qui locum rigat, sacrum virginibus Vestæ libis constitutæ, quo inde aquam quotidie sumentes inundent, atque aëpergant templi adytum.

⁴ Quod quidem minime inauguratum fuit.] Hæc usque ad versic, Quibus Virginibus. sunt Servii in 7. lib. A. n. ibi,

— Delectos ordine ab omni Centum oratores auguſta ad mœnia Regis

Ire jubet. —

Auguſta, inquit, augurio consecrata. Hinc paulo post, Tectum augustum ingens. & nisi in augusto loco, Senatus consilium habere non poterat: unde templum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illuc conveniret Senatus, ubi virgines erant. Nam hac fuerat Numa Pomplii. Ad atrium autem Vestæ conveniebat, quod à templo remotum fuerat. Quod & nos, ni fallor, alibi recensuimus.

⁵ Stipendum de publico statuit.] Scilicet Numa, ut Livius 1. Decad. lib. 1. de Numa loquens sic scribit. Virginesque Vestæ legit: Alba oriundum sacerdotium & genti conditoris haud alienum. His, ut assidue templi antistites essent, stipendum de publico statuit: virginatae, aliisque ceremoniæ venerabiles ac sanctas fecit.

1 Qua-

quatuor à principio fuisse tradunt.¹ quarum nomina Ge-
gamia & Beremia, deinde Gamilia & Tarpeja, primum
à Numa initiatæ, & post Numam à regibus ad sacerdotium
addictæ.² Lapsis inde temporibus, quum populus in sex
partes divisus foret, ut pro eo sua quisque parte ministram
haberet sacerorum, duas additas fuisse ferunt, donec aucto-
& propagato imperio, collegium Vestalium³ ad vigena-
rium numerum constitutum fuit: quibus quæ præsidebat,
⁴ dicebatur maxima.⁴ Has ergo arbitrio decretoque pón-
tificis max.⁵ ingenuas, & libero patre genitas & nolen-
tes & ab invitatis ad sacerdotium cogi compertum est, eas
præcipue, quibus summa integritas, pudor & virtus foret,
nisi flaminis, pontificis, auguris, aut quindecimviri sacris
faciundis, tubicinisve sacerorum vel septemviri epuloru-
mum
Qua-
tuor
pri-
mum
Vesta-
les, de-
inde
six,
tandē
vignisti.
Etiam
invitare
ad hec
sacer-
dotium
coge-
bantur.

aut

¹ *Quarum nomina.*] Plutarchus in Numa, qui tamea has nominat Geganiam & Bereniam, deinde Camiliam & Tarpejam.

² *Lapsis inde temporibus.*] Dionysius Halicarnassus libro 3. Suetonius in Augusto, cap. 31. & 101. Festus Pompejus lib. 17. ad finem sic scribit, *Sex Vestæ Sacerdotes constitutæ erant, ut populus pro sua quisque parte haberet ministram sacerorum: quia civitas Romana in sex erat distributa partes. In primos secundosque Titienæ, Ramnes & Luperes. Plutarch. ubi supra scribit Numain quatuor tantum instituisse: postea Servium Tullium duas addidisse: qui numerus senarius servatus est.*

³ *Ad vigenarium numerum.*] Nescio ubi id Alexander acceperit, cum Dionysius & Plutarchus in dictis locis dicant illum numerum sex Vestalium ad sua usque tempora durasse: Sed punto Alexandrum ex eo deceptum fuisse quod de Vestalibus scribit Gellius l. 1. cap. 12. in hæc verba, *Sed Propiam legem invenimus, qua caretur, ut Pontificis Max. arbitratu virgines è populo viginis legantur, sortitioque in concione ex eo numero fiat.*

⁴ *Dicebatur maxima.*] Sueton. in

Domitiano, cap. 8. Mox Corneliam virginem maximam, absolutam olim, deinceps longo intervallo repetitam, atque convitam defudi imperavit. Virgo maxima, (ut inquit Beroldus Suetonii interpres) dicitur præfesta & princeps reliquarum virginum Vestalium, qualis hodie Abbatissa nuncupatur.*

C O L E R U S.

* Sicut Maximus Flamen, Maximus Prætor, Maximus Curio, Maximus Pontifex, &c. Hujus autem Maximæ Plinius quoque meminit in Epistolis. Et in antiquis marinoribus: COFLIÆ CLAVDI'NÆ. V. V. MAXIMÆ ET ILL. PELLICIÆ V. V. MAXIMÆ, id est, Virgini Vestali.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ *Has ergo.*] Hæc omnia usque ad versic. *Quibus quidem.* sunt Gelliæ auctoritate Labeonis Antistiti & Capitonis Atteji lib. Noctium Atticarum 1. cap. 12.

M E R C E R U S.

6 Ingenuas.] Id certe locum habuit usque ad Augustum. Qui ut est apud Dionem, lib. 55. permisit virginibus Libertinis, ut capi possent in Vestales. Id autem Augustus tulisse dicitur, anno 753.

¹ Ignis

aut salii filia foret, horum enim filias, invitatis & detrectantes ad sacerdotium cogi non posse, neque cuius pater tres aut supra filios non haberet: neque illam, cuius soror Vestalis fuisse capta, pontificum decreto cayebatur: neque illas, quarum mater cum viro dissidium fecisset, neque in eodem conjugio maneret. Quarum si qua mortem oppeteret, in demortuæ locum aliam capi oportebat: sed nec minor sex, neque deceim annis major capi poterat, quæve patrima & matrima non esset, neque ea quæ aliquo oris aut sensus vitio laboraret. Quæ dum capitur à pontifice max. non suo nomine, sed amata appellatur, oīnen veteris denominationis sequuti. siquidem quæ priua Vestalis capta fuit, hoc nomine fertur nuncupata. Quibus quidem ad sacerdotium admissis, assidua insidens cura inerat ' ignis sacri & æterni, qui ' in penetralibus Vestæ ³ in fictilibus vasculis servabatur quasi cælestis arcani custodiam & curam fidelem per vices agere, igne inque servare. Quibus propter sanctitatem & continuam virginitatem tantus est honos habitus, ut velut sacrosanctæ, ⁴ ab omni virorum contagio intactæ forent,

adver-

TIR A QUELLUS.

¹ Ignis sacri & æterni.] Sic enim eum appellat Virgilius libro 2. Æneid.

^{Æternumque adytis effert penetralibus ignem.}

Et Livius 1. Decad. lib. 5. Quid de æternis Vestæ ignibus, signoque, quod imperii pignus custodia ejus templitenetur, loquar? & 3. Decad. lib. 6. Vestæ adem petitam & æternos ignes. Inextinctum autem vocat Ovidius lib. 6. Fastorum, quo loco citavimus supra ibi, *In quo multa Vestæ*. Perpetuum plurimi dicunt, ut Plutarch in Numa, &c.

² In penetralibus.] Ex Virgilio ubi nuper citavimus.

³ In fictilibus vasib.] Servius in illo Virgilii Æneid. 11.

— Consiliis habitus nonfutilis auctor. De vase fictili loquens sic scribit, non futilis auctor, id est, non inanis. Nam futilis quoddam est vas lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Vestæ: quin

qua ad sacra hansta in terra non ponitur: quod si fiat, piaculum est. unde & excoxitatum vas est, quod stare non posset: sed positum statim effunderetur: inde & homo coramissa non retinens, Futilis dicitur: contra nonfutilis, bonus in consiliis, non inanis.

⁴ Ab omni virorum contagio.] Ut quæ perpetuam castitatem servabant, ut scribit Plutarchus in Numa. Nam quæ virginitatem prodiderat, viva ad portam, quam Collinam vocant, defodiebatur. L. Florus in Numa, sic scribit, *In primis focum Vestæ virginibus colendum dedit, ut ad simulacrum cœlestium syderum, custos imperii flamma vigilaret*. Ignis porro inextincti custodes virgines erant, ut puram & incorruptam ignis substantiam inviolatis item integrisque corporibus, illis commendarent: sive quod sterile ac infœcundum esset, scite virginitati adjungerent. Caxius lib. 15. cap. 14.

I Adver-

¹ adversusque eas, aut decreta iussusque earum, nulli magistratui intercedendi facultas erat. ² Quibus hoc etiam tributum est, ut licet essent sub patris jure, postquam ad sacerdotium adscitæ sunt, sui juris effectis, testandi manumittendique etiam sine curatore libera facultas foret. ³ Ipsæ tamen intestati hereditatem adire, aut bonis succedere, vel ipsis intestatis heredes aliqui esse nequibant, quod veteri scito apud Labeonem cavebatur. ⁴ Cumque soli Theratiae vestali, privilegio honoris, jus testimonii dicendi à populo datum esset, hinc effici cogique potest, ⁵ reliquas testimonii ferendi jus non habere. ⁶ eas tamen quuin testi- monium dicebant, judicio & foro adeste oportebat. ⁷ Tum siqua dissidia & simultates, vel aliquæ exortæ offendentes fuissent, aut seditio intestina coorta inter cives, ut vestalibus intercedentibus & deprecaticibus, & quasi internunciis,

I Adversusque eas.] Suetonius in Tiberio, cap. 2. Etiam virgo Vestalis fratrem injussu populi triumphantem, ascenso simul curru usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare, aut intercedere fas eniām Tribunorum esset.

2 Quibus hoc etiam tributum.] Plutarchus in Numa, & Gellius libro 1. cap. 12.

3 Ipsæ tamen.] Gellius ubi supra, ipsius Labeonis auctoritate.

4 Cumque soli Theratiae.] Plutarch. Ianc Tarquiniam vocat in Valerio Publicola, Gellius lib. 6. cap. 7. Terr. tiam. & diximus in nostris legibus Connubial. parte 9. num. 77. incip. sed nec ex vetustis, in postrema editione.

5 Reliquas serendi testimonii jus non habere.] Quod & ipsum placuit Harnenopulo lib. 1. cap. 6. ejus operis, cui titulum οὐρανοῦ τόπων nuncupant. Cujus verba attulimus in dictis legibus Connubialibus, ubi supra, quæ omnino vide.

6 Eas tamen cum testimonium dicebant.] Cornel. Celsus lib. 2. Cæterum Urgulanis potentia adeo nimia civitati erat, ut taliis in causa quadam que apud

Senatum tradabatur, venire dedignaretur, missus est Praetor, qui domi interrogaret: cum virginis Vestales in foro & judicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit. Cujus etiam mentionem fecimus in illis II. Connubial. parte 10. num. 33. incip. Facit item.

7 Tum si qua dissidia.] Nam & Vestales conciliarunt Julium Cæsarem Sylla illi infenso apud Sueton. in vita Cæsaris, cap. 1. Messalina autem tentavit à Claudio Imperatore, ab Hostiæ redeunte ad ipsius ultionem, veniam impetrare sui flagitiis per Vibidiam virginem Vestalium vetustissimam, ut Claudiæ aures adiret, & clementiam expeteret, apud Corn. Tacit. lib. 11. & Vitellius apud eundem lib. 9. Hinc ait Cicero in dissuasione legis Agrariae 2. Si quid deliqueris, nullæ sunt virginis, quæ me à vobis deprecentur. quamvis vulgo legatur imagines.*

C O L E R U S.

* Summa semper auctoritas deprendandi, tam apud homines quam apud deos fuit penes Virgines Vestales. Sueton. in Tiberio c. 2. Vitellio c. 16. August. 101.

ciis, pacis fædera inirentur, illarum curæ mandabatur: hisque mediis & procurantibus, offendarum culparumque venia impetrabatur. ^{1.} Testamenta quoque. & quæ secretionis consilii erant, quæve quis celari, & in abdito esse, & suo tempore in luce in promi volebat, apud illas deponebantur, ut in fideli custodia essent. ^{2.} Quibus, postquam in sacerdotium adscitæ fuerunt, triginta annorum castitas præscripta fuit. primo enim decennio quæ ad cultum & arcanas cæremonias, ritusque sacrorum spectarent, quæve vetustissimis carminibus & monumentis prodita erant, ediscabant: secundo vero, quæ didicere, opere completere & efficere: tertio autem decennio, sacra & instituta, ritusque & cæremonias quas didicissent, alias edocere oportebat. Tum demum exæcto circulo annorum triginta, velut emeritis stipendiis, liberum erat vel sacerdotio solvi, & aliam vitam nancisci, vel si volet, alii nubere, & filios educere, aut sacrorum curam gerere, & eodem cultu ornataque esse non vetabantur: ^{3.} Tantæque dignationis fuere, ut si

TIR AQUELLUS.

^{1.} Testamenta quoque.] Sueton. in Cæsare, c. 83. & in Augusto cap. omnium postremo. & Corn. Tacit lib. 1. ubi de testamento ipsius Augusti loquitur. & Plutarchus in Antonio, ubi testamenti ipsius meminit.*

COLE R U S.

* Ulpianus l. 3. de tab. exhibend. Si custodiā testamenti, inquit, ad tuas suscepit. quibus verbis ostendit Ulpianus testamentum in æde sacra deponi solere.

TIR AQUELLUS.

^{2.} Quibus postquam in sacerdotum.] Hæc usq[ue] ad versic. Tantæ dignationis, sunt Dionysii Halicarnassei l. 2. Plutarchi in Numa, & in lib. Num seni gerenda respub. Hincque etiam illud Prudentii lib. 2. in Symmachum,

Tandem virginem fastidit Vesta sene-
tam.

Tum thalamis habilis timuit vigor, ir-
ta nullas

Fecundavit amor materno viscera par-
tu,

Nubis anus veterana sacro perfundat
labore,

Desertisque focis, quibus est famulata
juventus,

Transfert emeritas ad fulcra jugalia
rugas,

Dicit & in gelido nova nupta tepeſce-
re leto.

Dicunt tamen Dionysius & Plutar-
chus id paucas fecisse, sed parum latè
vitæ exitu & ominoso apud cæteras,
ita ut libenter posthac virgines ævum
exigerent in dea contubernio.*

COLE R U S.

* Tertullianus ad uxorem lib. 2.
Roma quidem, que ignis illius inextin-
guibilis imaginem tractant, auspicia pœ-
na sua cum ipso Dracone curantes, de vir-
ginitate censentur. Seneca lib. 1. de Be-
neſic. cap. 3.

TIR AQUELLUS.

^{3.} Tantæque dignationis.] Plutarchus
in Numa,

ut si extra atrium Vestæ prodire vellet, nisi precedentibus
fascibus ob honorem sacerdotii, foras exire non liceret. ^{Honor}
Tum si vi morbi aut necessitate, templo excedebat, ^{vesta-}
quo venerationis plus inesset, matronas & grandes natu- ^{libus}
matres, insignes morum verecundia & probitate, quæ ^{exhibi-}
eas comitarentur & custodirent, adhibebant: cui ad ^{bitus.}
omnem occursum etiam consules prætoresque de via de-
cedebant. Quod si dum foras vadunt, ad capitale quis-
quam supplicium traheretur, si obviam fieret, ipsi sumi
tunc mortem oppetere, aut novissimo exemplo affi-
ci non decebat. Tantoque cultu & honore ob sancti-
tatem sacerdotii habitæ sunt, ut servitia fugitiva non-
dum urbem egressa, in loco precationis retinerent, &
servitute eximerent. Ad se quoque fugientes, ab injuria

pro-

in Numa, Cum fascibus, cum prodeunt, deducuntur. Dion lib. 47. Virginibus porro Vestalibus dederunt, ut singulis li-
ctoribus uterentur, eo quod quædam ex iis à coena sub vesperam dominum rever-
tent, cum quæ esset ignoraretur, vim passa
fuerat. *

C O L E R U S .

* Lictor unus Vestalibus attribu-
tus fuit à Triumvitis Antonio, Lepi-
do, Octaviano. Dion lib. 56.

M E R C E R U S .

¶ Nisi precedentibus fascibus.] In plurali loquitur, quasi multi lictores apparetur Vestalibus. Unus tamen duntaxat apparebat. Apud Dionem lib. 47. Triumviri Octavius, Antonius, Lepidus Vestalibus dederunt, ut singulis lictoribus uterentur, eo quod quædam ex his à coena revertens domum, cum quæ esset ignoraretur, vim passa erat. Seneca unius lictoris meminit in Controversi. Procedente haec lictori summovere jubebitur. Quod autem Dio ut præmonimus lictorem datum ait Vestalibus editio Triumvitorum, discussione egit Plutarchus enim in Numa, docet hoc olim à Numa esse institutum. Præterea, quod Alex. fasces tribuit lictoribus Vestalium non

equum facit, ut opinor ad quid enim fasces prælati fuerint vestalibus? quæ prælate magistratibus, ad indicium potestatis? Summovenda vero turbæ data virgula lictoribus. Quare quoque satis fuerit lictores Vestalium armare virga, quandquidem dati ad summo-
vendam turbam.

T I R A Q U E L L U S .

2 Tum si vi morbi aut necessitate.] Cælius Lect. antiqu. libro 15. cap. 14.

3 Cui ad omnem occursum.] Seneca lib. Declinat. 7. declinat. 8. ubi præterea dicit magistratus illis fasces submittere & D. Hieronymus in Jovinianum lib. 1. *

C O L E R U S .

* Idem Seneca Controversi. 2. l. 1. Procedente hac lictor summoveri videbitur, huic via cedet, summum imperium consules cedent tibi? item 1. controve. 2.

T I R A Q U E L L U S .

4 Quod si dum foras vadunt.] Plut. in Numa.

5 Ut servitia fugitiva.] Plinius libro 28. cap. 2. Vestales nostras hodie credimus nondum egressa urbe mancipia fugitiva retinere in loco precationis.

prohibere, atque à cuiusque magistratus imperio intercedere poterant: ab eisque quin sacrosanctæ forent, aut decreto jussuque earum, nulli magistratui, nec tribuno plebis, qui pariter sacrosanctus est, provocare permisum: tantumque illarum jussui virium & roboris fuit,¹ ut Claudia Vestalis patrem injussu populi triumphantem, ne cui tribuno intercedere liceret, ascenso simul curru, in capitolium sequita fuerit.² Quod si quando Vestæ ignis (cujus præcipuam ducebant curam) extinctus foret, id inter non minima prodigia habitum, magna semper mercede expiatum fuit: quippe ex eo formido, & non mediocris terror religioque senatui populoque incussa erat, illisque non procuratis, aut diis non propitiatis, à rebus agendis gravibusque negotiis haud secus abstinebant, quam si dira & tetra prodigia, aut portenta calamitosa prædicta forent.

Vestæ ignis extinximus in curia ignis extinximus loco habitum.

Vestæ ignis extinximus in curia ignis extinximus flagris causa à pontifice.

Ignis Vestæ resuscitandi ratio.

³ Ea vero Vestalis, cujus custodia fuerat, ob secordiam, sicut ob alia crimina, à pontifice maximo, qui eas fidelis custodia servabat, flagro plectebatur. In abdito enim conclave & penitus abstruso loco, eam obtento linteo flagris plectebat. Ignem vero extinctum ita suscitabat, ut vas æneum pellucidum trium angulorum, ad solis jubar objiceret, ita ut undique accensus in orbem coiret: illudque usque

¹ Ut Claudia Vestalis.] Cicero pro Cælio, Non virgo, inquit, illa Vestalis Claudia, que patrem complexa triumphantem, ab inimico Tribuno plebis de curru trahi passa non est. Valerius lib. 5. cap. de Pietate erga parentes. Claudia Vestalis, inquir, cum patrem suum triumphantem curru violenta Tribun. pleb. manu detrahì animadvertisset, mira celeritate utrisque se interponendo, amplissimam potestatem inimicitis accensam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in edem Vestale duxit. Suetonius in Tiberio, c. 2. ad finem. non patrem, sed fratrem * Claudiam Vestalis virginis fuisse scribit his verbis, Etiam virgo Vestalis fratrem injussu populi triumphantem, ascenso si-

mul curru, usque in Capitoliū prosecuta est, ne vetare, aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset.

C O L E R U S.

* Tinto mendum in Suetonio esse: Nam præter Valerium & Ciceronem Orosius quoque l. 5. Patrem nominat.

T I R A Q U E L L U S.

² Quod si quando Vestæ ignis.] Hæc usque ad verfic. Ea vero sunt Titi Livii 3. Dec. lib. 8.

³ Ea vero Vestalis.] Hæc item usque ad ea verba, Ignem vero extictum. sunt Livii ubi supra, Valerii Maximi lib. 1. cap. 1. ubi de P. Licinio. Plutarchi in Numa, & Festi Pompeji lib. 9. & Julius Obsequentis Prodigiorum c. 62.

¹ Usque

usque adeo diverberaret, donec conceptum ignem arida materia clibano in ædem ferret. ² Quem quidem novum accendere calendis Martiis, quibus principium anni agebatur, quotannis solitæ sunt. Fuitque is ignis perpetuus penetralibus sacris, & penu Vestæ velut sanctiore recessu conditus: in quo ⁴ Palladium ⁵ & dii penates Troja adve-

*Palla-
dium
& dii
penates
in Ve-
stalium
custo-
cti, dia.*

MERCERUS.

¹ Usque adeo diverberaret.] Alii non tradunt diverberatum illud vas ahenum, sed tritum in colignum, quo usque ignis fuisse excitatus. Festus dicteret id terebratum, & præterea annotaret, id lignum ex arbore fœlici esse debuisse. *Ignis Vestæ si quando foret interstinctus virginis verberibus afficiebantur à Pontifice, quibus mos erat, clabulans fœlicis materiæ tandem tenebrare, quousque conceptionem ignem cribro æneo Virgo in ædem ferret.* Non erat autem peculiare Vestalibus, ignem terendo duo ligna excitare. Id vulgo siebat. Plinius: Teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi somnis. Quin ita in sylvis excitatum ignem, vi ventorum scribit Lucretius lib. 1. & 5. Hic vero modus excitandi ignis, inventus dicitur à Mercurio.

TIRACQUELLUS.

² Quem quidem novum accendere.] Ovidius de Calendis Martiis loquens lib. 3. Fastor.

Adde quod arcana fieri novus ignis in ade

Dicitur, & vires flamma refecta capit.

³ In penetralibus.] Ex Virgilio libro 2. Æneidos,

Eternumque adytis effert penetralibus ignem.

Quod nos ad aliud supra citavimus.

⁴ Palladium.] De quo Virgil. lib. 2. Æneidos,

Fatale aggressi sacrato avellere tem-

plo

Palladium, casis summae custodibus

arcis,

Corripnere sacram effigiem.

Tom. II.

Et ibi Servius. Dionysius Halicarnassus libro 1. Strabo lib. 6. Plutarchus in Camillo, & in Parallelis c. 35. Pausanias in Atticis. Sed & ex Plutarcho maxime intelliges id Palladium assertari solitum in penitissimis Vestæ ædibus. Pherecydes dicit omnia simulachra humana manu non facta, & quicquid è cœlo in tetram devolvitur, Palladia vocati. Meminit Herodianus lib. 1. Palladii, quod Commodi temporibus templo Vestæ ardente, virgines Vestales in regiam per viam Sacram transtulerunt. *

COLE R U S.

* Arnobius lib. 4. Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium prodidit?

TIRACQUELLUS.

⁵ Et dii Penates.] Macrobius lib. 3. cap. 4. ex sententia lib. Rerum humanarum 2. refert Dardanum deos Penates ex Samothrace in Phrygiam, & Æneam ex Phrygia in Samothraciam detulisse. Penates quidam esse dixerunt. per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus & rationem animi possidemus. Esse autem medium aëtra Jovem, Junonem vero summum aëra cum terra, & Minervam summum aetheris cacumen. Vattro, ut est apud Arnobium lib. 3. contra Gentiles, Penates, ait, qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus, exli deos esse censet, quos loquimur, nec eorum numerum, nec nominis scribi. Hos Consentes, & Complices Ethrusci ajunt & nominant, quod una orientur & occidunt una: sex mares & totidem sceminas nominibus ignotis, & iis nationis barbarissimæ: sed eos summi Jovis consiliarios ac Principes existimari. Nec defuerunt qui scriberent Jovem, Junonem ac Mi-

cti, fatale pignus imperii colebantur, ¹ ad quod nulli hominum, nisi vestalibus & pontificibus adire fas erat. ² Qui quidem dii fuere duo juvenes veteris artis & operæ parvis imagunculis sedentes, & militari more pila tenentes: ³ tametsi Palladium ab Ænea advectum, nonnulli Apollineum & Neptunum ferant: ⁴ alii Trojanam Palladem Romæ & Lavini, Luceriac & Siritidæ demonstrari tradunt: qui ab Ænea in Italiam allati, Lavini mansere primum, mox ab *Vesta-*
lium
ornatus
in sa-
cristi-
cando. Julio in Albam à se conditam translatos, pristinam Lavini sedem sua sponte repetisse dicunt. Quod si quando vestales sacra diis libarent, aut Vestæ rem divinam facerent, eo cultu ornatuerunt erant, ⁵ ut licet vittatæ incederent, album

ac Minervam, deos Penates existere: sine quibus vivere ac sapere nequeamus: sed qui penitus nos regant ratione, calore ac spiritu. Hæc Arnobius ubi supra. Hos Penates Æneas secum in Italiam devexit. Virg. Æneid. I.

Sumpius Æneas raptos qui ex bestie Penates

Classe vchomecum.

I Ad quod nulli hominem.] Id ex Elio Lampridio in vita Heliogabali. Nec Romanas, inquit, tantum extingue voluit religiones, sed per orbem terræ, unum studens, ut Heliogabali Deus unus ubique coleretur, & in penum Vestæ quod sole virginis, solum pontifices aduent, irrupt, pollutus ipse omni contagine morum, cum his quisce pollucrant.

2 Qui quidem dii.] Dionysius Halicarnassœus Antiq. Rom. lib. I. de diis Penatibus loquens hæc scribit, *Templum Romæ non procul foro ostenditur, secundum viam que ad Carinas fert compendio, situm in loco obscuro, propter circumiecta aedificia, qui Romano vulgo sub olivis dicitur. In eo posita sunt Trojanorum deorum imagines, quas cuivis fas est inspicere, cum inscriptione Denates, quæ Penates significat. Videntur enim mihi priisci ante inventum P nsur passæ pro eo D literam. Sunt autem hastati duo juvenes habitu sedentium admodum antiqui operis. Alia quoque multa in an-*

tiquis templis horum deorum idola conservimus, & in omnibus duos juvenes militari habitu. Lapus aliter vertit. ut videre est apud Gyraldum lib. Historiæ deorum decimoquinto.

3 Tameſi Palladium.] Macrobius d. lib. 3. c. 4. *

COLE R U S.

* Varro apud Servium Nautem quandam Palladium Romanum detulisse inquit. Unde postea Nautiorum familia Minervæ sacra retinuit.

T I R A Q U E L L U S.

4 Alii Palladem Trojanam Rome.] Hæc usque ad ea verba, *Qui ab Ænea. Sunt Strabonis Geographiæ lib. 6. Sed & de Lavinio Valerius Maximus lib. 1. cap. 8. ubi de Trojanis loquitur, ita scribit, Reseram nunc quid suo seculo cognitum manavit ad posteros: Penates deos Ænacum Troja advectos Lavini collocasse: inde ab Ascanio filio ejus Albam, quam ipse condiderat, tralatos, pristinum sacrarium repetisse: & quia id humana manufactum existimari poterat, relatios Albam, voluntatem suam altero transitus significasse.*

5 Ut licet vittatæ incederent.] Ovidius 3. Fastorum de Sylvia Vestali loquens,

Ignibus Iliacis aderam, cum lapsa ca-
pillis

Decidit antefacros linea vitta fecos

E.

^{suffi-}
1 album tunc vestimentum, quod suffibulum vocant, oblon- ^{bulum}
guin prætextum quadrangulum in capite sumerent: illud-
que fibula subnecterent, castaque mola & sale tufo, ac
in ollam fictilem missio & mox in aquam injecto, sacra fa-
cerent, calicibusque fictilibus, qui cululli dicti sunt, Vestæ
& diis libarent: scirpeasque effigies triginta numero, quas
Argeos vocant, ex virgulto statis diebus in Tiberim dej-
cerent, arasque deorum, numinibus accenso foculo, dica-
rent: <sup>Sacri-
ficii
modus:</sup> <sup>Scir-
pe
effigies
in Tibe-
rin de-
jare.</sup>

Et lib. 6. ejusdem operis.

*Nullaque dictur vittas temerasse sa-
cerdos*

Hoc ducet, nec virga defodietur humo.
Et lib. 3. Amor. eleg. 6. de Ilia Vestali,

*Quo cultus abierte tui? quid solat vag-
ris?*

*Vitta nec erinctas impedit abaco-
mas?*

Nam & hinc vittata sacerdos Lucano
lib. 1. dicitur,

*Vestalemque chorum ducit vittata sa-
cerdos,*

*Trojanam soli cui fas vidisse Miner-
vam.*

Et Juvenalis satyra 4. post prine.

*Cum quo nuper vittata jacebat
Sanguine adhuc virgo terram subitura
sacerdos.*

Et id quoque videre licet ex Dionysio
Halicarnassi. lib. 2.

*1 Album tunc vestimentum.] Quod
vel patet ex illo loco Ovidii lib. 3. A-
morum nuper citato.*

*2 Quod suffibulum.] Totum id us-
que ad veri. *Castaque mola* est Festi
Pompeji lib. 17. non longe ante fin.
ubi de suffibulo loquitur. Suffibulum,
inquit, vestimentum album erat, præ-
textum, quadrangulum, oblongum, quod
in capite Vestales virginis sacrificantes
habebant, idque fibula comprehendebat-
tur.**

COLERUS.

* In lege, quæ scripta erat in sacra-
rio deo Opeconservæ: Hoc præter virgi-
nes Vestales ac sacerdotem Publicum in-
troire nefas esto, is cum introcat subfib-
ulum habeto. Scalig. in Fest.

TIRAQUELLUS.

*3 Castaque mola.] Festus Pompejus
lib. 3. paulo ante fin. *Casto*, inquit, mo-
la genus sacrificii, quod Vestales facie-
bant.*

*4 Et sale tufo.] Gyraldus historiæ
deorum syntagmate 17.*

*5 Calicibusque fictilibus, qui cululli
dicti sunt.] Acron & Porphyron in-
terpretes in illud Horatii lib. 1. Carm.
Ode 31.*

*— Diræs & aureis
Mercator exsiccat culullis
Viva Syrareparata merce.*

*Proprie Cululli ca'ices sunt, quidam fili-
les, quibus Pontifices, virginisque Vestas
in sacris utuntur. hic autem pro urceo-
lis & conchis posuit. Alibi autem idem
Acron in illud ejusdem Horatii de
Arte poetica non adeo longe à fin.*

*Reges dicuntur multis urgere culullis
Et torquere mero quem perspexisse la-
borant,*

An sit amicitia dignus.

*Culullis, inquit, id est, calicibus, & eis
diminutivum à Cn'eo, & citat primum
locum Horatii.*

*6 Scirpeasque effigies.] Varro lib. 3.
seu aliorum computatione 6. de ling.
Lat. Argei, inquit, sunt è scirpeis vir-
gulis, simulachra sunt hominum triginta,
ea quattuor ponte Sublichto à sacerdotibus
publice dejici solent in Tiberim. Festus
Pompejus lib. 1. Argeos, ait, vocabant
scirpeas effigies, quæ per virginis Vestales
annis singulis jacebantur in Tiberim. **

COLERUS.

* De Argeis Ovid. & Plutarchus.
Glossarium Argei, ara & id p' u'ala.

rent : ¹ quibus hoc proprium ferunt, ut desectum capillum tanquam sacrosanctum, vulgo atteri non sinerent : sed in loto arbore conspicuæ magnitudinis, quæ in Lucinæ ara colebatur, apponenter, cui ob id capillatae nomen. ² Tum si quando sacramento adigebatur, nisi per suam Vestam jurare licebat. Eratque Vestarium opus, annis singulis statuta die, Regem sacroruim adire, utque vigilaret, neve divina intermitteret, præmonere præcavereque. Tantæque dignationis & pudoris habitæ sunt, ut his præsentibus tanquam arbitris numinibus, non factis modo, sed & verbis obscoenis & prætexatis abstinerent : easque velut augusta & sancta templa, atque unicum castitatis exemplar, religiose observarent. Et tametsi tanti exempli & disciplinæ specta-forent, ³ illas tamen athletarum spectaculis & theatro insculpis admisi-terfuisse quandoque legimus, scilicet remissio officii munere, de concilii sententia. ⁴ Siqua vero detestabili scelere pollu-

TIR AQUELLUS.

¹ Quibus hoc proprium ferunt.] Id usque ad ea verba, Tum signando, est Plini libo 16. cap. 44. post princip. Festus autem Pompejus lib. 3. scribit, Capillatam vel Capillarem arborem dici, in qua capillum tonsum suspen-debant.

² Tum si quando sacramento adigebantur.] Seneca Declam. I. 7. decl. 8.

³ Illas tamen athletarum spectaculis.] Suetonius in Nerone, cap. 12. in fin. sic scribit, Ad athletarum spectaculum invitavit & virgines Vestales, quia Olympiæ quoque fædotibus spectare conceditur. Cornelius Tacitus lib. 4. Unde & Prudentius in Symmachum lib. 2. de his Vestalibus loquens,

Interea dum torta vagos ligat insula crines,

Fatalesque adolet prunas innupta sa-cerdos,

Fertur per medias, ut publica pompa plateas,

Filento residens melli, sequere ore rete-cto

Impatit attonita virgo spectabilis urbi,

Inde ad confessum care & pudor almas expers

Sanguinis it pietas, hominum visura crecentos

Congressus, mortesque, & vulnera vendita pastu

Spectatura sacris oculis : sed & illa verendis

Vittarum insignis phaleris, fruniturque lanistis. *

COLE R U S.

* Suetonius August. cap. 43. Solis virginibus Vestalibus locum in theatro se-paratim, & contra prætoris tribunal de-dit. In Circo autem & Amphiteatro spectabant è Podio Vestales, ut doctissimus Lipsius arbitratur apud Tacitum lib. 4. Annal.

TIR AQUELLUS.

⁴ Si qua vero.] Hec sunt Plutarchi in Numa, & Problemata cap. 96. Et vide nostras leges Connubiales parte 15. num. 120. incip. Nam & apud.

polluta, omnium sententiis pontificum incesti convicta, & ^{Vesta-}
 damnata foret, in eam manus aut vim inferre nulli licuit: ^{lis in-}
 sed postquam familiam in potestate habere, & sacris ab-
 stinere jussa fuerat, stata die sub effossa humo ad portam ^{cen-}
 Collinam, in loco cui Scelerato nomen, vivam defodie-
 bant, ^{pana.} ² virginis vero stupratorem in comitio cædebant ad
 necem. ³ In ea enim subterranea erat fovea, ad quam gra- ^{Stu-}
 dibus descensus, & in imo lectulus, lucerna ardens, panis ^{præ-}
 simul & lac, item aqua, & in gutto oleum. ⁴ virginem vero ^{toria}
 damnatam, demptis vittis è vertice, feretro iunctam, ^{pana.}
 cultu miserabili, maximo omnium horrore, eo deducebant:
 quo ubi deducta fuerat, vinclis solutam, pontifex maximus
 solenne præfatus carmen, capite velato, ad ostium foveæ
 constituebat: & postquam introgressa fuerat, illo averso,
 & scalis sublatis, desuperque aggesta humo, defodiebant
 vivam, ita ut ab omni hominis tactu illæsa extingueretur.
⁵ Qua die tanquam lugubri & ominosa consternata urbe,
 velut si repentinum incommodum accidisset, iustitio indi-
 cto,

¹ Cui scelerato nomen.] Livius 1. Decad. lib. 1. iterumque 8. ubi de Minutia Vestali. & Fest. Pompejus lib. 17.

² Virginis vero stupratorem.] Dionysius lib. 8. paulo ante fin. ubi de Optimæ corruptoribus. Tandem ad Pontifices delatum est, unam Vestalium ignis sacrificiostum, Optimam amissam virginitate, sacra polluere. Cujus criminis vera confessione quæstionibus expressa, aliis quoque argumentis convictum, traduxerunt per medium comitium, dempta prius capiti corona suis manibus, vivamque defoderunt in specu subterraneo. Duos vero ejus corruptores flagitii coartatos confessim recaverunt verberatos publice. & lib. 9. scribit Urbiniam, virginitate amissâ, amotam à sacrâ, & judicio convictam verberatain fuisse, traductamque per urbem vivam defossam. Ex incesti autem patratoribus alterum sibi ipsi manus intulisse, alterum à Pontificibus comprehensum, in foto sub furca flagris exsum atque neca-

tum, atque ita demum pestilentiam desississe. Livius 3. Decad. lib. 2. ubi de L. Cantilio scriba minorum Pontificum Floronix Vestalis stupratore, à Pontifice Max. virgis in comitio ad morteum usque exslo, loquitur. Suetonius in Domitiano, cap. 8. scribit Domitianum incesta virginum Vestalium à patre suo & fratre quoque neglecta, varie, ac sevère coercitus: priora capitali supplicio, posteriora more veteri.

³ In ea enim subterranea erat fovea.] Dionysius Halycarnassæus libro 2. Plutarchus in Numa, & problemat. c. 96.

⁴ Virginem vero damnatam.] Plutarchus in Numa.

⁵ Qua die tanquam lugubri.] Idem Plutarch. ibidem. Quin & id nefas in prodigium vertebarunt, quod sacrificis expiabantur, ut videre est apud Livium 3. Decad. lib 2. & in locis quos nuper citavimus, & Julium Obséquentem Prodigiorum cap. 97.

Vestales
in
ceſti
dam-
nata.

cto, nihil publicæ magnæque rei agere licebat. Tanta vi-
delicet cura, tantaque solicitudine prisci cavebant, nequa
in sacerdotes & deo dicatas virgines vis fieret. Fuere au-
tem Vestales incesti damnatae inter alias, ¹ Popilia, ² Æ-
mylia, ³ Oppia, ⁴ Fabia, ⁵ Minutia, ⁶ Sextilia, ⁷ Opimia, &
Floronia, inter quas ⁸ Caparonia suspendio supplicium
prævenit, ⁹ Fabia vero incesti causam dixit, cum ei Catili-
na objiceretur, & quia soror Terentia Ciceronis erat, in-
ducto

¹ *Popilia.*] Paulus Orosius lib. 3.
cap. 9. in fin. ubi non *Popiliam*, sed
Minutiam virginem Vestalem incesti
damnatam, vivamque obrutam in vi-
co, qui *Sceleratus* dicitur, scribit.
Eusebins Pompiliam vocat in Chro-
nicis, Olympiade 73. Hæc autem à
nonnullis *Oppia* dicitur, de qua paulo
post.

² *Æmylia.*] Asconius Pedianus in
Orat. Ciceronis pro Milone, Plutar-
chus probl. c. 83. Macrobius Fenestel-
la auctoritate lib. 1. cap. 10. dicit *Æ-
myliam* virginem 15. Calendarum Ia-
nuariorum esse damnatam: quo die si
Saturnalia gererentur, nec causam
omnino disisset. L. Florus epit. Livii
lib. 63. Orosius lib. 5. cap. 14.

³ *Oppia.*] Livius 1. Decad. lib. 2.
Accessere, ait, ad agras, *nam omnium
mentes prodigia coelestia, prope quotidiana
in urbe agrisque ostentantia minas:
motique iranominis, causam nullam aliam
vates canebant, publice privet. eti-
que nunc extis, nunc per aves consulti,
quam haud rite sacra fieri. Qui terrores
tamen eo evasere, ut *Oppia* virgo Ve-
stalis incesti poenas dederit. Iulius
Obsequens Prodigiorum cap. 11. ubi
dicit hanc à quibusdam fuisse vocatam
Popilam, ab aliis *Popilam*.*

⁴ *Fabia.*] Vide infra in verbo, *Fa-
bia* vero incesti causam dixit.

⁵ *Minutia.*] Livius 1. Dec. lib. 8.
Eo anno, inquit, *Minutia Vestalis* sus-
pedita primo propter mundiorum cultum: in-
similata deinde apud Pontifices ab indice

servo, cum decreto eorum iussa esset sacris
abstinere, familiamque in potestate ha-
bere: facto judicio, vivasub terram ad
portam Collinam, dextra via strata,
desessa Scelerato campo. D. Hieronymus
in Iovinianum lib. 1. Orosius 1.3.
c. 9. in fin.

⁶ *Sextilia.*] L. Florus Epitome Li-
vii libro 14. Paulus Orosius lib. 4. c. 2.
in fin.

⁷ *Opimia atque Floronia.*] Livius 3.
Decad. lib. 2. sic scribit, Territi etiam
super tantas clades, cum ceteris prodigiis,
tum quod due Vestales eo anno, *Opimia* atque *Floronia*, stupri compert.e: &
altera sub terram, ut mos est, ad portam
Collinam necata fuerat: altera sibimet
ipsa mortem conciverat. Dionysius Ha-
licarn. lib. 8. ante finem. ut jam dixi-
mus in verbo, *Virginis vero stuprato-
rem.*

⁸ *Caparonia.*] Paulus Orosius lib. 4.
cap. 5. Eutropius Rerum Roman. 1.2.
Et hæc forte est quam Plutarch. in vita
Fabii Maximi dicit sibimet mortem
concivisse, cum in stupro deprehensa
fuisse, sed eam non nominat. Aur ipsam
Floronia, de qua loquutus est
proxime, quæ & ipsa sibi mortem con-
scivit, ut jam in præced. diximus.

⁹ *Fabia vero incesti causam dixit.*]
Asconius Pedianus in Cic. Orat. in
toga candida contra C. Antonium &
Catilinam. *Fabia*, inquit, *Vestalis* cau-
sam incesti dixerat, cum ei Catilina obji-
ceretur: eratque absoluta hæc *Fabia*, quia
soror erat Terentia Ciceronis.

ducto crimine absoluta fuit. ¹ Cornelia Maximilia absens & inaudita à Domitiano incesti rea, quum eslet absoluta, non admissi forsan criminis, pravo judicio pœnas dedit. <sup>Que
abſo-
lutæ.</sup>
² Cumque Urbina falsi criminis, virgis cæſa & viva defoſſa fuſſet, religio urbeim pervasit, immiteritam pœnam luisse, quod pestilenti contagio inatronæ mortuos edebant partus, ipsæque una interibant, ob id admisſum plecti, & merita noxa puniri. ³ Posthumia vero ob mundiorem cultum criminis insimulata, causam dixit: mox sine noxa & innocens comperta, de collegii sententia omnium votis abſoluta fuit. <sup>Inno-
centes
condē-
natae.</sup>

¹ *Cornelia Maximilla.*] Suetonius in Doinitiano, cap. 8. Plinius lib. Epist. 4. epist. 11. ad Cornelium Minutianum. Hinc non absurdē apud Pliniū pro Corneliam *Maximillam Vestalem*, legi posset Corneliam *Maximam*, ut conveniat cum sententia Tranquilli.

² *Cumque Urbina.*] Dionysius Halicarnassus lib. 9. hujus Vestalis, quam *Urbinam* vocat, historiam aliter recenset, neupē hanc etiam & vivam defoſſam, ut ſupra diximus ibi, *Virginis* vero ſupr. & eum qui cum illa incestum patraverat, in foro ſub furca fligris etiam & necatum.

³ *Posthumia vero.*] Livius 1. Dec. lib. 4. Eodem anno, inquit, *Posthumia virgo Vestalis* de incestu causam dixit, criminē innoxia: ob ſuſpicionem propter cultum amxiorem, ingeriumque liberius, quam virginem decet, parum abhorrens ſamam. Ampliata, deinde abſolutam pro collegii sententia Pont. Max. abſtine-

re jocis, colique ſancte potius quām ſcīte iuſſit. Ad eas autem quā condemnatā ſunt, addē Saniam ex Eusebio Chronographo Olymp. 77. & Tutiam ex L. Floro Epitom. Livii lib. 20. Atque etiam Liciniā & Martiam ex eodem libro 63. & Plutarcho problemi. capite 83. *

COLE R U S.

* Viderur in traſtatu non omitten- dum fuſſe quod Plutarchus refert, de tribus temporibus Vestalium. *Unum* erat quo diſcebat, *alterum*, quo pra-cepta ſua peragebant: *Tertium*, quo alias docerent. Atque idem pene fuſſe in virginibus Diana Ephesina. Futuras enim ſacerdotes μεν ſερας, dein ιερας, poſtremo πατερας fuſſe. Reſpexit eo Seneca libro de vita beata: *Virgines Vestales annis inter officia di- viſis, diſcunt facere ſacra, & cum didi- cerint docent.*

C A P. XIII.

Ex quibus veteres captare auspicia solerent, & auspiciorum quæ prospera quæve piacularia sint.

PRISCO^s Romanorum adeo auspicis deditos fuisse constat, ut post urbem conditam falsa illa superstitione & prava religione ducti, nihil bello vel ^{Auspicio}ce domi militiaeque agerent, nisi auspicato. Sed inter ^{quinque} ^{genera} auspicia de quibus antiquitas fabulata est, quæ prospera, quæve piacularia sint, sæpe quæsitum est. In primis receptum est, auspiciorum quinque genera observari ab augurandi peritis: primum ex cælo, secundum ex avibus, tertium ex tripudiis, quartum ex quadrupedibus, ultimum ex diris. Ex his quædam oblativa sunt, quæ non poscun-

T I R A Q U E L L U S.

[Priscos Romanorum.] Totum id fere caput, ut alia multa ex hoc auctore, Casparus * in suis Commentarios, De præcipuis divinationum generibus, inseruit. quo loco de Auguriis & Auspiciis tractat: nec hunc tamen nominat, nec alias, à quibus hæc acciperat. Supra autem lib. 3. cap. 15. satis docuimus hæc omnia futilia esse, & sacris nostris literis prohibita.

C O L E R U S.

* Peucerum innuit.

T I R A Q U E L L U S.

[Nihil bello.] Cicero lib. 1. & 2. de Divinatione. Livius 1. Decad. l. 1. & iterum lib. 6. ad fin. in Orat. Appii Claudi Crassi, ubi sic inquit, *Auspiciis hanc urbem conditam esse, auspiciis bello ac pace, domi militiaeque omnia geri, quis est qui ignoret?*

3. In primis receptum est, auspiciorum quinque genera. [Festus Pompejus l. 15. hec ad verbum scribit. *Quinque genera, inquit, signorum observant Augures, ex cælo, ex avibus, ex tripudiis, ex quadrupedibus, ex diris.*

4. Ex his quædam. [Servius in lib. 6.

Aeneidos in eum locum,

Vix et fatus erat, geminae cum forte columbae

Ipsa sub ora viri cælo venere volantes, Et viridi federe solo.

Auguria, inquit Servius, aut oblativa sunt, que non poscuntur: aut imperativa, que optata veniunt. Quia ergo hoc oblativum fuit, dixit, forte. & in 12. ejusdem operis, ibi,

His aliud majus Futurna adjungit, & alto

Dat signum cælo, quo non praestantius ullum

Turbavit mentes Italas, monstroque sefellit.

Monstroque sefellit. bene sefellit, inquit. Namque hoc augurium nec oblativum est, nec Imperativum: sed immixtum factio-ne Futurnæ, quod tare fide indicat sedes negata. Nam ubique firmum introducit augurium, dat ei firmissimam sedem, ut lib. 6.

Ipsa sub ora viri cælo venere volantes, Et viridi federe solo.

Item in Moeti,

Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix.

poscuntur : quædam impetrativa , quæ optata veniunt.
¹ Oblativa, non semper auspicium facere : siquidem in po-
testate videntis sunt, an illa ad se pertinere velint. ² In au-
gurum enim disciplina hoc traditur primum , nulla auspi-
cia, sive boni , sive mali prænuncia , ad eum qui illa obser-
vare negavit, pertinere : nam temere jacta , & sine ratione
vaga, divinationem non recipiunt. Ex impetrativis autem
auspicia vera sumi sæpe notatum est. ⁴ Quotiesque augu-
res ex arce augurium petunt, ¹ lituum tenent sine nodo
adun-

In hoc autem augurio liberatum Cyg-
num in aquam cecidisse dicit, quam
instabilem esse manifestum est. Et
iterum paulo post, ibi,

*Hoc erat, hoc votis (inquit) quod sæpe
petiveri,*

Accipio, agnosoque deos.

Quasi imperati^rum (inquit idem Serv.)
hoc augurium vult videri, Accipio, ag-
nosoque de modo quasi oblativo loquitur.
Nam in oblativo anguriis in potestate vi-
dantis est, utrum id ad se pertinere velit,
an resuet & abominetur. Ergo nunc au-
gurium dicit se libenter amplecti , & cog-
noscere circa si voluntatem denum. Ex
quo intelligis hic legendum, Imperati-
va, non Impetrativa.

¹ Oblativa non semper.] Servius d. lib. 12. posteriori loco.

² In augurum enim disciplina.] Sene-
ca lib. 2. Naturalium questionum. &
Plinius lib. 28. c. 2.

³ Ex impetrativis.] Quod satis in-
nuit Servius ubi supra.

⁴ Quotiesque augures ex arce.] Quod
fieri solebat ex Livio 1. Decad lib. 10.
in Oratione P. Decii Muris in prin-
cip. Qui Jovis Opt. Max. ornatus decora-
tus, curru aureo per urbem rectus in
Capitolium ascenderit, si conspiciatur cum
capite ac Lituo , capite velato victimam
cedat, auguriumve ex arce capiat.

⁵ Lituum tenent sine nodo adunum.]
Cicero lib. 1. de divinat. Quid lituus
iste vester quod clarissimum est insigne
auguratus : unde nobis est traditus? Nem-

pe eo Romulus regiones direxit tum , cum
urbem condidit, qui quidem Romuli li-
tuus : id est incurvum & leviter à sum-
mo inflexum bacillum : quod ab ejus litui,
in quo canitur similitudine nomen inze-
nit, cum situs esset in curia Saliorum, que
est in palatio , eaque deflagrasset , inven-
ventus est inter ser. Livius 1. Decad. l. 1.
Accitus, inquit, si ut Romulus augura^e o
in urbe condidit regnum adeptus est , de
se quoque consuli jussit. Inde ab Augure,
cui deinde bonis gratia , publicum id,
perpetuumque sacerdotium fuit, deductus
in arcem , in lapide ad meridiem versus
confedit. Augur ad levam ejus capite
velato sedem cepit, dextra manu bacu-
lum, sine nodo adunum tenens, quem li-
tuum appellant. Inde ubi prospectu in
urbem agrumque capto deos precatus , re-
giones ab oriente ad occasum determina-
vit : dextræ ad meridiem partes, levas-
que ad Septentrionem esse dixit : signum
contra quod longissime conspectum oculi
se ebant , animo finivit : tum lituo in le-
vam manum translatu , dextra in capite
Numa imposta, piceatus est ita, Jupiter
pater, si est fas hunc Numam Pomplilium,
eiusgo caput teneo , Regem Roma esse,
ut tua signa nobis certa ac clara sint inter
eos fines , quos feci. Tum pergit verbis
auspicia , que mitti vellet. Quibus mis-
sis, declaratus Rex Numa de templo de-
scendit. Plutarchus in Romulo sic li-
tuum definit, Est autem , inquit, lituus,
inflexus baculus , quo ad inaugrandam
sedentes ecclispacia designant.

Cæremonie dum ex arce au- gurium pte- batur. Tem- pla. aduncum, ¹ quo cœli regiones & certa spatia, quibus vi- denda ad se pertinere volebant, ² quæ tempora dicta sunt. ³ sedebat enim augur velato capite, & lituo cœli regiones notabat. Ex cœlo fit augurium, ut si lœvum intonuisse: ⁴ quod prosperi eventus putarunt esse: ⁵ idem si fulgur à fini-

Ex ec- los. I Quo cœli regiones.] Servius in 9. Eclog. Virgil. ibi,

Ante sinistra cava, &c.
& lib. Aeneid. 6. cod. loco.

Ipsa sub ora viri.

Augures, inquit, designant lituo spacia & eis dant nomina: ut prima pars Antica, posterior, Postica, item dextra & sinistra. Designabant (ut annotavit, Serv. in d. loco lib. 6. Aeneid) item sibi certa spacia, quibus volebant vi- denda ad se pertinere. Id ex superiore Titi Livii exemplo dignoscere potes.

2 Quæ tempora dicta sunt.] Varro de ling. Lat. lib. 3. aut aliorum comput. 6. post princ.

3 Sedebat enim Augur.] Livius 1. Decad. libro 1. loco supra allegato.

4 Quod prosperi eventus.] Ennius apud Ciceronem lib. 2. de Divinatio- ne,

Cum tonuit lœvum bene tempestate se- rena.

Ipse Cicero in lib. cui Marius nomen erat, qui, ut alii multi ejusdem, periit: sed ex eo se ipse citat in lib. 1. de Di- vinat.

Partibus intonuit cœli pater ipse fini- stris.

Et Virgil. lib. 2. Aeneid.

— Subitoque fragore

Intonuit lœvum. —

Ubi Donatus, *Quod, ait, dixit lœvum, debet prosperum intelligi: cuius ratio hæc est, lœva in aliis contraria significant. In sacris autem signis idcirco prospera acci- piuntur quæ sunt lœva: quia sacrificantis, vel precantis latus lœvum dextrum est ejus, qui postulata largitur. Et Servius, lœvum prosperum est, quia cœlestis: fini- strum autem, quantum ad auguria, à finendo est, quod nos agere aliquid finat. Et idem Virg. lib. 9. ejusdem operis,*

Audit & cœli genitor de parte se- rena

Intonuit lœvum. —

Ubi Donatus idem scribit. Servius au- tem lœvum exponit prosperum: ut e- nem supra diximus, Quæ sinistra no- bis videntur in tenuibus cœlum, illis dextra sunt: non quod sinistra bona sint: sed, quod dextra cœli nobis sini- stra sunt. Idem Virgil. lib. 4. Georg. circa initium,

— Si quem

Nominalœva finant, audit que vocatus Apollo.

Ubi & ipse Servius exponit, lœva, id est, prospera. Et Plinius lib. 2. cap. 54. Lœva, ait, prospéra existimantur, quan- niam lœva parte mundi ortus est. Alter Plinius Junior in Panegyrico, Nam ex- teros Principes, aut largus error hostiarum, aut sinistri volatissimi avium consulen- tibus nunciavat. Plutarchus probl. c. 78. ubi ejus rei alias quoque rationes red- dit. Festus Pompejus lib. 17. rum ubi de sinistris avibus loquitur. quo loco primum dicit auctoritate Varronis li- bro 5. Epistolicarum quæstionum, id quod jam diximus ex Servio sinistrum dici; quod finit. Deinde auctoritate Asinii, Capitonis & Cincii sinistra au- spicia meliora esse, quam dextra, tum ubi de sinistro loquitur, ubi & aucto- ritate Atteji Capitonis scribit, fini- strum in auspicando significare lœtum & prosperum auspicium. Quibus adde illud Homer lib. 12. Iliados,

Aἰεὶς ὑψητός, ἵπ' ἀετοῖς ταῖς
έργων.

Id est,

Aquila alte volans, ad sinistram popu- lum retinens.

Quanquam postea ita loquatur, ut sen- tiat nihil interesse inter finistrum & dextrum

sinistra in dextram emicuisse, Hetrusca disciplina: ¹ quia quæ nobis lœva sunt, à dīis dextra ex parte demitti putant. ² Ideo fulmen in rebus omnibus lœtum auspicium facit, bonique eventus est, si sinistra ex parte venit. In auspiciis enim quæ sinistra sunt, bene eventura putantur. ³ Tametsi

Græci

dextrum in his rebus, ejus carmen id est,

— Τῷ ἐπι μελετηπομέθῃ αἰγε-
νίζω,
Εἰτ' ἐπὶ δίξι λωσ τρέψης νῦν τὴν εὐτύχειαν.
Εἴτ' ἐπ' αἴστερ τοιά ποτὲ ζότον ἐπε-
ρέσθαι.

Illudque Statii lib. 3. Thebaidos,
Signa feras, lœvusque tones, tunc omnis
in astris

Consonet arcana volucris bona murmura
lingua.

*Si probibes, hic nocte moras, dextrisque
profundum
Altibus pretexi diem.*

Ubi Lucretius interpres. *Lævus*, in-
quit, *id est*, *bono omni confimes auspi-
cia*: quia optimum augurantibus signum
est, *id est*, *si de sinistra celi tonuerit*. &
paucis interjectis: *Dextra enim parte
in contrario, lœva in bono*. Et paulo post,
*De cælo venientibus à dextra parte avi-
bus anguria mala sunt.*

5 Idem si fulgur à sinistra in dex-
tram imicuisse. Dionysius Halicarnas-
sus lib. 2. non adeo longe à princ.
Peractis precibus fulgur à sinistris ad
dextra emicuit. Habent autem Romani
talia pro addictoriis, sive ex disciplina
Hetrusca, sive ita educti à majoribus, hac
ratione (ut equidem arbitror) quod sedes
sit optima in captiuis auspiciis, quæ O-
rientem spectet, unde sol & luna surgunt,
stellæque tam fixæ quam erraticæ, &
unde mundi motus sumit exordium: cuius
circulari vertigine cuncta, quæ in eo sunt,
modo super terram existunt, modo sub ter-
ra latitant. Porro qui Orientem spectant,
Septentriones à sinistris habent, à dextris
meridiem. Honoratus est autem prius
quam posterius: sublimis enim ab A-
quilonari tractu polus attollitur, circa
quem mundus rotat, & è quinque

sphæra circulis, qui vocatur arcticus, hac
parte semper est conspicuus. At ab austra-
li tractu, is qui vocatur Antarcticus,
semper in ea parte delicit. Verisimile est
autem inter signa, quæ de cælo servantur,
ea præcellere, quæ sunt in parte optimæ.
Et quoniam ad Orientem vergentia potio-
rem partem obtinent, quam occide Italia,
tum in his ipsis celisora sunt australibus
aquilonaria, merito habentur optimæ.

1 Quia quæ nobis lœva sunt.] Serv.
in lib. 2. Æneid. post princ. ibi,

— Si mens non lœva fuisset.
Contraria: Nam de humanis rebus id sig-
nificat: de divinis vero proficerum.

2 Ideo fulmen.] Vide supra in ver-
bo, Idem si fulgur à sinistra.

3 Tametsi Græci.] Cicerō lib. 2. de
Divinatione. auctoreni laudans ejus rei
Homerum: cujus (ni fallor) locus est
lib. 2. Iliados,

Ἄσπαλτον ἐπίδεξι, ἔρασμα σῆμα
φάινεται.

Ant ex libro Odyssea 15.

Ως ἀρειοῖς εἰπόντι ἐπίπλατο δέξιοι
ὄρης,

Αἰετὸς αρχεὺ χῆνα φέρων ὄρυχες
πέλασεν.

Ημέρον ἐξ αὐλῆς, οἱ δὲ ιὔζοντες ἐ-
ποντο

Αὐρέπες ἡδὲ γυραῖκες ὃ δὲ σπίστην ἐγένετο
ἐλθόν.

Δεξιῶς ἦτορε περέσθιτον, οἱ δὲ ιδέ-
τες

Γίθητεν, καὶ πᾶν ἐνὶ φρεσὶ θυμές
ιάζει.

Sed & Persæ fulgura ac tonitrua dextra
pro felici augurio dicunt, ut videre li-
cer ex Xenophonte lib. 1. Pædia Cyri.
ubi sic inquit, *Cyrus domum reversus,
precatusque vestram patriam, ac Jovem
patrum aliosque deos, pergebat ad exerci-
tum, eumque pater una deincebat. Sed
postea*

Græci. Græci dextra ex parte veniens augurium, auspicatius putent. ¹ Ex his tamen dira habentur fulmina, quæ per se pentrionem in occasum vergunt: quæ vero ex ortu ducent originem, & in eandem partem cœli circumactu redeunt, summam portendunt felicitatem, quale ostentum Syllæ dictatori oblatum memorant. ² aut quum fulmen ē cœlo decidit, rui susque in sublimi crebris ignibus inicat, quod fortunatum fuisse nemo dubitavit. Ipsum tamen fulmen *Fulmen comitia impe- diebat.* quacunque ex parte venit, ³ comitia impedit. ⁴ Jove enim tonante nihil cum populo agi posse liquet. ⁵ Si tamen tonet in comitiis, vitium oblatum creandis magistratibus, atque ideo obnunciari oportere. ⁶ Si autem grandinet simul & fulminet, calamitatem præsignari volunt. ⁷ Propterea cum

posteaquam adis egressi sunt, dicuntur fulgura ei atque tonitrua dextera esse facta. Quæ ubi apparuissent, nullo præterea utentes alio augurio iter faciebant, quod signa Dei Opt. Max. nihil aliud portenderent. Et iterum lib. 7. post princ. ubi Cyrus, inquit, equum ascendit, stetitque respiciens qua erat perreclurus, fulmen dexterum insonuit. Hic autem dixit, Te sequemur, ô Jupiter Optim. Max. Vide Senec. l. 2. Quæst. Natural.

¹ Ex his tamen dira.] Hæc usque ad veris. Aut cum fulmen. sunt Plinii libro 2. c. 54.

² Aut cum fulmen.] Et id quoque elicetur ex Plinio ubi supra, sed non adeo clare.

³ Comitia impedit.] Cicero lib. 2. de Divinat. Livius 3. Decad. lib. 3. & 4. Decad. lib. 10. tum alibi, tum ad fin. Cornelius Tacitus lib. 17. Plutarchus in Catone Uticensi. ubi tradit Pompejum dissolvisse Comitia, quibus Cato Uticensis Prætor creabatur, quod se tonitrua andivisse dixisset.

⁴ Jove enim tonante.] Cicero in Vatinium scribit, jam inde à Romulo decretum fuisse ab auguribus Iove fulgente eum populo agi nefas esse. Idem Cicero Antoniana 5. Iove enim, inquit, tonante cum populo agi non esse fas quis

ignorat? Et paulo post, *Quam legem igitur se Augur dicit tulisse, non modo tonante Iove, sed prope clamore cœlesti prohibente.* Liv. 3. Dec. 1 3. scribit Marcelum consulem creatum, magistratu amorum fuisse, quod tonuisset, cum iniaret consulatum. Et lib. 2. de Divinat. *Itaque in nostris Commentariis scriptum habemus, Iove tonante, fulgurante comitia populi habere nefas.* Alconius in Orat. Cic. in Pisonem.

⁵ Si tamen tonet in Comitiis.] Ex his quos supra ciravimus in verbo, Iove cum tonante.

⁶ Si vero grandinet.] Tempestate Comitia dirempta fuisse aperte ostendit Livius 4. Dec. lib. 10. in fine. Secundum triumphum Comitia edixit quibus creati Coss. sunt M. Iunius Brutus, A. Manlius Vulso. Prætorum inde tribus creatis, Comitia tempestas direxit. Plinius lib. 18. c. 28. in fin. refert tempestatum nomine grandines & procellas cæteraque similia intelligi.

⁷ Propterea cum omnes dii.] De hujusmodi manubiis deorum, Servius enarrans illud libri 1. Æneid.

*Ipsa Iovis rapidum jacklata è nubibus
igrem,
Disjectique rates, exeritque equora
ventis.*

cum omnes dii manubias albas nigrasque habeant, folius Manubia Jovis rubras esse volunt.¹ Et quamvis Etrusci vates novem diis fulminum jactus potestatesque tribuant, quorum undecim fuerent genera:² Romani tamen diurna Jovi, nocturna Summano (quem Plutonem dicunt) tradiderunt. Fuitque memoriae proditum, ea fulmina quae solus Jupiter excutit, læta esse: quæ vero concilio deorum advocato, aversa reputari.³ Ideo fulgetras adorare, & popysimatibus obstreperc, consensum esse gentium Plinius notavit.⁴ Est autem popysma, sibilus tenuis, ore emisus. Græci vero, ut vim tonitus & speciem fulminantis cœli averterent, Fulminis pateris

In libris Etruscorum, inquit, lectum est, jactus fulminum manubias dici & certa esse numina possidentia fulminum jactus, ut Iovem, Picum, Minervam. Unde etenim est, ne aliis haec nominibus demus. Et Festus Pompejus lib. 11. in princ. Manubia Iovis tres dicuntur esse: quarum una sunt minima, quæ monacant placideque sint. Altera, quæ majores sunt, ac venient cum fragore, discutantque ac dicebant, quæ à Iove sint, & consilio deorum miti existimantur. Tertie his ampliores, quæ cum igne veniant, & quanquam nullum sine igne fulgor sit: haec propriam differentiam habent, quod aut adurant, aut fuligine deformant, aut accendant, quæ statim mutent deorum consilio superiorum.

COLERUS.

* Vide præterea Acronem & Porphyrionem ad 1. Od. Horatii.

TIRIQUELLUS.

¹ Et quamvis Etrusci vates.] Seneca lib. 2. natural. quæst. & Plinius lib. 2. cap. 52. in princ. sic inquit, Tuscorum literæ novem deos emittere fulmina existimant, Iovem enim trina jaculari. Romani duo tantum ex his servavere, diurna attribuentes Iovi, nocturna Summano, rariorafane eadem de causa frigidioris cœli.

² Romani tamen.] Plinius ubi supra. Fest. Pompejus lib. 4. in fin. Diuum fulgor appellabant diurnum, quod putabant Iovis, ut nocturnum Summani. D.

August. lib. 4. c. 23. prope fin. Romanæ, ait, veteres nescio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Iovem, ad quem diurna fulmina pertinebant. Martianus Capella lib. 2. Nuptiarum, sic de Summano inquit, Denique omnis aëris à luna diffusio, sub Plutonis potestate consistit, qui etiam summanus dicitur: quasi summus manum. Idem alio loco, Manes, inquit, corpori humano præsules attributi sunt, qui parentum seminibus manaverunt quis sub Plutonis potestate sunt: qui ideo Summanus dicitur, quasi Summus manum.

³ Ideo fulgetras.] Plinius lib. 28. cap. 2. Fulgetras adorare popysmis consensu gentium est. Sed hic legendum Popysmatibus duplice p. vide in seq.

⁴ Est autem popysma.] Legendum popysma ποτπύζω, popysmis prosequor, sibilo, Aristophanes in Pluto,

— Εἰδέθη τὸν πότπυζεν.

Εἴτε τάπερ εἴ τις δέξανται τὸν πότπυζεν.

— Postea deus sibilavit.

Exiverunt igitur duo dracones ē templo. Et in Vespis οὐδὲν αὐτοῖς ἀλλοί, id est, & si fulgurabo, ποτπύζω, sibilabunt. ubi interpres tradunt moris fuisse, τοῦτο αἰσθαντος ποτπύζειν, id est, fulgetris applaudere. Hinc Popysma & Popysmus sibilus. Vide Suidam & Nicam Grammaticum & Maximum in Lexico, & Policyanum lib. Miscellaneorum cap. 32.

Fulmi- pateris vina effundebant. ¹ Thraces dum fulminat aut to-
na in nat, in cœlum sagittas intendunt, rati tonantem hostem
pollutis esse Dei, quem ipsi colerent. ² Paulo tamen Æmylio apud
lncis. Amphipolim sacrificante, fulmen è cœlo emissum, quum
Biden- sacra combussisset, regni mutationem portendit, quod inox
tal. consequutum est. ³ Fuitque opinio haruspicum, fulmina
Toni- magnopere fieri in pollutis lucis: ⁴ ideo reliquias fulminis
trus cum sacrificio sepelire, dispersosque ignes in unum cogere,
impa- & quadam tacita prece, terræ condere solebant, ⁵ quem
res, pa- locum bidental dixerunt. Nonnulli impares tonitus boni
res, ominis esse, & felicia portendere volunt: pares autem,
matu- diros eventus & calamitates: ⁶ alii matutinos, ventum:
tini, imbretem vero, ineridianos prædicere. ⁷ Serena tamen
meri-
diani,
sereno
tem-
pore
emissi.

¹ *Thraces.*] Herodotus lib. 4. sic scribit, *Thraces dum tonat fulguratque in cœlum sagittas excutiunt, Deo minitantes, quod nullum alium præter suum esse arbitrantur.*

² *Paulo autem Æmylii.*] Plutarchus in vita ipsius.

³ *Fuitque opinio Haruspicum.*] Seneca Natural. quæst. lib. 1.

⁴ *Ideo reliquias fulminis.*] Seneca Natural. quæst. lib. 2. Lucanus lib. 1.

[—] *Arvus dispersos fulminis ignes colligit.* [—] *terra mæstu cum murmure condit,* [—] *Datque locis nomen, sacris tunc admodum aris*

[—] *Electa cervice marem.* —

Iuvenal. sat. 7.

[—] *Atque aliquis senior, qui publica fulgora condit.*

⁵ *Quem locum bidental dixerit.*] Horatius in Arte poetica in fine,

[—] *In triste bidental*

[—] *Moritur incestus.*

Ubi Acron & Porphyron iterpretes dicunt, *Id quod Iovis fulmine percussum est, bidental dici, hocque expiari non posse.* Et Persius sat. 2.

[—] *An quia non fibris ovium, Egennaque jubente*

[—] *Triste jacet lucis, evitandumque bidental.*

Aliter Festus Pompejus lib. 2. dicit. quoddam templum esse ita dictum, quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur.

COLE R. U. S.

^{*} Festum sic potius scripsisse, adserit Scaliger: *Bidental dicebant, quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur.* Quis enim nescit Bidental omnem locum esse, qui de cœlo tactus est? Tantum abest, ut templum duntaxat dici debeat. Glossarium Bidental, τόπος ξεπανίπτηνξ.

TIR AQUELL U. S.

⁶ *Alii matutinos.*] Plinius lib. 18. cap. 35.

⁷ *Serena vero tempestate.*] Sueton. in Tito, cap. 10. ubi inter omnia mortis ipsius signa id ponit, quod tempestate serena tonuerit. Dion. lib. 37. Præterea quoque alia infesta signa evenierunt: multa enim fulmina per serenum delapsa sunt. Hoc alii pro lato felicique auspicio observaverunt, sicut indicat illud Ennianum apud Cicer. lib. 2. de Divinat. supra jam citatum.

[—] *Cum tonuit lacrum bene tempestate serenu.*

Et quod inter omnia imperii Antonini Pii, scribit Iulius Capitolinus in vita illius, Fulgor cœlo sereno sine noxa in ejus domum venisse. Id autem naturali

tempestate tonuisse, ¹ hominesque ² aut ædes sacras de cœlo tactas esse, tristis eventus fuisse, & auspicii malii, saepe notatum est. ³ Contra vero Homerus, Jovem sereno intonuisse post effusas preces, felix omen & ratum auspicium fecit. ⁴ M. Crasso castra quæ trans Euphratem in etatus fuerat, bis fulmine icta, triste prodigium & infandas cædes attulere. ⁵ Alii ex fulguribus quædam publi-

Fulgi-
ra pu-
blica,
privata.

naturali rationi tribuit Seneca lib. 1. Natural. quæst. cap. 1. ad finem, ubi ita insit, Alii inter nubes eliduntur, alii sereno, si aër ad exprimentum ignes aptus fuit. Nam sereno quoque cœlo aliquando tonat, ex eadem causa, qua nubilo aere inter se collido. Et lib. 2. cap. 8. Quare & sereno tonat? Quia tunc quoque per erassum & siccum aera spiritus proficit.

¹ Hominesque.] T. Livius 3. Decad. lib. 2. Julius Obsequens Prodigiorum c. 71. 83. & 87.

² Aut ædes sacras.] Plutarchus in Crasso: id sapissime inter prodigia positum fuisse, testantur Dion historicus & Livius locis infinitis, & in 3. Decad. lib. 1. 3. iterumque 8. & 4. Decad. lib. 3. rursumque 7. Julius Obsequens cap. 26. 55. 56. 60. & alibi. & Suetonius in Domitiano, cap. 15. Continuit, inquit, octo mensibus tot fulgura facta, nunciataque sunt, ut exclamaret, Feriat hunc quem colet. Tactum de cœlo Capitolium templumque Flaviae genesis. Item domus Palatine & cubiculum ipsius, atque etiam è basi statuae triumphalis titulus excussus vi procellæ in monimentum proximum decidit. Anastasius (auctore Volaterrano in Anthropologia) fulmine iactus periit, anno imperii 36.

³ Contra vero Homerus.] Scilicet libro Odyss. 20.

Ὄς ἔφα τ' θύραμψο, τῷ δὲ ἔκλυε μηλιέλα γένε
Αὐλίκε δὲ ἐγένετον ἀπ' αἰγλήνε-
τῷ οὐδέμποτε
Τρόποθεν ἐν νεφέων, γάπναι τὸ δέ
οὐδαεῖτο.

Id est,

Sic dixit preceps, hunc autem audivit consiliarius Jupiter.

Statim autem tonuit à splendido olym-

po
Ab alto ex nebulis, latatus est autem

divinus Ulysses.

Et lib. 21. non longe à fin. licet non ita clare,

— Ζεὺς δὲ μεγάλη ἔκλυτε σηματα φάνων,

Γίθησεν τοῦ ἀριστείλα πολύτλας δίὸς ὀνυαδῶν,

Οὐδὲ πέδη τέρας τηκε καρένε πάντας ἀγ-
κυλομέντεων.

Id est,

Jupiter autem valde sonuit signa ostendens.

Latatus est postea pertolerans divus U-

lysses,

Quid ei monstrum misit Saturni filius

versuti.

⁴ M. Crasso.] Plutar. in vita ipsius, ubi de prodigiis mortem Crassorum præcedentibus loquitur.

⁵ Alii ex fulguribus.] Seneca lib. 2. Natur. quæst. cap. 48. Privata enim, inquit, fulgura negant ultra decimum annum, Publica ultra tricesimum posse differri. Plinius lib. 2. c. 52. in fine, sic scribit, Ceterum existimant non ultra decem annos portendere privata, præterquam aut matrimonio primo facta, aut natali die, Publica non extra tricesimum annum, præterquam in deduclione oppidorum. Et de his duobus Juvenalis satyr. 6. loquitur,

Atque aliquis senior, qui publica funebra condit.

Plebejum in Circo positum est & in agere satum.

Fulgu-
rapo-
stula-
ria, pe-
stifera,
confi-
liaria,
moni-
toria,
auxi-
liaria,
hospi-
talia,
regalia,
perem-
ptalia.
Trium
fulmi-
nun
genera
apud
pluri-
mos.
Augu-
ris.

ca adnotarunt, alii privata: Publica, non ultra trigesimum portendere annum, nisi in ditione oppidi: privata, non ultra decimum augurium facere, nisi in sponsalibus & natali die auspicata: ex quibus quædam postularia, alia pestifera, pleraque consiliaria dicta sunt: aut monitoria vel auxiliaria, hospitalia vel regalia, ² nonnulla peremptalia, quæ supervenientium fulgurum significacionem perimunt. ¹ Ea enim tantam vim habent, ut quicquid alia portenderent, illoruū interventu tollatur. Quod vero interventu fulminis portentuum est, alterius significacione tolli nequit: ⁴ pestifera mortem, postularia sacrificiorum einendationem admonent. ⁵ Pars multo maxima, tria fulminum genera fecit: consiliarum, quod post cogitatum negotium supervenit: auctoritatis, quum post rem perfectam, bonum aut malum, quod futurum sit, prædicit: status, ubi nec opinantibus nobis fulmen intervenit. Quæ vero fortuita sunt & in casu posita, nulla ratio-

ne

¹ Ex quibus quædam.] De his septem primis Seneca d. lib. Natural. quæst. cap. 49. & præterea de Postularibus Festus Pompejus lib. 14. *Postularia fulgura*, inquit, *que votorum, aut sacrificiorum sacerdotum religionem designant. Pestifera, que mortem aut exilium ostendunt.* *

COLERUS.

* Recenset ibi Seneca; *Postularia, Monitoria, Pestifera, Fallacia, Dentaria, Parentalia, Adteflata, Attervanea, Obruta, Regalia, Inferna, Hospitalia, Auxiliaria.*

TIRAQUELLUS.

² Nonnulla peremptalia.] Idem Festus auctoritate Gracchi d. loco, ubi tamen corrupte legitur, *Parentalia*. Ea enim à perimendo dicta sunt: quia scilicet, ut ille dicit, portenta vi sua perimunt duobus modis prioribus tollendis, aut majore manubia, ut tertia

secundæ, secunda primæ cedat, quod & plane declarat alibi eodem lib. ubi de Postularibus loquitur.

³ Ea enim tantam vim habent.] Quod jam ex Festo diximus, & id præterea scribit Seneca d. lib. 2. Natural. quæst. c. 34. Cujus hæc verba, *Sumnam esse vim fulminum iudicant: quia quidquid alia portendunt, interventus fulmini tollit. Quidquid ab hoc portenditur, fixum est, nec alterius significacione minuitur. Quidquid exta, quidquid aves minabantur, secundo fulmine abolebitur. Quidquid fulmine denunciatum, nec extis, nec ave contraria resellitur. Sed hæc tamen confessim reprobat, ut ibi videre poteris.*

⁴ Pestifera mortem.] Festus Pompejus d. l. 14. addit aut exilium, ut etiam facit alibi eodem libro, ubi de Postularibus loquitur. & ante eum Seneca d. lib. Natur. quæst cap. 49. *Pestifera, que mortem exiliumque portendunt.*

⁵ Pars multo maxima.] Hæc usque ad ea verba, *Ex avibus*. sunt Senecæ ubi supra cap. 39. ex auctoritate Cennæ,

I Ex

ne subnixa, divinationem non recipiunt. ¹ Ex avibus vero, augures quasdam oscines, quasdam præpetes notarunt: oscines cantu, præpetes volatu augurium facere, & futura prædicere. ² Semper enim cantus oscinis quum sinister est, secundissimus fuit. ³ Ex præpetibus autem aquila, vulture & buteone, sanquali & immusylo, ⁴ lætantur, casque felicis eventus esse, cum ingentibus alis patulæ & porre-

¹ Ex avibus.] Servius in lib. 1. Aen. ibi,

*Aphice bis senos lactanteis agmine cycnos,
Ætheria quos lapsa plaga Foris ales aperto
Turbabat cœlo.*

In auguriis, inquit, nec soli m. aves considerantur: sed volatus in præpetibus & cantus in oscinibus: quia non unius, nec omnibus dant auguria. Et lib. 3. Aeneid. in eum locum.

Et volucrum linguis & præpetis emina ferme.

Aver, inquit Servius, oscinae sunt, aut præpetes. Oscinae ab os & cano dicti, ore futura predicunt: * præpetes vero à volatu: sed præpetes aut superiora tenent, & præpetes dicuntur: aut inferiora, & inferre appellantur. Præpetes autem, quia omnes aves superiora tenent volantes. Acron in Horatium Carminum lib. 3. Ode 27. ibi,

*Oscinem corvum prece suscitabo
Soli ab ortu.*

Oscines, inquit, aves dicuntur, que voce augurium faciunt: præpetes que volatu, &c citat illud Virgilianum. Et de præpetibus quoque loquitur F. Pompejus l. 14. in duobus locis, & Gellius l. 6. c. item 6. Cicero autem lib. 2. de Natura deorum aliter has distinguit. Atque hec non caperentur quidem nisi hominum ratione atque solertia: quanquam aves quasdam & alites & oscines, ut noster augures appellant, rerum augurandarum causa esse natas putamus. Idem Cicero de Divinat. lib. 1. Eademque efficit in avibus divina mens, ut tum hoc, tum illic volent alites, tum à dextra, tum à

sinistra parte canant oscines. Et apertius Epist. famil. lib. 6. epist. quoque 6. ad Cecinnam, Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, nec ex tripudiis solitum, aut somniis tibi auguror: sed habeo alia qua obseruem. Et apertissime Plinius lib. 10. cap. 19. Nunc de secundo ordine dicamus, qui in duas dividitur species, oscines & alites: illarum generi cantus ovis, his magnitudo differentiam dedit. Itaque præcedent & ordine. Ex quibus intelligis hos alites vocare, quos illi præpetes appellant.

COLERUS.

* Verius oscen quasi oœcum dicitur. Scribitur & oœcen. pro oœcum. Sicut obtendo, ostendo. unde sit, ostendo.

TIRAQUELLUS.

² Semper enim cantus oscinis.] Servius lib. 4. Aeneid. in eum locum, Solaque culminibus ferali carmine lupo. Si ce queri & longas in fletum duce, e voices.

Omnis, inquit, aves oscines, bone: præpetes male sunt, & contra.

³ Ex præpetibus autem aquila.] Fest. Pompejus lib. 1. non longe p. 2. inc. has omnes aves, inter alites ponit, quas hic præpetes appellat: nam supra diximus easdem esse alites & præpetes.

COLERUS.

⁴ Instantur.] Glossarium vocat immusulum. Aliter immusulum: necon: & inemusulum.

*Aves fune-
bres.* porrectæ volant. ¹ Quasdam dixere funebres, quæ omine
averso aliquid fieri vetant: ² nonnullas supervaganeas,
*Super-
aug-
ne-
c.* quæ ex summo acumine emitunt vocem: ³ alia caduca au-
spicia, cum in templo per augures metato aliquid excidit:
*Auspici-
ciæ ca-
duca.* ⁴ pleraque clivia, quæ difficulter eveniunt. ⁵ Aquila si dex-
Clivia. tra

TIR AQUELLUS.

I Quasdam dixere funebres.] Plinius lib. 10. c. 12. Inauspicatas aves vocat, cornicem, corvum & bubonem de bube sic loquitur insin. *Bubo funebris* & maxime *barinatus*, publicis præcipue auspicis, deserta incusat: nec tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa: no-
ctis monstrans, nec canto aliquo vocalis, sed genitu. Itaque in urbibus aut omnino lace visus, dirum ostentum est. Privato-
rum domibus insidentem plurimis scionon fuisse feralcm. *Velat* nunquam quo libuit, sed transversus aufertur. *Capitolii* cellam ipsam intravit Sex. Papellio Istro, L. Pe-
danio Coss. propter quod nonis Martiis urbs lustrata est eo anno. Incendiariam præterea avem inter inauspicatis enum-
erat cap. 13. ejusdem libri, *Inauspi-
cata est*, inquit, & incendiaria avis, propter quam se penumero lustratam ur-
bem invenimus, sicut L. Casio & C. Mat-
rio Coss. quo anno & bube viso lustrata est. Ovidius lib. 1. Amorum, eleg. 12. de inauspicatis avibus scribit,

*Ille dedit turpes raucis bubonibus um-
bras,*

Vulturis in ramis & strigis uva tulit.
Statius Thebaidos 3.

Diræ strident in nube volucres

*Nocturnæque gemunt striges, & seralia
bubo*

Dira canens. —

Idem Ovid. Metamorphos. 5. bubonem ignazum & diri ominis vocat,

*Fedaque fit volucris, venturi nuncia
luctus*

Ignarus bubo, dirum mortolibus omen.
Vocat & prophanius, id est execra-
dum, & pessimi omnis, L. 6. Metam.

Tectoque prophanus

*Incubuit bubo, thalamique in culmine
sedet.*

Funerem præterea lib. 9. vocat,

Ter omen

Funeris bubo, letali carmine fecit.

Alius Lampridius in Commodo, in-
terior prodigia ejusdem Commodi mor-
tem præcedentia, scribit, *Bubonem*
etiam supra cubiculum ejus d. prehensum
esse tam Roma quam Lanuvii. *

COLERUS.

* Servius in fragm. Sane bubo, si
enjus ædes insederit, & vocem miserit,
mortem significare dicitur. Si autem de
buso sudem ad teclum detulerit incen-
diuum cibis portendere. Hęc igitur avis
dicebatur incendiaria, & Spinturnix,
& ambustanea.

TIR AQUELLUS.

2 Nonnullas supervaganeas.] Fest.
Pomp. lib. 17. Supervaganea diebatur
ab auguribus avis, que ex summo cacu-
mine vocem emisisset: dicta ita, quia
super omnia vagatur, ac canit.

3 Alia caduca.] Idem Festus lib. 3.
non longe à fin. Caduca auspicia di-
cunt, cum aliquid in templo excidit, vel-
uti virga è manu.

4 Pleraque clivia.] Idem Festus eod.
lib. Clivia auspicia dicebant, quæ aliquid
fieri prohibebant: omnia difficilia clivia
vocabant, unde & clivia loca ardua.

5 Aquila si ex dextra parte venit.] Suetonius in Claudio, c. 7. Evenitque,
ut primitus ingredienti cum fascibus fo-
rum, prætersolans aquila dexteriore hu-
mero consideret. & in Vitellio, cap. 9.
Prætermisso agmine latum evenit aus-
picium: siquidem à parte dextra repente
aquila devolavit: lustratisque signis, in-
gressus viam sensim antecessit. & in Do-
mitiano, c. 6. in fin. De qua victoria
prius præfigitis, quam nuncis coperit.
Siquidem ipso, quo dimicatum est, die,
statuan ejus Romæ insignis aquila cir-
cumplexa

tra ex parte venit, felix omen facit, ¹ & magnarum rerum auspicia: ² quas quidem volatu augurium facere, præcipue si stridentibus alis evolare videant, cinen futuri maximi boni, ac læta & magna portendere dixerunt. ³ Vultures quoque Romulo in condenda urbe præsens auspicium fecere. Sed tamen vultures aquilarum fœtus implumes occidisse, nidosque evertisse, ipsosque à pastu pedibus & rostro abegisse, ⁴ Tarquinio Superbo exilium, & regni amissionem,

complexa pennis, clangores letissimos edit: pauloque post occisum Antonium ad eo vulgatum est, ut caput ejus quoque apportatum viduisse plerique contenderent. Apud Livium 1. Dec. lib. 1. & Dionysium lib. 3. legimus quemadmodum aquila Lucunoni, qui postea L. Tarquinii Prisci nomen adeptus est, Romanum commigranti, regni augurium fecit. Alithersa senex ille Odysseus 1. 2. ex Aquilarum volatu & genarum laceratione, redditum Ulyssis & proctrum interitum auguratur, & Priamus lib. Iliados 24. ab Hecuba admonitus, Jovem orat, ut aquilam mittat, cuius volatu in bonam spem erectus, auspicioque secundo confisus ad naves Graecorum sese conferat,

Πίπιφον δ' ιανὸν ταχὺν ἄγελον, ἐτέσι αὐτῷ
Φίλατλον οἰανῶν, καὶ ἔκεχτρον εἰσι μέγιστοι
Δέξιον, ὁ φερέμιν αὐτὸς ἐν ὁφθαλμοῖσι πονήσει,
Τῷ πίστωντος ἐπὶ νησὶ ἱω Συράνω ταχύπλευρον.

Id est,

Mitte autem alitem velocem nuncium,
qui tibi ipse
Dilectissimus inter alites, & cujus fortitudo est maxima,
Dextrum, ut eum ipse oculis percipiens,
Hoc fœtus in naves eam Danaorum equitum.

1 Et magnarum rerum auspicia.] *Seneca lib. 2. Naturalium quest. cap. 32.* Cur, inquit, aquila hic honor datus est, ut magnarum rerum faceret auspicia?

2 Quas quidem volatu augurium fa-

cere.] Cornelius Tacitus lib. 17. *Iactum augurium Fabio Valenti, exercitique, quem in bellum cogebat, ipso proficatione die, aquila levia meat prout agmen incederet, velut Dux via pr. evolazit, longumque per spatium, is gaudentium militum clamor, ea quies interrit. et alitis fuit, ut hand dubium magnæ & prosperæ rei emen acciperetur.* Dion in Augusto, sic scribit, *Cæsari aquila statim inito fœdere eum amboibus (Antonio scilicet & Lepido) supra tenorium stetit, moxque cervos duos ad volantes, qui ex aliis ejus plumes evellere conabantur, occidit: itaque ex utroque vulturien portendit.* Hæc Dion lib. 47. in princ.

3 *Vultures quoque Romulo.*] *Livius 1. Decad. lib. 1. Dionysius Halicarnassus lib. 1. Plutarchus in Romulo & omnes ubique.* Et quod vultures faciant bonum auspicium testis est Appianus lib. 3. bellorum Civilium. Statius lib. 3. Thebaid.

Non venit anguriis melior quam vultur. *Ubi Lucretius interpres scribit, vulturum solere bona omnia augurantibus ferre.*

4 *Tarquinio Superbo.*] *Et alia ex hac ave auspicia, vide apud Herodotum lib. 3. ubi Dario cum septem Persis disceptante, apudnerunt septem accipitrum paria, insestantium duo paria vulturum, eosque vellicantium & infestantium Plutarchum probl. cap. 93. & in vita Marii. Dion historicus auctor est lib. 46. post C. Cæsaris cædem Octavio in Campum Martium descendente vultutes sex augurium fecisse: mox vero apud milites concionanti*

sionem, quæ mox sequuta sunt, portenderunt.¹ Aquilam Tarquinio Prisco pileum detraxisse in sublimi, deinde capiti reposuisse, regnum ominataim ferunt: ² sicut Aristander aquilæ augurio victorem Alexandrum prædivinavit. Rursus correptum jaculum è manu satellitum abstulisse, & in profundum dejecisse, ³ velut prodigiosum ostentum Dionysio exilium, & regnum sibi abrogari, funestasque calamitates præmonstravit. ⁴ Fuitque diu quæstionis, an sanqualis & iuniusylus inter aquilas censendi forent: quorum volatus licet ævo priore incognitus secundissimos habere eventus censebatur. ⁵ Cumque ex avibus omina multi observarint, præcipui fuere Cares, ⁶ quibus rex Caras

*Quæ
gentes
augu-
ria po-
tissi-
mum
obser-
varint.*

ex

duodecim. Id ad Romulum, auguriumque eidem oblatum referens, regno quoque ejus constanter se potiturum sperabat. Idem in Vitellio.

1 Aquilam Tarquinio Prisco.] Livius 1. Decad. lib. 1. dc Lucumone, cui Tarquinio Prisco edidcre nomen, loquens, *Ei carpento sedenti cum uxore, aquila suspensis demissa leniter alis, pileum afferit: superque carpentum cum magno clangore volitans, rufus velut ministerio divinitus missa, capiti apte reponit: inde sublimis aliit.* Accepisse id augurium dicitur Tanaquil, perita, ut vulgo Hetrusci, celestium prodigiorum mulier exceſsa & alta sperare virum jubet: eam alitem, ea regione cœli, & ejus Dei nunciam venisse: circa sumnum culmen horuin auspicium fecisse: levasse humano superpositum capiti decurrit, ut divinitus eidem redederet. eadem fere scribit Dionys. l. 3.

2 Sicut Aristander.] Plutarchus in Alexandro. Q. Curtius l. 4. non aquilam, sed corvum glebam unguibus ferrentem fuisse scribit.

3 Velut prodigiosum ostentum Dionysio exilium.] Plutar. in Dione. Sed & alia ex aquila auspicia vide apud Homerum lib. 15. iterumque 20. Odisseum, Xenophontem Padiæ Cyri lib. 2. iterumque postea l. 6. expeditionis Cyri non uno in loco, Ciceronem lib. 2. de Divinat. ubi de Dejotaro, Diodorum

Siculum l. 16. c. 6. Virgil. l. 12. Æneid. Valerium maximum lib. 1. cap. 4. ubi de M. Bruto & Rege Dejotaro, Plinius lib. 15. cap. 13. & lib. 25. cap. 5. Suetonium in Galba, cap. 1. & 4. & in Vespasiano, cap. 5. Plutarchum in vitis Timoleonis, Bruti & Marii, & in lib. de claris mulier. cap. 15. & in Parallelis, cap. 11. Appianum bellorum Civilium, lib. 4. Justinum lib. 12. ad fin. & lib. 20. ubi de pugna Crotoniensium, & Locrentium, & iterum lib. 23. ad fin. Ælianum de nat. Animalium lib. 13. c. 1.

4 Fuitque diu quæstionis.] Plinius libro 10. c. 7. & vide Livium 1. Decad. lib. 1. Et Festum Pompejum lib. 9. ubi de Immuculo alite loquitur, & Julianum Obsequentem Prodigiorum cap. 63. ubi de Sanquali.

5 Cumque ex avibus omina multi.] Et inter ceteros, præter eos quos hic noster auctor numerat, Vascones, Hispani & Pannonii ex Ælio Lampridio in Alexandro Severo. Quod & de Pannoniis asseverat Spartanus in Septimio Severo.

6 Quibus Rex Caras.] Plinius l. 7. cap. 56. Auguria ex avibus Car, à quo Caria appellata, repetit, ubi dicit Tirostam Thebanum auspicia avium repe- risse. Vide Polydor. Virgil. Urbinatem lib. 1. c. 24. de Inventoribus rerum.

1 Postea.]

ex avibus auspiciis dedit primus.¹ Postea Arabes, Phry-
ges, Cilices, Pisidæ, Pamphilii, &² Galli, avium can-
tus & volatus religiose observarunt: ex quibus vera auspi-
cia ominati sunt: quibus observatis, haud secus quam ex
oraculis eventa rerum & negotiorum præsumpsere.³ Sæ-
pe tamen vulturem in ædem Iovis, aut deorum volasse,
prodigii loco receptum est: ideo velut portentum malique
auspicii, procuratum fuit.⁴ Si tamen vultures, corvi, &
aquilæ in unum coirent, cœdem haud dubiam:⁵ & si gru-
es volantes à recto flecterent cursu, & retrocederent, in-
fandam nautis tempestatem, & mare procellosum, mox
turbines & fluctus prænunciarunt. Ciconiam non ut grues
prodi-

¹ Postea.] De his sex prioribus nun-
cupatum tradit Cicero lib. 1. de Divin-
at. non semel, & iterum 2. Et præ-
terea de Arabibus Philostratus in vita
Apollonii lib. 1. cap. 14. Arabes, in-
quir, ab avibus, non seens, atque ab orac-
ulis, eorum que ventura sunt, auguria
captant: id autem assequuntur (ut ajunt)
draconum corde, aut epate in cibis assump-
pto. De Phrygibus Juvenalis satyr. 6.

Divitibus responsa dabit Phryx angur,
& Indus

Conductus dabit astrorum.

Nam Phryges, Cilices & Arabes (ut
scribit Cicer. lib. 1. de Divin.) avium
significationibus plurimum obtemperaver-
runt: quod idem facilitatum in Umbria
se accepisse inquit. Et de Cilicibus Ta-
citus lib. 18. non multo post princ. ubi
tradit scientiam artemque aruspicum
Myram, aut, ut alii legunt, Thanyram
Cicilia accitam in templum Paphia
Veneris intulisse.

² Galli.] Nuper diximus de Vasco-
nibus, qui & ipsi Galli sunt.

³ Sæpe etiam vulturem in æde Iovis.]
Livius 3. Decad. lib. 7. Adde & fre-
quenti foro in tabernam devolasse.

⁴ Si tamen.] Dion historicus Ro-
ma. lib. 47. post princip. ubi prodigia
Lepido factæ describit, sic inquit, Vul-
tures complures in templo Genii P. R. ac
Concordie inscederant, quibus adhuc in

eodem loco commorantibus, cœdes illæ,
quaes olim Sylla proscriptione usus fue-
rat, editæ sunt, ac tota urbs cadaveribus
impleta. Eodem lib. ubi de prodigiis,
qua pugnam Philippeum præcesser-
rant, sic scribit, Et (quid maxime fer-
niciem eis significavit, ita, ut hostes quo-
que id animadverterent) multi vultures
alioque aves, que cadaveribus pascun-
tur, super solos ipsos, exercitum scilicet
Cassii & Ernti, volavere: in eos intuiri
sunt, terribilemque clangorem & strido-
rem ediderunt.

⁵ Et si grues volantes.] Virg. Georg.
lib. 1.

— Nunquam imprudentibus imber
Olsuit: aut illum surgentem vallibus
imis

Acriæ fugere gnes.

Et lib. 10. Aeneidos,

— Quales sub nubibus atris
Strimini, e dant signa gnes, atque athe-
ra trahant

Cum sonitu, fugiuntque notos clamore
secundo.

Nam grues, inquit, significant tempestati-
tem futuram, citatque priorem illum
locum Virgil. Georg. 1. Horum enim
(notorum scilicet) calorem fugiunt, cum
revertuntur in Thraciam. Plinius autem
lib. 18. cap. 35. coque ult. Grues, inquit,
silentio per sublimis volantes serenitatem
significant.

prodigium facere dicunt, sed in auguriis non dubiam ferre
Ex ac- concordiae significationem.¹ Proxima est accipitrum na-
cipiæ tura: præcipuum vero genus,² quod circum appellant,
 altero pede claudum, quod fortunatum nuptiis & pecua-
Ex mil- riæ rei opinati sunt.³ Contra milvus diri malique ominis,
 semperque infortunia præmonstrare creditus.⁴ Triorchen
Ex fal- vero, cui principatum dedere augures,⁵ & falconem felici-
ceæ. cis eventus, futurique maximi boni spei habere augurio
 expertissimo compertum est. Est autem triorches quem
Ex bu- buteonem antiquitas dixit, qui que tres testes habeat, trior-
teone. ches dictus. Falconis vero augurium tam auspicatissimum
 Thulcis fuit, ut viso augurio, Capuam in solo felicissimo
 condiderint.⁶ Dario accipitrum visio duo vulturum paria
Ex pico vellicantium, omen fuit, quod è conjuratis sumpto suppli-
Cæ lu- cio, haud multo post Persarum regno potiretur.⁷ Picus
scinia. vero

¹ Proxima est accipitrum natura.] Quorum augurium esse bonum affir-
 mat Stat. lib. 3. Thebaidos, subiungens
 iis qua supra diximus de vulture,

— Et aitis

Desuper accipites exultare et repinis.

² Quid circum appellant.] Plinius l. 10. cap. 8. Homerius autem l. 15. Odyssæ
 Circum pro felici augurio memorat.
 Τοις δέ γένεσιν επένθατο δέξιος ἄρνης,
 Κίρκης δέ τέλοντος ταχὺς ἀγέλης.
 Et paulo post:

Τηνήρυξ καὶ τε ἄρνης επένθατο δέξιος
 ἄρνης.

Ubi tamen Andreas Divus vertit *nip-*
x, *accipiter*. * Aliud autem ex acci-
 pitribus auspicio videbis apud Herodo-
 tum lib. 2.

C O L E R U S.

* Avis circanea dicta alias: & Mil-
 vus. Sic autem dicitur ideo, quia cir-
 cando agros obterret.

T I R A Q U E L L U S.

³ Contra Milvus.] Plinius lib. 10.
 cap. 10. & cap. 18. & vide Jul. Obse-
 quentem Prodigiorum c. 71.

⁴ Triorchen vero.] Idem Plinius l. 10.
 cap. 7. Triorchen à numero testium, cui
 principatum in auguriis Phœnix de-

dit: Buteonem hunc appellant Romani: familia etiam ex eo cognomina-
 ta, cum prospero auspicio in ducis navis
 sidisset. Αεfalona Graeci vocant, qui solus
 omni tempore appetat, ceteri hyeme ab-
 eunt. Distinctio generum ex aviditate.
 Alii non nisi ex terra rapiunt avem, alii
 non nisi circa arbores solitantem, alii se-
 dentem in sublimi, aliqui volantem in
 aperto. Itaque & columba novare ex iis
 pericula, siisque confidunt, vel subvolant,
 contra naturam eum auxiliantes fibi.

⁵ Et falconem.] Servius in Virgil.
 lib. 10. Aeneid. eo loco.

Et Capys, hinc nomen Campanæ duci-
 tur urbi.

Scribit ab augurio falconis Capuam
 esse appellatam, quod Hetrusci ejus
 urbis conditores Capyn inaugurantes
 viderunt. quo nomine falconem ap-
 pellarunt. Tamen quis alius ejus usus
 fuerit in auguriis non declarat.

⁶ Dario.] Herodotus lib. 3. ubi de
 Smerde mago, à septem Persis occiso,
 loquitur. & diximus supra hoc eod cap.

⁷ Picus vero Martius.] Plinius l. 10.
 cap. 18. Pici, inquit, principales in La-
 tio sunt in auguriis, à Rege qui nomen
 huic avi dedit.

vero Martius & luscinia efficaci auspicio habentur, prospereaque semper & felicia decreverunt. ^{Ex Aro. decla.} ¹ Inter quæ ardeolas, quas leucos vocant, qui ad Austrum volant vel septentrionem, magna semper portendere voluerunt: solvi enim pericula, & metus exinaniri eorum aspectu, multorum opinio fuit. ² Luscinia quæ in ore Stesichori insantis cecinit, talem illum futurum designavit, quantus postea fuit. Contra hirundines infausti ominis esse, & anticipiter afferre fortunam, multi prodiderunt. ³ Nam Cyro regi, dum contra Scythas bellum parat, hirundinum visio infaustum fecit ^{Ex his- rundi- nibus.} expeditionem. ⁴ Eadem quoque Pyrrhi tabernaculo, ⁶ & navi Antonii insidentes, suscepit bellum infelicitatem, & funestas clades portenderunt. ⁷ Picus quoque Martius in capite ^{Ex pi- co Mar- tio.}

¹ Inter quæ ardeolas.] Plinius l. 11. cap. 7. Et inter aves, inquit, ardeolarum genere, quos Leucos vocant, altero oculo care, e tradunt. Optimi autem augurii, cum ad austrum volant Septentrionemve. Solvi enim pericula & metus narrant.

² Luscinia quæ in ore Stesichori.] Plinius lib. 10. cap. 29.

³ Contra hirundines.] Horatius l. 4. Carm Ode 12.

Nidum ponit, It, yn flebiliter gemens,
In felix avis & Cecropi demus
Æternum opprobrium, quod male bar-
baras

Regum est ulta libidines.

Pausanias lib. 1. qui de Atticis, hirundinem infelicem vocat, ob miserabiles & luctuosos cantus. quod patet exemplo seq.

⁴ Nam Cyro Regi.] Xenophon expeditionis Cyri lib. 1.

⁵ Eadem quoque Pyrrhi tabernaculo.] Plutar. in Pyrro.

⁶ Et navi Antonii.] Plutar. in vita illius. Dion lib. 50. scribit hirundines circa Antonii tentorium, ac in pratoria navi ipsius nidificasse. Et adde quod ab Julio Obsequente prodigiorum cap. 87. sic est traditum, Antiocho Regi Syriae ingenti exercitu dimicanti, hirundines in tabernaculo nidum fecerunt: quo

prodigio negleto, prælium commisit & a Parthis occisus est. Et quod etiam ab Arriano Rerum gestarum Alexandri l. 1. non adeo longe à fin. sic scriptum est, Dum Alexander Halicarnassum ob- sideret, quiescente eo sub meridiem, hi- rundo quedam cum garris maximo su- per dominantis caput volitare, & medo in hanc, modo in illam lecli partem sece- inseire, ac turbulentiores quam sit earum avium natura garris, edore, conspecta fuerat. Alexandrum tunc, ut pote labore fatigatum, somnus oppresserat: sed acutissimo avicula garris ut andas excitatus, eam continuo manu repulit. Tantum vero adiuit, ut vel repulsa aufugerit, ut rursus ipsius capiti insidens non prius descesserit, quam prorsus expuges factus sit. Eam rem Alexander minime negligendam arbitratus, cum Aristandrum Telmissum peritisimum vatenu consuluisse, parari sibi a domesticis insidiis respondit: Ca- terum fore, uti insidiis deprehenderentur. Hirundinem enim cum hominibus con- fuescere, ac ceterarum avium loquacissi- mam esse.

⁷ Picus quoque Martius.] Plinius li- bro 10. c. 18. de Pico Martio loquens sic scribit, In capite prætoris urbani L. Tuberonis, in foro jura pro tribus ali red- dentis, sed ita placide, ut manu prehen- dere-

Ex columba. pite prætoris jura reddentis deprensus & occisus , futurum excidium auguratus fuit : ¹ vexillis vero Sabinorum insidens , felix augurium fecit . ² Columba si comitata est , prosperos successus auguratur : cæteris autem nullius auspicii credita est : ³ sicut cygnus nautis , & his qui freto agi volunt , prosperos cursus denunciat : reliquis vero inauspicatus . Circum tamen de genere aquilarum columbam discerpentem unguibus , felix nuncium attulisse ⁴ Homerus voluit . ⁵ Præposteros aut vespertinos gallorum cantus , optimi

deretur . Respondere vates exitium imperio portendi si dimitteretur : at si exanimaretur , Prætori . Et ille protinus concerpsit : nec multo post implevit prodigium . Valerius Maximus I . 5 . c . 6 . de Pietate erga patriam : ubi de Ælio Prætore , qui non modo suam , sed universæ familiæ & generis incolumentatem patriæ saluti postposuit : qui maluit picum , qui sibi jus dicenti in vertice confederat , eo facto ut capto & occiso ejus domus gravissimam perniciem : respublica vero non parvam consecutura esset felicitatem , necare cum exitio suo , quam eum conservare cum reipub . detrimento . Frontinus Strategematon lib . 4 . cap . 5 . Cælius , inquit , Prætor urbanus , cum ei jus dicenti picus in capite infedisset , & aruspices respondissent , dimissa ave , hostium victoriam fore : necata , populum Rom . superiorem , ac Cælium cum familia peritum , avem occidit : qua occisa , nostro exercitu ziente , ipse cum 14 . Cælios ex eadem familia in prælio iste occisus . Hunc quidam non Cælium , sed Lælium fuisse , & Lælios , non Cælios perisse credunt . Hinc illud Horatii Car . lib . 3 . Ode 27 .

Teque nec lacrymæ retat ire picus ,
Nec vagæ cornix .

Ubi Acron à sinistra picum , mali ominis dicit , & vagam volatu cornicem .

I Vexillis vero Sabinorum .] Strabo lib . 5 .

2 Columba .] Apollonius Rhodius lib . 3 . Argonaut . Virgil . lib . 6 . Aeneid .

Vix ea fatus erat , gemina cum forte columba , &c .

Ubi Servius , Ad Reges columbarum pertinet augurium : quia columba nunquam sole sunt : sicut nec Reges nunquam sole incedunt . Quod ad Casar's felicitatem perriniusse , qui per Æneam à Venere oriundus est , videtur assérere Sueton . in Augusto , c . 94 . ubi de Palma arbore , quam Divus Julius conservari , in omen victoriae iussit .

3 Sicut cygnus nautis .] Virgil . lib . 1 . Aeneidos ,

Affice bis senos letantes agmine cycnos .

Et ibi Servius , qui cycnos dicit soluñ nautis augurium dare , ut appareat in Ornythogonia ,

Cycnos in auguriis nautis gratissimus ales ,

Hunc optant semper , qui nunquam mergitur undis .

4 Homerus voluit .] Scilicet lib . 15 . Odissæ , ut supra dictum est .

5 Præposteros aut vespertinos gallorum cantus .] Plinius lib . 10 . c . 21 . Habent , inquit , ostenta & præposteri eorum vespertinique cantus . Namque totis nubibus canendo , Bœotis nobilem illam aduersus Lacedæmonios præfigi sere victoriæ , ita conjecta interpretatione , quemam vicia ales illa non caneret . *

COLE R U S .

* De gallinæ cantu Terent . Phorm . & Apulejus Metamorph .

X Thesm .

mi eventus multi notavere. ¹ Themistocli pridie quam in Xerxem duceret, auditus gallorum cantus, victorix mox futuræ prænuncium fecit: idque ideo, quod vixit nequam canit: vixtor vero obstrebit & murmurat. ² Contra vero gallinarum: nam diri aliquid imminere, aut futurum incommodum, illarum cantus designavit. Inter reliquas vero inauspicatissima fertur ³ incendiaria & piacularis, propter quam urbs saepe lustrata fuit. ⁴ Quæ autem hæc fuerit, maximæ quæstionis est. ⁵ Corvus quoque inter aves inauspicatæ est garrulitatis: pessimam vero corvorum significationem, maxime quam glutinunt vocem velut strangulati, Plinius notavit: ⁶ si vero ab ortu clara voce occinuerint, præsentem felicitatem: contra vero ab occasu, exitium appor-

TIR AQUELLUS.

¹ Themistocli.] Cicero lib. 1. & 2. de Divin. id tribuit vixtorix Thebanorum, sic enim scribit, Cumque eodem tempore apud Lebadiam Thronores divina secreta: gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere cœpisse, ut nihil intermitterent. Tum augures dixisse Brotio Thebanorum esse viatoriam: propterea quod avis illa villa silere sollet, canere si viceisset. Plinius autem d. lib. 10. c. 21. tribuit eam vixtoriam Bætiis adversus Lacedæmonios, ut patet in præced.

² Contra verogallinarum.] Alia gallinarum auspicia, vide apud Plinium lib. 15. c. 30. & Suetonium in Galba, cap. 1. & gallinacci apud eundem in Vitellio, c. 9. Mox Viennæ pro tribunali jura reddenti gallinaceus supra humerum, & deinde in capite astitit.

³ Incendiaria.] Plinius lib. 10. c. 13. Aelius Lampridius in vita Commodi Antonini, non procul à fin. sic scribit, Et ante lucem fuerant etiam incendiaria aves, ac diræ. & Iulius Obsequens Prodigiorum c. 100. Avis incendiaria & bubo in urbe visæ. & 111. Avis, inquit, incendiaria visa occisaque.

⁴ Quæ autem hæc fuerit.] Plinius d. lib. 10. cap. 13. de ea loquens, Quæ sit avis ea, nec reperitur, nec traditur. Qui-

dam ita interpretantur, Incendiariam esse quæcumq[ue] apparuerit carbonem ferens ex aris vel altariis. Alii spinturnicem eam vocant, sed hæc ipsa que esset inter aves, quæ se sciri dicere non inveni. *

COLE R U S.

* Spinturnicem eadem esse, ut jam dixi, non est dubium, Græco enim nomine dicta est σπινθη ἡ αστριβηγα. quod carbonem ex rogo, aut ex altari in ædes inferret. Σπινθη est strigilum ignis. Glossar. vocat Ambustaneum, quod circa busta versetur. Quid autem aliud est, quam Bubo, ut supra ex Servii fragmanto constat.

TIR AQUELLUS.

⁵ Corvus.] Corrix dicere debuit ex eodem Plinio, qui hæc eadem verba de ea dicit lib. 10. c. 12.

⁶ Si vero ab ortu clara voce.] Horat. lib. 3. Car. Ode 27.

Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu.

Ubi Acron interpres, Abortu enim solis prospera corvi omnia sunt, aduersa ab occasu. Livius 1. Decad. lib. 10. Hæc dicentem, inquit, corvus voce clara occinuit, quo latius angurio Cos. affirmans nunquam humanis rebus magis præsentes interfuisse deos, signa canere & clamorem telli iusserit.

apportant.¹ Corvos tamen pullos devorasse, reliquiasque in nidum detulisse, dissidium inter Syllam & Marium, quo plurimo sanguine pugnatum est designavit.² Corvos quoque aurum corrosisse, velut dirum malique portenti, procuratum fuit. Eadem quoque aves involantes obstrepen-tesque,³ Alexandro Babyloniam ingressuro⁴ & Ciceroni imminens periculum extremasque aerumnas præmonstra-runt.⁵ A dextra tamen corvus,⁶ & à sinistra cornix vel

picus

¹ Corvos tamen pullos devorasse.] Plu-tarchus in vita Syllæ, ubi prodigia, quæ bellum sociale præcesserant, describit: *Tres corvi, inquit, pullos in viam produc-tos, devorarunt, eorumque reliquias in-tranidum retulerunt.*

² Corvos quoque aurum corrosisse.] Livius 3. Decad. lib. 10. post princip. *Aurum in Capitolio corvi non lacerasse tantum rostris crediti, sed etiam edisse.* & Plutarchus in Nicia describens por-tenta, qua expeditionem Athenien-sium in Siciliam præcesserant, sic scri-bit, *In Delphis autem Pallidis aureum simulachrum æneæ palme superpositum stabant, quod Athenienses, pro re bene ac feliciter adversus Medos gerita, constitue-rant. Hoc diebus plurimi corvi rostro un-gibusque petentes, quodammodo lacerare conabantur, ac palme fructus, qui ex auro fabricati erant, partim vorantes absu-psere, partim vi convulsos dejecterunt.*

³ Alexandro Babyloniam ingressuro.] Plutarchus in vita illius non longe ante fin. *Quod cum pauci faciens (Alexander scilicet) procederet, propinquus urbi complures alterantes seque mutuo ferien-tes corvos aspergit, ex quibus nonnulli pe-nes illum delapsi sunt.*

⁴ Et Ciceroni.] Plutar. in vita ipsius prodigia Ciceronis mortem præce-dentia describens, ita scribit, *Hic Apollinis erat saeculum mari imminens, ex quo cum Cicero ad remigraret littori, corvi elati pennis, magno clangore naviculam impetunt: deinde super utrisque cornibus antennarum insidentes, partim clamore strepere, partim capita suorum exagitare. Tum omnibus id insaustum ostentum vi-*

sum est: verum descendit è puppi Cicero, & in divisorio, veluti quietem captatu-rus, accubuit. Hinc corvi super postea se-dentes magis, ac magis tumultuoso clan-gore pestlepunt. Horum unus descendens in cubicu'm Ciceronis, pallium, quo cu-bans erat opertus, ostro ab eius fronte deduxit. Valerius Maximus lib. 1. c. 4. de Auspiciis, Cum in villa Cajetana esset, corvus in conspectu ejus horologii ferrum loco motum excusit, & protinus ad ipsum tetendit, ac laciniam togæ eosque morsu tenuit, donec servus ad occidendum eum milites venisse nunciaret. Appianus bel-lorum Civilium lib. 4. Tacite acceden-tibus his, qui Ciceronem inquirebant, cor-vi ad volantes obstrepe reperire coepi-erunt, eundem è somno excitantes, vestem quoque rostris eosq; attraxere è quiescentis cor-pore, quoad serzi id signum à Deo missum arbitrai, lectica impositum iterum ad mare per profundam sylvam occulto calle detulere.

⁵ A dextra autem corvus.] Probus in 9. eclogam Virgil. ibi,
— Sed carmina tantum
Nostra valent Lycida tela inter Martia,
quantum
Chaonias dicunt aquila veniente colum-bas.

Quoniam, inquit, in Chaonia regione E-gypti in queru' arbo're sedisse dicuntur, & humana voce dedisse responsa, & ita bo-num augm' ei at, si corvus dextra, cornix sinistra volaret, ut Cicero lib. 1. de Divin. non simel scribit, Quorum à dex-tris corvus, sinistracornix facit augurium. Plautus in loco, quem mox citabo. Alia autem ex corvis auspicia, præter ea qua-

- ¹ picus, spem non ambiguam & ratum auspicium fecere.
² Maxime vero abominatus est bubo, tristis & dira avis, *Ex bu-*
voce funesta & gemitu, qui formidolosa, dirasque necessi-
tates & magnas moles instare portendit: ipsum tamen
cantu & stridore querulo, dirum facere auspicium putant.
³ tacens, non semper malus fuit: quippe bubonis aspectus,
⁴ Agrippæ captivo Judæorum regnum portendisse fertur.

Noctua

ea quæ enumeravimus, vide apud Lium 1. Decad. lib. 7. ubi de T. Manlio, & 3. Dec. lib. 1. ad fin. Valcrium Maximum lib. 1. cap. 4. ubi de Tiberio Graccho, atque etiam de Metello, Plutarchus in eodem Tiber. & Parallelis, scribit, Metellum, hominem patrium, suburbanum suum perentem, vidisse cædentes se invicem alis corvos, auguriique religione deterritum. Romam rediisse, ubi cum Vesta templum incensum conspicatus esset, Palladiumque eripuisse, oculis captum fuisse, & postmodum visum recuperasse. Iul Obseq. Prodigiorum c. 3 r. 34-79. & alibi.

⁶ Et à sinistra cornix.] Nam Mancinellus exponens carmen illud Virgilii in Tityro.

Sæpe sinistra cara prædicta ab ilice cornix.

Advertendum, inquir, cornicem videre unicam, mali omnis esse: duas vero omnis boni. quod quidem & legi & expertus sum plures, adeo ipsa est inauspicatae garrulitatis, ut Plinius scribit lib. 10. cap. 12. id est, infelicitis, quasi auspiciis repugnantibus. Ante hos Plautus in Aenaria act. 2. sc. 1.

Picus & cornix est ab lava, corvos porro ab dextra:

Consuadent.

¹ Vel Picus.] Plautus ubi supra, & jam satis ample diximus in hoc capire.

² Maxime vero abominatus est bubo.] Ovid. Met. lib. 15. inauspicatam aveum bubonem vocat, his verbis.

Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo.

Seneca in Hercule furente,

Hic cultur, illie lucifer bubo gemit.

Lucanus lib. 5.

Et latè jurantur aves bubone sinistro.

Silius Italicus lib. 8. belli Punici ad finem recensens prodigia belli Cannensis,

*O'sedit que frequens castrorum limina
bubo.*

Et Claudianus in Eutropium lib. 2.

*Protinus excitis iher irreme:bile signis
Ariripit, insefloque jubet bubone mo-*
veri

Agnina. —

Vide Iulium Obsequentem prodig. c. 85. 86. 90. & 92. & quæ supra diximus de bubone, infelici ave. *

COLE R U S.

* Huc adde, quæ de Auguriis in castris Lipsius annotat. ad 2. Annal. Taciti.

T I R A Q U E L L U S.

³ Stridore querulo.] Verba sunt Apuleji lib. 2. Afini aurei, fit bubo Pamphile, sic edito stridore querulo, jam suæ pericitabunda, paulatim terrare scutat, mox in altum sublimata, forinsecus lotis alis evolat. Nam avium stridor, in avibus, auguri signum est, Virgil. lib. 1. Aeneid.

Ut i educet illi ludunt stridentibus aliis. Et ibi Servius.

⁴ Tacens non semper malus est.] Servius (ut jam dictum est) in 4. Aeneid. ibi,

— Ferali carmine bubo.

Nam non est mali omnis semper bubo, sed quum canit.

⁵ Agrippæ captivæ.] Josephus Antiquitatum Judaicarum lib. 18. cap. 8. ubi & aliud hujus bubonis, scribit auspicium.

Noctua

Ex no- ¹ Noctua quoque non semper infortunia facit: namque
bus. volans, insignem de hoste victoriā quandoque appor-
 vit. ² Apud Athenienses enim, noctuæ volatus victoriæ
 semper fecit auspiciū. ³ Si tamen sereno canit, tempesta-
 tem: tempestate vero si occinuerit, serenum nunciare fer-
 tur. ⁴ Eadem vero in hasta Regis Pyrrhi insidens contra
 Argos cuntis, fatum illi & discrimen extremum prædixit.
Ex api- ⁵ Apes quoque suo examine dira ostenta sæpe & triste au-
bus. spicium

¹ Noctua quoque.] Virgil. l. 12. A.N.
 Postquam acies videt Iliacas, atque
 agmina Turni.

Aliis in parva subito collecta figuram,
Quæ quondam in bustis, aut culmineibus
desertis

Nocte sedens, serum canit importuna
per umbras:

Hinc versa in faciem, Turni se pestis ad
ora

Fertque resertque sonans, clypeumque
everberat alis.

Ubi Servius noctuam dicit non bubo-
 nem: nam ait, *Aliis in parvæ: bubo au-*
tem major est. Et Statius qui eam inter
 felicia auguria posuit l. 3. Thebaid.

Elys. eque sonans avis unca Minervæ.
Non venit auguriis melior quam vultur.

² Apud Athenienses.] Plutarchus
 in Themistocle sic scribit, Produnt qui-
 dam auatores Themistocli de rebus ex su-
 periori navi tabulato differenti, noctuam
 visam ad dexteram navium partem vo-
 latu delatam malo insedisse: quo omne
 in ejus sententiam ierunt omnes, decertat-
 turique navalii prælio parabantur. Sed
 & quod noctuæ volatus Atheniensi-
 bus ipsis victoriæ symbolum esset, tra-
 dunt Suidas & Xenodus in enarra-
 tione illius proverbii γλαύξ ἐπλατεῖ,
 sive ἐπλάτος, id est noctuæ volat, sive vo-
 lavit. De quo Erasmus Chil. 1. cent. 1.
 cap. 76.

³ Si tamen sereno canit.] Plinius li-
 bro 18. cap. 35. eodemque ult. Noctua
 in imbre garrula, serenitatem: sereno,
 tempestatem indicat.

⁴ Eadem vero in hasta Regis Pyrrhi.]
 Alianus historiæ animalium lib. 15.

cap. 59. de hoc augurio sic scribit, Ac-
 cedenti ad seriam actionem homini, occur-
 rentem noctuam inauspicatam signifi-
 cationem dare ajunt. Cui quidem rei testi-
 monio fuit Pyrrhus Epirotarum Rex:
 cum in illius Argos proficiscens hasta,
 quam erectam ferebat, hec avis sedisset,
 ei malum auspiciū dedit: Nam Argos
 ingressus, valde ingloria, atque ignobili
 morte occubuit. Quare mihi Homerus,
 lib. Iliados 10. præclare intellexisse vi-
 detur, avem hanc mali auspicii esse,
 cum Diomedi ad Castra Trojanorum
 exploranda proficiscenti, Minervam
 facit auspicio mittente Erodium,
 non noctuam. Contra, Hieroni ado-
 lescenti prima bella ineunti, aquila in
 clypeo, noctua in hasta consedit. Quod
 ostentum & in consilio cantum &
 manu proimptum, Regemque futurum
 significabat, ut scribit Iustinus lib. 23.
 ad fin. De infelici noctuarum augurio
 Dion l. 41. in prodigiis cladem Pompei
 significantibus, Noctuas frequen-
 tes appatuuisse scribit.

⁵ Apes quoque suo examine.] Liv. 3.
 Decad. lib. 1. iterum 4. & 7. Dion Ni-
 exus lib. 41. paulo ante fin. inter signa
 Pompeji cladem denunciantia, scribit
 apes Pompeji signis militaribus infe-
 disse. Plinius lib. 11. cap. 17. ubi de
 apum regiminis ratione scribens, di-
 cit, Apes tunc ostenta facere privata ac
 publica, una * dependente in domibus
 templisque, sepe expiatam magnis eventibus.
 Cui concinit illud Juvenalis sat 13.

Atque examen apum longa confederit
 uia
 Culmine d. lubri.

Sed

spicium facere, ¹ sicut ante pugnam Pharsalicam in aræ insidentes, ² & in avibus conspectæ, dum per æquora ferrentur, Dioni & Pompejo Magno cladem perniciosem, & calamitosos casus prænotarunt. ³ Et quum in castris Brutii examen conspiceretur, mutari castra haruspices jusserunt, ne quid diri portenderent. Nonnunquam felici eventu, ⁴ sicut quum in castris Drusi uva dependente insedere, quo tempore ad Arbalonem prosperrime pugnatum fuit. ⁵ Ipsas vero apicem arboris insedisse, oppugnationis futu-

rx,

Sed & Tacitus l. 2. inter prodigia, quæ M. Asilino, M. Acilio Coss. Romæ obvenere, posuit, Fastigio Capitolii examen apum insedisse. Iulius Obsequens Prodigiorum cap. 95. & Claudianus in victoria Stiliconis contra Alarium.

*Et si quæ fortasse quies neglexerit
omen,*

*Addit cura novis lapidosis grandinis
ictus,*

Molitasque examen apes.

COLE R U S.

* Leg. uva dependente. Sic enim dicuntur Apes uva facere Latinis.

T I R A Q U E L L U S.

1 Sicut ante pugnam Pharsalicam.] Id respicit Pompejum, de quo statim loquitur, est que Valerii Maximi lib. 1. cap. 6. Appiani lib. 2. bellorum Civiliuum. Iulii Obsequentis Prodigiorum cap. 124.

2 Et in navibus conspectæ.] Id etiam respicit Dionem: sed id aliter refert Plutarchus in vita illius. At cum, inquit, examen apum circa Dionis nates à puppe conspectum esset, de illo separatim sibi & amicis explicavit. Timere enim se ne res illius gerendæ cum honestate quidem plene sint, ubi perforuerint, brevi contabescant tempore.

3 Et quum in castris Brutii.] Plutar. in Bruto, sic scribit, Examen etiam apum circa locum quendam intra vallum insedisse, quem locum augures, superstitione commoti, clam exclusere à castris.

4 Sicut cum in castris Drusi.] Plinius

lib. 11. cap. 17. Sedere in castris Drusi Imperatoris, cum prosperrime pugnatum apud Arbalonem est, hanc quaquam perpetua aruspicum conjectura, qui dirum id ostentum existimant semper. Sed alter Iulius Obsequens Prodig. cap. 132. In Germania, in castris Drusi, examen apum in tabernaculo Hostilii Rutili, praefecti castrorum, confedit, ita ut suorum fratendentum præcavimusque tentatio lanceam amplecteleretur. Multitudo per insidias subjecta est. Adian. autem Variae historiae lib. 12. cap. 46. Dionysium, inquit, Hermocratis filium, ajunt, flumina equo traiectisse: cumque in luto equus consideret, eum desiliisse, & ripæ compotens esse factum: atque sic relicto postmodus equo, quasi non amplius suo, discessisse. Cum autem sequeretur equus & binaret, reuersum esse. cumque apprehenderet ejus jubam ad ascendendum, apum examen continuo manum circundedisse: atque de his interroganti, respondisse Dionysio Galatas, Monarchiam eare præfigisci. Cicero lib. 1. de Divinat.

5 Ipsas vero apicem arboris insedisse.] Virg. lib. 7. Aeneidos de lauro,

Hujus apes summum densæ (mirabile dictu)

Stridere ingenti, liquidum trans aethera vele,

Obsedere apicem, & pedibus permixta nexis

Examens subitum ramo frondente pepenit.

Continuo vates, Eaternum cœminus, inquit,

*Ex ver-
spis.* ræ, & teterimi belli afferre signa, multi adnotarunt: ¹ quæ vero apes in ora infantis Platonis advolarunt, haud dubiam spei ejus magnitudinis attulerunt. ² Aliter vesparum examen: nam calamitosum auspicium facere probatum est. *Ex om-
nis ge-
neris
azium
circum-
volatu.* Aves autem omnium generum circumvolasse, felicitatem magnæ fortunæ, diademaque regium mox futurum ³ Gordio ostenderunt. ⁴ Ferunt in Alexandriæ descriptione, cum ob gypsi inopiam mœnia farina frumenti designarentur, aves omnisi generis illam depascentes, omen fecisse, horreum vicinis gentibus quandoque futuram. ⁵ Ex tripudiis vero esse auguria, veteres fabulati sunt: ⁶ ut si pulli non addixissent, ⁷ vel si vitulus ē sacrificantium manibus proripuisset,

*Adventare virum, & parteis petere
agmen eisdem,
Partibus ex iisdem & summa domina-
rier arce.*

¹ Que vero apes in ora infantis Platonis.] Cicero lib. 1. de Divinat. Plinius lib. 11. cap. 17. Valerius Maximus lib. 1. cap. 6. Aelianus de Varia Historia lib. 10. ad fin. & iterum lib. 12. De Platone, inquit, dicitur quod apes in ipsius ore favum efficerint. Pindarum etiam, cum ē patria domo fuisse expositus, aluerunt apes, pro lacte mellia præbentes. Alia autem ex apibus auspicia, vide apud Plutarchum in vita Bruti alio in loco, quam ex quo supra citavimus, videlicet in postrema pugna.

² Aliter vesparum.] Livius 4. Dec. lib. 5. A Capua nunciatum est examen vesparum ingens in forum advolasse, & in Martis æde consedisse. eis collectas cum cura & igni crematas esse. Horum prodigiorum causa, Decemviri libros adire jussi & novendiale sacrum factum, & supplicatio iudicata est, atque urbs lustrata.

³ Gordio.] Diodorus Siculus.

⁴ Ferunt in Alexandriæ.] Valerius Maximus lib. 1. cap. 4. ubi de Alexandro Magno. Plutarchus in Alexandro, De hinc urbis formam pro illius loci similitudine designari jussit. Quam ad rem cum tellus alba decesset, in nigri campi

planities, gyratum farina signum deducunt: cuius acle rectius, velut ex fimbria, lineæ, chlamydis instar, interiorem efficiunt urbem. Ejus formam, summa cum delelatione, intuente Rege, infinitæ multitudinis & generis omnifariam arces ē proximo lacu ac flumine in eum repente locum, nubis in modum, provolant, ita ut nihil farine relinquerent. Id Alexandrum perturbavit augurium: ast illum bona spe esse Aruspices monent: ab eo enim urbem condi, quæ feracissima variis hominibus futura sit educatrix. Ex passeribus quoque vide augurium apud eundem Plutarchum in Sylla, Cicero de Divinat. lib. 2. scribit Chalcantem ex passetum numero belli Trojani annos auguratum fuisse.

⁵ Ex tripudiis.] Cicerolib. de Divin. 2. & Livius Decad. 1. lib. 10.

⁶ Ut si pulli non addixissent.] Liv. 1. Dec. 1. 1. Cum omnium scallorum inaugurations admitterent aves, in Terminis fano non addixerent. & 3. Dec. 1. 2. & 10. Fabio auspicanti, inquit, priusquam egredieretur ob Tarento, aves semel atque iterum non addixerunt. & vide omaino que diximus supra lib. 2. cap. 29.

⁷ Vel si vitulus.] Livius 3. Decad. lib. 1. in fin. Immolantique ei vitulus, jam idus, ē manibus sacrificantium se se cum proripuisset, multis circumstantes cruce respergit. Fuga procul etiam major apud

puislet, ¹ aut hostia profudisset, vel percussa mugitum dedisset, vel si inter sacrificandum aliquid triste oculis aut auribus occurrisset, ² seu in extis caput jocineris defuisse, quæ omnia fœdi eventus esse, nemo dubitavit. ³ Flaminio sacrificanti, vitulus qui multos cruore inspersit, omen magni terroris fecit. ⁴ Vel quum pulli è cavea addicerent & De hoc pascerentur, ⁵ ita quod tripudium facerent solistimum. ^{plural. 1. capo.}
⁶ quæ secundissima traduntur auspicia: nam pascentes aves videre, felicitatem portendere multi censuerunt. Lydi,
⁷ Persæ, Iberi & Thracæ non ex avibus, sed maxima auguria ex vino observarunt. Nami vinum effundere, aut vestes vino inquinare, felicis haud dubiæ fortunæ signa Ex vi-
 es, augurati sunt: idque attestante ⁸ Homero, qui ^{no.} Odysse: Ulyss^e ^{13.}

apud ignaros quid trepidaretur & con-
 cursatio fu^t: id à plerisque in omen ma-
 gni terroris acceptum.

¹ Aut hostia prefugisset.] Dion his-
 toricus l. 45. scribit Taurum in tem-
 plo Vesta mastatum, post rem sacraim
 exiluisse, terroremque maximum in-
 tulisse.

² Seu in extis caput jocineris.] Sicut contigit Cneo Servilio Cepione, & Cn. Servilio Gemino Coss. ut scribit Livius 3. Decad lib. 10. Consulūm, in-
 quīt, alterī prim. m̄ hostiam immolanti,
 caput jecineri defuit.

³ Flaminio.] Livius 3. Decad.lib. 1.
 in fin. Paucos post dies magistratum iniit:
 immolantique ei vitulus jam icthus, &c.
 ut paulo ante dictum est.

⁴ Vel quum pulli è cavea addicerent.] Livius 1. Decad.lib. 1. in duobus locis,
 & 3. Decad.lib. 7.

⁵ Ita quod tripudium facerent solisti-
 mum.] Cicer. lib. 1. & 2. de Divinat.
 quid sit tripudium solistimum expo-
 nit. Livius præterea lib. 10. 1. Decad.
 Cum pulli non pascerentur, pullarius au-
 spicium mentiri cusus, tripudium solisti-
 mum Coss. nunciarvit. Coss. latus, auspi-
 ciūm egregium esse & diu auditoribus rem
 gesturos pronunciat, signumque pugnae
 proponit.

⁶ Quæ secundissima traduntur an-
 spicia.] Cicero dicit. lib. 2. de Divinat.
 Cum igitur essa jam cecidit ex ore pulli:
 tum auspicianti tripudium solistimum
 nunciant: Ergo hoc auspiciūm divini quic-
 quam habere potest. Livius paulo post
 ea, quæ nuper citavimus, Coss. verba
 referens sic inquit, Mibi quidem tripu-
 dium nunciatum, Populo Romano exerci-
 tuique egregium auspiciūm est. & paucis
 interjectis, cum audisset pullarium emis-
 so pilo ante signa cecidisse, Dii in prelio
 sunt, inquit, habet pœnam noxiūm caput.
 Ante Coss. hec dicentem corvus voce cla-
 ra occidit. Quo letus augurio consul af-
 firmans, nunquam humanis rebus magis
 praesentes interfuisse deus, signa canere.
 & clamorem tolli jussit.

⁷ Peſe.] Herodotus l. 1. Persarum
 mores describens, Poti, inquit, de rebus
 maxime seris consultare consueverunt.
 Nam si quando ipsis consultandum vide-
 tur, tum posterā die jejunant, propenitque
 is, qui edibus illis, in quibus forte consultat-
 tur, pœnit: & si placuerit atque jeju-
 naverint, utuntur ipso: sin minus com-
 probatetur, abrogant: & de quibus jejunū
 deliberaverint, de eisdem poti pronun-
 ciant.

⁸ Homero.] Is poëta lib. 3. paulo
 post princip. Odysse, scribit Ulyssem
 descendē-

*Ex bimini-
tae &
fremitu-
rum.
Ex vir-
gulis.
Ex ocul-
is.
Ex pi-
scibus.
Ex tili-
ae frondi-
de.*

Ulysse discedente, & bona verba precante, Alcinoi uxorem humi facit vinum fundere, velut preces ratas diis habituris. ¹ Germani ex hinnitu & fremitu equorum, monitus futurorum prædicti putant, quos nullo opere contactos, candidi coloris plurimos educebant. ² In Cappadocia ex myrrhinis virgis, in ³ Scythia ex salignis humi constratis: ⁴ alii ex vibrata salitione oculi, ⁵ quod augurium palinicum: in ⁶ Lycia ex piscibus, quos ichthyomantes vocant: ⁷ atque Enaries Androgeni ex tiliæ fronde vaticinantur, ⁸ Nasamones

descendentem ab Alcinoo Rege Pheacum & Arete ejus uxor, posuisse poculum rotundum, & undique introflexum, in manibus ipsius Arete *ἀμύνπειδον*. (de quo diximus supra libro 3. cap. 10. ubi hunc locum Homerū citavimus) illique bene precatum, maritoque ac filiis. Sed nihil aliud, nec ibi, nec alibi, quod ad hanc rem pertineat, dicit: si me non fallit memoria.

¹ Germani ex hinnitu & fremitu equorum.] Tacitus lib. de Moribus Germanorum. Proprium gentis, ait, equorum quoque praesagia ac monitus experi- ri. publice aluntur iisdem memoribus ac lucis, candidi & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro currū, sacerdos ac Rex, vel Princeps civitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obseruant. Nec ulli auspicio major fides non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. Se enim ministros deorum, illos con- fessos putant.

² In Cappadocia ex myrrhinis vir- gis.] Cælius Antiq. leet. lib. 7. cap. 29. Myrcinas virgas, non Myrrhinas legit.

³ In Scythia.] Herodotus lib. 4.

⁴ Alii ex vibrata salitione oculi.] De qua re Theocritus in Amaryllide, *ἀλετας ὄφθαλμός με δέξεις.* id est, Salit mibi oculus dexter. Plaut. autem in Pseud. id supercilium tribuit, cum dicit,

At id futurum unde? unde dicam, ne- scio,

Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.

Saliatores à nonnullis dicuntur, qui sa-

lientes oculos intuiti, odorantur pra- sagium. Cælius d. lib. 7. c. 29.

⁵ Quod augurium palinicum.] De quo Posidonius scribit, ab oculi vibra- ta subsultatione, quæ res dicitur Græcè *πάρωσις.* id est, *vibratio*, seu *subsultatio*, apud Gregorium Nazianzenum in O- rat. de radio solis in aqua reflexo. Marcellus Virgilius apud Dioscoridem librō 1. in fin. ubi recenset quædam à se versa, palpitationem ea voce dicit significari.

⁶ Lycia ex.] Plinius lib. 32. cap. 2. de ingeniosis & mansuetudine piscium & responsis, quæ dantur ex piscibus, loquens, *Nam in Lycia, inquit, Myris in fonte Apollinis, quem curium appellant, ter festulæ evocati veniunt ad augu- rium.* Plutarchus de industria anima- lium, & alii quos tibi citavi supra 1. 7. cap. 29. Nec ibi solum ex piscibus su- minunt aëuria, sed & alibi quoque ex codem Plinio l. 9. c. 16. in princ.

⁷ Atque Enaries.] Herodotus l. 4. Enaries, inquit, qui sunt Androgeni, ajunt sibi à Veneri traditam divinatio- nem, tiliæ fronde vaticinantes. Tiliam ubi quis tripharium sciderit, digitis suis e. m. implicando ac resolvendo tractat, at- que hunc in modum vaticinatur. Sunt qui Narees legunt. Cælius loco supra citato.

⁸ Nasamones.] Herodot. d. lib. 4. Divinant ad suorum accedentes monu- menta, & illi, ubi preces peregrunt, in- dormiunt. Ubi quodcumque per quietem insomniant, viderunt, eu utuntur.

mones vero ex somniis ad sepulchra defunctorum. Fuit-^{Ex}
que apud Bysantios receptus mos, ut scombrorum regem ^{som-}
videre, qui inter conchylia est miri aspectus, aut junctum ^{nii.}
juumentum stercus emittere, fortunatissimos eventus fa-^{Bysan-}
ciat: quæ singula augurum disciplinis latius tradita & præ-^{tii.}
cepta sunt.¹ Ex quadrupedibus autem fuere quæ pede-^{Ex}
stria dicuntur auguria: ut quæ à lupo, serpente, equo, ^{qua-}
vulpe, cæterisque reptilibus sunt.² Lupum, si ad dex-^{Ex lu-}
tram cominearit pleno ore, magnæ & prosperæ rei au-^{p.}
gurium facere, & nullum præstantius esse opinantur:
³ contra, lupos in Capitolio visos, prodigii loco est habi-
tum, cuius causa lustratum Capitolium quandoque vide-
mus.⁴ Lupum quoque castra introisse, & laceratis obviis
intactum abiisse, exitium & cladem portendisse eventus
docuit, toto postea exercitu ingenti clade affecto.⁵ Rur-
sus quum cerva à lupo fugata, inter duas acies evasisset il-
læsa, insignem victoriam Romanis dedit.⁶ Lupos quo-
que in foro visos, incolumes evasisse, armis opprimi pa-
triam, & magna rerum momenta designavit.⁷ Quum in
Libyam colonia duceretur, lupos metas quibus ager desi-
gnabatur, mordicus dissipasse, velut diri eventus, effecit
quominus deduceretur.⁸ Non sic Samnitibus deducen-
tibus

¹ Ex quadrupedibus.] Festus Pom-
pejus lib. 14. Pedestria, inquit, *auspicia*
arbiterabantur, quæ dabantur à vulpe,
lupo, serpente, equo, cæterisque animali-
bus quadrupedibus.

² Lupum.] Plinius lib. 8. c. 22. de
lupis loquens, sic scribit, *Inter auguria*
ad dexteram comineantium preciso itine-
re, si pleno id ore fecerit, nullum omnium
præstantius.

³ *Contra lupos.*] Livius 1. Dec. 1. 5.
& 4. Decad. lib. 2. & 3. Julius Obsequens
Prodigiiorum cap. 17.

⁴ *Lupum quoque castra intrasse.*] Li-
vius 3. Decad. lib. 1.

⁵ *Rursus cum cerva à lupo.*] Livius
1. Dec. lib. 3. & Appianus lib. 1. bel-
lorum civilium. Et è diverso cerva à

lupo fugata & occisa, ab eo exercitu
ad quem fugeret, illi exitum portendit
ex codem Livio ejusdem 1. Dec. 1. 10.

⁶ *Lupos quoque in foro visos.*] Li-
vius 4. Decad. lib. 3.

⁷ *Cum in Libyam.*] Plutarchus in
vita C. Gracchi, & Jul. Obsequens
cap. 93.

⁸ *Non sic Samnitibus.*] Festus Pom-
pejus lib. 9. ubi *Irpinos* eos appellat à
nomine *Iripi*, quem lupum dicunt Sam-
nites: eum enim ducem sequunt, agros
occupavere. ubi *Irpinos* eos appellat
sine aspiratione. Nam & ea dictio est
sub litera, 1. Servius autem lib. 11.
Æncidos in eum locum,
Summe déum sancti custos Soractis A-
pollo, &c.

Ex iu-
 zence
 amnicu-
 le aut
 mille
 partu.
 Ex leo-
 nis a-
 spectu.
 Ex Ca-
 præ.
 Ex as-
 noleo-
 nem
 occi-
 dente.
 bus coloniam, quo duce auspicatam deduxere, quare Hir-
 pini dicti. ¹ Fuitque animadversum, lupum subnigrum
 obviam factum grande discrimen afferre. Juvenca si anni-
 cula, aut inula si gemellos pepererit, ostentum dirum
 pestemque denunciat. Sicut leonis aspectus famosus fuit
 & inglorius, itineraque infesta facere creditus: namque
 hostium pugnam saepe portenderunt: ² capræ vero saluta-
 ris, hæ enim ³ Carano eximia felicitatis duces fuere. ⁴ Asin-
 um leonem occidisse, omen magni terroris fecisse, ne-
 ceisque Alexandro portendisse, literis mandatum est.
⁵ Serpentem per impluvium decidisse, aut iter coimean-
 tum

Soractis, inquit, mons est Harpinorum in
 Flaminia collatus: in hoc autem monte
 cum aliquando Diti patri sacrum perfol-
 veretur, nam manibus consecratus est, su-
 bito venientes lupi extarapuerunt: quod
 cum diu sequerentur, delati sunt ad
 quandam speluncam halitum ex se pesti-
 serum emittentem, adeo ut juxta stantes
 necaret, exinde orta pestilentia, quia fue-
 rant lupos sequuti, de qua responsum est,
 Posse eam sedari, si lupos imitarentur, id
 est, rapto viventem. quod postquam factum
 est, dilecti sunt populi Hirpini Sorani. Nam
 lupi Sabinorum lingua Hirpi vocantur:
 Sorani vero à Dite. ⁶ Nam Ditis pater
 Soranus vocatur, quasi lupi Ditis patris.
 Unde memor rei paulo post Virgil. Arren-
 tem comparat lupo; quasi Hirpinum. In
 hoc autem Servii loco semper Hirpius
 cum aspiratione scribitur.

¹ Fuitque animadversum.] Alia autem ex lupis auspicia vide apud Li-
 vium 3. Decad. lib. 1. & lib. 7. & 4.
 Decad. lib. 2. & 5. Decad. libro 1. &
 Plutarchum in Sylla. Justinum lib. 23.
 ad fin. Jul. Obsequens Prod. cap. 63.
 73. & 86. Appianum 1. 4. bell. Civil.

² Capræ vero salutaris.] Quod probat exemplo seq.

³ Carans.] Solinus cap. 14. aut ut
 alii computant 15. Macedonem Caranus
 insegitur. Dux Peloponnesi ac multitudinis,
 qui juxta responsum datum à Deo,
 ubi caprarum peccus resedit se animadver-
 terat, urbem condidit, quam dixit *αγασ-*

in qua sepeliri Reges mos erat. Hanc his-
 toriam Justinus libro 7. sic explicat,
 Caranus cum magna multitudine Gracor-
 rum, sedes in Macedonia, responso oraculi,
 quarere jussus, cum in Æmathiam venis-
 set, urbem Edyssam, non sentientibus op-
 pidanis, propter imbrivis & nebulæ mag-
 nitudinem, gregem caprarum imbre-
 fugientium, secutus, occupavit: revoca-
 tusque in memoriam, quo jesus erat, du-
 cibus capris imperium querere, regni se-
 dem statuit, religioseque postea observa-
 vit: quoque agmen movevit, ante signa
 easdem capras habere, cæptorum duces
 habiturus, quas regni haberat auctores.
 Urbem Edyssam ob memoriam muneras
 Ægæam, populosque Ægeadas vocavit.

⁴ Asinum leonem occidisse.] Plutar-
 chus in vita Alexandri, inter prodigia,
 que Alexandrum perturbabant, hoc
 scribit, *Ex his enim, quos educebat, leo-*
nem quendam eximie magnitudinis ac
formæ, mansuetus asellus calcibus exani-
mavat.

⁵ Serpentem quoque.] Livius 3. Dec.
 libro 5. Gracchus priusquam ex Lucanis
 moveret sacrificanti, triste prodigium fa-
 ctum est ad extasificio perpetratu an-
 gues duo ex occulto allapsi edere jecur,
 conspectique repente ex oculis abierunt.
 Id cum aruspicum monitus sacrificium in-
 stanaretur, atque intentius exta referata
 servarentur, iterum ac tertium venisse
 tradunt, libatoque jecinore intactos an-
 gues abiisse.

tiū interrupisse illæsum, vel fœtam vulpem obviam habuisse, ^{Ex ser-} aut canem alienas ædes introisse, formidolosos ^{pente,}
casus, & insignem calamitatem facere periti adnotarunt. ^{vulpe,}
^{cane.} Serpentem quoque extis solennibus depastum, diri ominis
& extremi exitii loco est habitum. ² Contra, Syllæ inter
sacrificandum serpens visus, & elapsus, felicem victoriam
dedit. ³ Suburbana vero colubris plena, equosque illis de-
pastos, Crœso Lydorum regi ab externis regnum subigi
portenderunt. ⁴ Mures quum candidi sunt, lœtum auspi- ^{Ex mu-}
cium faciunt, licet illorum occentu dirimi auspicia dicantur, ^{ribus.}
namque occentus foricis auditus, ⁶ Fabio Maximo
dicta-

¹ Aut canem.] Canis (ut scribit Dion historicus) lib. 45. Canes multi, inquit, no[n] totam urbem pervagati ac maxime ad Lepidi Pontif. Max. ædes, concursu facta, nularunt. Et lib. 50. canem in circu, cum maxime equestre certamen fieret, lanivit ac devravit.

² Contra Syllæ.] Cicero lib. 1. de Divinat. Valerius Maximus lib. 1. c. 5. Alia autem ex serpentibus auspicia, vide apud Ciceronem d. lib. 1. de Divinat. ubi de Roscio. & Virgil. lib. 5. Æneidos,

Dixerat hac, adytis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit, Amplexus placide tumulum, lapsusque per aras: Cœruleæ cui terga notæ: maculosus ab auro Squamam incendebat fulgor: seu nubibus arcus Mille trahit varios adverso sole colores.

Obstupuit visu Æneas, ille agmine longo Tandem inter pateras, & lavia pocula serpens,

Libavitque dapes, rursumque innoxius imo

Successit tumulo, & depasta altaria liquit.

Et ibi Serviam: Livium 3. Decad. 1. 1. ubi de quodam Hannibalis somnio, &

idem lib. 7. non multo post princ. & lib. 8. Valerium Maximum lib. 1. c. 7. ubi de Hannibale. Julium Obsequent. Prodigiorum c. 83. & 84. Ceterum Flav. Vopiscus in vita Aureliani Imperat. ponit inter omnia imperii ipsius, serpentem ejus pueri pelvem pleurumque cinxisse, nec unquam occidi potuisse. Et Julius Capitonius scribit serpentem circumdedisse caput Maximini dormientis. & Dionem lib. 47. initio in portentis Cœsarisi Augusti contra Lepidum & Antonium.

³ Suburbana vero colubris plena.] Herodotus lib. 1. Hec Crœs' rationante, omnia suburbana colubris inspletæ sunt. Quos, ut existabant, equi inter ambulandum cupi ad pascua irent, comedebant. quid portentum conjectores Thelmisses interpretatisunt, Exercitum exterum Crœso affuturum, qui cum afforet, indigenas subigeret, quod didicerant colubrum terræ filium esse: equum hostem & advenam.

⁴ Mures cum candidi sunt.] Plinius libro 8. capite 57.

⁵ Licet illorum occentu.] Plinius ibi: sed de serice loquitur, non de mure.

⁶ Fabio Maximo dictaturam.] Val. Maximus lib. 1. cap. 1. Plutarchus autem in Matcello, hunc non F. abiens Maximum, sed Minutium vocat: nisi forte utrique id acciderit.

dictaturam, ¹ & C. Flaminio magisterium equitum, deponendi causam dedit. ² Mures quoque in Argilæ fundamenis apparuisse pugnantes, cives præferoces & militares haud dubio argumento præsignavit. Ea enim urbs ad Strymonem bonis auspiciis condita, à inuribus dicta est: sicut Coronæ civitas in Peloponneso ad Pamisi flumen, quod cornix ænea de fundamentis apparuit, felix nomen tulit.

³ Si quid tamen mures arroserint, tristia semper & dira portenderunt. ⁴ Carboni Imperatori corrosis fasciis, quibus in calceatu utebatur, exitium prædixerunt: aurumque & clypeos corrosisse, Marsicum portendere bellum. ⁵ Lepore. Lepus quoque occurrentis in via, infortunatum iter præsigit & ominosum, idem vulpes fœta, & canis prægnans. ⁶ Mustela quoque, ⁷ sicut picus, à sinistra veniens, infausti ominis est. Feruntque arietem insolito colore natum miram felicitatem prænotasse. ⁸ Ex diris sunt offendentes pendui,

¹ Et C. Flaminio.] Valerius & Plutarchus ibi.

² Mures quoque in Argille fundamenis.] Heraclides in Politicis ad fin.

³ Si quid tamen mures arroserint.] Cicero lib. 1. de Divinat. Livius 3. Decad. 1.7. & 10. post princ. & 4. Dec. lib. 10. in fin. Plutarchus in Sylla & Marcello.

⁴ Carboni.] Hæc usque ad versicul. Lepus quoque occurrentis. sunt Plinii d. lib. 8. c. 57.

⁵ Lepus quoque.] Herodot. lib. 4. ubi de pugna Darii apud Scythas. Idque præsertim, si lepus iter ineundum, transverso saltu velut discerneret, ut tradit Suidas, Polin quendam auctorem laudans. Alia autem de lepore auspicia vide apud Plutarchum in Apophtheg. Archidami Zeuxidanii.

⁶ Mustela.] Apud Plautum in Sticho act. 3. sc. 2. Gelasimus Parasitus pro optimo auspicio accipit, quod mustela murem ei abstulit, his verbis,

Auspicio huc hodie ego optumo exi: foras,

Mustela murem mihi abstulit præter pe- des:

Tum strenua obsonavit: spectatum hic mihi est.

Mox cum parasitatio parvum prospere procederet, damnans augurium mu- stelæ, sic inquit,

Certum est mustelæ posthac non credere: Nam incertiorum nullam nos bestiam: Quin & ipsa decies in die mutat lo- cum.

Eam auspicavi ego in re capitali mea. Aliud præsigium mustelæ, vide apud Apulejum lib. 9. Visa est, inquit, in- terea mustela mortuum serpentem forinse- cus mordicus attrahens. Ubi Beroaldus interpres dicit vulgo receptum esse, Mustelam dira portendere, si viatori iter interruperit.

⁷ Sicut picus.] Dictum est supra ex Horatio lib. 3. Car. Ode 27.

⁸ Ex diris sunt offendentes.] De hoc jam diximus supra lib. 2. c. 26. ubi videte poteris.

duim, ¹ voces exauditæ, ² res oblatæ oculis & alia id genus, ex quibus certa captantur auspicia: ³ limen offendisse, laciniam adhæsisse, vel prolapsum cecidisse, obscoenum ostentum esse, vulgo receptum est. ⁴ C. Flaminius quo tempore ad Thrasimenum oppressus interiit, quum in equum insiliisset, equo prolapsus, repente corruuit, diro & fœdo eventu, quo ad internacionem crudelem in modum cæsus, occubuit. ⁵ Neroni Cæsari Alexandriam profecturo, lacinia adhæsit. ⁶ Divus vero Augustus lævum sibi calceum præpostere induitum animadvertisit, qua die seditione militari prope afflictus est. ⁷ Et Pompeio Magno pullum amiculum qua die ad Pharsaliam profligatus

¹ Voces exauditæ.] Vide infra.

² Res oblatæ oculis.] Dion historicus lib. 42.

³ Limen offendisse.] Valetius Maximus libro 1. tit. 4. Tiberius Gracchus cum ad res novas pararetur, auspicia domi prima luce petiit, que illi per quam tristia responderent, & janua egressus, ita pedem offendit, ut digitus ei decuteretur. Julius Obsequens Prodigiorum c. 86. ubi loquitur de Tiberio Graccho. Proditum est, inquit, memorie, Tiber. Gracchum, quo die perit, tristia neglexisse omnia, cum domi, & in Capitolio sacrificanti direxerentur: domoque exiens, sinistro ad limen offendendo decusserit pollicem.

⁴ C. Flaminius.] Cicero lib. 1. de Divination. ubi ostendit C. Flaminii ostenta nullius esse momenti, ait, Quid bilo Punico secundo nonne C. Flaminius Cos. iterum neglexit signa rerum futurorum, magna cum elade Reip. qui exercitu lustrato, cum Arctium versus castra mouisset, & contra Annibalem legiones duceret, & ipse & equus ejus ante signum Jovis Castoris sine causa repente concidit. Titus Livius 3. Decad. lib. 2. H. ec simul increpans (de Flaminio loquitur, apud Aretium sedenti) cum ocyus signa convelli juberet, & ipse in equum insiliisset, equus repente corruuit, consulemque lapsum super caput effundit. Valerius Ma-

ximus lib. 1. c. 6. C. Flaminius, inauspicato Cos. creatus, cum apud lacum Thrasimenum conficturus, convelli signa iussisset, lapsus equo super caput ejus, humili prostratus est. Verum hujus temeritatis utinam sua tantum non etiam pop. Rom. maxima clade pœnas sependisset. In ea namque acie 15. millia Romanorum cesa, 6. millia capta, 20. millia fugata sunt. Consulis obtuncati corpus ad funerandum ab Annibale quæsumum est, qui quantum in ipso fuerat, Rom. sepelierat imperium.

⁵ Neroni Cæsari.] Suetonius in vita illius c. 19. Nam cum circuitis templis in æde Vestæ resedisset, consurgentem ei primum lacinia adhæsit: deinde tanta caligo coorta est, ut dispergere non posset. Addit Tacit. lib. 15. omnes per artus Neronem contremuisse.

⁶ Divus vero Augustus.] Plinius lib. 2. c. 7. Divus Augustus lævum prodidit sibi calceum præpostere induitum, quo die seditione militari prope afflictus est. Sueton. cap. 29. in princ. Auspicia, inquit, & omnia quædam pro certissimis obserabant, si mane sibi calceus perperam ac sinistro pro dextero inducetur.

⁷ Et Pompejo Magno.] Neque enim ulli alii prætexta pulla uti licet, quam ei, qui funus faciebat. F. Pompejus lib. 14.

Ex vobis exceptis. — *tus fuit, diras vastitates præmonstravit.* ¹ *Voces quoque exceptæ, in utramque partem magnopere augurium fecerunt:* ² *idcirco in rerum principiis, quod bonum, felix, faustuunque foret, præfabantur veteres.* ³ *Quum maximas clades urbs perpessa fuisset, & ancipiti contentione agerent patres, an relicto patrio solo Vejos migrarent, vox centurionis audita: HEC MANEBIMUS OPTIME, urbis sedem stabilissime fertur.* ⁴ *Aliter Crassus in bellum profecturo, qui Caueas ficus venales clamabat, illud omen fecit, quo spolia-*

¹ *Voces quoque exceptæ.*] Cicero lib. i. de Divinat. Dionys. Halicarn. lib. 7. non adeo longe à fin. in principio Consulatus Q. Sulpicii Camerini, & Sp. Largii Flavi. *Et, inquit, exaudite voces emissæ à nemine.* Et iterum libro 8. paulo ante fin. *Interea dum huc in casulis geruntur, in urbe observata sunt multa prodigia deorum iran significantia, exaudiuntur ominosæ voces incerto auctore, obversatae oculis novæ spectrorum facies.* Virg. lib. i. Georg. illo carmine,

Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes

Ingens, & simulachra nudis pallentia miris.

Visa sub obscurum noctis. —

Et lib. 4. Æneidos,

Hinc exaudiri voces, & verba vocantis

Visa viri, nox cum terras obscura tenebat.

Plutarchus in Thermistocle. Julius Obsequens Prodigiorum c. 83. ubi loquitur de C. Hostilio Mancino Cos. Josephus de bello Judaico lib. 7. c. 12. recensens prodigia excidium Hierosolymæ præcedentia, sic scribit, *Festu autem die, quam Pentecosten vocant, nocte sacerdotes intimum templum, more suo, ad divinas res celebrandas ingressi, primum quidem motum quendamque strepitum senserunt: postea vero subitam vocem audiere, quæ diceret, *Migramus hinc.* Et Eusebius historiæ Ecclesiastica lib. 3. c. 6.*

² *Idcirco in rerum principiis.]* Sic loquutus est interrex in oratione ad populum de creando post Romuli mortem alio Rege, apud Livium i. Decad. lib. i. sic in oratione legatorum ad plebem, quæ in sacrum montem secesserat, apud eundem i. Dec. lib. 3.

³ *Cum maximas clades.]* Valerius Maximus libro i. cap. 5. in princip. Urbe à Gallis deleta, deliberantibus P. C. utrum Vejos migrarent, an sua mœnia restituerent, forte eo tempore è præsidio cohortibus redentibus, Centario in Comitio exclamaret, *Signifer statue signum;* hic optime manebimus. Ea enim voce audita, Senatus accipere omen se respondit: è vestigique Vejos transfundi consilium omisit. Livius i. Decad. lib. 5, ad finem. Sed rem dubiam, inquit, decrevit opportune vox enissa, quod cum Senatus post paulo de his rebus in curia Hostilia haberetur, cohortesque ex præsidii revertentes forte agmine forsan transirent, Centario in Comitio exclamavit: *Signifer statue signum, hic manebimus optime.* Quæ vox audita & Senatus accipere se omen ex curia egressus conclamavit & plebs circumfusa approbarit. Antiquata deinde lege, promiscue urbs adificari cœpta. Plutarchus in Camillo eadem scribit.

⁴ *Aliter Crassus.]* Plinius lib. 15. c. 19. ad fin. Ex hoc genere sunt, ut diximus, coetana & caricae, quaque conscentienti navim adversus Parthos omen fecere M. Crassus, venales prædicantis voce caueas.

¹ *Neroni.]*

spoliatus fama & fortunis omnibus, memorabili clade profligatus interiit. ¹ Neroni rursus paucis ante ipsius cædem diebus, de Mausoleo vox exaudita fertur, nomine cum ciens. ² Augusti quoque Cæsaris supremo digressu ab urbe vox temere emissâ, augurium fecit, non amplius Romæ cum futurum: ³ sicut Scipioni in Aphricam profecturo, promontorium Pulchri in columnem spem ostendit: ⁴ contra Hannibali, quum ex Italia Aphricam peteret, sepulchrum diruptum, auspicium ferale. ⁵ Bruto etiam & Casio prodituris in aciem obvius Æthiops, calamitates præsignavit. Quare & cruento bello, atque intestina clade ita conflictati sunt, ut ambo uno prælio conciderent. ⁶ Fersur quoque Adrianus Cæsar ex Mauri occursu futuram mortem imaginatus. ⁷ Non sic Octavio Augusto; namque asinus, cui Niconta nomen, & asinarius cui Eutycho, obviam facti, omen certæ victoriae attulere. Ac ne nimius videar,

¹ Neroni.] Suetonius in vita illius c. 46.

² Augusti quoque Cæsaris.] Suetonius in vita illius cap. 97. Tiberium igitur in Illyricum dimissurus, & Beneventum usque prosequunturus, cum interpellatores alii atque alii cauisti in jure dicendo detinerent, exclamavit (quod & ipsum mox inter omnia relatum est.) Non se omnia morarentur, amplius se posthac Romæ futurum.

³ Sicut Scipioni.] Livius 3. Decad. lib. 9. Scipio, inquit, quod esset proximum promontorium percunctatus, cum pulchri promontorium id vocari audisset, Placet omen, inquit, hoc dirigite naves.

⁴ Contra Hannibali.] Livius 3. Decad. libro 10. Iussus è nautis unus ascendere in malum, ut specularetur quam tenerent regionem, cum dixisset sepulchrum dirutum proram spectare, abomnarus, &c.

⁵ Bruto etiam & Casio.] Appianus de utroque loquens lib. 4. bellorum Civilium non adeo longè à fin. sic scribit, Exercitu è castris exeniti, Æthiopem obvium factum memorauit,

Ex Æthiopis occurrerunt. quem ut iniquum omen acversati, interemerunt milites. Et Plutarchus in vita Brutii, de ipso Bruto tantum loquitur. nam, ut ipse dicit, priore pugna Cassius interemptus fuerat. De hoc quodque Jul. Obsequens Prodigiorum cap. 136. in fine.

⁶ Fertur quoque Hadrianus.] Imo vero Septimius Severus ex Adilio Spartiano in vita illius. nec quicquam tale de Hadriano legitur.

⁷ Non sic Octavio Augusto.] Suetonius in vita illius, cap. 96. Apud Attium descendenti in aciem asellum cum asinario occurrit, Extreches homini, bestie Nican erat nomen. Utrinque simulachrum eorum vicer posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit. Plutarchus in M. Antonio, Cesari, inquit, ante lucem castris egresso, navesque revisenti, hominem, qui asinum agitabat, observium factum: roganti autem quodiuam enim esset, respondisse: sibi quidem Eutychum nomen esse: asinum autem Nicontam appellari: quamobrem postea curva loca ornaret Cæsar, statuit inter cetera hominem & asinum æneum.

videar, neve diutius studiosos fatigemus, de his haec tenus dixisse, abunde fuerit. Illud quoque haud dubium, sues comesse fœtus, inter prodigia minime reputari: siquidem id frequens, neque propter ea ominosum fuisset, assiduis exemplis comprobatum est.

Sues comesse factus.] Plinius lib. 8. cap. 51. Sed omnibus precedentibus addi, ex ovis quoque augurium veteres sumere solitos: si igni scilicet, imposita ovarupto putamine effluxissent,

portendere ei periculum, pro quo ea observatio facta fuisset à sacerdotibus. Ex quo illud Persii satyra 5.

— *Ovoque pericula rupta.*

C A P U T X I V .

*Quid senserit Hieronymus Porcarius de inquo judice, qui-
busque modis litigantes frustretur & deludat.*

Hieronymus Porcarius, divini humanique juris sciens, homo liberi animi & acris ingeri: præterque uberem facundiam, mira in eo eruditio, & in maledicendo libertas admisto sale: erat enim acri judicio, & ad irridendum contentiosus & audax, non infacetus, ita ut jocis urbanis unumquenque carperet, & ad vivum usque lacesseret. Is in consensu nobilium, dum apud eum pro familiari consuetudine diverterem, dicere solebat, quatuor modis judicia eludi, veterum scitis traditum esse: odio, gratia, precio, aut timore: præter quæ nihil esse quod judicum animos flectat à vero, literis mandatum dicebat. Sed tamen, si quis improbum aut perniciosum judicem nactus fuerit, qui judicio & legibus abuti velit, innumeris fere modis judicia eludi & prævaricari solere, contra jus, fasque. Quibus vero modis id fieret, memoriter ipse & expedite differebat, neque enim solum iniquus judex, inquit, qui alteri parti pronior est, longis intervallis differendo judicium, clientem pro quo jus stare videt, frustratur & decipit, ita ut longa mora fatigatus, judicium relinquere cogatur, aut donec alius instructior fiat, expectet, ut alter interim dolo vicitus occumbat: sed etiam quum non ex fide bona acta proponit & refert quum quæ unius partis cau-

*Qua-
tuor
modis
judicia
eludi.*

fam

sam agunt, diligenter enunciat: quæ vero contra, supprimit & tacet, bonum jus alterius partis eludi atque obteri dicebat. Quinetiam multos vidisse asserebat, qui illum cum quo lis est, cui plus nimio favet, quo pacto adversarii telis se opponat, instruere non verentur, quum quid in re qua- que consilii capiendum sit, alteri parti enuncient, ita ut ille paratior factus, bonum alterius jus evertat, & convincat: quum alterius neque voces animis, nec querelas auribus admittant: & quum miser ille timidus imprudensque rerum, judicis fidem implorando, frustra ipsius aures fatigaverit: judex interim severus & vehemens loquenti obstrepat, cumque vel difficulter admittat, aut impotenti ore objurget: vel si admittit ægre & perinvitus, dissimulato sermone vultuque, cum tædio admittere cogatur. Quorum quidem nequitiae, & animi ad fallendum destinati, nulla majora, inquit, argumenta sunt, quam quum reconditus ille sensus, & abstrusus animus, quam labem misero illi afferat, non facile dinoscatur. Quinetiam persæpe evenire dicebat, ut malus judex, ut illum improvidum ad insidias ducat, & vana spe ludificetur, se dubitare in quo nihil verendum sit, asseveret: sed quod autem in causæ disceptationem anceps dubiumve fiat, illud dissimulanter omittat: ut cum maxime vicisse te credas, tunc tibi præcipue subeundum periculum sit. Nonnunquam evenire, ut quum diutius litigantem frustrari nequeat, precibus seu querelis fatigatus, causam in judicio se producturum prædicat, aliorumque judicum exploret vota, non ut causam æquo judicio terminet, sed ut quo pacto invadat jus alterius, solerter inquirat: illorumque votis in illius miseri perniciem exploratis, sine religione & fide ipsum perditum cat. Si vero non dubiam spem victoriae viderit, judiciorum & litium mora ita rem producat, ut quum finire nutu omnem disceptationem valeat, neutro inclinatis sententiis, suspensa omnia infectaque relinquat. Deinde ille contestans & hominum fidem, si quidem, quem appellat, quem obtet,

stetur, quem imploret, nullum habet, diuturna expectatione & ampliore sumptu vexatus, de suo jure tandem decedere cogatur. quo fœdus dici æstimarique nihil potuit. Atque utinam non his artibus fœdissime vexatos, nec quotidianis damnis tenore uno opprimi miseros videlicemus. Postremo morem pessimo exemplo invaluisse dicebat, ut judices non jure nec judicio, sed per factionem & gratiam, aut libidinem, perque invidiam judiciorum vota conferant, illi præsertim, ubi in orbem super jure controverso sententiæ explorantur. In qua quidem re, tanto certamine hinc inde exardescunt studia, ut imaledictis inter se & conviciis, & plerunque manibus vix temperent, tantaque judiciorum turpitudofiat, ut nec judicio, nec disceptatione, sed libidine, perque omnes cupiditates suffragentur, studiumque & gratiam aliquorum potius, quam vera judicia inquirant. Ac mille modos referebat, quibus iniquus judex, non judicis, sed impuri latronis modo, velut officina nequitiae, per avaritiam & fordes bonum alterius jus invadat, vanaque judicia precio aut gratia nundinetur: qui quidem non legum periti, sed eversores potius humani juris dicendi sunt. Re-

Ubi sententiæ in orbem explorantur.

Isocratis dictum.

Adagium celebatur apud patrum causarum canorum.

Este igitur Isocrates nunquam effici existimavit posse, ut hi qui male instituti, aut moribus pravis & incivilibus sunt, justitiam assequantur. Denique nihil malo judice pejus est, adversus quem nec imperia magistratum, nec leges valent: neque facile esse invenire hominem, quem nec flectant preces, nec dona transversum agant. Invaluitque vetus adagium apud causarum patronos, omni dimicacione, contentione, atque cura enitendum, ut judicem quem quis naectus fuerit, partim gratia, partim precio aut pactio- ne, dando & pollicendo, propensiorem sibi quoque modo parent, quo incolumi amico, nihil amplius querendum illi sit. isto enim maxime effici modo, ut eum ad voluntatem suam ille nutumque convertat: & qui gratia plus possunt, causa plus valuisse videantur, illique vel nunquam causa cadant, vel præter jus fasque judicata ferant, & victores fiant.

fiant. Sed jam latius processi & liberius, quia me morum piget tædetque. Male profecto humanis ingenii nostra vitia consulere, quum judicia, quæ fidei tutelæque nostræ credita sunt, non ad salutem, sed ad perniciem humani generis cæci cupiditate vertamus.

TIR AQUELLUS. Nihil est in toto capite quod scho-

| liis & illustrationibus nostris indi-
geat.

C A P U T X V.

Quæ in sermonibus quotidianis vulgata proverbia apud Romanos in usu fuerint, & quæ apud exteros frequentia.

Vulgata ¹ apud majores proverbia, quæ magis fuerint obvia, de quibus meminisse potuimus, præ multis & fere innumeris, hæc plane accepimus: eaque licet brevibus conclusa sententiis, in sermone quotidiano usurpata, aliud dicere videantur, ut aliud sonent verba, aliud sentias, tamen sub alieno intellectu obliquis orationibus, quin magna plerunque sensa & rerum documenta appareant, nulli dubium fuit. Horum exemplorum plena vetustas est, nam si quos mutuo studio teneri, & consociatos sibi invicem operas dare designabant, ² mutuum mulos scabere dicebant: quod scilicet ita opibus se juvarent, & alter alteri præsidio esset, quemadmodum muli invicem se confricantes scabunt. Contra vero quum aliquis nihil proficit, & frustra operando fatigatur, ingenti periculo, fructu nullo, ³ oleum simul & operam perdere ajebant. Sicut Græcum adagium fuit,

TIR AQUELLUS.

¹ Vulgata apud majores proverbia.] Est divinum Erasmi Roterodami Adagiorum opus.

² Mutuum mulos scabere.] Erasmus Chiliadis primæ, centuria septima, cap. 96.

³ Oleum & operam perdidi.] Fras- mus Chil. 1. cent. 4. cap. 62. Sed ut

nonnihil levem legentium labore, primus locus Ciceronis illuc citatus est ex libro 7. epist. famil. ejusdem lib. 1. Secundus ex 3. epistol. ad Atticum epistola unica. Tertius ex libro 2. earundem epist. omnium 32. incip. Prorsus ut serbis. Locus autem Macrobii est ex lib. 2. Saturnal. quod ab Erasmo dictum est, cap. 4.

i Asini

Afini ὄντες πόκαους Σὺντεῖς hoc est, ¹ afini vellera quæris, quasi ad id
 vellera que- operam daret, ubi laborando nihil proficeret. Cui affine est,
 re. Φάλακρον τίλλεις, hoc est, ² calvum vellis. Et quum
 Cal- quis lacepsit ad pugnam, mox linquitur animo, ut com-
 vum minus congredi non audeat, ³ cantherium in fossa dixere:
 velle- ⁴ sunt enim cantherii, equi testiculis defectis, & exectis
 re. Can- genitalibus: qui quuni semine careant, languidores &
 the. ius in fa- degeneres sunt: ⁵ quare Scythis & Sarmatis peculiare est,
 fa. Nihil equos præferoces eunuchos facere, quo mollitis animis
 cum fidibus initiores fiant. Græco quoque proverbio increbuit, ut
 gracu- quum aliqua ita essent dissociata, ut non facile conventura
 lo, vel putarentur, ⁶ nihil esse cum fidibus graculo, ⁷ vel cum
 amara- amaracino sui, dicerent. Fuisse enim amaracinum fragran-
 cino tissimi odoris unguentum, ex amaraco dilutum, auctores
 sui. In len- memorant. Ad hunc sensum, ⁸ In lente unguentum, cui
 te un- pro-
 guen-
 tum.

1. *Afini vellera queris.*] Sive, *Ab afinolanam.* Erasmus Chiliadis 1. cent. 4. cap. 79. locus autem Aristophanis illic citatus est ex fabula, cui nomen

Pintus.

2. *Calvum vellis.*] Erasmus Chiliad. 2. centur. 8. cap. 37. Simillimum est illi Plautino in *Persa* act. 1. sc. 1.

Qua confidentia rogare tu à me tantum
 andes

Argentum impudens? quin si egomet
 totus veneam, vix potest?

Recipi, quod tu rogas. Nam tu aquatum
 è puerice nunc postulás.

3. *Cantherium in fossa.*] Erasmus Chiliad. 1. cent. 6. cap. 21.

4. *Sunt enim cantherii.*] Varro de Agricultura lib. 2. cap. 7. in fin. de equis & equabus loquens, sic inquit, Domptis enim testiculis sunt quietiores & ideo quod semine carent, ii Cantherii appellati, ut in suis Majales: gallos gallinaceis, Capi, Festus Pompejus libro 3. Cantherius hic distat ab equo, quod Majalis à verise, capus à gallo, verrex ab ariste. Est enim Cantherius equus, cui testiculi amputantur.

5. *Quare Scythis & Sarmatis.*] Stra-

bo lib. 7. de utrisque loquens, sic scribit, *Scythicæ gentis & Sarmaticæ mos proprius est, equos eunuchos facere, ut mansuetiores ad parendum fiant. Parvi enim sunt: at celeres & acres atque rebelles.*

6. *Nihil esse cum fidibus Græculo.*] Erasmus Chiliad. 1. cent. 4. cap. 37. Locus Quintiliani ibi citatus est Institutionum lib. 1. c. 17.

7. *Velcum amaracino sui.*] Erasmus ubi supra cap. seq. Locus Servii est in lib. 1. Ancidos in eum locum,

— Ubi mollii amaracus illum Floribus, & dulci aspirans complectitur umbra.

Dioscorides lib. 3. cap. 38. Virgil. 1. 1. Georgicon. Flacci primus locus est, lib. Epistol. 1. epist. 2. Secundus ejusdem operis lib. 2. epist. item 2. Sed illi addas & lutulentam quoque suem Cic. in 1. in Sallustium Orat. Itaque nihil aliud studet, nisi ut lutulentus sus cunq; quævis volutari. Locus Tullii est libro 2. Academic. questionum.

8. *In lente unguentum.*] Erasmus Chiliad. 1. cent. 7. cap. 23. Locus Dioscoridis est lib. 2. cap. 99. Tullii est 1. 1. ad Ati-

proxime accedit, ὅντες αὐλόν, hoc est 'asinus ad tibiam, & ὁ λύρας. Et quum quis diversus agitur, & ita dubius animi fluctuatur, ut nec abnuere, nec polliceri audeat, & in quamvis partein declinet, presens damnum aut exitium videat: se ³ inter sacrum & saxum positum, vulgo jactitant: deductum ab eo, qui in fœdere ineundo porcam saxo ferit: sicut Græcum est adagium, ⁴ διομηδέα σταύρον, quod scilicet ita astrictus maneat, velut apud Diomedem hospites, quorum visceribus equas depavisse dicitur. In eum vero quem diversæ trahunt curæ, & incertus nutat, ut nunc in unam, nunc in alteram inclinet sententiam, θύμελασολάτερες κοθόργες, id est, ⁵ mutabilior cothurno, sermo percrebuit. cothurnum enim calceamenti genus esse quatior augulorum, fabrefactum ita, ut utrique pedi, & ⁶ viris ac mulieribus aptetur com mode, perspicue constat. Rursus, si quid certum & destinatum esset, nec vana expectatione ferretur, ⁷ hoc re ad Sagram gesta certius esse: contra vero, quum irrita caderent promissa, & vana spe ducentur, sc. ⁸ auribus lupum tenere dicebant. Huc pertinet quod quotidiano

ad Atticum epist. 14. incip. non modo. Sed super hoc adagio, vide Cælium Rhodiginum lib. 7. c. 27. ubi latenter carpit Erasmus.

¹ Asinus ad tibiam.] Erasmus Chiliad. 4. centur. 1. cap. 47.

² ὁ λύρας.] Id est, Asinus ad lyram, de quo Erasmus Chil. 1. cent. 4. cap. 35. Locus Gellii est lib. 3. cap. 16. Athenæ lib. 8. cap. 7. Luciani 3. loco citati est in lucio, sive Asin.

³ Inter sacrum & saxum.] Erasmus Chiliad. 1. cent. 1. cap. 15. Locus Planti est in Captivis, actus 3. scen. 4.

⁴ Διομηδέα σταύρον.] Id est, Diomedea necessitas. de quo Erasin. Chil. 1. cent. 9. c. 4.

⁵ Mutabilior cothurno.] Idem Chiliad. 1. centur. 1. cap. 94. Locus Virgilii est libro 1. Aeneid. Plutarchi in

Pompejo, & in Nicia. Homeri 1. locus est lib. Iliados 2. ubi illum inconstantem vocat.

⁶ Viris & mulieribus.] Suidas. & vide nostras leges Connubiales parte 3. in ornamentis muliebribus, & infra eodem lib. c. 18.

⁷ Hoc re ad Sagram gesta certius est.] Erasmus Chiliad. 1. cent. 9. c. 23. Vide Strabonem lib. 6.

⁸ Auribus lupum tenere.] Idem Erasmus Chiliad. 1. centur. 5. cap. 25. Locus Terentii in Phorm. est actus 3. scena 2. Locus Suctonii in Tiberio. est c. 25. Sed adde iis quos citat Erasmus Divum Hieronymum adversus Ioannem Origenistam: cuius haec verba sunt, Nunc vero quasi auribus lupum apprehenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere.

*Inter
os &
offam.*

no fertur adagio : ¹ inter os & offam multa incidere, quum aliquid discriminis in re certa & fere explorata futuruin timemus. Sicut Græco fuit adagio usurpatum,

πολλὰ μέλαχνά πέλει κόλπος καὶ χείλεος ἄκρες, id est,

*Multa
cadunt
inter
calicem
Locri
ad Sa-
gram
victo-
res.*

² Multa cadunt inter calicem, supremaque labra. ³ Quod autem est de Sagra dictum, inde fluxit adagium, quod quum decem Locrorum millia ad Sagram insperata victoria potiti essent adversus Crotoniatarum centum & tringinta millia, idque vix credibile videretur, postea certis auctoribus re comperta, in proverbium cessit, ut quum quid certo certius significarent, re ad Sagram gesta nihil certius dicerent. Cumque ingenti animi solicitudine premitur quispiam, resque ita uno in angusto sunt, ut trepidum diffidentemque animum gerat, omnisque moles negociorum uno in loco inclinatura videatur, ⁴ h̄c mihi aqua hæret, dicere solemus: tractum ab eo qui naufragium facit, qui aqua ori admota pene submergitur. Et quum ex re quapiam totum pendet negocium, ubique tota moles periculi imminet, h̄c ⁵ mihi prora & puppis est, vulgatus ferino fuit. Contra vero, quuin exoneratum animal curis, discussa solicitudine gerimus, ut bona spe impleamur, securos ⁶ in utranque aurem dormire pollicemur. Sicut rem salvam dicimus ⁷ saltante sene, tra-

*Aqua
hæret.*

*Prora
& pup-
pis.*

*In u-
tranq̄,
aurem
dormi-
re.*

*Saltant
sene.*

¹ *Inter os & offam.*] Idem Eras. Chil. 1. cent. 2. cap. 2. Locus Gellii est lib. 13. c. 16.

² *Multa cadunt inter calicem supremaque labra.*] Erasm. Chiliad. 1. cent. 1. c. 1. Sed hic vide omnino que scripsimus in nostris legibus Connubialibus gloss. 2. n. 31. in ep. In quam rem.

³ *Quod autem de Sagra.*] Strabo lib. 6.

⁴ *Hic mihi aqua hæret.*] Erasmus Chiliad. 1. centur. 4. c. 100. Locus Ciceronis ad Q. Fratrem lib. 2. est epist. ejus lib. 5. in fin. cuius initium est, O literas mihi.

⁵ *Hic mihi prora & puppis.*] Idem

Erasmus Chiliad. 1. cent. 1. cap. 8. Locus Tullii epist. fam. lib. ult. epist. ejusd. lib. 23. oinnium vero epist. 42. incip. *Etsi mane Harpalum.* Locus Apocalypsis est ejus operis cap. 1.

⁶ *In utramque aurem dormire.*] Erasin. Chiliad. 1. cent. 8: cap. 19. Et vide nostras leges Connubiales parte 5. num. 2.

⁷ *Saltante sene.*] Erasmus Chil. 3. cent. 1. c. 40. Sed quod ibi dicit Titum Livium ejus rei alicubi meminisse, Ni me, inquit, fallit memoria. Certe illum memoria fefellit, neque enim uspiam meminit Livius: nisi etiam me fallit memoria.

etum ab eo, quod cum Circenses Romæ fherent, & turbatis ludis adventu Hannibal, in omen magni terroris receptum esset, postea reversi, quum saltantem in circulo senem invenissent, rem salvam dixerunt.¹ Clitellas quoque bovi admotas, quum imunus viro inerti collatum viderent. Quique de rebus, quarum nescius est, di-judicat,² sutorum supra crepidas judicare dicunt. Novo quoque genere proverbii in usu venit, ut qui tam ad imperandum, quam parendum juxta paratus foret, qui-que non segniter mandata exequitur,³ mulus Mari-nus diceretur, namque Marius quaecumque militibus mandavit onera, ipse inter infimos obivit in primis. Quamvis furculas quibus sarcinas viatores gerunt, quas Marius primus coimentus fuit, Mulos Marianos alii dictos velint. Quotiesque victoria sine labore quæsita foret alicui,⁴ ἀκοντὶ viciſſe: contra vero ubi multo negocio victoria potiretur quispiam, κοντὶ viciſſe dicimus. quum enim pulvere aspersus athleta esset, κοντὶ viciſſe dicebatur. Solere enim athletas, & multarum palmarum pugiles, ad vires refovendas pulvere luctatorio inspergi, quo fortius

¹ Clitellas quoque bovi.] Erasin. Chiliad. 2. centur. 9. cap. 84. Locus Quintiliiani lib. 5. est c. 11. Tullii ad Attic. lib. 5. epist. ejusdem lib. 15. omnium 101.

² Sutorum supra crepidas.] Erasin. Chil. 1. centur. 6. c. 16. Sed quod ibi de hujus nepote, intellige Plinium, cuius locus est Epistolarum lib. 1. ep. 10. incip. Si quando urbs nostra, cuius haec verba sunt, Ut enim de pictare, sculptore, factore, nisi artifex judicare: ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem. Aristotelis locus est libro 1. Ethicorum c. 3. Atqui (ait) bene quisque judicat ea, qua cognoscit, & ipsorum bonus est iudex. Is ergo in unaquaque re bene judicat, qui in illa est eruditus.

³ Mulus Marianus.] Erasin. Chil. 4.

centur. 4. c. 79. At locus Festi Pompeji est lib. 10. Julii Frontini Strategematon c. 1.

⁴ Ακοντὶ.] Id est, *Citra pulverem*, de quo Erasin. Chiliad. 1. centur. 5. cap. 79. Locus Plinii est lib. 35. cap. 11. Gellii lib. 5. cap. 6. Horatii in epist. scilicet lib. 1. epist. quoque 1. & hoc quoque usus est Thucydides libro 4. ἐπειδὴ μοι ὄντες ἀμύνεσθε, καὶ αὐτοῖς ληπτὸν ἀκοντὶ διηγεῖσθαι τὴν νίκην πέμψατε, ubi Græcus interpres exponit ἀμυντί, id est, *citra pugnam*. Lucianus in dialogo quodam, cui titulus est, *πλοῖον, ἀκοντὶ κερθίσμενον*. *

COLE R U S.

* Cognatum huic proverb. *Sine san-gine & sudore*. de quo Scalig. ad Fest. in voce *Saimacis*, & Ausonianis lect. lib. 1. cap. 28.

fortius dimicent, fere pervulgatum est,¹ quem ex Nilo
præcipuum fuisse volunt. Pari exemplo quum parum com-
modi affert victoria, & haud magno discrimine à victore

*Cad-
mea
victo-
ria.*

*Lau-
reola in
musta-
ceis.*

Bulla.

*Calca-
ria cur-
renti
adde-
re.*

*Oleum
in ore
gestare.*

victus abest,² Cadmea victoria dicitur. Apud Græcos
vero ἄδακες πόλεμος, hoc est,³ bellum sine lachry-
mis:⁴ Latinis autem laureola in mustaceis.⁵ Bullam quo-
que dicebant, siquid haud multo post desitum cerne-
bant. Est enim in aquis spuma tumens, quæ ex cerebra agi-
tatione nascitur, punctoque temporis dissolvitur.⁶ Quare
sermo Diogenis in eos qui ob coronas Olympicas lascivi-
rent gaudio, percrebuit, ut bullas accepisse diceret.⁷ Et
calcaria sponte currenti addita, si quem sua sponte ad au-
dendum agendumque hortamur.⁸ Oleum vero in ore ge-
stare dixerunt, cui loqui inhibitum est, cuique verbum
facere non licet. Contra, ubi quis lingua immodicus in-
finitæ licentiae & audaciæ est, qui moderari linguam ne-
sciat,

T I R A Q U E L L U S.

¹ *Quem ex Nilo.*] Corporibus ath-
letarum (ut scribit Cælius lib. 25. c. 6.
ad fin.) injectus Pulvis frigefacit & su-
dores restinguunt.

² *Cadmea victoria.*] Erasmus Chil-
iad. 2. centur. 8. cap. 34. Sed & adde,
hoc proverbium usurpasse Galenum
tum in libro Hæreſeōn cap. (ut vulgo
dividitur) 15. tum in libro de Dys-
puœa.

³ *Bellum sine lachrymis.*] Idem Chi-
liad. 2. centur. 6. cap. 23. Sed & adde
hic ex Plutarcho in Agesilaō, cum de
hac pugna sic scribit, Agesilaus militiam
jam omnēm propter senium pen-
itus abdicarat: filius autem Archida-
mus, auxiliis à Siciliæ tyranno ac-
ceptis, Arcadas pugna quam ἔσαντι. id
est, sine lachrymis, vocant, superavit:
ubi ex suis neminem amisit, hostium
vero plurimum eccecidit.

⁴ *Latinis autem, laureola in musta-
ceis.*] Erasmus Chiliad. 4. centur. 9.
cap. 87. Locus primus Tullii ad Atti-

cum lib. 5. epist. ejusdem lib. 21. o-
minum ejus operis 107. Secundus 2.
lib. Epistolæ. famili. epist. ejus lib. 9.
omnium 20. incip. *Tu vide.* Catonis
autem de Agricultura est cap. 121. &
vide Plinium lib. 15. cap. 30. & ult. ubi
loquitur de lauro mustace in princ. ex
Pompejo Lenzo.

⁵ *Bullam.*] Erasin. Chil. 2. cent. 3.
c. 48. ubi id latissime & elegantissime
tractat.

⁶ *Quare sermo Diogenis.*] Laërtius
in vita Diogenis.

⁷ *Et calcaria sponte currenti.*] Eras-
mus Chil. 1. cent. 2. cap. 47. Locus
Plinii est lib. epistolæ. 1. epist. 8. in-
cip. *pereopportune* in princ. Ovid. lib. 2.
de Arte amandi. Tullii primus locus
ad Attic. lib. 6. epist. ejus lib. 1. om-
nium vero totius operis 210. incip.
Accipi tuas literas. Secundus ejusdem
epistolæ, sed longe postea. Estque ea-
dem ejusdem Tullii sententia lib. 3. de
Oratore.

⁸ *Oleum vero in ore gestare.*] Cælius
Rhodig.

sciat; ¹ Byzena temeritas dicebatur: fuit enim Byzenus ^{Byzē-}
Neptuni filius, procax nimium & insolens. Et qui inge- ^{na te-}
nimo timido & diffidenti scrupulum facit, ubi faciendus ini- ^{meri-}
nime foret, ² nodum in scirpo quærere dicebant. Si quem ^{Nodum}
vero probum virum designabant, qui nihil contra ho- ^{in scir-}
nestum moliretur, tutoque ejus fidei crederentur omnia, ^{po que-}
dignum esse ³ cum quo in tenebris micent, asserebant. ^{Dignus}
Qui vero ingenio perspicaci nulli occasione fraudis patet, ^{cum}
γέγων πίθηκος & χαλισκεταρά, hoc est, ⁴ Senex simia ^{quo in}
non capitur, proverbium fecit. Contra, si quis impro- ^{tene-}
bus ad nocendum paratus venit, ⁵ fœnum habere in cor- ^{bris}
nu dictus est. erat enim prisci moris, bobus qui cornu pe- ^{micent.}
terent, fœni manipulos apponere, quo ad præcavendum ^{Fœnum}
homines paratores forent: quare verbum Sicinii scurræ ^{in cor-}
fuit in Crastium, ideo conviciis parcere, quod fœnum ha- ^{nua}
bere in cornu videret. ⁶ Dici quoque jus ad assēm, quum ^{Dicere}
etiam minima librato examine moderata fuissent, voluere: ^{jus ad}
& qui se victum fatebatur, ⁷ herbam do, proverbio jacta- ^{assēm.}
batur: quippe supplices, & qui pacem petunt, ⁸ oleæ ra- ^{Her-}
mos, dare. ^{bar-}

¹ Byzena temeritas.] Eras. Chil. 4.
cent. 2. cap. 11.

² Nodum in scirpo querere.] Idem
Chiliad. 2. cent. 4. cap. -6. Festi au-
tem locus est cap. 14. Locus Plauti
in Menachmis est act. 2. scena 1. Te-
rentii in Andria est actus 5. scena 4.
Cellii est lib. 12. cap. 6.

³ Cum quo in tenebris micent.] Eras-
mus Parœmiographus Chil. 1. cent. 8.
cap. 32.

⁴ Senex simia non capitur.] Erasmus
Chiliad. 1. centur. 10. cap. 3 r. Locus
Laërtii est in vita Heraclidis Pontici.

⁵ Fœnum habere in cornu.] Erasmus
Chiliad. 1. cent. 1. cap. 8 r. Locus Ho-
ratii est Sermonum lib. 1. sat. 4. D.
Hieronymi est in epist. ad Januar.

⁶ Dici quoque jus ad assēm.] Nullum
hujusmodi proverbium est apud Eras-
mum. Sed id sumpsisse videtur Ale-
xander ex Plinio Nepote epist. lib. 1.
epist. 15. incip. Heus tu. At vereor ne

is deceptus sit. Sunt enim verba Plinii
hæc, Hens tu, promittis ad cœnam, nec
venis. Dicitur jus, ad assēm impendium
reddes, nec id modicum. neque enim il-
lud (ad assēm) referrur ad (reditur
jus) sed ad verba sequentia. ut scilicet
ad assēm reddat impendium, id est, in
solidum sive integrum impendium us-
que ad assēm, ut scitissime annotavit
interpres.

⁷ Herbam do.] Erasm. Chiliad. 2:
centur. 2. c. 78. Locus Festi Pompejū
lib. 8. in princip. Et vide supra lib. 4.
cap. 7. *

COLERUS.

* Ubi & ego non nihil observavi.

TIRAQUELLUS.

⁸ Oleramos.] Virgil. lib. 8. Aenei-
dos olivam paciferam vocat, his ver-
bis,

Paciferaque manu ramum prætendit
olive.

*N^o-duas
Athe-
nas.*

*Cretes
nescire
jela-
gus.*

*Ne de-
cim. a
quidem*

*Syracu-
janorū
pars.*

*Crotone
salu-
bris.*

*Conone
conti-
nentior.*

*Catone
con-
stan-
tior.*

*Ari-
stide
justior.
Non est
cuiusq;
adire
Corin-*

thum.

mos, velamenta supplicum, aut gramen cum terra evulsum, victori offerebant, vel barbarico more fertis coronati occurrebant, quasi illos quibus porrigerent, ducerent meliores: ¹ Mittere autem noctuas Athenas, γλω̄κες eis ἀγνῶς, vetus adagium fuit, quum ea quæ illi supersunt, alicui damus. Quum enim Athenis noctuæ affatiū exuberant, qui illuc noctuas mitteret, nimiriū ad ea loca merces ferret, ubi illæ redundarent. Et cum quis nescire simulat quæ percallet, ² Cretes nescire pelagus vulgo dicitur: ex illo traditum quod nemo Cretensis naviculariam, & pelagi conimercia nesciret. Quinetiam ex locis plura fluxere proverbia. Nam si qui opibus claros & præpotentes floccifaciunt, ³ illis ne decimam quidem Syracusanorum esse: & cum loca & salubrem aërein celebrant, ⁴ Crotone salubriora dicunt; scilicet quod Syracusas ditissimas, sicut Orchomenon in Boeotia, & Crotone, composita aëris temperie saluberrimam ferunt. Etiam à personis plura adagia fluxerunt: nam & ⁵ Zenone continentior, & ⁶ Catone constantior, & ⁷ Aristide justior crebro usurpatum est. Eo pertinet, ⁸ non esse hominis cuiusque Corinthum

[¹ Mittere autem noctuas Athenas.] Erasmus Chiliad. 1. cent. 2. cap. 11. Ululas Athenas. Locus Ciceronis primus ad Torquatum est lib. epistol. familiar. 6. epist. 3. totius operis 81. incip. Superioribus literis. Secundus est lib. ejusdem operis epist. ult. & vide supra lib. 4. c. 15.

[² Cretes nescire pelagus.] Erasmus Chiliad. 1. cent. 2. c. 31. Cretensis mare. Locus Horatii ad Octavium est lib. epist. 2. epist. i.

[³ Illis ne decimam quidem Syracusanorum.] Erasmus Chil. 2. cent. 4. c. 45. & Strabo lib. 6.

[⁴ Crotone salubriora.] Ibi cap. 43. Locus Diocoridis lib. 4. cap. 145. Sed illi adde phalerium in epist. ad Simulum inter epistolæ rusticæ Aelianæ.

[⁵ Zenone continentior.] Erasm. Chiliad. 1. cent. 10. cap. 83.

[⁶ Catone constantior.] Id proyer- bium non extat apud Erasumum: nec scio an fuerit à quopiam antiquorum usurpatum. Illud scio Catonem Uticensem fuisse omnium constantissimum; ut satis colligitur ex Plutarcho in vita illius, & Cicerone ad Atticum lib. 1. ep. 14. ubi illi tribuit constantiam & integratatem.

[⁷ Aristide justior.] Nec id quoque ab Erasino inter proverbia positum. Illud autem constat hunc justum fuisse cognominatum, ex Diodoro Siculo libro 11. & Plutarch. in vita illius, & etiam in Apophthegmatis ejusdem.

[⁸ Non esse hominis cuiusque adire Corinthum.] Erasmus Chil. 1. cent. 4. cap. 1. Locus Horatii in epist. est lib. 1. epist. 17. ad Scovam. Hic autem adde Platoneum lib. 3. de Repub. vituperasse Corinthium luxum blandientium me- retricu-

thum petere, quod præceps in luxuriam civitas, ibique illecebræ libidinum forent, quæ magno parabantur. Tum si quem affectum, & negocis inutilem ducebant, in quo nihil adjumenti, nihil consilii foret, cum de ponte dejicere oportere monebant: siquidem grandævos ætate, ad suffragia quæ comitiis dabantur, non admittebant. Quum vero vehementer laboratur, fortunæque in extremo sunt, ita ut nulla daretur spes melior, rem ad triarios venisse, in proverbium venit. Quum enim triarii in ultimo essent præsidio, ultra quos nihil opis sperabatur, quum abscissa omni spe, ad ultimum ventum esset, rem ad triarios venisse dicebant. Si quid autem tarde cogitatum, aut salubre consilium sero expensum fuisset, sero Phryges sapere sermo fuit, quod à Græcis fluxisse autumnant: nam quum de cimo exacto anno, post magnas clades Trojanæ Helenam, simul & jure belli quæsita, Græcis restituenda censerent, sero Phryges sapere, proverbium deductum est. Et qui in re quapiam parum sapere visus, damnum patitur, qui sibi sapiens prodest nequit, ne quicquam saperedicitur: ad quam Nequit sententiam accedit Euripidis versus, μισθὸς σοφὸς ὁ οὐκ αὐτῷ σοφός, hoc est, odi sapientem, qui sibi sapiens non est. Et qui astu & dolis nimium valet, Corycæus nuncupatur,

retricularum. quod & nos alibi diximus.

¹ De ponte dejicere.] Erasmus Chiliad. I. centur. 5. capite 37. Sexagenarios de ponte dejicere. Locus Festi est libro 4. ubi de Depontanis loquitur, & libro 17. ubi exponit qui Scaptæ dicebantur. * Macrobius. I. I. Sat. c. 5.

C O L E R U S.

* Scaptæ, legendum, teste præter Fest. Nonio & Varrone, nihil ramen ibi legi, quod hue accommodari possit.

T I R A Q U E L L U S.

² Rem ad triarios venisse.] Erasmus Chil. I. cent. I. c. 23. & vide supra lib. I. c. 5. & lib. 4. c. 7. *

C Q L E R U S.

* His adde Sidon. Apollinarém

lib. 6. epist. 1.

T I R A Q U E L L U S.

³ Serò Phryges sapere.] Eral. Chil. I. cent. I. c. 28. Locus Ciceronis est ep. fam. lib. 7. epist. ejus lib. 16. omnium 116. Festi Pompeji lib. 17.

⁴ Odi sapientem qui sibi sapiens non est.] Eral. I. Chil. cent. 16. cap. 20: Ne quicquam sapit, qui sibi non sapit. Locus primus Ciceronis est libro 7. epist. famil. epist. ejus lib. 6. omnium .c6. incip. In omnibus meis epistolis. Secundus lib. 12. ejusdem operis epist. lib. est 27. omnium 288. incip. Praecilium tibi commando. Suetonii in Tiberio Cesare, cap. 59.

⁵ Corycæus nuncupatur.] Erasmus Chiliad. I. centur. 2. cap. 44. Locus L 2 Pomp.

patur, ex eo deductum, quod ex Coryco latrones præda assueti, audacis ingenii & summae solertiæ forent. In eos quoque qui præferunt lætitiam, quum intus angantur curis, qui que blanditiis velant odium, ¹ risus Sardonius dicitur, quod in Sardinia apiastro similis herba nascatur, cuius esus deducto ore velut ridentes homines mortem opere cogit. Si quis vero obrutus malis, cum fortuna fluctuat, ut nihil sibi prospere cedat, illum ² equum habere Sejanum, ³ aut aurum Tolosanum asseverant: quod scilicet ita excidio & continuis cladibus premitur, ut qui aurum Tolosanum habuere, aut Sejani equum: sicut ⁴ de seguen-

Pomp. Melæ de situ orbis, est lib. I. cap. 17. ubi de Ionia.

¹ Ritus Sardoniæ.] Erasmus Chil. 3. cent. 5. cap. 1. Locus Solini est cap. 10. Servii in Virg. eclog. 7. Apuleji lib. 2. Dioſcoridis lib. 6. cap. 14. Aristoteles de partibus animal. lib. 3. cap. 10. Tullii epist. fam. lib. 7. epist. ejus lib. 26. to:ius operis 126. incip. Quod epistolam. Luciani secundus locus est in Jove Tragoedo.

² Equum habere Sejanum.] Erasmus Chil. 1. centur. 10. cap. 97. Locus Virgilii est libro 2. Aeneidos, Trebellii Pollioñis est in vita Quieti Tyranni 13. his verbis, Videlur non mili prætereundum de Macrianorum familia, qua hodieque floret, id dicere, quod specie semper habuerunt. Alexandrum Magnum Macedonem viri in auro & argento, mulieres in reticulis & dextrochériis, & in annulis, & in omni ornamento genere, exsculptum semper habuerunt: consuebat ut tunicæ & limbi penulae matronalis in familia ejus hodieque sint, quæ Alexандri effigiem deliciis variarib; monstrant. Vidimus proxime Coruelium Macrum, in eadem familia virum, cum etnam in templo Herculis daret pateram elektrinam, quæ in medio vulnus Alexандri haberet, & in circuuum omnem historiam contineret signis brevibus & minutulis, pontifici propinare: quam quidem circumferri ad omnes tanti illius

viri cupidissimos jussit. Quod idecirco posui, quia dicuntur juvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro geſſitant vel argento.

³ Aut aurum Tolos.] Idem ibi c. seq.

⁴ De segmentis Helenæ & Eriphyles.] De his utrisque Diodorus Siculus lib. 16. cap. 15. Uxores quoque Phoenicium Principum, quæ ausa sunt monilibus reptis se exornare, impii facinoris penas non evitabant. Que enim Helenæ monile gestare est solita, in mercetricium probrum incident, pulchritudine sua eam expertentibus prostrata. Altera, eo quod fuerat Eriphyla, sublinda ad ornatum utens, cum filius, quem natu maximum habebat, in furorem concitatus, ignem domui injecisset, intra eam viva incendio extincta est. Eoque pacto qui Deum contemptui habere veriti non sunt, suppliciis, quæ narravimus, ab ultioribus diis affecti sunt. Loquitur autem de templo Delphico expilato, cui affixa erant hujusmodi Helenæ & Eriphyles segmenta, ut tradit Athenæus lib. 16. c. 4. Apollodorus Atheniensis Bibliotheces suæ de Deorum origine lib. 3. Plutarchus in lib. de Sera numinis vindicta, tradit Aristonem Eriphyles inundum mulierem è templo Delphico rapuisse, uxoriisque dono artulisse: filium autem matri ejus succensentem, domum incendisse, & omnes, qui in illa erant, concrenasse.

segmentis Helenæ, & Eriphyles¹ aut Hermionæ monili auctores tradunt, quorum participes, ærumnarum continua mole oppressi, in extremum venere discrimen: sicut² de Agave, ³ Jocasta, ⁴ Semele, ⁵ Argia & ⁶ Eriphyle ap-

¹ Aut Hermionæ monili.] Id ipsum autem erat quod postea ad Eriphylem pervenit. Id enim primum à Vulcano Veneri fabricatum fuisse dicitur, & deinde reginarum omnium, quæ Thebis vixerint: quas istius monilis omnia infeliciter deperisse scribit Statius his verbis,

Nec mirum: nam tu infans donante marito,

Ornatus Argia geris, dirumque monile Hermiones. longa est series: sed nota malorum

Prosequebar, unde novistam scèva potentia donis.

Lemnius hæc, ut prisca fides, Mavortia longa

Furta dolens, capto postquam nihil obstat amori

Pœna, nec ultrices castigare catene, Hermiones dutale decus sub luce jugali struxerat. —

Paulo post periculum hujus monilis fidem fecit Hermione, quæ proxime experta est: nam in angues versa est cum marito: ob hanc causam, quod Agenoris & Europæ filius draconem Martis, qui fontem custodiebat, occidit. Ideo vult Statius hoc contigisse, quia nuptialibus donis hoc monile possederat,

Prima fides operi Cadmum comitata jacentem

Hermione, versis in sebila dira querellis,

Illyricos longo sulcavit pectore campos.

² De Agave.] Hujusmodi venenis infecerat hoc monile Vulcanus (ut d. lib. scribit Statius) ut necesse esset hoc monile gestanti ærumnarum mole opprimi. Hoc enim usæ est Hermione, Agave, Jocasta, Semele, Argia, ultimo Eriphyle, ut ex seqq. patebit. De Agaves furiis Lucanus lib. i.

— Ingens urbem eingebat Erynnis,

Excutiens pronam flagrantí vertice pinum,

Stridentesque cornas: Thebanam qualis Agacem

Impulit. —

Ubi Sulpitius Lucani interpres, *Agave, inquit, Cadmi & Hermiones filia, & Echionis uxor, subito furore correpta, Pentheum filium, Bacchi contemptorem, quem aprum esse putabat, dilaniavit.* Idem Lucanus lib. 7.

Cum fueret Pentheus, aut cum descisset Agave.

³ Jocasta.] Nam & Statius, ubi supra, ad ea, quæ ex eo adduximus, id quoque addidit,

Teque etiam infelix perhibent Jocasta deorion

Possedit nefas. vultus hac laude colebas,

Heu quibus, heu placitoris? pest longius ordo.

Infelix (inquit Luctatius interpres) quia non imposuit, per malorum experimenta, finem cupiditati. Nam hoc monile certum est Jocastam post Agavem habuisse.

⁴ Semele.] Idem Statius, ibidem id quoque subjugit,

Improbamox Semele vix dona nocentia collo

Induit, & fallax intravit limina Juno.

Ubi Luctatius, *Vult Semelen infelicitate hujus monilis extinctam, & magis ornatus invidia à Junone, quam pellicatus inductam, ut à Jove improbe posceret, quid nefas esset corpus sustinere mortale. Semelen autem optime impribam dixit, quod votis suis immodica: ut Jovem vellet cum fulmine.*

⁵ Argia.] De qua jam supra ex

Statio, qui & postea quoque subdidit,

Tum donis Argianitet, vilesque sororis

Ornatus sacro præcnla supervenit auro.

⁶ Et Eriphyle.] Supra dictum est,

& miror quod repetit.

le apparet: quod & Græcis quoque vice proverbii fuit,
 οὐκέπ' ἀυτὸν εἰληφετο καὶ μάλιστας, ' mala ad se tra-

Ut cæcias nubes. Ut Cæcias nubes. Id etiam apud Eleos in prover-
 bium cessit, ut in eum qui continuis premitur malis, ² gra-

Graviora Sambico pati dicerent. Quum vero quispiam iniqua
 contentione vicitus, ulterius damno premitur, ³ Oppro-

Sambico. brium vicitis adagium erat: quod à Brenno, quum se Ro-
 mani auro redimerent, sumptum memorant. Tritum quo-

Opprobrium vicitis. que proverbium fuit, ⁴ Iucundi acti labores, quum bene
 navatam à nobis operam, suavi memoria repetimus. Et

Iucundi acti labores. cum inter loquendum međio affatu is supervenit, de quo
 sermo fit, ⁵ lupum in fabula, qui minime nos loqui sinat,

Lupus in fabula. esse dixerunt: nam fere constat, quem prior lupus vide-
 rit, proloqui nequissime. Cumque fraus animo agitata, à bo-

Malum consilium consiliori perniciem. no honestoque in pravum transit, atque in auctoris redit
 perniciem, ⁶ Malum consilium consultori pessimum, in

peſſimum. adagium venit. ⁷ Ac mille modis evulgata hucusque enu-
 meratis

¹ *Mala ad se trahens, ut cæcias nu-*
bes.] Eras. Chil. 1. cent. 5. cap. 62.

² *Graviora Sambico pati.]* Erasmus
 Chiliad. 1. centur. 1. cap. 80. Locus
 Plutarchi est in Problematis c. 160.

³ *Opprobrium vicitis.]* Erasim. Chi-
 liad. 2. cent. 6. cap. 1. *Quid nisi vicitis*
dolor. Ex quo intelliges non illic *oppro-*
brium, sed *dolor* legendum. nam apud
 Plutarchum in Camillo, ex quo id
 sumptum est, legitur, *in rōis revinquerē-*
vois ēdūn. quæ postrema dictio *dō-*
rēm significat, non *opprobrium*. Sed
 quod *victis* scribit Eras. id ante Fe-
 stum Pompejum scripsérat Livius 1.
 Decad. lib. 5.

⁴ *Iucundi acti labores.]* Eras. Chil.
 cent. 2. cap. 43. & iterum Chil. 4. cen-
 tur. 9. cap. 27. *Iucunda mā'orum præ-*
teritorum memoria. Virgilii locus est
 lib. 1. Æneidos Seneca in Hercule fu-
 rente.

⁵ *Lupum in fabula.]* Erasim. Chil 4.
 cent. 5. cap. 50. Locus Terentii in A-
 delphis est act. 4. sc. 1.

⁶ *Malum consilium, consultori peſſi-*
mum.] Erasim. Chil. 1. cent. 2. c. 14.
 Locus Valerii libro 7. est tit. de sa-
 pienter dictis & factis. qui primus
 est ejusd.lib.7. ubi de Papyrio Cursore
 Cos. loquitur.

⁷ *Ac mille modis evulgata prover-*
bia.] Erasmus collegit 4151. eadem
 que docte & eleganter locupletavit Et
 ille quidem omnem diligentiam in il-
 lis coacervandis adhibuit, vir quidem
 cum in ceteris rebus, tum vero hic (ut
 ex illis videre est) diligentissimus. Sed
 quis omnia posset? Ego autem non
 nulla ab eo prætermissa, hic summa-
 tis subjicienda duxi. Nec dubito quin
 & alia sint multo plura, quæ ipse Eras-
 mus, si diutius vixisset, in infinitum
 auxisset.

Kόπος κόπος αὔγει. 1.
 Est apud Oribasium lib. 1. Euphor-
 iston c. 1. ubi aperte declarat id esse
 antiquum proverbium. Idque peræque
 est, *labor laborem solvit, vel pellit.* Est-
 que illis simile *Clavis clavum, Paxillus*
paxil-

meratis non dissimilia proverbia fuerunt, cōmūnū & quotidiano sermone usurpata, quæ recensere supervacuae
dispu-

paxillum pellit scilicet, aut excutit.

Syri adversus Phœnices. 2.

Est apud Suidam Σύροι περὶ φοίνικας, ubi versutus decipere versutum satagit. Simile illis, *Cretensis Cretensem;* *Cretensis cum Egina et a. de quibus Erasmus Chil. 1. cent. 2. cap. 26. 27.* cum improbus agit eum improbo, perfidus cur' n perfido.

Dixerat ille aliquid. 3.

Virgilius lib. 10. Aeneidos, ubi Anxurum, ut ineptum factorum & virtutis sux ostentatoreum perstringit, sic scribit,

Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo

Crediderat, catoque animum sortasse cerebat.

Quo loco Servius admonet proverbialiter esse dictum, ac si diceret, *Non mirum sic occisum esse cum, quisib[us] plurimum arrogabat.*

Solus hoc potuit Deus. 4.

Lat. Pacatus in Panegyrico, quem Theodosio scriptis, indicat id esse proverbium, *Mirabimur, inquit, te post imperium esse privatum: multo magis mirum est imperium ferre post oclia. Solus hoc (ut dicitur) potuit Deus.*

Amicus amico bona, illius gratia vult. 5.

Aristoteles lib. 8. Ethicorum tum c. 2. tum quoque 7. in fin. ostendit id vice proverbii celebratum.

Area scelerum. 6.

Et id quidem proverbialiter dictum videtur eadem figura, qua *Ilias malorum*, apud Ciceronem etiam ad Attic. lib. 9. epistolar. epist. penult. incip. Utrunque ex tuo consilio. *Reliqua ò dii, qui comitatus, quæ (ut tu soles dicere) revixit, in qua erat area scelerum.*

Vereor Troas. 7.

Aἰδημοι τρῶας. Habet speciem proverbii de formidolosis, qui vel effec-

minatissimos ac profligatissimos quosque timent apud Ciceronem multis in locis, ut intelligas id vice proverbii celebrasse: scilicet ad Atticum lib. 2. epist. ejus lib. 5. & totius operis 20. incip. *Cupio quidem.* Et lib. 1. epist. 7. & omnium 119. incip. *Dederam quidem.* & rursus epist. 10. & omnium 129. incip. *Unam adhuc.* & lib. 8. epist. ult. incip. *Omnia mili.* Quod & sumptum est ex illo versu Homeri libro 6. Iliados, quem integrum posuit Cic. 1. illo loco, ubi de Hectore loquitur,
Αἰδημοι τρῶας, καὶ τρῶας ἡ κατάπτωσις.

Id est,

Vereor Troas, & Trojanas longa peplafrentes.

Ne pilum quidem. 8.

Idem Cicero ejusdem operis libro 5. epist. 20. omnium 127. incip. *Saturnalibus mane. Interea ē Cappadocia ne pilum quidem.* Quod habet formam similem illius, *Ne punctum quidem* Chil. 4. cent. 4. c. 85. Simile etiam est illud, *Cum pulviseulo.* de quo Erasm. Chil. 2. cent. 8. c. 85.

Perire non posse, nisi crura fracta effant. 9.

Idem quoque Cicero Philipp. 13. docet id proverbii loco dici solitum. *Illud tamen mirum, inquit, quod in hoc Planco proverbii loco dici solet, Perire enim non posse, nisi crura fracta effant:* Sic etiam ludit in Eruscinum pro Sex. Roscio Amerino, *Crura quidem rebis,* inquit, *nemo suffinget.*

Manum & mentem. 10.

Festus Pompejus lib. 11. id dicit esse proverbium ex Graeco tractum: sed tam corrupti sunt ipsius codices, qui circumferuntur, ut vix sensum aliquem exciperere queas.

Lacuna in aurō. 11.

M. Tuilius oppido quam decenter dicit (epist. lib. ad Attic. 12. epist. ejus

lib. 5. omnium 136. in princ.) *Lacunam in auro factam.* Ne, scilicet, in re apparente bona subsit fraus aut malitia. intelligi volens exinanitionem auri, & quasi voraginem quandam ex furto & rapina. Cui simile est & illud Persii sat. 5.

Nequa sub auro mendosum tinniat auro.

Sensus est, Ea es prudentia, ut *ex auro* coopertum etiam dignoscas, ut solent mensarii. Allegoricōs hoc dicit, eum virtutis velamento quodam virtutis obvelata cognoscere. Hocque sapientis est, qui vera libertate fruatur. Ita Britannicus interpres. Scio autem illius loci Tulliani meminisse Erasimū in proverbio *Lacunam explore*, Chil. 4. cent. 10. c. 88.

Cum insanis insanire & ipsi debemus. 12.

Galenus lib. 1. de Virtutibus naturalibus c. 15. eodemque penult. *Quia vero, inquit, jam satis fabulati sumus & quidem nolentes: sed ut est in proverbio, Cum insanis insanire coacti.*

Caca divitiae. 13.

Plato lib. 1. de Legibus indicat id vice proverbii fuisse usurpatum: *Dupliciter, inquit, bona dicuntur: alia enim humana sunt, alia divina: dependent autem à divinis & humanis. Dixinis igitur quae majora sunt, susceptis; minora etiam possidentur. Illis autem spretis, utrisque circuitas privatur. Minorum vero * bis primum est satietas, deinde pulchritudo, cincta. tertio vives ad cursum & ad alios corporis motus: quarto divitiae, quae non caca sunt, ut vulgo dicitur, si prudentiam sequantur.*

Pennatis pedibus. 14.

Sed & id proverbium fuisse declarat Divus Hieronymus in Epistola ad Florentium inc. *Quantus. cum dicit, Ita ut ego ille tardissimus, quem intolerabilis languor vexat, pennatis, ut ajunt, pedibus, certe charitate & voto te salutavemus. Quibus verbis, ut & Erasmus dicit in scholiis, significabat miram celeritatem, sumpto proverbio à Mercurio*

rio, cui pedibus alas addidere Poëtz. Sed id ipsi Erasmo, sua proverbia congerenti, effluxit.

Ultroneas putere merces. 15.

Est ejusdem Hieronymi ad Marcellam incip. *Nuper cum pariter essemus* (sunt enim multæ ipsius ad candem) in fine ejusdem epistolæ, ubi dicit, velle se aliquid illi scribere de quibusdam, quæ memorat, *Nisi, inquit, & modum epistolic characteris excederem, & tibi ariditatem magis delatæ deberent facere quæstiones.* Tritum quippe est proverbium, *Ultroneas putere merces: unde & nos de industria riticemus, ut avidius velis audiare quæ tacita sunt.* Ubi & ipse Hieronymus in scholiis, *Nam suspectæ sunt, ait, emptori.* Sic Horatius epist. lib. 2. epist. item 2. in princ. ad Julium Flor.

Multa fidem promissa levarant, ubi pleniū aequo

Landat, venales qui vult extrudere merces.

Ego vero mallem ad id referre, quod qua sponte & sine labore, & veluti gratis offeruntur, minus placent, quam qua cum labore & precio adipiscimur. Scitum est illud Ausonii epigram. 39.

Hanc volo, quæ non volt: illam quæ volt, ego nolo:

Vincere volt animus, non satiare Venetus.

Oblatas sperno illecebras, detrecto negotias:

Nec satiare animum, nec cruciare volo.

*Nec * discincta Diana placet, nec nuda Cythere:*

Illa voluptatis nil habet, hæc nimium: Callida sed media Veneris mibi venditet artem

Fœmina, quæ jungat, quod volo nolo vocet.

Et illud item, *Aqua furtiva dulciores sunt: & Panis absconditus suavis.*

Nec ferre videt suæ gaudia ventos. 16.

Virg. 10. Æneidos. quo loco Servius, Proverbium est, inquit, ventiferunt gaudia. id est, latatur incassum. Sic supra lib. 9.

— Sed

disputationis foret: quare ne exequar singula, quum non sit animus ea consecitari quæ ab aliis uberioris explicata sunt & latius, de his hactenus dixisse satis habeam. Illud utique antiqui moris erat, quod cum alicui precabantur bene, ut quicquid suisset, cupitum eveniret, ne quid diri aut in-
Polla-
fausti successum laderet, ^{cem} pollicem premere jubebant. ^{preme-}
Quotiesque in propinqua spe futuri boni, veniam à diis pe-
tis, ^{In si-} in sinum despucere solemus, velut ratas preces diis
habit-
^{re.}
^{num}
^{despu-}

Sed aura

*Omnia discerpunt, & nubibus irrita
donant.*

*Ubi & idem Servius, Quæ, ait, inutiliter
jubentur, dicitur ventus discerpere:
citatque priore loco illud ejusdem Vir-*

gil. lib. 11. Aeneidos,

Audit: & voti Phœbus succedere

partem

*Mente dedit, partem volucres dispersit
in auras.*

*Illud autem Virgilius sumptum videtur
ab Homero Odyssea lib. 8.*

*Ἐπὶ τῷ εἰπεῖν οὐκέται
Δεύτερον τὸ φέροντα καὶ γαρπτάζοντα
δέλλας.*

Id est, ad verbum,

*Verbum si aliquod dictum est
Durum, cito illud ferant rapientes pro-
celle.*

Philadelphæa opera. 17.

*Philo ille Judæus in libro de vita Mo-
sis, sic scribit, Ptolemaeus fuit is, Phila-
delphus cognomine, tertius ab Alexandro
Ægypti Rex, virtutibus regis supra om-
nes etatis sue, superiorumque seculorum
Principes nobilis, enjus nunc quoque ex-
tanto temperum intervallo decus est incli-
tum, ob tota relicta per civitates regio-
nesque monumenta magnificientia, ut in
proverbiis abierint sumptuosa opera ab
illo Philadelphæa denominata.*

*Plus apud Campanos unguenti,
quam apud ceteros olei. 18.*

*Plinius lib. 18. c. 11. id proverbio cele-
bratum fuisse satis declarat: unde
vulgo dictum, Plus apud Campanos un-
guenti, quam apud ceteros olei fieri.*

Dioscuri salvatores. 19.

*Ælianus Variae historiæ lib. 1. cap. 30.
Græce quidem scripsit, sed hoc sensu,
Ptolemaeus Rex amasum habebat Gale-
tam, pulcherrima forma præditum. Ani-
mus vero juvenis longe formam superabat.
persæpe igitur etiam Ptolemaeus testimo-
nium ei perhibebat, inquiens, O lepidum
caput nulli unquam ullius auctor incom-
modi extitisti: at multorum utilitatem
promovisti. Accidit aliquando, ut cum
Rege adolescentem equitaret. Cum vero pro-
cul aliquos ad supplicium trahi videret,
non oscitante in hac verba Regens affas-
tus est, sed ô Rex, inquit ad Ptolemaeum,
quandoquidem prospera quadam sortitionis
istorum fortuna, equos descendimus, age,
si gratus es, calcaribus admotis & ve-
locia persequentes, appareamus miseris,
quasi Dioscuri salvatores & advocati sa-
lutem ferentes: quid communis proverbio
de his diis vulgatum est. Verum ille ma-
ximam voluptatem capiens ex ejus boni-
tate, & propensum ad misericordiam &
nimis amplectens tum nocentes serva-
vit, tum amoris, quem erga puerum gere-
bat, intentionem multum confirmavit &
auxit. Hæc ille. Hoc autem proverbium
proxime accedit ad illud, Θεὸς μαχαρίς ἐμπατεῖς. id est, Deus ex
improvviso apparet. De quo Erasim.
Chil. 1. cent. 1. c. 68.*

*1 Pollicem premere.] Erasmus Chi-
liad. 1. cent. 8. cap. 46. Locus Juve-
nal. est sat. 3. Horat. epist. 1.1. ep. 17.
ad Lollium 2.*

*2 In sinum despucere.] Id sumptum
est ex Tibullo lib. 1. eleg. 2. in fin.*

Ubi quis male audiret, aut verbo offensus fuisse. habituris. Cumque in sermone quotidiano quispiam male audisset, aut verbo voceve offensus foret, ¹ dicto veniam poscere. in adversis vero enunciatis, ² meliora ominari, atque ³ invidiam verbo abesse jubebant. In mentione defunctorum, illorum memoriam non sollicitari: in sordidis & obscenis dictis, ⁴ honorem auribus servare, & ⁵ præfari honestatem, veteres consuesse, memorie & litteris proditum est.

Hunc pner, hunc juvenis turba circumstetit arcta:

Despuit in molles & sibi quisque sinus. Erasmus autem Chiliad. 5. centur. 1. cap. 25. *Despue malum,* inter proverbia posuit, nec citat Tibullum ubi supra: sed Plinium non designato loco, sed est lib. 28. cap. 4. Plauti autem locus est in Captivis. Sed tu hic omnino vide, quæ scripsimus in legibus nostris Connubialibus parte 1. num. 17. incip. Hincque illud.

I Dicto veniam poscere.] Plinius Junior libro epistolar. 5. epist. ejus lib. 6. totius operis 102. incip. Amavi curam, in fin. Usque, inquit, adhuc certe neminem ex his, quos eduxeram mecum, veniam sit dicto, ibi amisit.

2 Meliora ominari.] Cicero de claris Orat. Melius, quæso, ominare, inquit Brutus.

3 Invidiam verbo aveſſe.] Livius 1.

Decad. lib. 9. *Absit verbo invidia, & civilia bella fileant.* Et 3. Decadis lib. 8. Ut non modo nobis (*absit verbo invidia*) sed ne posteris quidem timenda nostris effet.

4 Honorem auribus servare.] Q. Curtius lib. 5. *Ad ultimum opus (honos auribus habitus sit) ima corporum velamenta projiciunt.*

5 Præfari honestatem.] Honorem, nifallor, voluit dicere. Cicerolib. 2. de Finibus, *Eam autem ita persequitur, quæ palato percipiatur, quæ auribus: cetera addit, quæ si appelles, honos præfundus sit.* Et epist. fam. libro 9. epist. ejus lib. 22. torius operis 174 incip. Amo verecundiam. *Nos autem ridicule si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non præfamur: sive de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfundus est.* Nulquam autem quod meminerim, legi honestatem præfari.

C A P U T X V I .

Tarquinii Prisci ineden- dis spe- Elaculis studiis. *Qui primus legem theatralem Romæ tulerit, & quot leges plebem ab optimatibus * postea distinxerint.*

*I*nter eos qui à prima origine spectacula Romæ ediderunt, ⁶ Tarquinius Priscus opulentius instructiusque quam

COLERUS.

* *Postea distinxerint.]* De hac re Lipsius doctissime passim in commentario ad Tacitum, & lib. aureo de Amphitheatro agit. Cui adjunge, si lubet, Levinum Torrentium in cap. II. Nezonis.

MERCERUS.

Alex. sicut & post illum Manutius, ac Siganus, præsupponit eandem sedendi rationem, & legem in Circu, & Thatro fuisse. Quod principiū quia falsum est, consequitur, ut multa absurdā hoc toto capite scribat.

quam aliquis Regum ludos fecisse dicitur. Is enim in ludo-rum apparatu, cultu & magnificentia omnes antecessit.

Ab

scribat. Singula perstringere mihi non licet per brevitatem temporis. Ne fallicheris tamen legendis his libris, hac libenter apposui de ratione sedendi in Circo, & Theatro. In Theatro ergo primum quidem, stans Populus Rom. ludos spectavit. Tacit. Annali. I. 4. *Si vetustiora repetas platem P: pulum spectare, si confidisset theatro dies totus ignavia continuaret.* Ex quo interim difcis, quamobrem jussus Populus stans ludos spectare. Valerius addit vetus sennatusconsulto, ne quis federet. Capite 4. lib. 2. *Senatusconsulto cautum, ne quis in U. be, propinque passus mille, subsellia p. suis, sedens ludo, spectare vellet.* Dixi in Theatro. Nam in Circo alia forte ratio. Livius lib. I. ubi de Tarquinio Prisco. *Tum primum Circo, qui nunc maximus dicitur designatus locus est: loca diversa patribus, equitibusque ubi spectacula sibi quisque fecerit, sori appellati.* Arbitror enim spectacula facere, eo loco esse subsellia ponere, ad spectandum. Quod si aliter interpretatus fueris, leviter repugnabo. Tandem tamen in Theatro sessum est, & primum quidem subitarii gradus, & scena in tempus structa ut loquitur Cornel. Tacit. Et ut alicubi me legisse memini, primi, hoc est, primo & honoratiore loco semper federunt senatores, vel concedente plebe, vel iubentibus censoribus, aut legibus. Tum, Roscius Otho Trib. p. e. b. equitibus secundum senatores honestatissimum locum in theatro attribuit, nisi vel suo, vel fortunae vitio decoxiscent. Ac ne erres, de solo Theatro egit Lex Roscia. Ad circum non pertinuit. In Circulo ergo, si Livio credimus, instituto Tarquinii tantum senatoribus & equitibus divisa loca. Si vero Dionysium sequimilimus, toti populo Curiatim. Sed sive hoc, sive illud probes, hic spectandi modus una cum tempore, & prisca motibus obsolevit: Omnesque ordinis promiscue tandem spectarunt, us-

que ad Augusti principatum. Qui primus, ut est apud Dionem l. 55. edixit, ut ludi circenses seorsim à patriciis, & equestribus spectarentur. Idipsum confirmat Suet. August. 41. *Decretum fecit, ut in seculis primus ordo subselliorum s. nato, ibus vacaret.* Ita tamen secrevit Augustus loca senatorum à plebejis in Circo, ut nihilominus Populus totus dicatur post ea tempora promiscue spectasse. Nam Augustus certum locum senatoribus non a scripsit, ut expressis verbis scribit Dio lib. 60. *Sp. etaverant, inquit, jam ante seorsim singuli ordines patriciorum, equitum & plebiorum: ex eo tempore quo lex de eo lata fuit.* Non tamen certi loci singulis erant attributi: sed tunc Claudius ea subsellia patriciis destinavit, quæ nunc quoque sunt: concessio etiam dibi spectare veste plebeja. Quare Claudius Imperator primus assignavit in Circo certa loca singulis ordinibus. Et id bene vult. Suet. Nam Claud. 21. *Propria Senatoribus constituit loca promiscue s. etare solitis.* Adeo ut priorem illum locum Suet. ex Augusto, debeas explicare ex Dione. Ne sibi Suet. repugnet. Eademque ratio est equitum. Eorum loca secrevit Augustus, ut ex Dione jam liqueat. Certum nihilominus locum iis non attribuit. Id fecit Nero. Tacit. Au. 15. *Equitum Romanorum locos sedilibus plebejis anteposuit apud Circum.* Suet. Ner. 11. *Circensis loca e quatuor secretis attribuit.* Quæ loca ubi fuerint docet Plin. c. 7. lib. 8. *Cæsar dictator Euripiis Arenam circumdedit quos Nero princeps sustulit.* Equiti loca additis. Pet quæ tempora, ne erres, lievit senatoribus, & equitibus non spectare in suo loco: sed una cum plebe. verum tunc oportuit mutatam vestem. Id docet ille locus, quem è Dionis lib. 60. modo protulimus.

TIR A QUELLUS.

6 *Tarquinius Priscus.*] *Dionysius Halicarnassæus lib. 3. in fin.*

I Circus

Circus
maxi-
mus.

Ab ipso enim ' circus maximus spectaculis designatus locus fuit, qui postea ædificiorum magnitudine, & aulico apparatu præcipuus semper exhibendis ludis est habitus, in quo munera ingenti apparatu mox exhibita fuere, divisis locis plebi per singulas curias. ² Cumque intercedentibus annis,

¹ Circus maximus.] Halicarnassœus ubi supra, Livius 1. Decad. lib. 1. Varro lib. 1. aut aliorum supputatione 4. de ling. Lat.

² Cumque intercedentibus annis.] Livius 4. Decad. lib. 4. Sex. Älius Petri, & C. Cornelius Cethagus Censores, gratiam ingentem apud Senatum peperrunt, quod ludis Romaniis Ædilibus Curulis imperarunt, ut loca sena:oria secererent à populo: nam antea in promiscuo spectabant. Sed & postea ejusdem Dec. lib. 5. Magalesia, inquit, ludos scenicos, C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo Ædiles curules primi secerunt. Horum Ædilium ludos Romanos primum Senatus à populo secretus s̄ declaravit: præluitque sermones (sicut omnis novitas solet) aliis tandem quod multo ante debuerit, tributum censentibus amplissimo ordini: aliis demptum ex dignitate populi quicquid majestati patrum adjectum esset, interpretantibus: & omnia discrimina talia, quibus ordines discernerentur, & concordie & libertati aque minuenda esse. Ad quingentesimum octavum annum in promiscuo spectatum esse: quid repente satum, cur immisceris in cavea patres plebem nollent? cur dices pauperem confessorem fastidiret? novam & superbam libidinem ab nullius ante gentis Senatu neque desideratam, neque institutam. Postremo ipsum quoque Africannum, quod Consul aëtore eius rei s̄ fuisse, penitusse ferunt. Adeo nihil motum ex antiquo probabile est veteribus, nisi que usus evidenter arguit, stari malunt. Hæc ille. Cicero autem in Orat. de Aruspicum responsis, Nam quid ego, inquit, de illis ludis loquar, quos in palatio nostri majores ante templum in ipso Matris magne conspectu, Megalensibus fieri celebrarique voluerint? qui sunt more, instituisque maxi-

me casti, solennes, religiosi: quibus ludis primum ante populi consessum Senatus locum P. Africanus iterum Cos. ille major, dedit: ut ludos hæc lues impura pollueret. Idem in Oratione pro Cornelio majestatis reo, P. Africanus ille superior, ut dicitur non solum à sapientissimis hominibus, qui tum erant, verum etiam à se ipso sepe accusatus est, quod, cum Cos. esset, cum T. Longo, passus esset tum primum à populari consesso senatoria subsellia separari. Quo in loco Asconius interpres, Hoc, inquit, factum est secundo consulatu Scipionis, post septimum annum quam Carthaginensibus bello secundo data est pax. Factum id esse autem Antias tradidit ludis Romanis, quos secerunt Ædiles curules. Attilius Serranus, T. Scribonius Libo: id eos fecisse jussu Censorum Sex. Älii Peti, C. Cornelii Cethegi. Et videtur in hac oratione hunc quidem auctorem sequutus: Cicero dixisse, passum esse Scipionem secerni à cætero consesso spectacula Senatorum. In ea autem, quam post aliquot annos habuit, de Aruspicum responsō, non passum esse Scipionem, sed ipsum auctorem sūisse dandi eum locum Senatoribus, videtur significare. verba ejus adducit, quæ nos supra adscriptissimus. Et postea subjungit, Non præterire autem vos volo, esse oratione calliditatis, ut, cum opus sit, cisdem rebus ab utraque parte, vel à contraria utantur. Nam cum secundum Ciceronis opinionem, auctore Scipione Cos. Ædiles secretum ante omnes locum spectandi Senatoribus dederint. eodem illo facto Scipionis in hac quidem oratione, quia causa popularis erat premebaturque Senatus auctoritate, atque ob id dignitatem ejus ordinis quam possit maxime elevari causa expediebat, poenituisse ait Scipionem,

annis, patribus equitibusque, ac plebi Romanæ confusa loca fuissent ubi spectarent, Corn. Scipione & T. Sempronio consulibus, Iudis Romanis per ædiles curules discreta loca senatoria à populo fuere: utque sunis cuique honos servaretur, lege cautum fuit, ut optimatibus subsellia proxima darentur. Quo tempore præcipua loca ^{Loca in specta-} in orchestra Senatoribus data sunt, ^{culis} ubi in scena saltabatur, & chorus inducebatur: ^{prius confusa discreta.} podium imperatori & consulibus, ^{Senar-} prosce- ^{locus.} ^{Impe-} ^{niam ratoris.}

nem, quod passus esset id fieri. In ea Orat. de Arusp. respons. quia in Senatu habebatur, cuius auribus erat blan- diendum, & magnopere illum laudat, & non auctorem fuisse dandi: nam id erat levius, sed ipsum etiam dedisse dicit. Val. Maxinus lib. 2. c. 1.

C O L E R U S.

* Hec vox Muteto videtur expungenda, & è glossemate aliquo in ordinem verborum Ciceronis irrepissile. Quæ enim Megalensia Megalensibus celebrata fuerunt? Vide de Megalensibus eundem in Scholiis Terentianis.

T I R A Q U E L L U S.

1 In Orchestra.*] Vitruvius lib. 5. c. 6. In Orchestra autem Senatorum sunt sedibus loca designata, & ejus pulpiti altitudo sit ne plus pedum quinque, ut qui in Orchestra se fiderint, spectare possint omnium agentium gestus. Juvenalis satyr. 3.

— Similemque videbis
Orchestrā & populum. —

Sueton. in Nerone, cap. 12. Deinde in Orchestrā Senatumque descendit, & orationis quidem carminisque Latini coram, de qua honestissimus quisque contendat, ipsorum consensu concessam sibi recepit. Ex quo clare intelligis Orchestrā non patuisse populo.

C O L E R U S.

* Idem Vitruvius lib. 5. cap. 7. Julius Pollux lib. 4. cap. 19. affirmat Orchestrā esse chori propriam, ut scena actorum.

T I R A Q U E L L U S.

2 Ubi in scena saltabatur.] Orchestra ab ipsis quæ, id est, salto, sive gesticulor,

dictam, locum esse in theatro, ubi sunt designata Senatorum loca, voluit Vi- truvius loco proxime citato. Id qui- dem apud Romanos: Nam Julius Pol- lux lib. 4. cap. 19. Chori dicit esse pro- priam, ut scena aclorum.

3 Podium Imperatori & Coss.] Idem Suetonius in Nerone, d. cap. 12. paulo ante. Nam perraro, inquit, præsidere. Ceterum accubans primum parvis foraminibus: deinde tuto podio ad aperto spe- ciale conseruerat. Verum ex Juven. sa- tyr. 2. id omnibus patuisse videri potest, cum scribit,

Omnibus ad podium spectantibus.

Et in hac quoque significatione podii vocabulo ulius est Aelius Spartianus in Septimio Severo. Vitruvius lib. 3. c. 3. lib. 5. c. 7. lib. 6. c. 4. lib. 7. c. 4. Podium menianorum habet speciem, locus scilicet ad spectandum habilis, cuius pars, que magis provehitur, pulpitum est, veluti per- gula quadam. Graci Podia Orthas ap- pellant, ut scribunt Theodosius & Ho- norius Imp. lib. 8. Cod. de ædificiis privatis. Ulpianus, sed in alia signifi- catione, in l. quæsum. §. item pertice ff. de fund. instruct. & Plinius l. 37. c. 3. eius Nepos epist. lib. 5. epist. 6. incip. Amavi. *

C O L E R U S.

* Circensibus ludis veteri more vi- storia gypsea supra podium locabatur. Sed & certa pars Podii fuisse videtur, appellata Suetonio cubiculum, dicto cap.

T I R A Q U E L L U S.

4 Proscenia & pulpita optimatibus.] Budæus in l. athletas. ff. de iis qui notan-

Opti-
matum. nia & pulpita optimatibus, non in unquam principi,¹ si quidem Nero è proscenio sàpe spectavit,² aliquando è pulvinari, quod in prima fronte theatri, spectaculorum locus erat.³ Fertur tamen Augustus Cæsar, legatos sociarum fœderatarumque gentium, in orchestra considere vetusse, quin quosdam libertini generis illic spectare deprehendisset. Post aliquot vero etates, ut imperator una cum sacerdotibus in sella imperatoria ludis præsideret, consuetudo invaluit.⁴ Quæ quidem scena in fronte theatri ab uno cornu ad alterum porrigebatur versatilis, plerunque ductilis, multis columnis & epistiliis fulta,⁵ quæ primo parietem non habuit, sed frondibus obumbrabatur: postea tabulis pictis in parietis morem componi cœpta, quæ spectaculorum sedes præcipue inde habitæ.⁶ Ea enim triplicis generis erat: namque tragica columnis & deorum signis exornabatur, quibus & tabulis pictis, partiū ab amicis, partim è Grecia

Tragica
scena. *tur infamia, ex Diomede, Proscenium sic definit, Erat in scena proscenium, id est, locus ante scenam poriectus, ubi pulpitum excitatum erat, quo actores fabularum prodirent: ita ut scena altior esset pulpitum, pulpitum autem altius orchestra: quæ ipsa erat locus saltæ tum, ob i. orchestra d. ita, quasi saltatorium. Virg. lib. Georg. 2.*

— *Baccho caper omnibus aris Cæditur, & veteres ineunt proscenia Indi.*

Vitruvius lib. 5. c. 6. ubi Guillel. Philander, interpres.

1 Siquidem Nero.] Suetonius in d. cap. in princ. *Ludos spectavit, inquit, è proscenii fastigio.*

2 Aliquando è pulvinari.] Quod de Aug. Cæs. tradit Suet. in vita illius, c. 45. in princ. *Ipse, inquit, Circenses ex amicorum fere libertorumque cœnacula spectabat, internum è pulvinari, & quidem cum coniuge ac liberis sedens.* *

COLERUS.

* Sabellius putat heic Pulvinar locum fuisse, ad quem Circensisibus defrebant sacra: Vide Fest. in Thensam.

TIRAEQUELLUS.

3 Fuerit tamen Aug. Cæsar.] Idem Sueton. in vita illius, c. 44. *Rome legatos libe, arum sociarumque gentium ve- tuit in orchestra considere, cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset.*

4 Que quidem scena.] Id ex Servio est narrante illud Virgil. lib. 3. Geor-

gicon,

Ipse caput tonsæ soliis ornatus olive

Donaferam. —

5 Que primo parietem non habuit.]

Servius in lib. 1. *Aeneidos eo versu,*

Tum sylvis scena coruscis

Desuper. —

Antiquitus, inquit, theatalis scena pa- rietes non habebat, sed de frondibus um- bracula querebant. Postea tabulata com- posuerunt in modum parietis.

6 Ea enim triplicis generis erat.] Vi- truvius lib. 5. c. 8. in prin. *Genera au- tem, ait, sunt scenarum tria, Unum quod dicitur Tragicum: alterum Comicum: Tertium Satyricum.* *

COLERUS.

* Isidorus lib. 18. cap. 42.

cia commodatis, utebantur: comica, ædificiorum ^{Comi-}
guram præfert: satyrica vero, montibus inumbratur & ^{ca.}
sylvis. ¹ In ea enim histrionum sedes erant, qui ad eden- ^{Saty-}
das in scena operas locabantur. ² In orchestra autem cho- ^{Histrionum}
ri: reliqua vero loca popularia fuere, in quibus omnis se- ^{locus.}
xus & ætas, atque insinuus ordo sine discrimine spectabat: ^{Chori.}
qui vero à sedibus exclusi fuerant, ³ excuneati dicti. ⁴ Græ- ^{Populi.}
ci vero præter hæc buleuticum construxere in theatro, ubi ^{Excun-}
seniores: sicut ephebicum, ubi juvenes spectarent. ⁵ Ante ^{Græci.}
hanc vero legem, per annos quingentos sexaginta à con- ^{Senio-}
rūm. ^{Juve-}
dita ^{num.}

TIR AQUELLUS.

¹ In ea enim histrionum sedes erant.] Vitruvius d. lib. 5. cap. 8. Id est que apud eos Tragici & Comici actores in scena peragunt: reliqui autem artifices suas per orchestrā prestant actiones. Itaque ex eo scenici & thymelici Græci separati nominantur. Ubi Philander interpres, Scenici, inquit, complectuntur Comicos & Tragicos: Thymelicorum vero nomine intelligimus ludios, citharædos, citharistas & tibicines, atque id genus Symphoniacorum δῶν & δύοδων. Est autem duplex pars ubi histriones suas actiones perficiunt.

² In orchestra autem Chori.] Julius Pollux lib. 4. cap. 19. dicit Orchestra Chori esse propriam, ut sciam actorum. Quem locum legas oportet, si theatri pates scire cupis. *

COLE RUS.

* Et Isidorum lib. 18. cap. 44.

TIR AQUELLUS.

³ Excuneati dicti.] Apulejo lib. 10. Excuneati decenti vocabulo dieuntur, qui in cuneo theatrali sedendi locum non habent, quasi extra curieum exclusi. Cuneati autem, qui in cuneo dispositi sunt, & cunei figuram representant. Ita Beroldus Apuleji interpres de quibus Juvenalis satyra 6.

Cuneis an habent spectacula totis. Quod securus ames, quodque inde ex corpore possit.

Martialis epigram. lib. 1. epig. 83. in Sextilianum,

Erased à cuneis ulteriora petis.

Suetonius in Augusto, cap 44. Maritis è plebe proprios ordines assignavit: praetextatis cuneum suum, & proximum paedagogis. Vitruvius lib. 5. cap. 6. Cunei spectaculorum in theatro ita dividuntur. & ante hos Virgilius libro 5. Aeneidos,

Nuncius Anchise ad tumulum cunctis que theatri

Incessas perserit naves Eumenius.

⁴ Græci vero præter hæc buleuticum.] Idem de utroque scilicet Buleutico & Euphelio, scribit Cælius Rhodiginus l. 8. cap. item 8. nullo quoque auctore citato. Scio autem βελτικες Græcis aliud significare: nempe, consularē, senatorium ad consultandum aptum, ad Senatum pertinens, ut βελτικει νομοι, leges ad curiam, sive Senatum pertinentes apud Demosthenem. βελτικος ὅρος, jusjurandum Senatorum apud Xenophontem lib. ξπονηματον. id est, de factis & dictis Socratis, i. De Ephebico autem pro loco in scena, ubi ephebi, id est, juvenes spectabant, sive pro epheborum & puberum multitudine, est locus apud Lucianum. De bouleuterio Plinius lib. 36. cap. 15. sic scribit, Cyzici & Bouleuterium vocant ædificium amplum, sine ferre clavis ita disposita contignatione, ut exinxiantur trabes sine fulturis, ac repellantur.

⁵ Ante vero hanc legem.] Vide supra in priac.

dita urbe, populus una cum patribus promiscua iniuitate spectavit.¹ Postea vero P. Aphricanus superior quum consul esset cum T. Longo, ludis Romanis plurima senatorum subsellia à populari consessu separari jussit. Et quum eo discrimine aliorum studium, aliorum indignatio esset, præbuisse ejus rei novitas non mediocrem plebi sermonem dicitur,² adeo ut ipsum Aphricanum, quod ejus rei auctor fuisse, pœnituisse ferant: gratiamque ingentem apud ordinem senatorium ædiles pepererunt, qui sanxerunt, ut gradus dignitatisque cuiusque & fortunæ discrimin fore: mansitque aliquandiu lex servata, usque didicere, multo prestabilius esse, servato gradu cuiusque, quam in colluvione omnium spectaculis interesse.³ Proditum tamen memoriae est, tempore quo promiscuus spectaculorum usus erat, nunquam plebejuin præ modestia & verecundia, ante virum senatorium aut consularem spectare sustinuisse.

Cumque post aliquot tempora, plebs cum patribus confusis ordinibus nihilominus spectaret, Sex. Älius Pætus, & L. Cornelius Cethegus censores, ne turba patribus misceretur, quin tantum hominum confluueret in theatrum, alio edicto statuere, quod non sine indignatione plebis factum memorant, quæ se despectui haberi & contemptam esse arbitrata est:⁴ tametsi Älium Pætum in censura collegam prioris Scipionis fuisse nonnulli tradant.⁵ Rursus quin haud longo post intervallo constitutione abrogata, senatus & po-

¹ Postea vero P. Africenus.] Jam diximus supra in princip. ex Livio & aliis. sed & præterea videbis apud Valerium Maximum lib. 4. c. 5. post principiū de populi Romani verecundia scribens, sed ut, inquit, à laudibus ejus ad facta veniamus: *A condita urbe usque ad Africanum, & Tiberium Longum Coss. promiscuus Senatus & populo spectandum ludorum locus erat: nunquam tamen quisquam ex plebe in theatro ante patres Conscriptos spectare sustinuit. Adeo circunspecta nostra civitas verecun-*

dia fuit.

² Adeo ut ipsum Africanum.] Jam & ibi dictum est.

³ Proditum est memoria.] Id ex Valerio Maximo ut supra diximus.

⁴ Tametsi Älium Pætum.] Titus Livius 4. Decad. lib. 2. Multis, inquit, claris potentibus viris, creati Censores P. Cor. Scipio Africanus, & P. Älius Pætus.

⁵ Rursus cum non longo post intervallo.] Dictum est supra in princ. ex Tito Livio, & Asconio Pediano.

& populus solutissimo more spectarent, Attilius Serranus, *Attilii Serra-*
 & L. Scribonius Libo ædiles curules, scenicis ludis & Ro-*ni &*
 manis, ut divisa loca plebejorum à patribus essent, popu-*L. Scri-*
 lisque discretus à senatoribus spectaret, quarta promulga-*bonii lex.*
 ta lege statuere, spectavereque aliquandiu, 'donec lege
Senato-
*Iulia theatra*li' & Roscia, ut in quatuordecim ordinibus &*ribus*
et equi
sub- tibus

1 Donec lege Julia theatra] Plinius lib. 33. cap. 2. Hac de causa, inquit, constitutum, ne cui jus id esset, nisi cui ingenio ipsi, patri a quoque paterno festeria cccc. census fuisset, & lege Julia Theatra in 14. ordinibus sedendi.

2 Et Roscia] Corn. Tacitus lib. 15. ita scribit. & Horat. l. epist. i. item i.

Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum est

Nenia, qua regnum recte facientibus offerit,

Et maribus Curiis & decantata Camiliis? Nam paulo ante dixerat:

Et quadringentis sex septem nullia defun

Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesque,

Plebs eris, at pueri ludentes, Rex eris, ajunt, Si recte facies.

Quo in loco Porphyron, lex, inquit, Roscia est, qua caveretur, ut proximis ab Orchestra 14. gradibus spectent, quibus census est quadringentorum festeriorum. Et paulo post, Hæc lex Roscia aequitibus data est, ut in primis 14. gradibus sedent ii, qui quadraginta festeria habent. Et de hac quoque lege Roscia idem Horatius epod. Ode 4. ad Menam libertum Pompeji Magni, Sedibusque magnus in primis eques

Othonem contemptu sedet.

Ubi Acron interpres. Quia L. (ait) Roscius Otho legem Theatralem tulerat, ut in 14. ordinibus federent equites. Et idem propemodum Porphyron ibi. Pædianus in Oratio. Ciceronis pro Cornelio, Roscia est, quam L. Roscius Otho biennio ante Coss firmavit, ut in theatro aequitibus Rom. 14. ordines spectandi gratia darentur. Seneca ad Lucilium l. 5. epist. 44. At me Hercules

Tom. II.

multis quatuordecim gradus sunt clausi. 14. sub-
 Idem lib. 7. de beneficiis, c. 12. Eque-sellia in
 stiria omnium equitum Romanorum sunt. Specta-

Et lib. 4. Controversiarum, Hos 14. culis.

gradus Equestria, ab ipsis equitibus appellat L. Florus epit. Livii lib. 99.

L. Roscius Trib. pleb. legem tulit, ut equi-

tibus Rom. in theatro 14. gradus proximi assignarentur. Ante hos Cicero in O-

rat pro Murana, I. Otho, vir fortis, meus necssarius, equestri ordini restituit non

solum dignitatem, sed etiam voluntatem. Itaque lex hæc, qua ad ludos pertinet,

est omnium gratissima, quod honestissimo ordini cum splendore, fructus quoque jucunditatis est restitutus. Plinius d. lib. 33. c. 2. Plutarchus in Cice-

rone. Cum haec tenus in theatris equites commixti plebi spectarent ludos,

primus Otho eos à plebe disjunxit, cuimque sessum illis in spectacula de-

signavit, quem nunc usque præcipuum retinent. Quam rem cum plebs ad

ignominiam sibi existimaret, prodeunte in spectaculum Othonem, con-

tumeliose adversus illum sibila effere-

tum equites contra latè plausu illum suscepere. Verum mox cum iteratis

altius sibilis, & iterum à majori plausu

equitum in jurgia alter in alterum prodiret, omne id theatrum inhonesta

specie completem est. Quare cum ea novisset Cicero, plebem in phano Bellona ad se vocatam, adeo modeste

increpuit, monuitque, ut cum in spe-

ctaculum rediissent, Othoni alacti

plausu alluderent, & equitibus de glo-

ria & laude viri concertarent. *

C O L E R U S.

* Sed lex Roscia, & Julia Theatra-

lis de scena tantum caverat, non de

curulibus ludis.

subfelliis proximioribus senatores atque equites spectarent semota plebe, optimatibus data facultas fuit.¹ Quorum numerum à divo Iulio adeo excretum fuisse constat, ut quatuordecim ordines, & proxima subsellia, solis senatoribus non sufficerent:² adeo ut Laberius Mimus inter equites sedere jussus, præ angustia recipi vix potuerit.³ Quod & Syllæ temporibus iterum confusum fuisse crediderim, nam gladiatorum munus viris æque & mulieribus, locis promiscuis & indistinctis, in magna licentia spectandi, & sine illo discrimine honorum.⁴ Cautum deinde lege Othonis fuit, quam Tribunus tulit, ut magis fortunarum & pecuniæ, quam generis aut honorum ratio haberetur: & non modo patriciis, aut equestris ordinis, & senatoriis vi-

ris,

TIR AQUELLUS.

¹ Quorum numerum à D. Julio.] Nam & Suetonius in Augusto, c. 35. in princ. scribit, Senatorum assu- tem numerum deformi & incondita turba (erant enim super mille & qui- dem indignissimi, & post necem Cæ- saris per gratiam & præmium allecti, quos abortivos vulgus vocabat) ad modum pristinum, & splendorem re- degit. Et vide in seq. *

COLERUS.

* Dionys. lib. 55. Et vide Lipsium ad 15. Annal. Taciti.

TIR AQUELLUS.

² Ad eos ut Laberius.] Ex Macrobo lib. 2. Satur. 2. cujus hæc verba sunt, Deinde cum Laberius in fine ludorum an- nulo aureo honoratus à Cæsare, exstigio in 14. gradus ad spectandum transiisse, violato ordine: & cum detractus esset eques Romanus, & cum Mimus remissus, ait Cicero prætereunt Laberio, & sedile querenti, Recepisse me, nisi angustie se- derem: simul & illum respuerit, & in novum Senatum iocatus, cuius nume- rum Cæsar supra fas auxerat. Nee im- pune, respondit enim Laberius, Mirum si angustie sedes, qui soles duabus sellis se- dere: exprobrata levitate Ciceronis, qua inanerito optimus circis male audiebat. *

COLERUS.

* Adde Senecam Contröver- siar.

TIR AQUELLUS.

³ Quod & Syllæ temporibus.] Plut. in Sylla. non longe à fin. Paucos post menses gladiatorum spectaculum edi- dit. Locis neandum distinctis, ac pro- miscuis in theatro viris, ac mulieribus, decoram specie fæminam & genere illustrem prope Syllam federe conti- git.

⁴ Cautum deinde lege Othonis.] Vide supra in verbo, & Roscia. & adde præ- terea Juvenalem satyra 3.

Sic libitum vano, qui nos distinxit O- thoni.

Et satyra 14. ad fin.

— Effice summam

Bis septem ordinibus, quam lex digna- tur Othonis,
Hæc quoque si rugam trahit, extendit- que labellum,
Sume duos equites, fac tercia quadra- ginta, &c.

⁵ Et non modo patriciis.] Hæc usque ad ea verba, Tantaque divitiarum ratio. sunt Plini lib. 33. cap. 2. cujus verba attulimus supra ibi, Donec lege Julia. satisque probantur ex his, quæ diximus in præced.

ris, sed summis honoribus functis, quibus quadringentorum festeriorum ipsi patri, avoque census non fuisset, spe*Subscelliorum ornatus.*
Etandi in quatuordecim subselliis jus non esset, eaque loca honoris causa divitibus solum constituta fuerat. Quippe tenues & folidæ inopiae viros, quamvis claros illustresque, quibus quinquaginta festiorum non esset census, mixtum cum ditioribus in quatuordecim sedere, minime decere arbitratus est. Tantaque divitarum ratio fuit, ut duo primi ordines tribunitiis & plebejis ditioribus, exclusis patriciis, vacarent: idque non sine gravi offensione nobilitatis. Quæ quidem subsellia ita compta habuere,¹ ut crocum & vinum per singulos cuneos spargerent,² illosque præcipuis odoribus diluerent,³ ac picturis exornarent,⁴ nonnunquam ini-nio,⁵ & chrysocolla arenam circi sternerent,⁶ ita ut Hadrianus balsama & crocum per gradus theatri stravisse feratur.⁷ Primusque Claudius Pulcher fuisset traditur, qui scenam

1 Ut crocum & vinum.] Plinius libro 21. cap. 6. ad finem de etoco loquens, Ufus ejus, inquit, in coronis nusquam. Herba enim est folio angusto pene in capillamenti modum. Sed vino mire congruit, præcipue dulci: tritum & ad theatra replenda. *

C O L E R I U S.

* Seneca lib. 4. Epist. 90. Utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit, quomodo in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui Eutipos subito aquarum impetu implet. Propert. Ovid. & alii.

M E R C E R I U S.

2 Per singulos cuneos.] De his sparitionibus per Cuneos, nec consulito Alexandrum, sed Lipsium potius, Amphitheatri cap. 16. Sparitiones vero non per cuneos fiebant, sed per gradus, vel è statuis, vel ex quibusdam fistulis latentibus.

T I R A Q U E L L U S.

3 Illosque præcipuis odoribus.] Id exemplis scqq. probat ex Adriano.

4 Ac picturis exornarent.] Plinius lib. 35. cap. 4. cuius verba referemus

infra ibi, Primusque Claudius. ubi de Claudio Pulchro.

5 Nonnunquam minio.] Plinius 1. 33. cap. 7.

6 Et Chrysocolla.] Plinius 1. 33. c. 5. Visumque jam est Neronis Principis spectaculis harenam Circi Chrysocollasterni, cum ipse concolori panno aurigaturus esset, introducta opificum turba. Et addetiam ramentis lapidis specularis ex eodem Plinio lib. 36. c. 22. Invenere, inquit, & alium usum in ramentis quoque, Circum maximum ludis Circensisbus sternendi, ut sit in commendatione candor.

7 Ita ut Adrianus.] Aelius Spartianus in Adriano Cesare, sic scribit, In honorem Trajani balsama & crocum per gradus theatri fluere jussit.

8 Primusque Claudius Pulcher.] Hæc usque ad ea verba, Q. Catulus. sunt Valerii Maximil lib. 2. c. 1. ubi de Claudio Pulchro loquitur: nisi quod Petrejum ille, quem hic Trebonium vocat. Et interim tamen vide Plinium lib. 35. c. 4. de his ludis hæc scribentem, Habet & scena ludis Claudi Pulchri magnam

scenam variis picturis signisque & tabulis ornavit: Trebonius auro, alii argento, plerique ebore.¹ Q. Catulus ²velis Carbasinis theatrum texit: Lentulus Spinther ³byssino velo. ⁴ Nero Cæsar auri ramenta pro arena stravit, ⁵ & vela stellata colore cœli posuit, ⁶ totumque Pompeji theatrum in unum diem auro operuit. ⁷ C. vero Antonius & Murena scenam fecere argenteam. ⁸ Caius etiam Princeps pégma ex argento duxit. ⁹ Nonnunquam qui ludos dabant,

admirationem pictur.e, cum ad tegularum similitudinem, corvi decepti imagine, advalent.

¹ *Q. Catulus.*] Hic deest dictio, *umbris*, ex Val. Maximo ubi supra, ubi de Catulo, & Claudio Pulchro loquitur. Religionem ludotum, *inquit*, crescentibus opibus, sequuta lauticia est. Ejus instinctu Q. Catulus, Campanam imitatus luxuriam, primus spectantiuni confessum velorum umbraculis texit. Plinius lib. 19. c. 1. *de lino & lini satione & ejus generibus loquens, Postea in theatris, inquit, tantum umbram fecere: quod prius omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret.* Nam quod hic subjecitur, *Velis carbasinis*, ad Lentulum Spintherem refertur, ut mox dicemus.

² *Velis carbasinis.*] Ita id debes legere uno spiritu, *Velis carbasinis theatrum texit Lentulus Spinther, & delendus est punctus*, qui hic ponitur post verbum, *Texit*, ex Plinio ubi supra, cuius verba hæc sunt, *Carbasina deinde vela prius in theatro duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinaribus Indis: Valerius autem Maximus loco supra citato, dicit hunc Lentulum adornasse argentatis choragiis locum versatillem, quem fecerunt Lucius & Cinna.*

³ *Byssino velo.*] Hic deest nomen ejus, qui id fecit. Neque enim is Spinther fecit, sed alia, quæ jam diximus: nec, si id fecisset, omisissent Suetonius & Plinius eo loco, quo hujusmodi velorum theatralium differentias adscriperunt, nec memini me legisse, qui hoc velo Byssino theatra texerunt.

⁴ *Nero Cæsar auri ramenta.*] Dion Nicaeus in Nerone de Tyridate, Armeniorum Rege, scribens, dicit celebrem conventum, decreto Senatus, in theatro actum esse, cujus non modo scenam, sed etiam ipsum totum circum intus inauratum, item cætera omnia, quæ intravit, auro ornata fuisse: ipsumque diem his de causis Aureum cognominatum.

⁵ *Et vela stellata.*] Idem Dion d. loco, Peripetasimata, *inquit*, quæ in aëre extensa erant ad defendendos solis ardores, purpurea fuerunt, stellis aureis circum undique reluentibus. Plinius d. lib. 19 c. 1. *Vela nuper colore cœli stellata per rudentes, terra etiam in amphitheatris, Principis Neronis rubente: in cavis ædium, & muscum à sole desendunt.*

⁶ *Totumque Pompeji theatrum.*] Plinius lib. 33. c. 3. *Nero, Claudi Cæs. successor, Pompeji theatrum epperuit auro in unum diem, quod Tyridati, Regi Armenie, ostenderat.*

⁷ *Caius vero Antonius.*] Idem Plinius eodem loco, *C. Antonius ludos in scena argenteos fecit.* Valerius Maximus d. lib. 2. c. 1. ubi de Claudio Pulchro.

⁸ *Caius etiam Princeps.*] Idem Plinius in eod. capit. Item Lucius Murrena, & Caius Princeps in Circo pégma duxit, in quo fuere argenti pondi 124.

⁹ *Nonnunquam qui ludos dabant.*] Id sumptum videtur à Donato in fine præfationis Commentariorum in Tercium, cuius hæc verba sunt, *Aulæ quoque in scena in terra sternuntur, quod*

bant, ne populo sol officeret, aulæa suspendebant, plerunque supparo usi sunt, quod posterior ætas pro aulæis accepit, ¹ quæ non modo in theatro, sed in cubiculis sere singulis habuere, ut siquid pulveris caderet, exciperetur. Proditumque memorie est, Cn. Pompejum, ne populum æstus officeret, etiam aquæ decursum per subsellia duxisse: ² mox divum Cæsarem in ædilitate omni scenæ apparatu argenteo usum esse, ⁴ qui etiam in munere gladiatorio, forum Romanum & viam sacram in clivum usque Capitolium linteis contexit. ⁵ Apud Lacedæmonios vero in omni

com-

quod pœtus ornatus erat ex Attalica regia, Romanis usque perlatus: pro quibus Siparia ætas posterior accepit: * Est autem minutum velum, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutatur. Quod tamen nonnihil differt ab his, quæ hic scripsit Alexander. Aulæa autem in usu scenarum fuisse testimonio est illud Virg. lib. 3. Georg.

*Vel scenæ aut versis discedat frontibus,
utque*

Purpurea intexti tollant aulæa Britanniæ.

C O L E R U S.

* Nonius facit vestem & citat ibi Varroneum & hunc ipsum Virgilii locum ex 3. Georg. Isidorus lib. 19. c. 16. Aulæa vela pœta & grandia, quæ ideo Aulæa dicta sunt, quod primum in aula Attali regis Asit, cui succedit Pop. Roman. inventa sunt.

T I R A Q U E L L U S.

*1 Quæ non modo in theatro.] Horat. Scironum lib. 2. sat. 8. eademque ult. Interca suspenſa grates aulæa ruinas
In patinam fecere, trahentia pulveris
atri,*

*Quantum non Aquilo Campanis exci-
tat agris.*

Quia, ut dicit ibi Porphyron interpres, Consuetudo apud antiquos fuit, ut aulæa sub cameras tenderent, ut si quod pulveris caderet, ab ipsis exciperetur.

2 Proditumque est memorie Cneum

*Pompejum.] Valerius Maximus l. 2. c. 1.
Cneus Pompejus ante orationis, aquæ per
semitas decursum, astivum minuit ferco-
rem.*

*3 Mox Divum Cæsarem.] Suetonius
in vita illius, c. 10. loquitur de gestis ab eo in sua ædilitate: nec aliquid tam
en de hujuscemodi rebus dicit: nisi
quod Ædilis, prater comitium ac for-
um basilicasque, etiam Capitolum
ornavit porticibus ad tempus extru-
ctis, in quibus abundante rerum co-
pia, pars apparatus exponeretur. Ve-
rum id est Plinii d. lib. 33. c. 3. cuius
hæc sunt verba, Cæsar, qui postea Di-
ctator fuit, primus in Ædilitate mu-
nere patris funebri, omni apparatu
harenæ argenteo usus est, ferasque ar-
genteis vasis incessere tum primum
visum.*

*4 Qui etiam in munere gladiatorio.] Plinius lib. 19. cap. 1. ad finem. Mox
Cæsar Dictator totum forum Romanum
intexit, viamque sacram à domo sua ad
clivum usque Capitolinum, quod munere
gladiatorio mirabilius visum tradidit.
Dion Historicus in Julio Cæsare, Por-
tro autem magnificentissimi apparatus
argumentum est, quod ne sol spectato-
ribus molestus esset, peripetasimata
serica supra extensa fuerunt: qui pan-
ni facti primo ad barbarorum volu-
ptatem, ab illis ad nos ad muliebres
delicias fuerunt importati.*

*5 Apud Lacedæmonios.] Herodotus
Halicarnassus in Erato, qui 6. liber
M. 3. est,*

commissione ludorum, regum erant loca præcipua, quibus ut inter spectandum cuique liceret inniti, privilegium datum est. Athenis si peregrinus publicis ludis in theatro saltaret, mille drachmarum pœna mulctabatur.¹ Qua etiam Othonis lege decoctoribus, qui fortunæ naufragio, non suo vitio decoxissent, certus in theatro locus constitutus erat,² sicut viatoribus tribunitiis, ut eorum quoque vera & salubris ratio haberetur. His quoque qui artem ludicram exercuissent, ne in quatuordecim fuderent, eadem lege cævabantur. Qui vero quæstum sui corporis fecissent, quique vilitate & gula aut luxuria se auctorassent, vel ære obligas-

Athenis saltare in theatro non licet.

Athea tris ex-
jecti.

*Rom. exteriis locum in spe-
ctaculis da-
bant.*

commissione ludorum, regum erant loca præcipua, quibus ut inter spectandum cuique liceret inniti, privilegium datum est. Athenis si peregrinus publicis ludis in theatro saltaret, mille drachmarum pœna mulctabatur.¹ Qua etiam Othonis lege decoctoribus, qui fortunæ naufragio, non suo vitio decoxissent, certus in theatro locus constitutus erat,² sicut viatoribus tribunitiis, ut eorum quoque vera & salubris ratio haberetur. His quoque qui artem ludicram exercuissent, ne in quatuordecim fuderent, eadem lege cævabantur. Qui vero quæstum sui corporis fecissent, quique vilitate & gula aut luxuria se auctorassent, vel ære obligas- sent, à theatro arcebantur penitus. Quod Athenis quoque statutum ferunt, ut qui multis flagitiis dedecoratus, aut nota turpitudinis nefariæ insignis foret, à suggestis & ludis arceretur: idque adeo procaciter servatum est, ut præfecti subseiliorum per cuneos dispositi, à subselliis, in quibus immeriti sedebant, quibus equester non fuisset census, vi spectatores dejicerent.³ C.tamen Gracchum accepimus, cum animadvertisset contra instituta majorum, patriciis & plebejis loca spectaculorum mercéde locari nullo delectu, accitis operariis & fabris illa fuisse demolitum. Solitosque Romanos Principes, ob multa in rempublicam merita,

Maffi-

est, Quoties aliqua publica visceratio fit, primi in coena Reges discibant, & iis primis distribui incipiat utrique eorum duplum omnium, & in spectaculis singulorum certaminum certis locis præsideant.

¹ Qua etiam Othonis lege.] Tullius Philippica 2. Illud tamen audacie tua, quod sedisti in 14. ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus: quamvis quis fortune vitio, non sui, decoxisset. Spartanus de constitutionibus Adriani Principis loquens, Decoctoribus, inquit, bonorum suorum, si sunt auctoratis essent, catenidiari in amphitheatro & dimitti jussit: id est deridendos per theatrum præbere.

² Sicut viatoribus Tribunitiis.] Tacitus libro 16. Liberto & accusatori opera, locus inter viatores tribunities datnr.*

COLERUS.

* Et forte hi non procul à Tribunis sedebant, ut ad obsequia apparere possent.

TIRAQUELLUS.

³ C.tamen Gracchum.] Plutarchus in ejus vita, Cum esset populus, inquit, gladiatores in foro spectaturus, plerique magistratum pulpita ad spectandum circa forum extruxerant, eaque mercede locabant. Hac eos amoliri Gracchus jussit.

I Maffi-

¹ Massiliensibus, ² exterarumque gentium legatis ab ultimis oris, locum inter senatores spectandi, pro insigni munere largiri: in quo proditur memoriae de Germanis lepide factum, qui cum alias de Romanis benemeritos in senatorum subselliis spectassent, ne inferiores officio videarentur, ipsos non admissos, sua sponte subsellia adisse, & una consedisse. ³ Contra vero L. Flaminium Q. Fratrem, cum senatu motus, in commissione ludorum humilis & despectus extrema in parte sederet, populus universus ob fratri egregia facinora revocavit, & inter consularia subsellia admissit. ⁴ Idem tamen Massilienses tam severae disciplinae fuere, ut nullum aditum juventuti in scenam vel theatrum darent, quod essent morum corruptela, ne per

Massilienses
juvenes
in secundum
nave
theatrum
non admissere.

¹ Massiliensibus.] Justinus lib. 43. Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in senatu datus, & sedus aequo jure percussum.

² Exterarumque gentium.] Hæc usque ad versic. Contra vero sunt Corn. Taciti lib. 13. non procul à fin. ubi de Frisiorum legatis loquitur, cuius hæc verba sunt, Profectique Romanam, dum aliis curis intentum Neronem opperuntur, inter ea, quæ Barbaris ostentantur, intravere Pompejî theatrum, quo magnitudinem populi viserent. Illic per oculum (neque enim ludicris ignari oblectabantur) duum confessum cœvere, discrimina ordinum, qui eques, ubi Senatus percunstantur, advertere quosdam cultu externo in sedibus Senatorum: & quinam forent rogantes, postquam audiverant, earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romana præcelarent, Nulos mortalium atritis aut fide ante Germanos esse, exclamant, digniunturque & inter patres confidunt: quod comiter à wisentibus exceptum, quasi impetus antiqui, & bona emulatio.

³ Contra vero L. Flaminium.] Valerius Maximus lib. 4. c. 5. post princip. scribens de popul. Romani verecun-

dia, & L. Flaminio Senatu moto à Catone ob scorti amores, propter quos captivum Gallum, aut propria manu confoderat, aut turpiter fetiri jussérat. L. Flaminius, ait, extrema in parte theatri constituit, qui à M. Cato & Flacco Censoribus senatu motus fuerat, consulatus jam honore defunctus, frater etiam T. Flaminii Macedonix, Philippique victoris: omnes enim eum transire in locum dignitatil suæ debitum coegerunt. Plutarchus in T. Flaminio, Cum ludi publice spectarentur, & patres conscripti digniori de more sedissent ordine, L. Flaminius in extrema theatri sede abjectus humiliisque conspectus, populi in se misericordiam commovit. Mox itaque populus id acerbis ferens oculis, crebris eum clamoribus superiorum in partem transire coegerit, quem evestigio Consulares inter se viti sessum recuperunt.

⁴ Idem tamen Massilienses.] Valerius Maximus lib. 2. c. 1. Eadem civitas (de Massiliensibus loquitur) severitatis custos acerrima est, nullum aditum in scenam mimis dando, quorum arguenda majore ex parte superorum continent attus: ne talia spectandi consuetudo, etiam iniustandi licentian sumat.

obscenos motus juvenes impudicitia lascivirent.¹ Augustus vero Cæsar milites atque equites ita discrevit à populo, ut eos qui bellis civilibus attrito patrimonio, equestrem censum non haberent, si tamen ipsis aut parentibus antea fuissent, in quatuordecim spectare permitteret, edicto legis non obstante:² qui etiam cuneum suum prætextatis & pædagogis assignavit: sœminas quoque, quæ promiscuæ antea assuerant, nisi ex superiore loco spectare jussit, adeo ut summa theatri deinceps solis matronis paterent: licet ab athletarum spectaculis nova constitutione omnem mulierem sexum postea abdicaret. Virginibus vero Vestalibus contra prætoris tribunal locum dedit. Utque senatoribus quoties quid spectandum publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret, cavit edicto.³ Mox Tiberius spectantium immodestiam exilio mulctavit: & quum confusis nihilominus ordinibus, & sine discriminé personarum spectarent,⁴ Claudius Cæsar senatoribus loca restituit. Nero vero equitum subsellia sedibus plebejorum, & inconditæ turbæ præposuit, ne equester ordo à plebe vulgari & sordidis hominibus indistinctus foret.⁵ Quod & Domitianus sequutis temporibus renovata lege theatrali, pene oblitterata, iterum fecisse dicitur.⁶ Alexander autem Macedo militibus qui secum militiam meruissent,

¹ *Augustus vero.*] Suetonius in vita illius, c. 40. Quum autem plerique equitum, attrito bellis civilibus patrimonio, spectare ludos è quatuordecim non auderent metu poenæ theatalis, pronunciarunt non teneri ea, quibus ipsis, parentibusve equester census unquam fuisset.

² *Qui etiam cuneum suum.*] Hæc usque ad verba, *Mox Tiberius.* sunt ejusdem Sueton. in Augusto, cap. 44.

³ *Mox Tiberius.*] Suetonius in ejus vita, cap. 35.

⁴ *Claudius Cæsar.*] Suetonius in vita illius, c. 22. Circensibus loca equiti secreta à ceteris tribuit. Tacitus libro 15.

⁵ *Quod & Domitianus.*] Suetonius in vita illius cap. 8. Suscepta morum correctione licentiam theatralem promiscue in equite spectandi inhibuit.*

C O L E R U S.

* Vide Sueton. in Nerone c. 11.
T I R A Q U E L L U S.

⁶ *Alexander autem Macedo.*] Curtius lib. 10. Eis deinde, inquit, nunc modeste incusat, nunc comiter appellatis, complures bello inutiles exauditoravit, magnifice ntissimeque donatos dimisit. Scribens quoque ad Antipatrum, Macedoniz præfectum, eis ad spectanda certamina priores in theatro sedes assignari, coronatosque sedere jussit.

¹ Erat-

sent, post emerita stipendia, priores se desin theatro, utque coronati spectarent, pro munere largitus fuit.¹ Eratque constitutum Cæsarum temporibus, ut statio cohortis ludis assideret, ut theatralem licentiam cohiberent: & si quid turbarum aut majoris tumultus ingrueret, præsto forent.² Quam Nero Cæsar dimovit, quo major species libertatis foret, & plebs modestiæ experimentum sua sponte daret. Illud sine controversia convenit, adeo post temporum curricula degenerasse Romanos, & census a stimatione ferri solitos, ut non solum ad implendas equitis facultates, ^{Romanæ} non minus millibus quadrungentis opus esce ducerent, ^{ui de-} sed ad Decurionatum nulos, nisi quibus cenuum millium nummum census fuisset, promovendos putarent.⁴ Qui quidem decurionatus, & domi & foris magistratus præcipuuſ fuit. Namque erat ^{Decurio} cubiculariorum præfectus, ⁵ & municipalis: tum ille qui

¹ Eratque constitutum Cæsarum temporibus.] Quod ex iis quæ sequuntur, patet.

² Quam Nero Cæsar dimovit.] Tacit.lib.14.

³ Non minus millibus quadrungentis.] Quod & nos supra diximus & dicemus in seq. ex Plinio.

⁴ Sed ad Decurionatum.] Plinius Junior epistolarum lib. epist. 19. incip. Munic̄ps meus. Esse autem ibi centum millium censum, satis indicat quod apud nos Decurio est. Igitur ut te non Decurione solum, verum etiam equite Romano persuamur, offero tibi ad implendas equitis facultates 300. milia nummum. Et nescio an alibi repeties de censu Decurionum.

⁵ Qui quidem Decurionatus.] Quod in sequentibus dicetur.

⁶ Decurio cubiculariorum.*] Suetonius in Domitiano, c. 17. ubi loquitur de Saturio Decurione Cubiculariorum. Et is forte est quem Ammianus Marcellinus l. 20. vocat Decurionem Palati. Sed cum ad latebras, inquit, secessisset occulas, accidentium variculae

perterritus Julianus, aliquis Palati Decurio, qui ordo est dignitatis pleniore gradu signa Petulantium ingressus atque Celtarum, Facinus indignum turbulentem exclamat. Palati Decurio dictus est is, qui præpositus erat Palatio.

C O L E R U S.

* Ego alium fuisse puto, à Palati decurione. Cubicularium vocant Græci *κρεκοῖς*. Decurionem autem Cubiculariorum vocat Sueronius, qui, ad militiæ similitudinem parti alicui cubiculariorum præfuit. Ut erant Palati decuriones, & Lecticariorum decuriones. Recentiore decanos vocitabantur.

T I R A Q U E L L U S.

⁷ Et Municipalis.] De quo titulus est ff. & C. de Decurionibus. Is autem apud nonnullos de causis capitalibus cognoscet, ut intelliges ex Apulejo lib. 10. Meta. Nec in stabulo, inquit, sed in domo cuiusdam Decurionis divertimus: statimque me commendato cuidam servulo, ipse ad præpositum suum qui mille armatorum ducarum sustinebat, solcite proficiscitur. Ubi Beroald. interpres, Potest, ait, etiam accipi

¹ qui decem equitum turmis præfetus militabat, Decurio dictus est. ² Fuitque Pomponii opinio, eos etiam qui in Senatum & concilium publicum adsciti fuerant, cum coloniæ deduccebantur, quasi Principes coloniæ, quæ pars decima colonorum erat, decurionum numero censerit.

accipi pro Senatori municipali. Et enim in municipiis dicitur Decurio: modo vero Decurionem accipe pro turmæ equitum præfetto. Cicero in Orat. pro Sextio loquitur de Decurionibus Caput. De Decurionibus scribit Pomponius in *l. pupillus est. de verb. signif. Vallalib. 6. c. 32.*

¹ *Qui decem equitum turmis.*] Sed & decem equitibus, ut scribit Pompejus lib. 4. & qui item præfet uni turmæ equitum, quæ 32. equites habet, ut tradit Vegetius de Re militari *l. 2. c. 14.* Varro ante hos *l. 1.* aut aliorum compara. 4. de ling. Latina, Turma, inquit,

terma est: Et in *U.* abiit, quod terdeni equites ex tribus tribubus Titienium, Ramnium, & Lucerium siebant. Itaque primi singularum decuriarum Decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis, sunt etiam nunc terni.

² *Fuitque Pomponii opinio.]* Scilicet Jurisconsulti in *d. l. pupillus est. §. Decuriones. ff. de verb. signif.* Decuriones quidam dictos ajunt ex eo, quod initio cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, consilio publici gratia conscribi solita sit. Alciat. in *d. l. de Decurionibus amplissime* differit.

C A P U T X V I I .

Quid apud Scævolam Jurisconsultum sit hierosarchus, & quid sit calix diatretus.

HEsterno die inter duos jurisperitos, vesanos an furiosos vero magis nomine censendos, nescio, clamosa disceptatio, & animosa contentio fuit, quid sibi vellet ^{1. annua. §. Attia. fideicommissum. ff. de annuis legatis.} Scævola de legatis annuis, qui censuit, quod si testator ex redditu cœnaculi & horrei ² hierosarcho & libertis qui in templo illo erunt, decem annua reliquisset, non ipsis modo, sed & successoribus legatum videri. Quid esset hiero-

T I R A Q U E L L U S .

¹ *Scævola.]* In *l. Annua his verbis. §. Attia fideicommissum. ff. de annuis legatis.*

² *Hierosarcho.]* In ea *l. non Hierosarcho, sed hierophylaci:* cum in cæteris codicibus, qui extant, tum in Pandectis Florentinis, unde magis miror, quod Alexander hic *Hierosarcho* legit. Præsertim quod vix id nomen alibi

reperies. Est autem *Hierophylax*, cuius mentio fit in *d. l. annua. §. Attia, sacrarum rerum custos, quia ιεροφύλαξ, prima syllaba communis dicitur, sacer, divisor, sanctus, sacrosanctus, & φύλαξ, custos, vigil, aſſervator, quem Latini Aeditum & Aeditum, id est, sacra ædis tutorem, sive curam gerentem ab ædibus sacris, quas tuetur, vocant.*

¹ *Hieros-*

hierofiarchus, ab altero exquirebatur. Cumque nugator ille vultu & voce immodesta facellum esse diceret, vel locum divino cultui destinatum, & pleraque nugalia ex auctoritate interpretis effunderet: alter qui non minus insipiens & delirus erat, quonam modo successor facello dari posset, edoceri postulabat, cum Iureconsultus hominem signare videatur, non locum. Ille autem cum insolentius & audacius eodem se volveret, & jam non disceptatione, sed petulantissimis verbis vociferarentur tanto tumultu, ut vix manibus temperarent, tandem cum multum fuissent invicem debacchati, sedato clamore, & contentione deposita, me, qui ad hos tumultus forte incideram, velut communem arbitrum appellarunt. Dixi ego falsa illos duci opinione, qui hierofiarchum locum dicerent, aut facelum: sed eum dici convenire, qui præpositus rebus sacris fuissest, quasi princeps sacerorum, Δῆμος τοῦ ἱεροῦ quod est sacrum, καὶ δέκατος quod princeps, quasi sacrarum rerum & sacerdotii caput, quod pontificis maximi proprium esse convenit, Ἱερεὺς enim sacerdos vocatur, cuius divinarum rerum cura & procuratio est. Eum Græci δέκατη εἶπεν dicunt, quod idem plane significat. Quippe sacris præsunt cæremoniis, prædictionibusque deorum multiplici nomine censentur: namque ^{Hier-}¹ hierophantas aliquos, ² alios ^{reſiar-}^{cluſ.} hierodidascalos, nonnullos ³ hieronomos, ⁴ plerosque hicro-

¹ Hierophantas.] Apud Plutarchum in Numa, Philostratum de vita Apollonii lib. 4. cap. 6. ubi sic scribit, *Verum sacerorum antistites, quem illi hierophantam appellant, illum sacerdos admittere noluit, asserens nunquam se initiatum esse hominem incantatorem & demonibus non liberum.* D. Hieronymus de Monogamia ad Geruntiam, & contra Jovinianum. In quem locum annotavit Erasm. Hierophantas non propriè dici sacerdotes, sed sacerorum custodes, quos Latine vocamus editios, sic dicti sunt, sive ab eo, quod sacra ostendenter, sive quod sacerdos velceretur ci-

bis. Dionysius Halicarnassus lib. 2. de maximis apud Rom. sacerdotibus loquens, sic ait, Id genus sacerdotes, sive sacri doctores, sive sacrarum legum consulti, sive sacerorum custodes, recte dicendi sunt, Ego Hierophantas nostris appellari dixerim.

² Alio Hierodidascalos.] Id est sacerorum professores.

³ Nonnullus Hieronomos.] Id est, sacra disciplina & institutionis magistros & exatores, de quibus Budax in Asse, lib. 4.

⁴ Plerofj, Hierophylaces.] De quibus diximus supra in verbo, Hierofiarcha.

hierophylaces, aut 'nomophylaces, qui frequentes erant, appellarunt, ² aut stephephoros qui flaminum, ³ vel oronopolos, qui augurium loco fuere. Etiam quæsivere ex me, quis esset calix diatretus ut explicarem, de quo Ulpianum legem Aquiliam interpretatum, mentionem facere ajebant. Dux ego quantum comminisci potui, diatretum calicem dici (ut Suidas interpretatur) vas torno polatum & detornatum, cuius generis frequentia apud veteres fuere: tametsi diarectum nonnulli dici putent, quod (auctore Festo) per antiphrasim malum diem significat, qui sensus haud dubie absonus foret atque impertinens.

Cen-

¹ *Nomophylaces.*] Pollux lib. 8. Nomophylaces, id est, legum custodes strophio candido redimiti sunt. In Concionibus praesidibus assident, intercedentes siquid quod è republ. non sit, seiscatur. Hi n. 12. erant, legumque custodiam habebant, ac magistratus omnia ex legum præscripto agere cogebant, hominumque facta ad leges revocabant. Sic Rhadamanthus in urbe, Talos in agris juxta Platonem in libro, qui Minos, vel de lege inscribitur, Νομοφύλακες fuerunt. tales fere erant quales *Triumviri Romæ*. Budæus in Pand. tit. de offic. præfec. prætorio. Plato Epist. 8. vult in rep. esse quinque & triginta bello & paci præfectos, legum observatores & custodes. De *Nomophylacibus* sic Columella lib. 12. cap. 2. ad finem, scribit, Quod etiam in bene moratis civitatis semper est obser-vatum, quarum primoribus, atque optimatis, non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes eorum diligenterissimos cives creassent, quos Græci Νομοφύλακες appellant. Horum erat officium, eos, qui legibus parent, laudibus prosequi, nec minus honoribus: eos autem, qui non parent, poenâ mulctare. Quod nunc scilicet faciunt, magistratus assidua juridictione vim legum custodientes. Cicerio lib. 3. de Legibus, Legum, inquit, custodiam nullam habemus. Itaque hoc

leges sunt, quas apparitores nostri volunt: à librariis petimus: publicis literis consignatam memoriam publicam nullam habemus. Græci hoc diligentius, apud quos *Nomophylaces* creantur.

² *Aut stephephoros.*] Sterophorus legendum: nam sic Græci Flamines vocant.

COLERUS.

* Glossarium ιερουργίαν vocat. Et alibi Flamen πρύτανις.

TIRACQUELLUS.

³ *Vel Oronopolos.*] Nec id quid sit, nec unde accepit, scio. *

COLERUS.

* Forte legend. ἵψεστητέρος.

TIRACQUELLUS.

⁴ *De quo Ulpianum.*] In l. si servus servum. §. si calicem diatretum, ut hic in margine annotavit vir certe doctissimus familiaris meus Joannes Ferreius Pedemontanus. Quid autem sit calix diatretus, de quo ibi loquitur Ulpianus, explicat Budæus in Annotationibus ejus loci. Cælius Rhodiginus libro 27. cap. 27. & de his diatretis fit mentio à Martiale lib. Epigramm. 12. epigramm. 71.

O quantum diatreta valent? quinque comati?

Tunc cum pauper erat, non sitiebat Aper.

Hincque Diatretarii horum calicum artifices in l. i. C. de excusat. art. lib. 10.

Censuit vero Ulpianus, quod si calicem diatretum, hoc est, torno expolitum, artifici reficiendum aut aptandum dederim, si imperitia effractus foret, damni injuria teneri qui suscepit: si vero quod rimas habebat vitiosas, fuerit excusatus, & artificem non teneri Aquilia, nisi periculo suo se facturum convenisset: tunc enim ex locato agi oportere, Aquilia agi non posse.

C A P U T X V I I I .

In quo discretus ordo plebejus à patricio fuerit, & in quo patricius à senatorio, quodve discriminem in vestibus apud diversas gentes.

R omulum ¹ urbis auctorem in duos ordines populuin ^{Rom.} ^{in duos} ^{ordines} divisiſſe, plebejum scilicet & senatorium, illorumque progeniem patricios seu optimates, exemplo Atheni-

nien-

T I R A Q U E L L U S.

¹ *Romulum urbis auctorem.*] Totum id principium usque ad ea verba, *Ion vero Athenas*, sunt partium ex Dionys. Halicarnassio lib. 2. cuius hæc verba sunt, Ita, *inquit*, distributo per tribus atque curias populo, agro quoque in triginta sortes æquales diviso, singulas curias sortiri jussit, exempto prius quantum in ministerium sacerorum ac templorum sufficeret, & quadam parte, quæ esset juris publici. Atque hæc fuit una divisio tam virorum, quam agrorum, in qua Rex sumnam æqualitatem observasse visus est. Nunc alteram dicturus sum virorum duntaxat, quæ ad subditorum curam, honores ac dignitates pertinet. Illustres genere & virtute celebres, opibusque, ut tum ferebant tempora, abundantes, quibus essent liberi, secrevit ab obscuris, cœgnis & humiliibus. Inferioris fortunæ homines, Plebejos vocavit. hi Gracis sunt *μητικοί*: potiores vero, Patres, sive quod ætate anteirent alios, sive quod haberent liberos, sive propter nobilitatem generis, sive propter hæc

omnia, exemplo, ut viderut, ab Atheniensium repub. sumpto, quæ florebat illo tempore. Hi enim, bifariam distributa multitudine, Patricios appellabant ex illustribus familiis, & polentes opibus, penes quos fuit civitatis regimen: cæteros cives Rusticos, quibus nullum erat in republ. suffragium: licet tandem hi quoque ad magistratus gerendos admisiſſi sunt. Principium, inquam, id partim est ex Plut. in Theseo. Haud tamen, *inquit*, confusum populum & indigestum ob multitudinem quæ nullo delectu, ac discriminē in urbem confluxerat, contemnendum putavit: verum primus nobiles, quos *βιταλεῖδας* ipse vocavit, se junxit, tunc agricultos & artifices. Nobilibus quidem tractandi rem divinam, magistratus ex suo ordine creandi, administrandi leges, tum pia religiosa que interpretandi, desiniendiique potestatem fecit, eosque cum cæteris civibus quasi ad æqualitatem rededit, cum honore quidem & gloria nobilitas, usu vero ac necessitate agricultæ, multitudo vero artifices superare vidcrentur.

¶ Hisque

nienſium, *απαληδες* vocant: humiliores vero & inopem vulgum, plebejos nuncupasse: hisque ingenuas artes reliquise, videlicet patriciis militiam & magistratus gerere, sacra facere, jus dicere, publica & urbana negotia administrare: plebejis autem militiam, & agrorum curam, pecorisque depascendi, reliquasque ingenuas artes demandasse, satis constat: mercaturam, fordinas pudendasque artes, ut popinariam, & quæ manuales sunt, ad usum mortalitatis; advenis, & his qui recens advene-
Adve- *narum.* rant, delegasse: Romanos vero servile ministerium &
Que- *Quæstus Ro-* laboriosa negotia exercere noluisse, quibus omnem quæ-
manis *stum* stum fordinum interdixit: nam quæstus omnis patribus indecorus visus. Quod Theseum in Athenarum institu-
con- *tione*, & Hippodatum Milesium in constituendo optimo
tem- *reipublicæ* statu aliosque urbium conditores fecisse, ut se-
ptus. *Creti* civium ordines, & ingenua officia à servilibus di-
The- *stincta* forent, plerique literis adnotarunt. hi enim rem-
feus. *Hippo-* publ. in triplicis status, qualitatib[us] homines divisere.² Ion
Athe- vero Athenas in quatuor distinxit ordines: nam ex civi-
nien- bus quosdam agricultos, alios opifices designavit, non-
fes. nullos sacrif. reliquos urbi præfecit. Thespientes autem in duo divisi sunt genera, opifices & nobilitatem:³ qui adeo

¹ Hisque ingenuas artes.] Halicarn. d. lib. 2. ad ea, quæ supra adduximus, hæc paulo post subiungit, Romulus, *inquit*, porro postquam discrevit potiores, ab inferioribus, mox legibus latis prescripsit quid utrisque facientur: Ut Patricii sacra curarent, magistratus gererent, jus redderent, secum rempublicam administrarent, res urbanas obirent: Plebeji vero ab his negotiis immunes, quippe qui talium imperiti essent, nec vacaret eis propter inopiam, agros colerent, pecora alerent, exercerent quæstus officia, ne seditiones oriuerentur, sicut in aliis civitatis, dum humiliores protruduntur citato à potentioribus, aut egeni ac viles excellentioribus iuident. Com-

mendavit autem patriciis plebejos, optione cuique è vulgo data, ut quem vellet patronum, sibi legeret.

² Ion vero Athenas.] Strabo libro Geographiæ 8. sic scribit, *in superatis Eumolpi commilitonibus Thracibus, tantum famæ laudisque consequutus est, ut Athenienses illi reipublicæ gubernacula committerent. Qui primum quidem omnium multitudinem quaternas divisit in tribus, dehinc in quatuor degendæ vita vias. quosdam enim agricultores designavit, alios opifices, aliquos sacrorum faciendorum curæ præfecit, nonnullos civitatis custodes.*

³ Qui adeo fordinas artes.] Heraclides in Politiciis in fin. Cælius lib. 22. cap. 48. eodemque ult. in fine eadem scribit

adeo sordidas artes, & omnem quæstum aversati fuere, ut ministerium aliquod didicisse, vel arvo studuisse, polluere nobilitatem crederent: itaque illorum paupertas maxime insignis fuit. ¹ Denique Ægyptii, Græci, Scythæ, Persæ, & Lydi, omnes qui artificio incumberent, pro ignobili- ^{Nobiles} bus ducebant: qui vero militiæ, generosos. ² Scythis ^{qui.} ^{Scythes} quoque & ³ Thracibus, qui in ocio degunt, honestissimi habentur, qui prudentia & auctoritate anteibant cæteris. ⁴ Arabes autem illorum politiam trifariam divisere, ex qui- ^{Arab.} ^{bus} bes.

scribit quæ Alexander, sed nullum ci-
tate auctorem. Apud Thebpienses, in-
quit, turpe consebatur artem didicisse,
vel arvo studuisse: propterea illorum pa-
upertas, tum frequens, tum insignis præci-
pue.

¹ Denique Ægyptii.] De his quoque Herodotus lib. 2. Ægyptii, inquit, ex omnibus hominibus, atque ex omnibus Ægyptiis, maxime illaboratum percipiunt fructum, qui neque proscindendis aratro sulcis, neque subi-
gendo solo, neque quidquam aliud exēcendo eorum, qui in arvis colen-
dis, cæteri mortales laborem tolerant: sed postquam fluvius sua sponte super-
veniens irrigavit rura, & rursus irri-
gata deseruit, tunc in suum quisque
rus, jacto semine, sues mittit, concu-
latoque à suibus semine, messem de-
inde expectat, atque ubi suibus seimen
versaverit, ita demum frumentum per-
cipit.

² Scythis quoque.] Justinus lib. 2. de Scythis loquens, Hominibus, inquit, inter se fines nulli: neque enim agrum exerceant, nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascientibus, & per incultas solitudines errare solitis. Uxores liberosque secum in plaustris vebunt: quibus, corris imbrinn hyemisque causatæctis, pro dominibz utun-
tur. Iustitia gentis ingenii culta non le-
gibus. Aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appre-
tunt. Lacte & melle vescuntur. Lane his-
piss ac vestitum ignotus. Hac continentia

illis morum quoque iustitiam dedit, nihil alienum concupiscentibus, &c. Strabo lib. 15. scribit Indos (qui Scytharum moribus utuntur, ut 8. lib. scribit Arrianus in Alexandro) etati senum prærogativam nullam tribuere, ni pru-
dentia excellant.

³ Et Thracibus.] Herodotus lib. 5. post prin. Oeigsum, inquit, esse pro ho-
nestissimo habetur. Agricolatorem vero,
pro contemptissimo. Et bello atque rapsa
vivere pulcherrimum. Atque hi quidem
sunt eorum insignissimi mores. Sed adde
quod & Lacedæmoniis Lycurgus ab-
undantiam otii instituisse visus est:
Nam & sordidam artem exercere
protrus non licebat, ut tradit Plutar.
in eorum institutis.

⁴ Arabes autem.] Diodorus Siculus lib. 6.c. 10. sic scribit, Politia eorum tri-
fariam partita est. Primum locum sacer-
dotcs tenent, quibus adduntur artifices.
Secundum agricultores habent. Tertium mi-
litcs, quibus pastores adjiciuntur. Sacer-
dotcs omnium sunt duces: quibus & con-
troversiarum judicia, & publicarum re-
rum arbitria permissa sunt. Rustici agros
colunt, fructus omnes in commune confe-
rentes. Pastores tum ea qua ad sacra per-
tinent, tum reliqui in publicum, alie nu-
mero, ponderc, alia cum omni ferunt dili-
gentia. Nil enim privatum cujusdam est,
domo atque horto exceptis. Milites pa-
triam armis tutantur, Sacerdotes, ultra
reliquos, deliciis vacant, vitam ducentes
mundam & sumptuosam. Strabo lib. 16.
non adeo longe à fin. de Arabia divi-
sione

bus sacerdotes primi sunt, his addunt artifices, secundum
 agricultoræ, tertium milites tenent locum. Quam institutionem ab Ægyptiis oriundam, multi in formandis urbibus
 & moribus instituendis sectati fuere. ¹ Quibus vero rebus
^{Patri-}
^{ciorum}
^{& ple-}
^{beis}
^{disin-}
^{ctio.}
^{Arcas-}
^{des pro-}
^{seleni.}
 patricii à plebe secernebantur, pluribus exemplis perspectum est. siquidem patricii, & qui nobilitate præstant, quique honeste geniti & liberaliter educati erant, ² bullam in pectore, ³ lunulas in pedibus habebant. erant enim ⁴ fibulæ eburnæ corniculantes instar lunæ. Quod à Numa institutum ferunt, ut senatores, eorumque posteri nigris calceis lunas annexerent. Ab Arcadibus deductum ut se

sione sic scribit, Sed alia quadam divisione totam felicem regionem in quinque regna partiuntur, quorum aliud bellatores, & omnium propagnatores habet: aliud agricultores, à quibus frumentum ad alios importatur: aliud eos, qui officia & artes tractant: aliud myrrham fert: aliud thus.

¹ Quibus vero rebus.] Ad Romanos credit.

² Bullam in pectore.] Plinius lib. 33. cap. 1. A Prisco Tarquinio omnium primo filium, cum in praetexte annis occidisset hostem, bulla aurea donatum constat: unde mos bullæ duravit, ut eorum, qui equo mervissentur, filii, insigne id habarent, cæteri lorum. Plutar. problemat.

C. 101. Asconius in 3. in Verrem aet. Simul cum praetexta bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi bullientis aquæ finis communiens pectusque puerile. Macrobius lib. 1. Saturn. 1. cap. 6. Et vide in nostris Comentariis Nobilitatis cap. ult. n. 160. incip. Supra sepe.

³ Lunulas in pedibus.] Plutar. probl. c. 76. Ratio ostendit longa disputatione, Quid est quod qui nobilitate prestatuvi dentur, lunulas in calceis ferunt? An, ut dicit Cæstor, signum est ejus, que in Luna esse dicitur habitationis, & quod post mortem anime rursus Lunam sub pedibus habeant. An quod Arcades, qui cum Euandro in Italiam venerunt, Proselenos

appellati, hoc est, Antelunares, eo calceis genere uterentur. Omitto cætera quæ apud Plutarchum legi possunt. Ex quo illud Juven. satyra 7.

Et nobilis & generosus Appositam nigræ Lunam subtexit alute.

Et Statius Sylvarum lib. 5. in Protreptico ad Crispinum,

Genitum si curia sensit
 Primaque patritia clausit vestigia Lan na.

Martialis Epigrammatum lib. 2.
 Lunata nusquam pellis & nusquam tegula. *

Diximus in d. Commentariis Nobilitatis ubi supra.

C O L E R U S.

* Ego tamen apud Martialem Lanata pellis malim legere. Rationem alibi reddam.

M E R C E R U S.

4 Fibule eburnæ.] Quod hic de fibulis eburneis, & nigris calceis scribit Alexan. multi non probant. Eam controversiam alias nos favente Deo pro nostro modulo conabimur explicare, nunc certe non vacat.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ Ab Arcadibus deductum, ut se Proselenos.] Id est, ante lunam natos, ut diximus supra. Id etiam tradit Servius in lib. 8. Æneid. in enarratione illius loci,

Arcades

ut se proselenos designarent, velut amplissimum testimoniū nobilitatis ferrent, quippe in calceis senatorum lūnām adscriptissimē; centenum numerum designavit, quo tunc senatores continebantur. Ea enim bulla, aurea fuisse Bullæ traditur, ¹ figuram cordis habens, qua etiam obsignasse dicuntur veteres: ² cum plebeii & libertini scorteo loro munirentur: quam quidem pueri ingenii, ³ & illorum qui equo meruissent, filii, ad pubertatem usque ⁴ una cum prætexta induebant: ⁵ illamque exacta pueritia, solemnī Festō Laribus suspendebant: sicut Romanæ puellæ, puerilare rudimentum, ⁶ puppas Veneri Argivæ: & maturæ Veneri, & viro, ercent

*Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iovem, quum saepe
migrantem*

*Ægida concuteret dextra, nymboisque
tieret.*

Sane, inquit, ad illud alludit, quod primi dicuntur Iovi templa fecisse: nec enim longe sunt à monte Olympicō: unde eos dixit, Iovem vidisse, & quod ipsi sunt Arcades ~~negotia~~ lūni, id est, ante Lunam creati, ut Stat.lib.4. Thebaidos, Arcades huic veteres, astris, Lunaque priores

Agmine fidat satis. —

Ovidius Fastorum lib.1.

*Orta prior Luna (de se si creditur illi)
A magno tellus Arcade nomen habet.*

Idem lib.2.

*Ante Iovem genitum terras habuisse se-
runtur.*

*Arcades, & Luna gens prior illa fuit.
Diximus in illis nostris Commentariis Nobilitatis c. 19. n. 29.*

¹ Figuram cordis habens.] Macrobius lib. 1. Saturn.c.6. Nonnulli, inquit, credunt ingenuis pueris attributum, ut cordis figuram in bullæ ante pectus annexarent: quam insipientes, ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent.

² Cum plebeji & libertini scorteo lo-
ro.] Diximus supra in verbo, Bullam in
pectore. ex Plinio, & Asconio Pædiano.
Macrobius lib. 1. Satur.c. 6. sic scribit, Ex
quo concessum, ut liberinorum quoque
filii, qui ex justa duxerat matres familiias

nati fuissent, togam prætextam & lorum in collo pro bullæ decore gestarent. Ex quo illud Juven. sat. 5. *Vel nodus tantum,
aut signum de paupere loro.*

³ Et illorum qui equo meruissent.] Plinius d.l. 33. c. 1. & Macrobius. d.l. 1. c. 6.

⁴ Una cum prætexta.] Macrobius. ubi supra. Et Festus Pompejus l.2. ad fiuum dicit, Bullam auream insigne fuisse puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis à pectori, ut significaret eam statem alterius regendam consilio.

⁵ Illamque exacta pueritia.] Persius sat. 5.

Bullaque succinctis laribus donata pe-
pendit.

Huc quoque spectat illud Horatii Ser-
monum libro 1. sat. 5.

*Donasset jamne catenam
Ex voto laribus, querebat.
Ad lares pueri generosi, inquit Porphy-
rion interpres, egesi pueritiæ annos,
bullam auream suspendere conseruerant,
sicut virgines, renunciantes virginitati,
puppas deo Veneri condonabant.*

⁶ Puppas Veneri Argive.] Persius sat. 5.

*Nempe hoc quod Veneri donata à vir-
gine puppe.*

Nupturæ virgines, ut diximus supra,
suas puppas Veneri, ut felix faustum-
que esset matrimonium, consecrabant:
ut & pueri virilem togam sumpturi,
bullas laribus.

Palla-
di offe-
rebat.
San-
titatis
simu-
lacrum.

Athe-
nien-
siuin
adole-
scen-
tcs.

viro, compositum capillum Palladi, ¹ Træzene vero
puellæ Hippolyto crinem consecrabant. ² In Sicyonia
quoque ὑγείας, hoc est, Sanitatis simulacrum fuit, cui
virgines crines resecare, & capillos dicare solebant. ³ A-
thenienses cum ex ephebis excessissent, primitias crinum
Delphos deferebant: & cum antiquiores comam circa
tempora, aut posteriorem crinem Apollini & fluminibus
tonderent, ævo succedente Theseus anteriorem capillum
Delphis dedicavit, unde Thesei tonsura prodita est: cu-
jus exemplo juvenes, cum primum ex ephebis excessis-
sent, anteriorem comam Phœbo & Aesculapio aut Libero
obtulerent primitias: ⁴ postea Romani ⁵ adolescentes ma-

gnæ

I Træzene vero puellæ Hippolyto.] Pausanias lib. 2. *Apud Træzenios, in-*
quit, Hippolyto omni vita tempore sacer-
dos consecratur, eique sacrificia perfol-
vuntur annua. Præterea & tale quip-
piam faciunt, Cuilibet puellæ ante nuptias
coma detonderetur, temploque illatam ipsa
detonsa dedicat.

2 In Sicyonia.] Pausanias in Co-
rinthiacis de Sicyoniorum templis &
simulachris loquens, Eodem, inquit,
ferme habitu est Hygeæ signum, neque
enim illud facile conspicias: velatum enim
undecunque est, partim comis, quas deæ
mulieres detonderunt, partim vero Baby-
lonia vestis laciniis: qua vero cunque re-
litare quis voluerit, eadem traditum est,
illud etiam numen placari, cui est Hygeæ
nomen (valitudinem bonam appellamus)
Alexanori vero & Enamerioni, sua enim
& ipsis signa sunt.

3 Athenienses cum ex ephebis.] Su-
per his, usque ad ea verba, Postea Ro-
mani, vide omnino quæ scripsi in
Commentar. Primigeniorum in præ-
fat.

4 Postea Romani.] Suetonius in Ne-
rone, cap. 12. sic scribit, Gymnico, quod
in septis edebat, inter Bathysix appar-
atum, barbam primam posuit, conditam in
auream pÿxidem, & pretiosissimis mar-
garitis adornataam Capitolio consecravit.*
Martialis lib. 1. epigram. 88. ubi En-

colpus, Auli Pudentis Centurionis
puer, Phœbo consecrat comam,
Hos tibi, Phœbe, rurset totos à vertice
crines
Encolpus, domini Centurionis amor :
Grata pudens meritū tulerit cum pæ-
mia pili,
Quamprimum longas, Phœbe, recide-
comas.

Et vide in dicta præfatione Primige-
niorum ubi supra. Dion in Nerone,
Post haec celebravit festa alterius generis,
qua dicuntur Juvenalia: ea propter bar-
bam ejus, quæ tñm primum rasæ fuerat,
facta sunt: cujus pilos in sphaeram auream
conjectos, Jovi Capitolino consecravit.

COLERUS.

* Dion, cum hoc Nero fecit, Ju-
venalia instituta tradit. An quia illo
die Juvenes capillos ponebant & A-
pollini consecrabant. Glossarium Græ-
colatinum, Nœv i opti Juvenalia.

MERCUS.

5 Adolescentes magnæ indolis.] Qui-
buslibet hoc videtur familiare fuisse.
Videturque is mos inter privatas, &
communes solemnitates referendus.
Dies enim barba rasæ festus erat uni-
cuique, & solennis. Vide Lipsium in
14. Annal. Taciti. Consecrabant au-
tem diis suis vel barbam, vel capillum.
Idque vel cum primum tonderent, ut
fortasse Nero, qui apud Sueton. bar-
bam

gnæ indolis, primæ lanuginis barbam diis consecrare u-
surparunt. Et cum primo Romani cives sine tunicis sola
toga amicti forent, postea substrictas brevesque tunicas
citra humerum desinentes habuere. Talares vero & ma-
nicatas (quas Græci chirodotas vocant) aut discinctas in-
duere, pro flagitio fuit, ^{Barba prima diis ob-} quod erat barbaris proprium,
talares ferre & manicatas tunicas. Ideo Æmylianus Pauli
filius, P. Sulpitio Gallo, quod tunicis manus totas ope-
rientibus uteretur: ^{refris} & Cicero Verri, quod cum talari
tunica & pallio purpureo incederet, ut probrum objecta-
vit. ^{barba-} Quæ quidem tunica toga tegebatur, sæpius prætexta.
• Cato vero senior cum tunica sine manicis per hyemen in-
cessit:

bam primam posuit, conditamque in
auream pyxidem, & preciosissimis
margaritis adornatam, Capitulino (ut
emendavit Lipsius) vel in Capitolio
(ut alii) consecravt. Et Tr malcio Pe-
tronianus in portico atrium ha-
buit in angulo, in eiusdem aedes
positi, & Veneris signum marmoreum,
& pyxis aurea non pusilla, in qua bar-
bam ipsius conditam esse dicebant,
Diis nimirum illis sacratam. Vel mul-
to ante aliqua de causa barbam, aut
capillum alicui Deo-sacrabant, deinde
tondebant, cum rei voti fasti essent,
aut cum tondere legittimum tempus
advenisset. Tertull. de anima: *Quis*
non exinde aut totum filii caput reatu-
ret, aut aliquem excipit crinem, aut tota
novacula profecat, aut sacrificio obligat,
aut sacro obfignat, pro privata, aut publi-
ca devotione?

1 Quod erat Barbaris proprium.] Ro-
ma hæ tunicæ pueris meritoris, & ci-
nædis peculiares erant. Ideo qui iis
utebantur, parum pudici habebantur,
& Veneri dicati. Plaut. Poenulo: *Quis*
hic homo est cum tunicis longis, quasi puer
Caponius? Et paulo post: *Sane hoc ge-*
nus mulierosum est, tunicis demissi. Et apud eundem Menoechmus ex eo se
cinandum vocari arguit, quia diceretur
induisse pallam, quæ erat talaris.

TIR AQUELLUS.

2 Et Cicero.] In Verrem act. 6. hoc
in Verre reprehendit, quod Imperator
populi Rom. qui casis victimis palu-
darus ex urbe exisset, in provincia sua
non modo sine paludamento, sed eti-
am cum tunica pulla, quæ infirmæ ple-
bis & artificum propria est, in publi-
cum prodiret. Valerius Maximus lib. 1.
cap. 6. in mali ominis numero posuit,
quod M. Crasso, qui à Parthis exsus
est, pullum paludamentum sit tradi-
tum, cum in prælium exeuntibus al-
bum aut purpureum dari soleret.

3 Quæ quidem tunica.] Budax in l.
ult. de Senator. Tunica autem, inquit,
vestis est, cui toga superinduitur: nostri
sericum vel setam vocant lingua vernacula,
citatque Quintil. lib. 11. cap. ult.
Nonius Marcellus ubi de generibus
vestimentorum, Prætexta, ait, insigne
Rom. quod supra tunicas honorati quique
sumunt. *

COLE R U S.

* Tertullianus de Pallio, ubi vestem
Punicam esse asserit. Ut ex Plauto quo-
que licet intelligere, Penulo. Ennius
apud Nonium Carthaginenses vocat,
Tunicatam juventutem.

TIR AQUELLUS.

4 Cato vero senior.] Plutarchus in
Catone Censorio, Cum autem, inquit,

cessit: ¹ & Junior nudis pedibus, veste fusca & sine tunica sola toga accinctus, jus in foro dixit. Idque ex vetere ^{Romuli} instituto usurparunt, quod ² Romuli statuae & Camilli in ^{& Ca-}
^{milli}
^{statue}
^{togate}
^{fusca tu-}
^{nicias.} Capitolio & rostris togatae sine tunicis erant: ³ Aurelianus tamen Caesar manicas & albas tunicas ex provinciis diversis, congiarium populo dedisse fertur. ⁴ Fuitque is corporis habitus non munditiis cultus, sed virilis, in quo personae decor, & multa majestas inerat: ⁵ intra tunicam vero interula, quam subuculam dixerat, carni proxima, aequa à viris & mulieribus nullo discrimine sumebatur. Nam postquam binas tunicas Romani habere cœperunt, ⁶ Varro ait interiorem instituisse vocare subuculam, & indusim. ⁷ Prætextam vero supra tunicam quisque honoratus & nobilis habebat, quain quidem ⁸ pueri patricii aliquando

^{Inte-}
^{rula.}
^{Subu-}
^{cula.}
^{Indu-}
^{sia.}
^{Præ-}
^{texta.}

domum reverteretur, hyeme quidem tunicas, demptis manicis, induitum, astante vero nudum, labore cum servis certare, quibus cum sedere solitus, eodem pane, eodemque vino vesci.

¹ Et Junior.] Plutarchus Catonis Uticensis laborum tolerantiam describens, Omnibus, inquit, etatis sue meritis se opposuit, utpote improbis & à quibus contraria via eundum cusebat. Itaque cuim ceteris hominibus purpuream vestem saturata manice, atque rutili coloris, placere videret, ipse fuscam gerebat: interdum vero nudis pedibus & absque tunica in publicum prodibat, non gloriam aliquam ex hac novitate captans, sed si ipsius affusacitus obsecnis rebus dumtaxat ei rubescere: cetera vero, ut ignobilis, aspernari.

² Romuli statuae & Camilli.] Plinius lib. 34. c. 6.

³ Aurelianus.] Flav. Vopiscus in vita illius ad fin. sic scribit, Sciendum tamen, congiaria illum ter dedisse: donasse etiam pop. Romano tunicas albas manicas ex diversis provinciis, & linas Aprias atque Egyptias puras.

⁴ Fuitque is corporis habitus.] Vopiscus in eodem Aureliano.

⁵ Intra tunicam vero interula.] Vide

omnino nostras leges Connubiales gloss. l. 3. inter ornamenta muliebria, ubi de interula, atque etiam de subucula loquor.

⁶ Varro.] Lib. 1. de vita populi Romani, ubi illum citat Nonius Marcellus in generibus vestimentorum.

⁷ Prætextam vero.] Asconius Pedianus in 3. in Verrem actione, sic scribit, Prætextam fuisse honestiorum, togam viliorum: communem etiam fuisse habitum & matium & foeminarum. Fuisse quoque Regum docet Plinius lib. 8. cap. 48. & prætorum. Plutarchus in Pompejo, diun dicit Prætores duos Sextilium & Belinum in ipsis prætextis cum ministris licetibusque, ac exterris ejus magistratus insignibus, captivos abductos fuisse. Hic vide omnino Macrobius lib. 1. Saturnium cap. 6. ubi prætextæ originem & quomodo usurpari cœperit à pueris, scribit.

⁸ Pueri patricii aliquando purpuream.] Nam soli patricii purpura utebantur, ut scribit Plinius lib. 9. c. 36. Distinguit ab equite curiam, diis ad vocatur placantis, omnemque vestem illuminat, in triumphali miscetur auro. Sed de hoc vide, quæ scripti in Commen-

quando purpuream in duebant. Inde enim prima commen- ^{Purp.}
datio ineuntis ætatis, & specimen virtutis haberi cœptum. ^{Phisi.}

¹ Libertinis autem & peregrinis, cum quibus nulla esset ne-
cessitudo, aut conjunctio sanguinis, prætexta uti olim
non licebat: post aliquot vero tempora, ut libertinorum
filii illa utebentur, usus obtinuit. ² Quam quidem purpuram
magno honori patriciis fuisse accepimus. Erat enim pro
majestate in pueritia, maximeque patricium ordinem à
plebe dividebat: namque patricius Tyriæ muricis purpu-
ra dabatur, cum equester ordo & plebejus ³ purpuram non
induerent, cuius usum antiquissimum ⁴ Plinius notavit. Se-
quutis inde temporibus, ad tantum fastigium devenit, ut
⁵ Catoni Uticensi ludos in veste purpurea spectandi facultas
à senatu pro summo honoris gradu tributa sit. ⁶ Tribuno ^{Tribu-}
enim plebis, ⁷ vel plebejo homini purpuram inducere, nul-
li erat ^{norum} ^{& plu-}
^{beiorū} ^{vestes.}

Commentariis Nobilitatis, cap. 37.
Eodemque ult. num. 160. incip. *Supra
sepe.*

¹ *Libertinis autem.*] Hæc usque ad
versic. *Quam quidem*, sunt Macrobii,
ubi nuper citavimus.

² *Quam quidem purpuram.*] Supra
in verbo, *Pueri patricii dilig.*

M E R C E R U S.

³ *Purpuram non induerent.*] Verum
hoc est, si hoc intelligatur de toga præ-
texta, vel penula, vel alia ueste exte-
riori. Alioquin Equites solebant gestare
angustum clavum, ut senatores latum.
Hi vero clavi sine dubio purpurei e-
rant. Et horum clavorum usum non
abstulit Augustus, et si primus apud
Dionem lib. 49. vetuit purpuram ge-
stare, nisi essent senatores, qui in ma-
gistratu erant. Quin potius liberos se-
natorum quo celerius reipub. assuef-
cerent, protinus virili toge latum clav-
um inducere permisit. Cujusmodi
clavorum formam vulgus non satis
assequitur. Acro in Satyr. 5. lib. 1. Ho-
rat. *Latus clavis, inquit, colobor Graece*
dicebatur vestis, que ad pectus magistra-
tum extendebatur, informans lati clavi.
Unde Horat. eadem Satyra *Latum di-*

misiit pectore clavum. Hujus formæ du-
bito an fuerit illa mappa laticlavia,
quam Trimalcio Petronianus circa o-
neratas ueste cervices immisit, sim-
briis hinc atque illinc pendentibus.
Formam illam laticlavi agnoscebant
maiores nostri in solemnioribus ve-
stibus equitum, & nobiliorum. Ag-
noscas etiam licet in illa ueste, quam
pellibus candidis ornatam, Rectores
Academæ Parisiensis immittunt tu-
nicæ, vel si mavis Cappæ sive Recto-
ria. Agnoscas etiam in vestibus re-
giis in Episcop. Abbat. & quibusdam
monachis. Nisi quod in his attexitur
cucullus, quem Romana colobia ne-
sciebant.

T I R A Q U E L L U S.

⁴ *Plinius notavit.*] Lib. scilicet 9.
cap. 39.

⁵ *Catoni Uticensi.*] Plutarchus in
vita illius.

⁶ *Tribuno enim plebis.*] Plutarchus
Problem. cap. 81. ubi querit quare
Tribunus purpuram non portat, cum
exteri magistratus purpurati incedant.
Cujus rei multas rationes subjungit,
quas ille qui voler, videbit.

⁷ *Vel plebejo.*] Jam id dictum est.
N 3 1 Præti-

li erat fas. Hi enim penulis brevi villo, ¹ præcipue pluvio tempore, ² aut lacerna utebantur: quippe vestis tribuni plebis plebejoruimque ³ penula plerunque fuit, ⁴ sicut sagi, ⁵ endromis, & ⁶ cuculli. ⁷ Erant enim frigoribus apti, ⁸ quibus imperatores uti non decebat, ⁹ tametsi legatus Caligulam depictas penulas saepe induisse. Et plebejam purpuram distinctam à patricia in usu fuisse: erat enim fusca & obsoleta, non murice & cocco, sed herbarum succis infecta. ¹⁰ Eadem vero penula senatores plerunque usos foris invenimus: intra urbem vero non licuit, donec Alexander imperator dum ætati consultum voluit, ut senatores ingravescenti ætate intra urbem penulis uterentur, legem

1 Præcipue pluvio tempore.] Spartianus enim in Adriano scribit, Tribunos plebis pluviae tempore penulis uti solere. Notum est autem illud Quintiliani lib. 6. cap. 4. *Galba penulam rogantib[us] respondit, Non pluit, non est opus tibi: si pluit ego utar.* Sed hic omnino vide nostras leges Connubiales, 1. 3. inter vestimenta muliebria.

2 Aut lacerna.] Vide infra in verbo, *Supra quam multi lacernas.*

MERCERUS.

3 Penula plerunque fuit.] Hoc intellige post corruptos mores, & eversam libertatem. Nam ante, toga commune Romanorum erat indumentum. Certe etiam Spartanus in Adriano, *Penulis, inquit, Tribuni plebis pluviae tempore uti solebant, Imperatores autem nunquam.* Inde hic locus exscriptus est.

TIRACQUELLUS.

4 Sicut sagi.] Quid sagus sit vel sagum & quorum sit vestis, disces ex Cic. Philip. 8. & iterum 14. Suetonio in Augusto, c. 26. & in Othonem c. 2. & Nonio Marullo, quo loco tractat de genere vestimentorum, & vide infra.

5 Endromis.] De Endromide vide dict. nostras leges Connubiales, ubi supra & infra in verbo, *Sicut endromis.*

COLERUS.

Endromis.] Hinc Endromidatus apud Sidonium legitur lib. 2. Epigr. id est, Endromide indutus. Turnebus interpretatur vestem gymnasticam illo versu Juvenalis:

Endromidas Tyrias & fæmineum cerasma.

Glossa Gausarus εὐδοπός. lego Gausapus. Eadem sunt Trechedipna.

TIRACQUELLUS.

6 Cuculli.] Vide infra in verbo, & cuculli.

7 Erant enim frigoribus apti.] Ex quo illud Horatii Epistol. lib. 1. epist. 11. ad Bullatium,

Incolimi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod

Penula soſſitio, campeſtre nivalibus au-ris,

Per brumam Tiberis, Sextili mense ca- minus.

8 Quibus Imperatores.] Alius Spartanus in Adriano.

9 Tametsi legatus Caligulam.] Suetonius in vita illius, cap. 52. Sæpe, inquit, depictas, gemmatisque indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum proc. sit, aliquando sericatus & cycladatus.

10 Eadem vero penula.] Id usque ad versic. *Sicut endromis,* est Lampridii in vita Alexandri imperatoris.

1 Sicut

legem promulgasse dicitur, quas supra tunicam inducebant, quo essent villi grossioris: ^{Endro-} ' sicut endronis longiori vil-
lo, pinguis & crassa, in frigoribus à divitibus usurpata.
^{mis.}

² Quam quidem prætextam ad virilem ætatem pueros de- ^{Toga}
ferre licuit; ³ post pubertatem vero in scptimo & decimo ^{qua}
ætatis anno, dimissa prætexta, ^{etate} ⁴ togam inducebant, ⁵ ali-
quando puram ⁶ nivei candoris, ⁷ quæ virilis dicta est. <sup>sime-
batur.</sup>

Eam

¹ Sicut endromis.] Ex Martiale l. 4.
epig. 19. & vide supra in verbo, Endromis, & infra.

² Quam quidem prætextam.] Vide infra in verbo, Quæ virilis. Pueritia ex cessione Servii Tullii 16. anno finiebatur, puerique esse existimabantur, qui minores essent annis septemdecim.

³ Post pubertatem vero.] Macrobius libro 1. cap. 6. Ovid. vide infra ibi,
Quam festi solemnis die.

COLERUS.

⁴ Togam induebant.] De Toga vide Signonum 3. de judiciis. 19.

TIRIQUELLUS.

⁵ Aliquando puram.] Cicero ad Atticum lib. 5. epist. 21. quæ omnium est 107. Ego cum Laodiccam venero, Q. Fratris tui filio togam puram jubebo dari. & lib. 6. epist. 1. Q. togam puram Liberalibus cogitabam dare. Et lib. 7. Ep. 8. omnium 126. Habebamus autem in manus Antonii concionem habitam 10. Calend. in qua erat accusatio Pompeji usque à toga pura, id est, ab eius tyrocinio. & iterum lib. 9. Epist. ult. in pr. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpinii potissimum, togam puram dedi. Plinius lib. 8. cap. 48. Tanaquil prima textit rellan tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur nuptiæ que nuptiæ. Ex poëtis Catullus ad Mallium, epig. 63.

Tempore quo primum vestis mibi tradita pura est:

Jucundum cum atas florida ver egeret.

Lucanus in principio libri septimi:

— Para venerabilis agne

Quam cursus ornante toga. —

Id est, nec pieta, nec triumphali, nec prætexta. Toga virilis etiā pura dicebatur, hoc est nullo purpuræ prætextu distincta.

⁶ Nivei candoris.] Hinc candidus umbo dictus est Persio sat. 5.

Cumi blandi comites, totaque impune subura

Permitit sparsisse oculos jam candidus umbo.

Nam ibi interpretes, Vestis pura & candida, quam adolescentes tyrocinii die induebant, quæ à forma umbonis & clypei (qui rotundus est soler) Umbo dicitur. Hanc Cicero appellat togam puram. Scribit enim ad Articum (ut jam diximus) in tyrocinio filii Ciceronis, togam illi puram dedisse Arpini. Vel umbo vestis hujusmodi appellatur: quia sit velut umbonis & clypei loco, adversus acerbiores & graviores pädagogorum reprehensiones & castigationes. Vide Cælium Rhodiginum libro 14. cap. 16. Sed hoc spectare potest, quod Martialis togam niveam vocat lib. 1. epig. 114. ad Attalum,

Sordida cum tibi sit, verum tamen, Attale, dicit

Quisquis te niveam dicit habere togam.

⁷ Quæ virilis dicta est.] Cicero in Lexlio. Horatius Carm. lib. 1. Ode 36.

— Memor

Actæ non alia Rege pueriæ,
Mutat & que simul togæ.
Pueriæ ibi dicit, pro pueriæ, per syn-
copam. Nam, ut scribunt ibi interpre-
tes, adolescentes deposita prætexta,

'Eam tamen in quarto & vigesimo à multis sumptam compērimus, sēpius in decimoquinto, & sexto ac decimo. Quippe² Augustus Octavius annorum sedecim, &³ Caius Cæsar in undevigesimo. ⁴ Nero autem vix pubescens, togam virilem sumpsit ante tempus, quo maturus imperio videbatur. Divus quoque⁵ Antoninus Philosophus, & ex Cæsaribus complures, in quintodecimo virilem desumpta togam, tunc cum præceps & lubrica juvēnum ætas videbatur. Quam supra prætextam nonnunquam Patriæ suinebant,⁶ cum plebeji, sine prætexta, simplici toga amicarentur: quippe toga erat plebejorum, & infimi ordinis, prætexta honestorum & nobilium.⁷ Quod etiam circa mulie-

togam accipiebant virilem. Seneca libro epist. I. Tenes utique memoria quantum gaudium senseris, cum prætexta posita, sumpsisti virilem togam, & in forum deductus es. Et de hac toga virili Livius 3. Decad. lib. 6. ubi loquitur de P. Cornelio Scipione, Ad hæc, inquit, jam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem sumpsit, nullo die prius nullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret. Suet. in Augusto, c. 94. & in Claudio, c. 2. Lainpridius in Commodo, Apuleius Apol. 2. non semel, & omnes ubique.

I Eam tamen, &c.] Hoc probat exemplis sequentibus.

² Quippe Augustus.] Suetonius in vita illius, c. 8. Quadrimus patrem amissit: duodecimum annum agens aviam Julianam defunctam pro concione laudavit. Quadriennio post virili toga sumpta, militarisbusque donis triumpho Cæsaris Africano donatus est: quanquam expers belli propter atatem.

³ C. Cæsar.] Suetonius in Caligula c. 10. Quam defunctam prætextatus etiam tum, pro ræbris laudavit: transitusque ad Antoniam aviam, & undevigesimo etatis anno accitus Capreas à Tiberio, uno atque eodem die togam sumpsit, barbamque posuit, sine ullo honore, qualis contigerat tyrocinio fratrum ejus.*

COLERUS.

* Vide Tiberium Sueton. c. 54.
TIRAQUELLUS.

⁴ Nero autem vix pubescens.] Cornelius Tacitus lib. 12. T. L. Claudio quintum, Ser. Corn. Orfito Coss. virilis toga Neroni maturata, quo capeffend. & reipubl. habilis videretur. Et Cæsar adulationibus Senatus ceſbit, ut viceſimo etatis anno consulatum Nero iniret: atque interim designatus proconsulare imperium extra urbem haberet, ac princeps juventutis appellaretur.

⁵ Antoninus Philosophus.] Julius Capitolinus in vita illius, Virilem togam sumpsit quintodecimo etatis anno, statimque ei L. Cejonii Commodi filia sponsata est, ex Adriani voluntate. Nec multo post præfectus Latinarum feriarum fuit.

⁶ Cum plebeji.] Id jam supra diximus ex Asconio 3. in Verrem act.

⁷ Quod etiam circa mulieres.] Asconius ubi supra, & Servius in l. 1. Æneid. eo loco,

Romanos rerum dominos gentemque togatam.

Bene, inquit, togatam: quia omnis sexus & conditio toga utebatur, & Nonius Marcellus Afranii auctoritate, & diximus in nostris legibus Connubial. l. 3. inter vestimenta muliebria.

I Sicut

mulieres servabatur. Nam toga priscis seculis in usu promiscuo tam virorum quam mulierum, nocturnumque ac diurnum indumentum fuit, ¹ sicut palliolum & penula, <sup>Toga vestis
proxi-
mam ad utrumque sexum.</sup> postea vero illam distinxere. ² Quam festa solemnique die, amplissimo cultu & apparatu magnifico probi adolescentes sumere solebant, præcipue Bacchanalibus festis mensē Martio, quibus diebus sumere virilem togam in religione fuit, <sup>Baccha-
nalibus
toga
virilis
sumen-
batur.</sup> ³ qua signabatur liberioris vitæ pueris facultatem dari. ⁴ Potentiores & insignes nobilitate & honoribus etiam purpuream cum frequenti comitatu apud delubra deorum inducebant, ⁵ indeque in forum excepti, solemnī officio deducebantur. ⁶ Tenuiores etiam arcta induxere <sup>Toga
arcta.</sup> togam:

¹ Sicut palliolum & penula.] Ulpianus Jurisconsultus in l. vestis. §. communia sunt. ff. de auro & argento lega. scribit pallium & penulam communia esse virorum & mulierum. Verum in §. virilia sunt, ejusdem l. ponit inter virilia. Sed vide dictas nostras leges Connubiales, ubi supra in Palliolo & penula.

² Quam festa solemnique dic.] Ad togam resertur, & id est Ovidii lib. 3. Fastorum,

Refat, ut irreniam, quare toga libera detur,

Lucifris pueris candido Bacche tuis:
Sive quod ipse puer semper juvenisque videris,

Et media est etas inter utrumque tibi.
Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos

Commendant cura numinibusque tuis.
Sive quod es liber, vestis quoque libera per te

Sumitur, & vita liberoris iter.
An quia cum colerent prisci studiosius agros,

Et faceret patriorure Senator opus.
Et caperet fuisse à curvo Consul atra-

Nec crimen duras effet habere manus.

³ Qua signabatur liberioris vita.] Ovidius ubi lupta, & lib. 4. de Tristibus eleg. 9.

Inter et tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumpta miliisque toga est.

Et Statius Sylvarum lib. 5. sylva 2.

Quem non corruvit pules effrena no-
vaeque

Libertas proferata tegit.

Propertius lib. 4. eleg. 1.

Mox ubi bulla rudi demissa est aurea collo,

Matris & ante deoslibera sumpta to-
ga.

⁴ Potentiores.] Macrob. d. lib. Sa-
turnal. 1. cap. 6. Libertinis vero nullo jure uti prætextis licet, ac multo mi-
nus peregrinis, quibus nulla esset cuin Romanis necessitudo: sed postea li-
bertinorum quoque filiis prætexta concessa est.

⁵ Apud delubra deorum.] Id di-
ctum est in verbo, Quam festa solemnis-
que.

⁶ Indeque in forum excepti.] Seneca lib. epist. ad Lucil. 1. cuius verba ad-
duximus supra in verbo, Qua virilis
dicta est.

⁷ Tenuiores etiam.] Ad quod respi-
cit illud Horatii epistol. lib. 1. ep. 18.
ad Lollium 2.

Arcta decet sanum comitem toga.
Utebantur laxioribus & amplioribus
togi divites, quam tenues homines,
ut idem Horatius Ode 4. Epodon,

togam: nam pro opibus veteres, magnas & parvas habuerunt.¹ Claudio tamen Cæsar toga virili, die, sine apparatu aut solemnni officio, in Capitolium deduci voluit. Supra tunicam vero vela pro togis induisse, animi fuit imbellis & enervati.² Ea quidem toga, cui purpura prætexebatur, illis tantum dari assuerat, quorum patres magistratus curules & insignes gesserant honores.³ Namque hic primus juventæ & bonæ indolis habitus est honos, omenque futuræ virtutis, & magni nominis æstimabatur.⁴ Germani vero in primis experimentis framea & scuto adolescentes exornabant: illinc enim commendationem ineuntis adolescentiæ auspicabantur.⁵ Cretensibus militaris stola, his & patera. Bithynis & Ponticis, socci & pallium. Argivis pueris deferre clypeum, insigne munus, & priuum decus adolescentiæ censebatur.⁶ Eam vero togam extremam induer-

*Videsne sacram, metiente te, viam
Cum bis ter ulnarum toga,
Ut ora vertat, hoc & hoc cunctum
Liberrima indignatio?*

Porphyrius justam togæ magnitudinem sex ulnis constitisse vult intellegi.

¹ *Claudius tamen Cæsar.*] Suetonius in vita illius cap. 2. Toga virilis die, circa medium noctem, sine solemnni officio, lectica in Capitolium latus est.

² *Ea quidem toga.*] Toga virilis à puerili distincta erat, qua prætexta appellabatur: de qua loquens Macrobius in primo Saturn. cap. 6. ita inquirit, *Hinc deductus mos, ut prætexta & bullæ in usum nobilium puerorum usurparentur et omen & vota concilianda virtutis.*

³ *Namque hic primus.*] Cicerolib. 3. de Legib. sic scribit, *Suntque ædiles oratores urbis, annona, ludorumque solemnium. Ollisque ad honris amplioris gradum is primus ascensus esto.* Hi jurisdictionem quidem habebant, qua pars erat Prætoria, ut ait Ulpianus in 1. stipulationum aliae, ff. de verb. oblig. &c. Justinianus in 5 proponebant. de jure nat. gent. & civ. imperium vero non

habebant, ex minoribus enim magistratis erant, ut ex Livio & Gellio lib. 14. cap. 13. intelligitur: quorum alter prehendi ducique à majoribus magistratis ædilem scribit, alter à privato in jus vocari. Itaque Verrina 2. sic scribit Tullius, *Erit tum Consul Hortensius cum summo imperio & potestate: ego autem ædilis, hoc est, paulo amplius, quam privatus.*

⁴ *Germani vero.*] Cornelius Tacitus de Motibus Germanorum, sic scribit, *Sed arma sumere non ante cuiquam morie, quam civitas suffectorum probaverit. Tum in ipso concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto frameaque juvenem ornant. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublica.*

⁵ *Cretensibus.*] Strabo Geographia lib. 10. Exinde ad urbem revertuntur, puerque cum muneribus abscedit, tum adductum biennstri tempore in urbem reducunt muneribus, & militari stola, & bove & patera donatum.

⁶ *Eam vero togam.*] Ut propria Romanorum toga, qui & ex hoc gens toga

induebant Romani, s^epius rasam, nonnunquam pexam & villosam: namque erat Romana gravitate digna, quam propriam habuere, sicut Græci pallium. Ideo qui Romani cives esse desierant, aut civitatis jura amiserant, quique relegati,^{limum} quibusque aqua & igni interdictum foret, togam induere non poterant: hi enim toga dimissa, pallium sumebant, quod Græcum fuisse satis constat. Togam vero rasam Phrygianam priuum Augusti temporibus usurpatam^{Toga rafæ.} Plinius asseverat:^{Lacer-} ^{na.} supra quam multi lacernas induxere, s^epe ludis festis in theatro, quæ amphitheatrales^{Toga amphip.} dictæ,^{thea-} & militares erant:^{Coccinea.} aliæ coccineæ,^{Bœoticae.} vero^{Bœo-}
^{tice.}

gata dicta est: ita & Græcis pallium. Quod ostendit Quintilianus lib. 11. cap. 3. quod de Pronunciatione est, cuius hæc verba sunt, *Veteres ad calceos usque togam demittebant, ut Græci pallium.* & Suetonius in Augusto, cap. 98. Sed & ceteros continuos die sinter varia munuscula, togas insuper ac pallia distribuit: lege proposita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu & sermone utebentur. Hæc ille. Comœdia autem palliatæ dicebantur, quæ secundum ritus Græcorum Palliatorum fiebant, ut tradunt Donatus in præfatione Terentii & Diomedes Grammaticus.*

COLERUS.

* Tertullianus ad Carthaginenses: *Vobis vero post injurie beneficium, ut senium non fastidium exemptis, post Græchi obscuræ omnia, & Lepidi violenta libidinæ, post trinas Pompeji aras & longas Cæsar's moras: ubi menia Statilius Tamrus imposuit, solemnia Saturninus Sennius enarravit, cum concordia Jubæ toga oblatæ est.*

TIRAQUELLUS.

1 Quibusque aqua & igni interdictum fuit.] *Fure togæ* (ut inquit Plin. lib. epistolar. 5. ep. 11. omnium 77. incip. Audistine.) carent, quibus aqua & igni interdictum fuit.

2 Plinius asseverat.] Libro scil. 8. cap. 48. Togas rasas Phrygianasque Divi Augusti novissimis temporibus ceperisse, scribit Fenestella.

3 Supra quam multilacernas induxeret.] Martialis lib. 14. epig. 137.

Amphitheatrales nos commendanur ad usus

Cum tegit algentes nostra lacerna togas.

Et Juvenalis sat. 9.

— *Pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ, duri crassique laboris.
Et Suetonius in Augusto, cap. 40. in fin. Negotium ædilibus dedit, ne quem posthac patarentur in foro, circove, nisi positis lacernis, togatum consistere.**

COLERUS.

* Nam lacernas, positis togis frigoris cauâ sumebant. Plinius lib. 18. cap. 25. ubi & de Vergiliarum sidere.

TIRAQUELLUS.

4 Et militares.] Propertius lib. 4. eleg. 3.

Omnibus, heu, portis pendent mea noxia vota,

Texitur hæc castris quarta lacerna tuis.

Et Ovidius libro secundo Fastorum, loquens de Lucretia, quæ lacernam texebat marito suo, qui in castris erat.

Lumen ad exiguum famulæ duxa pensa trahebant,

Inter quas tensi sic ait illa sono:

Mittenda est domino (nunc nunc pro perate puellæ)

Quamprimum nostra facta lacerna manu.

5 Aliæ coccineæ.] Est Martialis apopho-

vero albæ.¹ Quam togam plerique laxiorem, nonnulli breviorem usurparunt.² Legimus Catonem seniorem precurta toga & candida usum, & nunquam centum drachmis majore sumptu:³ Cæfarem laticlavo fimbriato, laxiore cinctura:⁴ Augustum quaternis tunicis,⁵ togisque nec restrictis, nec fusis,⁶ cum thorace laneo femoralibusque & tibialibus incessisse.⁷ Mæcenatem molliori veste dis-

cin-

*Mæce-
natis.* apophoretum lacernatum coccineum lib. 14. cap. 131.

*Si Veneto Præsisque faves qui coccina
sumis?*

Nef. si. ist. a transfigurata, vide.

Exoticæ vero albæ.] Beticæ legendum est ex eodem Martiale, cuius item est aliud apophoretum hoc titulo *lacernæ Beticæ*, num. ejusdem lib. 133.

*Non est lana mihi mendax, nec mator
aleno:*

*Sic placeant Tyria, mea tinxit o-
vis.*

Quo significatur eas esse albas & nullo colore mutatas. Nam & his lacernis albis utebantur in spectaculis, teste eodem Martiale lib. 4. epig. 2.

*Speculabat modo solum inter omnes
Nigris muniti Oratius lacernis:
Cum plebs & missor ordo, maximusq;
Sanctocum duce candidus sedereret.
Totonix cecidit repente cælo,
Albis speciat Oratius lacernis. **

COLERUS.

* De Beticâ lana Tertullianus lib. de Pallio, ubi & Milesia & Selgiæ, quæ propter molitatem commendantur, nec non Tarentinæ & Altinæ lana mentionem facit.

TIRAQUELLUS.

1 *Quam togam.*] Dicitum est supra in verbo, *Eam vero togam.*

2 Legimus Catonem Seniorem.] Plutarchus in vita illius, Nunquam enim, inquit, veste majore centum drachmarum sumptum usum se refert. Unde & est illud Horatii epistol. lib. 1. ep. 20. ad Mæcenatem 3.

*Quid? si quis vultu torvo serus & pede
nudo,*

*Exiguæque togæ simuict texture Cato-
nem:*

*Virtutem reprobaret moresque Ca-
tonis?*

3 *Cæfarem laticlavæ.]* Suetonius in Julio Cæsare, cap. 45. sic scribit, *Etiam cultu notabilem ferunt: usum cuim latoclavo ad manus fimbriato, nec unquam aliter, quam super eum cingeretur: & quidem fluxiore cinctura: unde emanasse Syllæ dictum constat, optimates sapienti admontantur, Ut male præcinctum puerum caverent, de latoclavo, vide Budæum in Pandect. in l. ult. de Senat.*

4 *Augustum quaternis tunicis.]* Suetonius in vita illius, cap. 82. in princ. Hyeme quaternis, inquit, cum pingui toga tunicis, & subucula & thorace laneo & femoralibus & tibialibus muniebatur.

5 *Togisque, nec restrictis, nec fusis.]* Sunt verba Suet. in Augusto, cap. 73.

6 *Cum thorace lanceo.]* Id quod diximus & inox sequitur, de femoralibus & tibialibus est Suetonii d. c. 82.

7 *Mæcenatem.]* Is Mæcenas aliqui vir multis virtutibus, maxime vero liberalitate in doctos adornatus, mollius tamen & delicatus fuit, & sermone & cæteris rebus, ut videre licet ex Seneca libro epist. ad Lucilium 20. omnium 114. Suetonio in Augusto, c. 86. Macrobio lib. 2. Saturnal. cap. 4. Ex quo & illud Juvenalis satyra 12. post princ.

Vestem

*Purpuream teneris quoque Mæcenati-
bus aptam,
Atque alias, quarum generosi graminis
usum,
Insecut natura pecus. —*

I Quare

cinctum, ¹ quare Malacinus dictus: ² Marcum Antonium, tunica ad coxam cincta, & villosa chlamyde: ³ & Sextum Pompejum magni filium, post navalem victoriā, cæruleam semper desumpsisse: ⁴ Hortensium, cultiore habitu & elaborato: ⁵ Nerone inque nullam vescem bis induisse, sāpiusque in ornatū tragico cum cothurnis prodiisse: ⁶ & Caligulam cum deorum insigniis, (ita enim loquitur) aurea barba & fulmine, aut cum fuscina & caduceo, plerumque Veneris habitu, aut geminatum, manuleatum & cycladatum, semperque triumphalia ornamenta gestasse: Vespasianumque, veste & ha-

¹ Quare Malacinus dictus.] Id summiptum est, ni admodum fallor, ex Horatio lib. Sermon. 1. sat. 2. intelligentē de Moeccnate, ut nonnulli assetunt: alii suspicantur, ut tradunt interpres ibi,

Malchinus tunics demissis ambulat.
Sic enim legunt, illi ipsi interpres: atque ita dici molles, delicatos, dissolutos, dicunt. Alii ibi dicunt *Malacius*, sive *Malacus*, quæ item dictio molle in significat, & Græcis & Latinis. Nam & Aristodemus, Aristocratis filius, Cumarum tyrannus, Malacens cognominatus est, quod mollis esset, minimeque iracundo ingenio, ut scribit Dionysius Halicarnassus l. 7. post princ. Nonnulli legunt *Malchium* Moeccnate in ab Horatio ficto nomine esse appellatum, vel Χτὸς μαλάχης, quæ est pix cum cera mixta: vel Χτὸς μαλθυκῆς, quod molle significat. Verum difficile creditu est Horatium usque eo vel improbum, vel impudentem, vel maledicendi cupidum fuisse, ut ne Moeccnati quidem, optime de se merito & gratiosissimo apud Augustum viro pepicerit. Verisimilius itaque est alium quempiam suā tātis, confictō nomine, ab eo designari, qui nimis longis & demissis tunicis uteretur. *

C O L E R U S.

* De eodem Moeccnate sic loqui-

tur Seneca 10. epist. 105. *Hoc tibi occurret, hunc esse qui salutis tunici semper in urbe incesserit.* idem 27. epist. 115. Moeccnate hunc efficiat, qui in Tribunatu, in rostris, in omni publico extus sic apparuerit, ut pallio velaretur caput excusus utrinque auribus, non aliter quam in iugis divites fugitiivi solent.

T I R A Q U E L L U S.

² M. Antonium.] Plutarch. in vita illius, sic scribit, Semper enim cum in oculis plurimum erat futurus, tunica ad coxam cingebatur, per magnum suspendebat gladium, chlamydem insuper asperans circumdabat. Sed & adde veste quadrangula & calceamento Attico, ex Appiano lib. 5. bellorum Civil.

³ Et Sex. Pompejum Magni filium.] Appianus bellor. Civil. lib. 5. Ferunt, ait, ob hæc gloriabundum, solitam ab Imperatoribus deserri chlamydem, Neptunus in morem ex purpureo in cæruleum mutasse colorem.

⁴ Hortensium.] Gellius lib. 1. c. 5. Macrobius lib. Saturn. cap. 13.

⁵ Neronem.] Suetonius in vita illius, cap. 30. Hoc idem Heliogabalum fecisse scribit Lampridius in vita illius. Nam calceamentum nunquam iteravit: annulos etiam negatur iterasse.

⁶ Et Caligulam:] Hæc usque ad versic. *Vespasianumque*, sunt Suetonii in Caligula cap. 52.

& habitu neglecto, & vix à gregario milite differente: ¹ sicut de Alexandro Macedone proditum est, cultu habituque paulum à privato abhorrente fuisse: ² & Hierone Syracusano, qui regi vix decoro habitu incessit. ³ Sic divus Severus vili amiculo & exigua veste adopertus, & à plebe vulgari nihil excellens. ⁴ Et Tacitus simili cultu cum æqualibus, nam in toga, qua privatus utebatur, in imperio sæpe visus fuit. ⁵ Contra Heliogabalus nimis sumptuosa & magni census. Is enim prius ⁶ holosericam vestem induit.

Holo-
serica
vestis.

¹ Sicut de Alexandro Macedone.] Plutarchus in Alexandro.

² Et Hierone Syracusano.] Livius 3. Decad. lib. 4. Nam quia, inquit, per tot annos Hieronem, filiumque ejus Gelonem, nec vestis habitu, nec alio ullo insigni difference à ceteris ciribus vidissent, conspexere purpuram ac diadema, ac satellites armatos, qualrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem, more Dionysii tyranni.

³ Sic Divus Severus.] Aelius Lampridius in vita illius, Gemmas de calcementis & vestibus tulit, quibus usus fuerat Heliogabalus: veste, ut & pingitur, alba usus est, nec aurata, penulis, togisque communibus. Heroianus de Severo lib. 2. loquens, Ipse, inquit, inter primos laborans, vilique tabernaculo utens, cibum potumque eundem, quem etiam ceteri milites, capiebat. Nihil unquam Imperatoria luxuriae, nihil deliciarum ostentans, sic ut acceptior indies militibus fieret.

⁴ Et Tacitus.] Flavius Vopiscus in vita Taciti Imperat. Togis, inquit, & tunics iisdem est usus quibus privatus. Holosericam vestem viris omnibus interdixit. Et adde quod Annibal sæpe militari sagulo operiebatur, & vestitu nihil à ceteris excellenti, teste Livio 3. Decad. lib. 1. Agesilaus Lacedæmoniorum Rex, auctore Plutarcho, linea vilique veste utebatur. Et Viriatus ille Hispanorum Dux, tantæ virtutis continentiaque fuit, ut cum Consulares

exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis, non armorum, non vestis cultum, non denique victum mutaverit: sed in eo habitu, quo primum bellare coepit, perseveraverit, ut quivis gregarius miles ipso Imperatore etiam opulentior videretur, ut tradit Justin. lib. 44.

⁵ Contra Heliogabalus.] Aelius Lampridius in illius vita, sic scribit, Primus Romanorum holoserica veste usus fertur, cum jam subserica in usu essent. Linetamen lotum nunquam attigit, mendicos dicens qui linteis lotis utebentur.

COLE R U S.

⁶ Holosericam vestem induit.] Holosericas hujusmodi vestes privatis fucare aut distrahere vetant Imperatores. l. 1. Cod. quæ res venire non possunt: ubi de serico plenius dixi: sed nec ulli privatorum licuit, holosericam vestem sub qualibet editione largiri. l. 1. Cod. Theodosiano de expens. ludorum. De serico adde l. 37. §. 1. ff. de evictionib. l. 16. §. 7. ff. de publicanis. Porro Serici qualitatem sic ostendit Seneca 7. de benefic. 9. Video sericas vestes (se vestes vocandas sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus aut denique pudor posset: quibus sumptis raulier, parum liquido nudam se esse jurabit) haec ingenti summa abignotis etiam ad commercium gentibus acoeruntur, ut matronæ nostræ ne adulteris quidem plus suū in cubiculo, quam in publico ostendant.

induit. ¹ Gallienus quoque cum chlamyde purpurea gemmatis fibulis, s^æpius tunica aurata prodiit. ² Fertur tamen Octavius Cæsar liberis Senatorum, in quibus esset virtutis specimen, quo frequentius Senatui assuescerent, sumpta virili toga laticlavum protinus dedit. ³ Togam vero prætextam, ædiles, quæstores, & qui magistratus & honores gerunt, veluti honoris ornamentum insigne induere soliti sunt, quæ ex purpura fuisse traditur, ⁴ nonnunquam bis tincta, quod acrius coloratur, dibapha dicta, quam Lentulus Spinther in ædilitate primus induisse fertur, cuius ^{Præ-}
^{texta}
^{qui in-}
^{due-}
^{bantur}
^{Diba-}
^{pba.} valor denariis mille in libras taxabatur. ⁵ Sed quod discriminis inter patricios & plebejos purpura faciebat, ut distinctum utrumque ordinem notaret: ⁶ hoc nimirum inter patri-

TIRAKQUELLUS.

¹ Gallienus quoque.] Trebellius Pollio in Gallienis, Decennia ludos, & pompani exquisito genere voluptatum, describens, ait, *Ipsè Gallienus medius cumplicita togæ & tunicae palmata inter patres, omnibus sacerdotibus prætextatis Capitolum petiit.*

² Fertur tamen Octavius Cæsar.] Suetonius in Augusto cap. 38. Liberis Senatorum quo celerius reipubl. assuescerent, protinus virilem togam, latum clavum inducere, & curie intrare permisit.

³ Togam vero prætextam.] Cicero in Oratione, quam habuit post reditum suum ad Senatum, ille, inquit, *unguentis oblitus cum togæ prætexta, quam omnes Praetores & dilesque tum abjecerant, irrisit squalorem vestium & luctum gratissima civitatis.* Et Livius 4. Dec. lib. 4. in Oratione Valerii Trib. plebis. Et de Ædilibus item Cicero in Oratione in Yatinium, *Tu, inquit, & dilitiam prætextam togam, quam frustra confeceris vendidisse.* Et in 7. in Verrem actione, post enumerata ea, quæ sibi incumberent in munere Ædilitio, *Ob earum, inquit, rerum laborem & solitudinem fructus illos datos, antiquiorum in Senatu sententiae dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus, iugantes ad memoriam prodendam.*

⁴ Nonnunquam bis tincta.] Id usque ad versic. Sed quod discriminis, est Plinii Nat. hist. lib. 9. cap. 39.

⁵ Sed quod discriminis.] De quo supra.

⁶ Hoc nimirum inter patricios.] Latum clavum fuisse nobiliorum satis constat ex Horatio sermonum lib. 1. sat. 6.

— *Et latum demisit pectore clavum.* Id est, tunicam latis clavis ornatam. Erant autem hi clavi ornamenta quædam purpurea clavorum speciem præbentia, tunicis attexta, seu fortasse asperita: à quibus latus clavus dictus: id est, tunica lati clavi, quod erat insigne majorum magistratum, ut Ædilium majorum, Prætorum, Consulum, deinde Senatorum. Plinius lib. 33. c. 1. *Annuli distinxere alterum ordinem à plebe, ut semel cœperunt esse celebres, sicut tunica ab annulis senatum tantum.* Sueton. in Vespasiano cap. 2. *Sumptæ togæ virili, latum clavum, quamquam fratrem adempto, diu aversatus est: nec, ut tandem appeteret, compelli, nisi à matre, potuit.* Ideem Suetonius in Tiberio, cap. 35. *Senatori latum clavum ademit.* Ideem in C. Claudio, cap. 24. *Latum clavum, quamvis initio affirmasset non lecturum se Senatorem, nisi civis Rom. ad nepotem, etiam libertini filio tribuit: sed* sub

Distinguit tunica lati clavus & tunica latiore purpura efficiebat. Is enim laticlavus & latior tunica, insignia ordinis Senatorii fuere, quæ ordinem senatorium à patricio discernebant, quibus amplissimus ordo notabatur: cum reliquis patriciis, qui ad Senatum admissi non erant, illis uti non licet. ¹ *Quamvis post aliquot ætates, etiam equestri ordini laticlavum distinctum à senatorio tributum inveniamus, cuius usus postea à Cæsaribus pro insigni decoro impetrari consuevit.* ² *In eo enim aureus clavus affigebatur, quem, quia frequens & promiscuus erat,* ³ *Tacitus Cæsar interdixit, auroque clavatis vestibus uti*

sub conditione, si prius ab equite Rom. adoptatus esset. Et Mart. lib. epigram. 5. epig. 17. in Gelliam,

Dum te posse negas, nisi lato, Gellia, clavo

Nubere: nupissisti, Gellia, cistifero. Livius 3. Decadis lib. 7. inter munera, quæ Scipio Mafanissæ filio dedit, tunicam lato clavo fuisse scribit, Tum puer, inquit, annulum aureum, tunicam lato clavo cum Hispano sagulo, & aurea fibula, eumque donat. Sueton. in Augusto cap. 94. inter alia præstigia felicitatis Augusti, ponit, quod sumenti togam virilem, tunica lati clavi resuta ex utraque parte ad pedes decidit: fuisseque qui interpretarentur, non aliud significare, quam ut is ordo, cuius insigne id esset, quandoque ei subjeceretur. Valerius Maximus libro 5. cap. 1. Tunica laticlavia donatum ad Mafanissam revisit. Ovidius libro 4. Tristium eleg. 9. significans se latum clavum, id est, Senatoriam dignitatem non esse assicutum,

Cejimus & teneræ primos ætatis honores,

Deque viris quondam pars tribus una fui.

Curia restabat, clavi mensura coacta est.

*Majus erat nostris viribus illud opus.**

COLERUS.

* Distinguunt tunica lati clavi senatum ab equite, ut annuli equestrem

ordinem à plebe. Plinius libro 33. c. 2. Contrarius *Augusticlavus*, de quo Tacitus. Et hinc *Tribunus augusticlavius* apud Sueton. Othonem, cap. 10.

TIRIQUELLUS.

¹ *Quamvis post aliquot ætates.] Vide Lampridium in Alexandro Severo.*

² *Cujus usus postea à Cæsaribus.] Nam & id Plinius Sextio cuipiam à Trajano Cæsare impetravit, ut ipse retulit lib. epistolar. 2. epist. 9. omnium 33. ad Apollinarem, sic enim scribit, Ego Sexto latum clavum à Cæsare nostro, ego quaesturam impetravi: me suffragio pervenit ad ius tribunatus petendi, quem nisi obtinet in Senatu, vereor ut decepisse Cæsarem videar.*

³ *In eo enim aureus clavus affigebatur.] Festus Pompejus lib. 14. in verbo, *Picta*, scribit tunicam palmatam à latitudine clavorum esse dictam, Quæ nunc, inquit ille, à genere picture appellatur. Quibus verbis satis indicat clavos illos in tunicis acu fuisse depitios. Varro lib. 8. de lingua Latina. Nam si quis tunicam ita consuit, ut altera plagula sit angusta clavis: altera latis, utraque pars in suo genere caret analogia.*

⁴ *Tacitus Cæsar.] Flavius Vopiscus in vita illius: Auroclavatis vestibus idem interdixit. Nam & ipse auctor Aureliano fuisse prohibetur, ut aurum à vestibus & cameris & pellibus submoveter.*

prohibuit.¹ Erat præterea toga prætexta, consularis & <sup>Toga
prætex-
ta, con-
sularis,</sup>
prætoria, quain hi qui consulatum præturamve gerebant,<sup>prætex-
ta, con-
sularis,</sup>
terre solitaverunt.² Quam etiam in coloniis & municipiis <sup>Toga
prætex-
ta, con-
sularis,</sup>
cuicunque magistratu*m* deferre jus erat. Ipsa enim & lati-<sup>Toga
prætex-
ta, con-
sularis,</sup>
clavus inter antiquissima censentur urbis ornamenta:
³ quippe à Tullo Hostilio,⁴ nonnulli à Balearibus inventas
priuum autumant, quæ in omne ævum postea mansere,
sicut vestem papaveratam antiquissimam habere originein
volunt.⁵ Etiam tunica palmata, & palmata toga trium-
phalis,⁶ & toga picta, quas consules, & hi qui devictis
hosti-
vestis.

¹ Erat præterea toga prætexta, consularis.] Jam dictum est ex Plutarch. in Pompejo.

² Quam etiam in coloniis & municipiis.] Livius 4. Decad. lib. 4. in Orat. Valerii Tribuni plebis, *P*urpurea, inquit, viri utemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura togis utentur: Magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romæ insimogenere magistris virorum, togæ prætextæ habende jus permittemus.

³ Quippe à Tullo Hostilio.] Plinius lib. 9. cap. 39. Nam toga prætexta & latiore clavo Tull. Hostiliū è regibus primum usum, Hetruscis devictis, satis constat. Livius 1. Decad. lib. 1. scribit, Togam prætextam apud Romanos ab Hetruscis sumptam fuisse.

⁴ Nonnulli à Balearibus.] Strabo lib. 3. Balearium ritus & mores describens, *H*i, inquit, primi mortales lati clavum induisse feruntur.

⁵ Etiam tunica palmata.] Livius 1. Decad. lib. 10. de insignibus triumphalibus loquens, *Q*uid cum ita se habeat, cui deorum hominumve indignum videri potest, inquit, eis viris, quos vos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laureaque honoraveritis, quarum domos spoliis hostiliū affixis insignes inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia insignia adiçere? & 3. Decad. l. 10. *M*asam sām primum Regem appellatum, eximiusque ornatum landibus, aerea co-

rona, aurea patera, sella curuli & scipione eburneo, toga picta & palmata tunica donat. Suetonius in Claudio cap. 17.

in fin. Secuti triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus, & in prætexta. Crassus Frugi equophalerato & in ueste palmata, quod eum honorem iteraverat. Apuleius Apolog. 1. Ubi triumphantium, inquit, quadrigas albas & togam palmatam. Capitolinus in Gordianis, Palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum privatus suam propriam habuit, cum ante Imperatores etiam de Capitolio, vel Palatio acciperent. Servius enarrans eum locum Virgil. lib. 11. Æneidos,

*M*unera portantes eborisque aurique talenta,

*E*t sellam regni, trabeamque, insignia nostri.

sic scribit. Rom. enim Imperatorum insigne fuit sella curulis. Sicut etiam palmata toga dicitur, quam merebantur ii, qui de hostibus palmam reportassent. Et rursus eclog. 10. in eum locum,

*S*anguineis ebuli baccis, minioque rubentem.

*T*riumphantes, ait, qui omnia habent Jovis insignia, sceptrum & palmatam togam, qua utebantur illi, qui palmam merebantur.

⁶ Et toga picta.] Livius, ubi supra. Festus Pompejus ubi nuper citavimus, eandem dicit togam pictam & purpuream. Plinius lib. 8. cap. 48. scribit

hostibus triumpharunt, veluti augustas, atque illustri & excelso honori debitas, accipiunt: præcipui cultus ornatusque fuere: in quibus decus totius imperii, ingentisque virtutis specimen noscebatur. ¹ Etenim palmata vestis in pace consulis: victoria vero parta, triumphantis indumentum erat: quæ quidem purpureæ, ² auro intextæ erant: ³ & nisi triumphalibus viris, ⁴ atque ex Capitolio & Palatio haud aliter dari essent Jovis solitæ, eo quod tunicæ perquam similes, ⁵ tametsi scutulatam, Phrygiatam, surculatam quoque, undulatam atque clavatam, inter triumphales aliqui annotarint. ⁶ Quam scutulatam Galli primum intexerunt, sicut Phrygiatam Phryges. ⁷ Fertur tamen Gordianus tunicam & togam pictam primus ex Cæsaribus, dum privatus ageret, propriam induisse: neque ex Abolla. Capitolio (⁸ ut moris erat) publicam desumpsisse. ⁹ Abolla autem

pietas vestes jam apud Homerum fuisse, unde triumphales natæ.

¹ Etenim palmata vestis.] Auson. in Panegyrico, Palmata, inquit, vestis, ut in pace Consulis est, sic in victoria triumphantis. *

C O L E R U S.

* Palmata tunica erat tantum triumphalis. Pieta vero toga & purpurea eadem, ἐπωπούμενη.

T I R A Q U E L L U S.

² Accerant intextæ.] Plutarch. in Paulo Amylio, Ipsæ si quebatur ornatisissimo curru in vectus, purpuram auro intextam induit.

³ Et nisi triumphalibus.] Quod satis constat ex superioribus.

⁴ Atque ex Capitolio.] Vide omnino quæ dicam lib. 6. cap. 6. in fine. & diximus ibi, Etiam tunica palmata, ex Capitolino in Gordianis.

⁵ Tametsi.] Plinius lib. 8. cap. 48.

⁶ Quam scutulatam Galli.] Plinius in eodem cap. 48. Ex quo disces hic non Phrygiatam, sed Phrygianam esse legendum, nec scutulatam, sed soriculatam. Scutulatæ vestes appellantur, quod orbibus quibusdam, quasi scutulis depictæ sint. Juvenalis sat. 2.

Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa.

⁷ Fertur Gordianus.] Vide in verbo, Etiam palmata tunica, ex Julio Capitolino in Gordianis.

⁸ Ut moris erat.] Infralib. 6. c. 6. ad fin. Lampridius de Alexandro, Prætextam & togam pictam nunquam, nisi Consul, accepit: & eam quidem, quam de Jovis templo sumptam alii quoque accipiebant Prætores aut Consules.

⁹ Abolla autem.] Suetonius in Caligula, cap. 35. ubi de Ptolemaeo, cui vestis pretiosa, causam mortis præstitit, apud Caligulam. Ptolemaeum, inquit, & accessitum è regno, & exceptum hororifice non alia de causa percussit, quam quod edente sè munus ingressum spectacula, convertisse hominum oculos fulgere purpureæ abella animadvertisit. Servius in lib. 5. Aeneid in eum locum,

— Duplicem ex humeris rejectam amictum.

Id est, inquit, abollam, quæ duplex est, sicut chlamys. Martialis l. 8. epigr. 48. Nescit cui dederit Tyriam Crispinus abollam,

Dum mutat cultus induiturque togam.

autem externorum regum fertur, ¹ sicut Romanorum trabea: magni tamen splendoris, qua rarenter Romanos usos invenimus. Nam soli reges ² aut consules trabeati incessere, ³ tametsi militare in nonnulli senatum arietum abollam fuisse dicant. ⁵ Quam plerique philosophi ⁴ sophorum vestis.

¹ Sicut Romanorum trabea.] Scilicet Regum ex Plinio d. lib. 8. cap. 48. Trabeis usos accipio Reges. Et 9. lib. cap. 39. Purpurum usum Romam semper fuisse video: sed Romulo in trabea. Nam & hinc Romulus trabeatus dicitur. Ovid. lib. Fast. 1.

Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
Cum rudibus populis annua jura daret.

Virgil. Aeneidos 7.

Ipse Quirinalis trabea, cinctusque Gabiro
Insignis. —

Ubi Servius, ex Suetonii auctoritate, lib. de Vestium generibus, Trabearum tria genera ponit, Unum diis consecratum, quod est tantum è purpura: Alind Regum, quod est purpureum: habet tamen album mixtum purpura: fuitque (teste Virgilio lib. 11. loco, quem ibi, Etiam tunica palmata, citavimus) Romanorum Regum insigne. Tertium augurale, quod est è purpura & coco. Ex hocque est illud Juvenalis sat. 8. ad fin. loquentis de Servio Tullio Romanorum Rege 6.

Ancilla natus trabeam & diadema
Quirini,

Et fasces meruit Regum ultimus ille
honorum.

Cujusmodi autem ea fuerit, declarat Dionysius Halicarnassaeus lib. 2. circumdictinctam fuisse purpura, sub tegmine puniceo, veste inque fuisse gentilem Romanis honorificam.

² Aut consules.] Dionysius Halicarnassaeus libro 5. Ammianus Marcellinus libro 26. Agentes sigunt in memoratis urbibus Principes, sumperunt primitus trabeas consulares, omnisque annus dispensiis gravibus rem Romanam affixit, & Ausonius in Proteptico ad

nepotem de studio puerili,
Ut trabeam, plamque togam, mea praemia,
Consul Induceret, fastisque meis pralatus haberet.

Sed & adde quoque Dices ex Dionysio Halicarnassaeo d. lib. 5. Augures, ut dictum fuit in praeced. & dicetur postea, & Equites Rom. Idibus Julii, ex Valerio Maximo lib. 2. cap. 1. ubi de ordine equestri, his verbis, Trabeatos vero Equites Idibus Julii Q. Fabius transfuehi instituit. Utabantur etiam trabea in funebri pompa, si Cornelio Tacito credimus, qui lib. 3. in princ. in Germanici funere, sic ait, Igitur Tribunorum Centurionumque humeris cineres portabantur, precedebant incompta signa, versi fasces. atque ubi colonias transgredierentur, atrata plebs, trabeati Equites, pro opibus loci vestem, uoces, atque funeralia solemnia ccreabant.

³ Tametsi militarem.] Nonnus Marcellus ubi de generibus vestimentorum, auctoritate Varronis in Cosmopthorinc.

⁴ Nonnulli Senatorum.] Ex quo Juven. sat. 4.

— Rupta properabat abolla
Pegasus attonitæ positus modo villicus urbi.

Is Pegasus fuit Jurisconsultus celebrissimus, qui à Vespasiano urbi praefectus fuit, ut illic dicit Juvenalis & scribitur in l. 2. §. 2. ff. de orig. jur.

⁵ Quam plerique Philosophi.] Martialis lib. 4. epig. 56. loquens de Cosmo Cynico Philosopho,

Cerca quem nudi tegit uxor abolla grata;

Cui dat latratos obviaturba cibos.
Et Juvenalis satyra tertia de Stoico

losophi desumpsere, ¹ licet Græcos milites & philosophos palliatus, ² nonnunquam chlamydatos legamus. ⁴ Primus enim Romulus trabea usus fuit, ³ quæ triplicis generis erat: namque unum diis consecratum, sola purpura intercebatur: aliud regium ex purpura, immixto albo, quam Reges Consulesve in duebant: tertia auguralis fuit, quæ ex purpura fiebat & coco: quo genere augures uti assuerant, dum auguria captant. Sæpius tamen sub tegmine puniceo, alterno textu purpura distinguebatur: neque sum ignarus, ⁶ Maurorum Numidarumque Regum amictum

quodam Philosopho,

— Atque andifacinus majoris abolle,
Stoicus occidit Baream, delator ani-
cum,

Discipulumque senex. —

Ubi Britannicus interpres, Ergo, in-
quit, majoris abolle, id est, non militaris,
sed philosophica: & ideo majoris &
gravioris auctoratis.

1 Licit Græcos milites.] Jam dictum
est supra pallium proprium esse Græ-
corum.

2 Philosophos palliatus.] Herodes
Atticus apud Gellium lib. 9. cap. 2.
Video, ait, barbam & pallium, Philoso-
phum non video.

COLERUS.

* Philosophi hoc habitu fuere, palliati, criniti, barba prope ad pubem usque porrecta. Gellius illo loco. Hinc Seneca epist. 115. Asperum, incultum & intorsum caput, & negligenter barba, & indictum argento odium, & cubile lumi positum. Sed cur indictum argento odium adjecit? Hoc primum profiteri eos oportebat, mercenariam operam spernere. l. 1. §. 4. ff. de extre. cog-
nitionibus: & proinde alio loco scribi-
tur rares esse qui philosophentur. l. 6.
§. 7. ff. de excus. tutorum.

TIRAQUELLUS.

3 Nonnunquam chlamydatos.] Chla-
mys est proprie vestis militum, quæ &
paludamentum vocatur apud Nonium
Marcellum de generibus vestimento-
rum, & probat illud Plauti in Milite

glorioso actus 5. scen. 1.

Magis sapis, de tunica, chlamyde, &
mucrone, qui sferes.

Et Virgilii lib. 8. Æncidos,

— Ipse ægmine Pallas

In medio, chlamyde & pictis conspectus
in armis.

Ideo si hæc verba Alexandri ad milites referas, bene est: si ad Philosophos, ut verum fatear, nescio ubi ita Philosophi dicti sint. Eutropius autem de Gestis Romanor. libro nono, capite ultimo, tradit quod ante Domitianum imperii insigne in chlamyde purpurea tantum erat, reliqua communia, quod etiam scribit Eusebius in Chronicis.

4 Primus enim Romulus.] Plinius libro nono, cap. 39. Hincque trabeatus dictus est Ovidio libro primo Fa-
storum, ut supra diximus. Dionysius Halicarnassæus libro secundo loquens de Romuli primo triumpho, sic scribit, ipse pomparam extremis claudebat induitus purpuram, & coronatus laurea, quadrigisque incectus, quo angustiore se faceret.

5 Quæ triplicis generis erat.] Hæc usque ad versic. Sæpius tamen sunt Suetonii in libro de genere Vestium, & ex eo Servii, ut diximus supra in verbo, Sicut Romanorum trabea.

6 Maurorum, Numidarumque regum.] Quod probat exemplo seq. Ju-
bæ, qui rex fuit Maurorum ac Numi-
darum.

Etum esse purpureum sagum.¹ Quare Juba rex sagulo usus ^{sagum.}
purpureo dicitur.² Affyriorum tunica partim purpurea ^{Affy-}
fuit,³ partim alba.⁴ Medis autem,⁵ Persis,⁶ & Armenis Medi-
regibus ac Lydis, amictus purpureus quadrangulari figura,^{Persie.}
⁶ & Cidaris,⁷ quamvis Persici reges triplici anaxyride &^{ni.}
cultu duodecim millium talentorum quandoque usi sunt.^{Lydi.}
⁸ Phœnicibus vero,⁹ Syris,¹⁰ & ¹⁰ Cilicibus regibus ^{nices.}
chlamys cum crepidibus:¹¹ Romanis quoque lana,^{Syri.}
^{Cilices.} quæ ^{Roma-}
^{ni.}

¹ Quare Juba Rex.] A. Hirtius in
Comment. de bello Africo.

² Affyriorum tunica partim purpurea
fuit.] Herodotus lib. 1. Affyriorum
amicum describens, *Duabus tunicis,*
inquit, *amicuntur: una linea usque ad*
pedes demissa, altera super hanc lanae:
postremo candida & brevi penula circum-
dantur.

³ Partim alba.] Strabo l. 16. Affy-
riorum mores describens, *Vestes, in-*
quit, gerunt interiorem tunicam ex lino
talarem, exteriorem ex lana, amictum
album.

⁴ Medis.] Xenophon Pædæ Cyri
lib. 1. *Medorum (ait) tunice sunt pur-*
pureæ & amictus candidi.

⁵ Persis.] Strabo lib. 15. ad finem,
de Persarum habitu sic scribit, *Persæ*
amicum astate purpureum vel varium,
hycone autem varium, tiaras Magorum
insulis similes. Q. Curtius l. 3. Cultum
Regis luxuria notans, Purpureæ tuni-
ce medium album intextum fuisse,
scribit.

⁶ Et Cidaris.] Q. Curtius lib. 3. *Ci-*
darim, inquit, Persæ capitis vocabant
insigne: hoc earulea fascia albo distincta
circuibat. In Levitico cap. 8. Moyses,
cum ante fore Tabernaculi lavisset
Aaron & filios ejus, vestivit pontifi-
cem subacula linea, accingens eum
baltheo, & induens eum tunica hia-
cynthina, & desuper humerale impo-
suit, Cidari quoque texit caput. A qui-
busdam Cidaris tiara creditur, alii
coronam, alii strophium sacerdotale
esse contendunt. *

COLE R U S.

* De Cidari supra lib. 2.

T I R A Q U E L L U S.

⁷ Quamvis Persici Reges.] Strabo
libto 15. paulo ante fin. de Persarum
Principum cultu loquens, *Principes,*
inquit, *anaxyridem triplicem habent, &*
tunicam manicatam, duplam, genu tenus,
cujus suffulta candida est, exterior ve-
ro pars colore infecta. Q. Curtius d. l. 3.
Persarum Regis cultum describens,
Pallam, inquit, auro distinctam aurei
accipitres, velut rostris inter se corruc-
tent, adornabant: & zona auræ mulie-
briter cinctus, azinacrum suspenderat, cui
ex genima erat vagina.

⁸ Phœnicibus vero.] Herodotus l. 7.
Phœnicum & Syrorum, qui Palæsti-
nam incolunt ornatum hunc in mo-
dum describit, *Circa capit a galeas Græ-*
canicis proximas gerunt, induti thoraci-
bus linceis, cum scutis umbone carentibus,
cumque jaculis.

⁹ Syris.] Dicitum est in præced. de
militum, non Regum ornatu.

¹⁰ Cilicibus regibus.] Herodot. co-
dem l. 7. in Catalogo copiarum Xerxis
scribit, *Cilices lanceis indutos vesti-*
bus, tulisse circa capita gentiles galeas,
pro scutis parvulas è crinô bovis co-
rio. & ibidem scribit, Reges Cyprion-
*rum mittis redimitos centum quin-
quaginta naves armatas duxisse.*

¹¹ Romanis quoque lana.] Varro l. 4.
lingue Latinae, *Lana, inquit, quod de*
lana multa: duarum enim togarum in-
star, ut antiquissimum mulierum Ricini-
nium, sic hoc duplex virorum. Lanam
Festus

Tapro- ¹ quæ $\chi\lambda\alpha\mu\alpha$ dicta, regales cultus ornatusque fuere.² **Ta-**
bani. probanæ rex syrmate vestitur,³ Cyrus stola Medica,⁴ **Naba-**
Naba- thæorum reges sola purpura.⁵ Cleomenes sæpius brevi tu-
thæ- nica amictus apparuit.⁶ Antigonus⁷ & Aristippus agresti,⁸ &
regi

Festus Pompejus scribit esse vestimenti genus habitus duplicit, eam quidam appellata in existimant Thusce, qui-dam Græce, quam Clenam dicunt. Nonius vero libro de Vestimentorum generibus, putat esse Vestiumentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur, citans illud Virgil. 1.4.Æn.

— Tyroique ardebat murice lana
Demissa ex humeris. —

Ubi Servius dicit, genus esse vestis, & proprie togam duplitem, amictum angularem. Eam vero Virgilius tribuit Ænæ, ut hinc forte acceperit, quod Alexander hic dicit. Cicero de Claris Orat. dicit lenanam etiam fuisse vestem sacerdotalem, qui Flamines uti solebant, cum sacrificia facerent, Qui, inquit, eum Cos. esset, codemque tempore sacrificium publicum cum lana faceret, quod erat Flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione & seditione nunciata, ut erat lana amictus, ita venit in concionem. Dionysius lib. 6. loquens de Castore & Polluce, sic scribit, Adolescentes dicuntur duo, bellicas induit lenanis, in foro Rom. apparuisse.

1 Quæ $\chi\lambda\alpha\mu\alpha$ dicta.] Erasmus Chiliad. 1. cent. 10. cap. 100. $\chi\lambda\alpha\mu\alpha$, inquit, summa vestis est, quæ pro tempore sumitur ad ventos, pluvias, frigusque depellendum, quasi Latiae dicas. Penultima: citatque illud Iuvenalis Iatrya 5.

— Et multo stillaret penula nimbo. Pollux lib. Onomasticon lib. 7. cap. 13. de Vestium speciebus duo Chlænarum genera potissimum fuisse tradit: alterum simplex, iπ̄n̄cis, ὡς ἐμπός, $\chi\lambda\alpha\mu\alpha$ τὸν ἔρθιμψαν θλασ καὶ ὑπερβετονδύ. Alterum duplex, διπλοῦ ἐντάσιων, ut apud eundem, contra frigora comparatum. Mos autem erat Gallis lanis villosis uti. Galli lana quidem aspera, ceterum oblongis villis, unde

& hirsuta texunt sagula, quæ Læna vocantur: auctore Strab. lib. 16. ubi Gallorum habitus & arma describit. Homerus lib. 2. Iliad. ubi Agamemnonem vestibus & armis instruit, videretur usurpare pro paludamento, seu pallio militari, quod Græci chlamyda vo-cant.

2 Taprobanæ Rex.] Solinus cap. 66. Cu tu, inquit, Rex dissimili à ceteris. Vestitur syrmate, ut est habitus, quo Liberum patrem amiciri videmus.

3 Cyrus stola Medica.] Xenophon Pædia Cyri lib. 8. Itaque elegit stolam Medicam, & ipse ferre, & ut familiares ea uenterentur persuasit. Hac enim visa est ei occultare, si quis defectum aliquem haberet in corpore: præterea ea indutos, & pulcherrimos, & maximus ostendere.

4 Nabathæorum Reges.] Strabo l. 16. non longe à fin. Nabathæorum mores describens, tradit Reges purpuratos incedere.

5 Cleomenes.] Plutarchus Cleomenis facilitatem atque humanitatem describens, sic scribit: Qui vero Cleomenem adibant, cum tamen Rex dici simus & haberi vellet, non purpura, non laticlavum, non tricliniorum, aut sellarum ingentes apparatus conspiciebant, non lititorum, aut janitorum turbam, non scriberum multitudinem, qui diu multumque rogati, vix tandem per literulas responderem dignauerit: sed ipse brevi tunica amictus, ultra se se venientibus officiis aderat, petentibus comiter benigneque respondens, summaque humanitate, & loqui & audire paratus.

6 Antigonus.] Plutarchus in Demetrio.

7 Et. Aristippus.] Id (puto) accepit à Plutarcho in Arato: sed is, ni fallor, de Arato intelligit, non de Aristippos licet de eo eodem in loco loquatur.

regi vix decoro habitu.¹ Contra Demetrius non modo diademate, sed veste ex auro & purpura conspicuus erat.

² Sexticula vero non regia, sed imperatoria vestis fuisse traditur.^{Sexticula.} Athenienses autem reges saepe Creticum inducebant: apud quos ex provinciis vestes nomina sumpserunt: ^{Vestes ex provinciis} nam praeter ⁴ Tarentinidam fuit ⁵ Sardonica, Sicula,⁶ Theræa,⁷ Phrygia, & ⁸ Casiaca militibus propria,⁹ ac deutoruga,¹⁰ diphthera,¹¹ pastoricia & ¹² byssacæna,¹³ ac aliæ multiplicis generis. Sed quod discriminis inter viros senatorios & consules ac triumphales, purpura & palmata vestis faciebat, ut cæteris præstarent: idem discriminis cultus, ¹⁴ vestitusque in mulieribus fuit. Etenim matronæ & spectatæ pudicitię mulieres,¹⁵ nisi nigro capillo,^{Matri-næ.} & longe lateque fusa

¹ *Contra Demetrius.*] Plutarchus in illius vita, Demetrium diadema gestare, vestibusque auro contextis, & purpura uti tradit.

² *Sexticula.*] Unde id accepit, nescio.

³ *Athenienses autem Reges saepe Creticum.*] De hoc Rhodiginus lib. 16. cap. 10. in princip. sed nullo auctore citato. At id est Pollucis lib. 7. c. 17. de Byssinis, ubi vestem hanc Clavatam vocat. sic enim ait, *Clavata quoque dicebatur Athenis, qua Rex utebatur.*

⁴ *Tarentinidam.*] De hac quoque Cælius Rhodiginus d. lib. 6. cap. 10. sed nullo auctore citato. Est autem Pollucis dicto cap. 17. lib. 7. ubi sic scribit, *Tarentinidum, perspicua vestis est, à Tarentinorum usu & luxuria denominata.*

⁵ *Sardonica, Sicula.*] Idem Cælius ex Polluce d. lib. & cap. de Byssinis.

⁶ *Theræa.*] Pollux d. lib. cap. 17. Theræa, inquit, variegata, c. autem 13. declarat quare Theræum vocetur, his verbis, *Et Theræum indumentum, aut ab insula, aut quod feram intextam habet, dicitur.*

⁷ *Phrygia.*] Cælius ubi supra. Togas rasas, Phrygianasque D. Augusti temporibus novissimis coepisse, scribit Fenestella apud Plinium l. 8. c. 48.

Pollux d. cap. 17. de Byssinis, *Phrygia,* inquit, muliebris, ab illis, quorum frequentissimus usus est, denominata.

⁸ *Casiaca.*] Cælius ubi supra, ubi declarat quare ita vocetur.

⁹ *Ac deutoruga.*] Deuterurga legendum. Iulius Pollux d. lib. 7. cap. 17. Bis, inquit, operatam autem tunicam appellaverunt, quam nunc interstiniam vocitant, & Deuterurgos eos, qui huiusmodi conficiant, quod & Lysippus in Bacchidibus ostendit.

¹⁰ *Diphthera.*] Cælius ubi supra, de hac, nullo item citato auctore. Sed Iul. Pollux d. lib. 7. cap. 15. declarat eiusmodi sit: sic enim scribit, *Diphthera, tunica stricta, habens cervical.* Sed reperies in alia significatione apud eundem codem lib. 7. in fine. Herod. lib. 5.

¹¹ *Pastoricia.*] Cælius ubi supra, hanc eandem cum superiori esse dicit.

¹² *Byssacæna.*] Idem Cælius ibid.

¹³ *Et aliæ multiplicis generis.*] De quibus Nonius Marcellus de genere Vestimenta. Cælius & Pollux ubi supra, & è recentioribus in libro de Rerum vestiariorum.

¹⁴ *Nisi nigro capillo.*] Vide que statim dicam in verbo, *Meretrices flavum capillum haberent.*

¹⁵ *Et longe lateque fusa toga.*] Voluit

Mere-trices. fusa toga ad talos demissa,¹ stolaque² & flammeo,³ ac vittis⁴ & reticulo, quo capita velarent, utebantur: cum⁵ me-retrices

aut certe debuit dicere, *Stola ad talos demissa* ex Horatio lib. 1. Serm. sat. 2.

Ad talos stola demissa & circumdata palla.

Stolam esse muliebrem vestem Ulpianus putavit, in l. vestis. §. muliebria. ff. de auro & argento mundo leg. Muliebria, inquit, sunt, que matris familiæ causa comparata sunt, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione: veuti stole, pallia, tunicae, capitia, zonæ, mitrae (que magis capitum tegendi, quam ornandi causa sunt comparata) plagulae, penulae. Cui Cicer. locus Philip. 2. suffragari potest, *Sumpsiisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.* Ovidius lib. 3. de Ponto, elegia 3. ad Maxium,

— *Quarum nec vitta pudicos*

Attingit crines, nec stola longa pedes. Ex quo Caesar Caligula (ut scribit Sueton. in vita Caligula, cap. 23.) *Liviam proaviam suam, Ulyssem stolatum nominare solebat*, signif. canseam mulierem esse astutissimam. Vide nostras leges Connubiales lib. 3. inter ornamenta muliebria, ubi de Stola.

COLE RUS.

1 Stolaque.] Stola mulierum fuit. Seneca libro de vita beata cap. 13. *Hoc tale est, quale vir fortis stola induit.* Unde & Tatianus oratione adversus Graecos, vocat στολὴν ἡπαρθητὸν viro indignam. Hinc Ulpianus Muliebria vestimenta appellat, quibus vir non facile uti potest, sine vituperatione: Hujus autem generis esse stolam, pallam (ita enim legendum est, non pallia) tunicam, capitia, zonas, mitras, plagulas, penulas.

TIR AQUELLUS.

2 Et flammeo.] Hoc enim sive vestis, sive regmen capitum, quod magis puto, utebantur matronæ, ut tradit Nonius Marcellus, ubi de genere vestimentorum disserit, & vide in nostris legibus Connubial. ubi supra.

3 Ac vittis.] Vide infra in verbo, *Absque flammeo & vitta.*

4 Et reticulo.] Et id matronas decet, ut pater ex eo, quod scribit Lampridius in vita Alexandri Severi, Matrenas autem, inquit, regias contentas esse debere uno reticulo, atque in auribus. Hoc nobiles Italicae matronæ utuntur.

5 Meretrices flavum capillum haberent.] Servius enarrans illud Virgilii ad fin. lib. 4. Æneid.

Nondum illi flavesco Proserpina vertice crinem

Abstulerat. —

Matronæ, inquit, nunquam datur flavesco crinis, sed niger tantum, contra flava coma dabatur meretricibus, unde Iuvenalis Sat. 6.

Et nigrum flavo crinem absondente galero

Intravit calidum veteri centone lupinar.

Ibi enim loquitur de Messalina, Claudi Imperatoris uxore, quæ matronalem pudicitiam mentiens, nigros crines ferebat: sed, ut erat omnium impudentissima, cum ad lupanar iret suam libidinem expletura, ne agnosceretur, flavo galero caput tegebar. Et hoc quoque spectare potest quod Horatius lib. 1. Car. Ode 5. Pyrrhæ meretrici flavesco crinem tribuit,

Cui flavesco religas comam

Simplex mundiciis?

Et ante hos Euripides in Electra, introducit Electram hæc de Clytemnestra, matre impudica, dicentem,

Ἐαρδίν καλόπλευ πλάκημον ἐγχονεις κέμους.

Id est,

Flavos speculi judicio cincinnos componebas.

Verum huic sententia contradicit, quod scribit Ovidius de Lucretia loquens, matrona castissima, lib. 2. Fato rum non adeo longe à fin.

retrices flavum capillum haberent, & togam subductiorem absque flammeo & vitta: quam togam virilem,

*Forma placet, niveusque color, flavique
capilli,*

*Quique aderat nulla factus ab arte
decor.*

Et Catullus in Argonauticis, sive de Nuptiis Pelei & Thetidos de Ariadna loquens,

*Non flavo retinens subtilem vertice mi-
tram.*

Etin epig. de Coma Berenicis,
*Fixa corona foret: sed nos quoque fulge-
remus*

Devota flavi verticis exuvie.

¶ Et togam subductiorem.] Nonius Marcellus, ubi de genere Vestimentorum: Meretrices, inquit, succinctiore veste utebantur, citatque illud Afranii, Meretrix cum veste longa, peregrino in loco solet tutandi causa frēsumere.

2. Absque flammeo & vitta.] Vitta honestarum matronarum, virginum & Vestalium capitis tegmen erat. Tibullus lib. 1. eleg. 6.

*Sit modo casta doce: quamvis non vitta
ligatos*

*Impedit crines, nec stola longa pe-
des.*

Ovidius lib. 3. Fastorum, de Rhea Sylvia Vestali,

*Ignibus Iliacis aderam, cum lapa ca-
pillis*

Decidit ante sacros linea vitta focos.

Et lib. 4. de Veneris festo,
*Rite deans colitis Latia matresque nu-
rusque,*

*Et vos quis vittæ, longaque vestis
adest.*

Et lib. 2. de Tristib. volens ostendere, se libros de Arte non scripsisse gravibus foeminiis, post horum versuum repetitionem,

Este procul vittæ. —

mox addit,

*Ecquid ab hac omnes rigidas summovi-
mus arte,*

*Quas stola contingi, vittaque sumpta
tetat?*

Et alii, quos & nos adduximus in illis nostris legibus Connubialibus l. 3. inter ornamenta muliebria: ubi de vittis & de inslita loquor. Ex quibus etiam intelligis vittam meretricibus denegari, ex Servio lib. 7. Aeneid. ibi,
*Solvite erinales vittas, capite orgia me-
cum.*

Vittæ, inquit, solarum matronarum erant: nam meretricibus non debebantur. Et Virgilio d. lib. 7. paulo ante, de Alelecto loquente, quæ reginam Amatam, Latini Regis uxorem, invaserat, totumque illius corpus & habitum occuparat,

— *Fit tortile collo*

*Aurum ingens coluber: fit longæ tanta
vittæ,*

*Innectitque comas, & membris lubricus
errat.*

3. *Quam togam virilem.*] Nescio cur virilem addit: cum toga (ut jam diximus) fuerit communis virorum & mulierum, nemoque de his qui de hacte loquuntur, de virili dicit. Illud autem certum, quod mulieres adulterii damnatae, aut comperta, remota stola, togam inducabant, ut meretrici aptam. Ita enim prostare solebant cum togis puellæ, ut discernerentur à matronis: ut scribunt Acron & Porphyron in id trahentes illud Horatii lib. 1. Ser. Satyra 2.

— *Quid inter*

Est in matrona, ancilla, pecuniae togatae? Illic enim togatum, meretricem significare, quam opponit matronæ. Sed & hoc proprius accedit illud Tibulli l. 4. ad Sulpiciam,

*Sit tibi cura togæ potior, pressumque
casillo **

Seortum quam Servi filia Sulpitia. Nam illic togam pro meretrice posuit. Et illud quoque Juvenalis Satyr. 2.

*Damnetur si vis, etiam Carphinia, ta-
lem*

Non sumet damnata togam.

lem, quæ adulterii crimine damnatae erant, dimissa stola, sumere cogebantur. Namque meretrices prostabant cum toga¹ & stolis pullis,² quibus etiam ianthino & coco uti inhibitum est.³ Fuitque aliquando mulieribus vetitum, ne versicolori veste uterentur, lege Oppia:⁴ quod etiam à Nerone factum memorant, qui mulieribus amethystini & Tyrii usum interdixit.⁵ Quæ quidem stola plebeii, quamvis honestis, non dabatur: siquidem patriciae & grandes natu matres, illam honoris causa deferebant. Erat enim ad imos pedes fluxa,⁶ quam inslita contexta ambibat.⁷ Rectam vero tunicam & puram togam nova nupta induebat: quam etiam⁸ tyronibus, dum mili-

Et Martialis lib. 2. epig. 39.

*Coccina famose donas & ianthina mœ-
che,
Vis dare, que meruit, munera? mitte
togam.*

Et nos quoque diximus in nostris legibus Connubialibus.

COLERUS.

* *Quasillo* legendum: Intelligit enim ancillam quasillariam, quæ erat sordida conditionis. Petronius: Nec contenta mulier tam gravi injuria mea, convocat omnes quasillarios, familiæque sordidisimam partem. Et Juvenal. *qua-*
fillarian intelligit, illo versu:

*Horrida quale facit residens in codice
pellex.*

TIRACQUELLUS.

1 *Et stolis pullis.*] Pullus ex Virg. 3. lib. Georg. pro nigro, & Tibullo l. 1. eleg. 2. & infinitis aliis locis.

2 *Quibus etiam ianthino.*] Quod sat is innuit Martialis, ubi nuper citavimus.

3 *Fuitque aliquando mulieribus veti-
tum.*] Id est, ex Livio 4. Decad. lib. 1. 4. in princ.

4 *Quod etiam à Nerone.**] Tran-
quillus in Neronis vita, cap. 32. Et
quam interdixisset, inquit, usum ame-
thystini ac Tyrii coloris, summis effetque,
qui nundinarum die, pauculas uncias
renderet, præclusit cunctos negotiatores.

COLERUS.

* De his coloribus Plinius lib. 9.: cap. 41. & lib. 21. c. 8. Martialis apo-
phoret. 154. & 166. Juv. Sat. 7.

— *Purpura vendit*
Caufidicum, vendunt amethystina.
Sic olim Cæsar, ante Neronem, usum
conchyliatae vestis ademerat.

TIRACQUELLUS.

5 *Quæ quidem stola.]* Jam supra di-
ctum est non senti.

6 *Quam inslita contexta ambibat.*] Horatius lib. 1. Serm. Sat. 2.

*Quarum subfuta talos tegat inslita ve-
ste.*

Ovidius lib. 1. de Arte amandi,
*Este procul vittæ tennes, insigne podo-
ris;*

*Queque tegis medios inslita longa pe-
des.*

Diximus in dictis nostris legibus, ubi
de Instita loquor inter ornamenta
inuliebria.

7 *Rectam vero tunicam.*] Plinius li-
bro 8. cap. 48. & alibi dictum est supra
lib. 2. c. 5.

MERCERUS.

8 *Tyronibus dum militiæ adscribuntur.*] Reætius esse puto, pridie quam sume-
rent togam virilem, ut jam præmo-
niimus.

militiae adscribuntur tributam invenimus.¹ Cyclas quo-
que,² palla &³ ricinus⁴ cum crocoto honestarum ve-
stes fuere virginum & matronarum,⁵ licet citharœdis
quandoque palla in usu fuit,⁶ quæ syrma dicta est.⁷ Erat
enim tragœdorum.⁸ Cyclas vero rotunda,⁹ quam A-
lexander Romanus imperator matronis regiis dedit,
quam plus sex uncias auri non haberent cum reticulo:
& pallium auro aspersum cum inauribus, & monili baccato.

Cro-

TIRAMQUELLUS.

¹ Cyclas quoque.] Juvenalis Sat. 6.
Hec sunt que tenui sudant in Cyclade.
Et vide nostras leges Connubiales, ubi
de Cyclade loquor.

COLERUS.

Cyclas quoque.] Sumvit forte à Fe-
sto, in voce regillis. Idem Festus, ubi
de rectis loquitur. Plinius de Caja Ca-
cilia: *Ea prima texuit rectam tunicam:*
quales cum toga pura induuntur, nov. eque-
nuptæ. Græci scriptores vocant ὡφοστί-
διον Χλώρα.

TIRAMQUELLUS.

² Palla.] Nonius Marcellus, Pallam
honestæ mulieris vestimentum esse
scribit, hoc est, tunica pallium, quod &
hinc satis liquet, quod Senatus Rom.
misit dono ad Reginam Cleopatram
pallam pictam cum amiculo purpleo,
apud Livium 3. Decad. lib. 7. non adeo
longe à princ. & de hac quoque in dd.
ll. Connub.

³ Et Ricinus.] Dicitur etiam Ricin-
nus. Marcellus dicit esse palliolum
foemineum breve. Varro de vita po-
puli Romani lib. 1. Et quo, inquit, mu-
lieres in adversis rebus, ac luctibus, cum
omnem vestitum dedicatiorem, ac luxuria-
sum postea institutum ponunt, Ricinia
sumunt. Vide dict. leg. Connub. ubi de
Ricino.

⁴ Cum erocoto.] Vide dict. leg. Con-
nub. & infra in verbo, Crocoton quoque.

⁵ Licet citharœdis quandoque palla.]
Horatius in Arte poëtica,

*Post hunc personæ pallæque repertor ho-
nestæ*

Æschylus. —

Et Juvenalis de Citharœdis loquens
Satyr. 10.

*Et quibus aurata mos est decurrere pal-
la.*

⁶ Quæ Syrma dicta est.] Syrmata
uri Reges insula Taprobana diximus
supra ex Solino c. 66.

⁷ Erat enim tragœdorum.] Syrma ge-
nus vestis, quæ in gravioribus poëma-
tis recitandis trahebatur ab histrioni-
bus. Martialis lib. 4. ad Flaccum,

*Musa nec insano Syrmata nostraru-
met.*

Et lib. 12. epig. 95. in Tuccam,
Transfult ad tragicos se nostra Thalia
coturnos,

*Aptasi longum tu quoque Syrmati-
bi.*

Juvenalis Satyr. 8. ubi Neronem irri-
det, qui tragedias egit,

Ante pedes Domini longum tu pone
Thyestæ

Syrma, vel. Antigones, seu personæ
Menalippe.

Et iterum Satyr. 15. post priue. ponit
Syrmata pro tragœdiis,

Nam scelus à Pyrrha, quanquam omnia
Syrmati volvæ,

Nullus apud tragicos populus facit.

⁸ Cyclas vero rotunda.] Quod no-
men ipsum indicat. Nam Græci κύ-
κλων, circulum, & κυκλέω, circundo di-
cunt. Videtur autem esse vestis tenui-
sima explicabilis & spatiofa.

⁹ Quam Alexander Rom. Imp.]
Lampridius in vita illius.

I Croco-

¹ Crocoton quoque rotunda & fimbriata, sed tantum locupletibus concessa. ² Vittasque ³ & supparum, ⁴ ac togam prætextam, solæ virgines deferebant, quæ nuptis non dabantur. Erant enim insignia pudoris & verecundiæ, quibus mos erat, capillos aut humeris defluentes, ⁵ aut reticulo

I Crocoton quoque rotunda.] Crocota dicuntur tunicæ infectæ crocco colore: talia autem vestimenta delicata sunt & foeminæ. Marcellus Mollicina, à mollicie dicta putat. Apud Gracos νέρνης esteid & ζελωνης, id est, species tunicae: & ut inquit Suidas, Crocotos est ἐνδύμα έγκυλιν, id est, vestimentum orbiculatum. Plautus in Aulularia act. 3. scen. 5. Crocotarios infectores dixit, qui crocota insciunt, tinguntque vestes crocei coloris.

2 Vittasque.] Vide, quæ supra diximus, & in nostris legibus Connubialibus.

3 Et supparum.] Sex. Pompejus libro 17. Supparum vestem puellarem interpretatur, eandemque esse existimat cum ea, quæ & subucula & camisia dicitur, quod Afranii, testimonio probat, *Puella non sum, supparo si indutam*. Varro autem lib. 4. de ling. Latin. dicit esse genus togæ levæ & angustæ, quod supra induatur: quemadmodum subucula, quod subtus induatur. Sed vide in nostris legibus Connubialibus.*

COLE R U S.

* Ibi vide Scaligerum, qui locum corruptissimum restituit.

TIR AQUELL U S.

4 Actogam prætextam.] De hac supra dictum est.

M E R C E R U S.

5 Aut reticulo collectos.] Duo hic sunt animadvertenda. Prius est de ornatu comæ Virginialis, quem hic attigit, non expressit Alex. Is talis erat. Virginæ ut plurimum intecta coma erant. Tertul. lib de Veland. Virginib. Virginari volunt sola capitum nuditate. Comam non solebant dividere. Hoc enim proprium erat earum, quæ jam

nuperant. Tertul. Crinibus à fronte divisis apertam professa mulieritatem. Capillos vero alias colligabant in vertice capitis. Idem Tertul. Virginæ comæ habitus ipse proprie sic est, ut concumulata in verticem, ipsam capitis arcem ambitu crinium contegat. Quod iisdein pene verbis tradit etiam Isidorus. Hic ornatus videtur etiam familiaris suis ancillis. Fotis enim apud Apul. crines habet leviter demissos, & cervice pendulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio residentes: quos tantisper ad finem congregatos, in summum verticem nodus astringit. Et meretricibus. Horat. *Dic argutæ properet Nearæ Myrrheum nodo cobibere crinem. & alibi, Lyden eburna dic age cum Lyra maturet incomptum Lacæne more comam religata nodum.* Et sexcenta ejusmodi. Atque hic ornatus in puellis Corymbos, in Mariibus Scorpious dicebatur. Unde factum, ut quod in metam & conum fastigiatum esset, Corymbos, & ab auctoribus de Linitand. agris acervus lapidum in niem definens, Scorpious dicatur. Inde etiam factum, ut apud Petronium, Capillamentum mulibre, Corymbion dictum sit. Virginæ porro ita ornatas Cirratas dicebant. Sic Germani, qui eo modo in nodum torquebant comam, ut auctor est Cornelius Tacitus, tam saepè apud auctores dicuntur Cirrati. Alias vero Capillos puellæ demittebant deorsum, versum in humeros, & pone tergum: & tunc esse in Cincinnis dicebantur. Hi capilli, aliqua ratione intorti erant. Quod agnosce in illo ornatu Lunæ, apud Apul. 11. Miles. Jam primum crines uberrimi, prolixique, & sensim intorti, per divina colla sensim dispersi, melius

culo collectos ferre: ¹ licet vittarum duo genera inveniamus: virginalem unam, alteram nuptialem, aut qua nubentes velabantur. ² Strophium vero pectoralem fasciam, vel capitum ornatum, nonnulli cingulum fuisse autem, & soleas purpureas puellarum calceos. Sed tamen strophium, ³ mitras & purpureas fasciolas, ancillarum fuisse amictus,

molliter defluebant. Nisi mavis intortos cincinnos dici annulatos. Quales illi de quibus Seneca de brevit. vita: Quomodo incandescent si quid ex juba sua decisum est, si quid extraordinem jacuit, nisi ut omnia sua in annulos reciderunt. Nam falluntur longe, qui Cincinnos eosdem faciunt, cum Cirris, & crinibus in orbes, eeu annulos flexis, ut alibi dicetur. Hi enim propriae matronarum, illi virginum. POSTERIUS quod hic animadverto, est quod Alex. duo facit vittarum genera, unum quo virgines, alterum quo nubentes velarentur: voluit dicere uterentur. Nam velari vitta mulierem nemo dicat Res vero sic habet. Quia virginum capilli indiscriminatum ornabantur unica vitta, in vertice religabantur, ut diximus. Quia vero Matronarum coma dividebatur acu, quæ ob id discerniculum appellabatur, duabus vittis etiam religabatur. Quo modo non erunt facienda duo vittarum genera, sed dicendum tantum virgines unica, matronas duabus vittis usas esse. Quod verum esse colligas, ex multis aucto- rum locis. Propert. Mox ubi jam fascibus cessit praetexta maritis, vinxit & acceptas altera vitta comas. Plaut. Mostell. Huic morem gerundum censeo, & capinos crines. Idem Casina. Utque eam ornatam adducas Matronarum modo, Capite compto, crines, vitta, que habeat. Ibi enim crines sunt orbes crinium. Ex quibus magis ac magis confirmatur, quod supra diximus, Virginem comam non ita colligatam fuisse, ut erat coma Matronalis. Duplex autem illa vitta videtur concessa Matronis à Senatu, post reconciliatum Cotiolanum. Apud Valer.

*Vitta
rū duo
genera.
Stro-
phium.
An-
cilla.*

TIR A Q U E L L U S.

I *Licit vittarum duo genera.] Vide in nostris legib.*

2 *Strophium.] Nonius Marcellus de genere Vestiment. dicit esse fasciam brevem, quæ virginalem papillarum tumorem cohibet, auctoritate Turpilii, Plauti, Tullii, & Varro, quibus alios addidimus in nostris legibus Connubialibus, ubi omnino vide. Hinc strophiarum dicti, strophiorum artifices, quorum meminit Plautus in Atul. act. 3. scena 5. Martialis fasciam pectoralem appellat, sic scribens in Apophor. 134.*

*Fascia crescentes domine compescit pa-
pillas:*

Ut sit, quod cupiat nostra tegatque manus.

M E R C E R U S

3 *Mitras ancillarum.] Tam con-
sentaneum est hoc, quam quod Scali-
ger annotavit in Propert. Mitras or-
namenta fuisse veterarum. Utrumque
certe minus verum apparebit ex seq.
Mitra ergo alias cingulum dicitur. Un-
de Homerus discinctos vocat amito-
chitonas: & Euripides μίτρας εὐρέ-
τος πυθιλέδης τάκισπον id est, mitris
revinctis disponere capillum. Et opinio-
ne nonnullorum, Corolla concinnata
ex fasciis, & orariis mitra dicuntur,
quod caput vinciant. Tunc Mitra forte
derivabitur à μίτρᾳ qui est filum, vel
eam significationem habuerit, ex eo,
quod, ut est apud Isidorum c. 4. l. 19.
mitras fuisse est, quo natis media vinciri
solet: Alias Mitra dicitur veli genus,
quo mulieres Romanæ caput amicie-
bant. Uterque autem Mitræ usus, &
tegendo, & ligando capiti Romanis
videtur cognitus. Certe Mitris mulie-*

Fascio- mictus , multi testati sunt : ¹ idque à Cicerone Clodio ob-
la cru- jectum , quod in strophio , mitra & purpurea fasciola , se-
rales. ancillam mentitus , sacra Bonæ dæx polluisset . ² Fasciolas
 vero

res debebant caput velare . Tamen quo ornatiōes appārerent , ita Mitras suas complicabant , ut pene cingula quædām essent , quibus caput vinciebant . Tertul. de veland . Virgin . Mitris & lanis non caput velant , sed conligant : à fronte quidem protecta , qua proprie autem caput est , nud.e . Et ad eum usum fortasse semiintriæ tandem sunt inventæ . Quas Ulpianus non inter vestimenta , sed inter ornamenta refert . Viri Romæ mitris non videntur usi , nisi forte sacerdotes Isidis qui apud Apul . Miteili ornantur . Et qui Bacchi Comites videri vellent . Ex his liquet mitrarum usum legitimū fuisse ve- lando capiti . Ideo Servius admonet *Mitris eo loco fuisse feminis , quo pilea viris* . Admonet præterea , *Mitras aliquando dictas Calanticas* . Quod non est omnino respuendum . Cicero enim ipse videtur id confirmare . Clodium enim muliebriter vestitum , modo *mitratum* facit , modo pro mitra *Calantican* ei tribuit . Id vero si verum est , habebimus fortasse Mitram non solum caput velasse , sed etiam infra humeros demitti solitam esse . *Calantican* , enim , ceu *Calauticam* , ceu *Calatricam* (iis enim modis scriptum hoc vocabulum legitur) Latini dixisse vi- dentur quod Græci *κρήδεμαν* . *Κρήδεμαν* autem Græcorum Eustathio in 14 . Iliados dicitur demitti solitum à capite usque ad humeros . Quamquam non ignoro Hyginum docuisse *κρήδεμαν* esse cingulum . Sed eo etiam nomine magis *Calantica* & *mitræ* Latinorum respondebit . Præterea mitras quidem certe alicujus magnitudinis oportuit esse , utpote quæ ne elabentur è capite , retinaculis vincirentur . Nam *Etu- nica manicas* , & habent redimicula *mitræ* . Ex his vero onnib[us] & præser- tim ex Tertul. locis citatis , habemus Mitras non fuisse *ancillarum* solum ,

sed etiam honestiorum matronarum . Neque enim Tertul. perstringit eis locis luxuriam *Ancillarum* , sed *Matronalem* potius . Et id etiam evincit quod scribit Servius , *Mitras eo loco fæminis esse , quo pilea viris* . Nunc tollendus est alius error eorum , qui mitras peculiares faciunt vetulis . Catullus certe in- ter vestimenta Ariadnes , quæ puella , & pene virgo gestaverat , mitram numerat . *Non flavo retinens subtilem ver- tice mitram* . Apul . 2 . Milef . Adolescen- ti , cui depiles erant genæ , & levi puer- titia splendicabant , sequiorem sexum in- tentito , *Mitellam* in capite tribuit . Et Cynthia Propertiana , cui senectus plus fatis gravis , cuique rugæ seniles invisa prorsus erant , utitur mitra .

Quæ cum Sidonie nocturna ligamina Mitre

Solverit , atque oculos moverit illagra- ves , &c.

Quæ loca satis evincunt , non vetula- rum magis , quam ancillarum peculiares mitras fuisse . De Mitra alia para- bam , sed relinquenda fuerunt , quia plus fatis molestæ nobis operæ hoc loco fuerunt .

TIR AQUELLUS .

1 Idque à Cicerone Clodio objectum .] Ciceronis verba ex Oratione de Aru- spicium responsis ad Senatum , hæc sunt , *P. Claudius à crocota , à mitra , à muliebribus soleis , purpureis que fasciolis : à strophio , à flagito , à stupro est factus repente popularis : nisi enim mulieres exornatum ita deprehendissent , nisi ex eo loco , quo eum adire fas non erat , ancilla- rum beneficio emissus esset , populari homi- ne populus Rom. respub. civile tali careret .*

2 Fasciolas vero crurales .] Valerius Maximus lib . 6 . cap . 2 . de Pompejo candida fascia crus alligatum habente , Favonium dixisse , *Non refert qua in parte corporis sit diadema* . Quint . I . 2 . cap . 3 . *Fascias* , inquit , *quibus crura ve- stiuntur* .

vero crurales, crurum pedumque velamenta, æquè viris ac mulieribus communes aliqui volunt, ¹ quæ sæpe purpureæ, ² nonnunquam conchyliatae erant. ³ Fasciæ vero pectorales dabantur pueris, ⁴ quæ virides fuere. ⁵ Sicyonia ^{Pueri.}
⁶ & socci, calcei muliebres delicatioris cultus & amatorii. <sup>Calcei
muliebres.</sup>

Erant

fiuntur. Sed tu omnino vide nostras leges Connubiales, ex quibus disces fascias fuisse pectorales & crurales.

¹ Quæ sæpe purpureæ.] Quod constat ex eo loco Tullii citato in verbo, Idque à Cicerone: & præterea ex C. Caligula cap. 17. ubi illum dicit viris, pueris ac foemini fascias purpuræ ac conchylii distribuisse. Et Julius Capitolinius in vita Claudii Albini, Accesisti, inquit, omen, quod cum pueri ejus familia russulis fasciis illigarentur: quod forte lota a: que uide essent russulae fasciæ, quas mater prægnans paraverat, purpurea matris illigatus est fascia: Unde illi joco nutritis etiam Porphyrii nomen inditum est.

² Nonnunquam conchyliatae.] Ex eodem illo loco Suetonii.

³ Fasciæ quoque pectorales.] Ut patet ex illo Julii Capitolini loco citato ibi, Quæ sæpe purpureæ. Sed & pueris & foemini ad colibendas earum mammas, ut patet ex Martialis apophoreto, citato in verbo, Strophium, & ex aliis, quos cito in legibus Connub.

MERCERUS.

Fasciæ pectorales dabantur pueris.] Voluit dicere puellis, quibus humeri erant altiores, vel qua minus erant graciles. Terent. Demissis humeris, vincto pectori, ut graciles fiant: Si qua est paulo habitor, pugilem esse ajunt. Ovid. Conveniunt humeris tenues Omaletides altis. Eas Varro Capitia, Nonius vocat Cystulas. Earum usum Matronis ne neges, et si sero Romanæ apud illas receptus est. Varro 3. de vita Populi Roman. Neque id ab orbita matrumfamilias instituti, quod ea pectora, ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant. Quod vero Alexander

addit eas virides suisse, in disquisitione voco.

TIRACHELLUS.

⁴ Quæ virides fuere.] Juv. Sat. 5.

⁵ Viridem thoraca jubebit

Afferri. —

Thorax enim Græcis pectus est, ut intelligi potest ex Celso lib. 3. cap 5. & Plinio lib. 20. cap. 12. & Jul. Polluce lib. 7.

⁵ Sicyonia.] Lucilius à Festo Pompejo citatus.

Et pedibus lœva Sicyonia demit honesta. Lucretius lib. 4.

Unguentum & pulchra in pedibus Sicyonia rident.

Et Tullius l. 1. de Oratore, de Socrate loquens, Si mibi calceos Sicyonios attulisses, non utever, quamvis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent utilis. Et horum etiam meminit Pollux l. 7. c. 12. ubi scribit, nomen ipsum indicate quorum inventum sit.

⁶ Et socci.] Hinc Socculi. Suetonius in Caligula, cap. 52. scribit, Caligulam nonnunquam in publicum processisse cum socco muliebri. Idem in Vitellio, cap. 2. Claudiu[m] uxoribus, libertisque addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Messalina petiit, ut sibi pedes præberet exciceandos: detracitumque socculum dextrum inter togam, tunicasque gestavit assidue, nonnunquam osculabundus. Plinius lib. 9. c. 35. Quin & margaritas pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis socculis addunt. & lib. 37. cap. 2. de C. Caligula loquens, qui super omnia muliebria socculos induebat è margaritis. Isidorus lib. 19. Etymologiarum, c. 33. eodemque ult. dicit soccos & socculos ita dictos, quod soccum habeant, in quo pars plantæ iniciatur.

Erant enim veteribus calcei ¹ specie varia: nam ² & galli-
cæ &

M E R C E R U S.

Et socci delicioris cultus.] Socci mulieribus valde familiares, & integris moribus Romanis, & corruptis. Diverso tamen modo. Integris moribus in usu fuerunt, quia porissima laus matronarum erat dominum servare, ibique lanam facere, & liberos erudire. Hi enim calcei tam accommodati erant usui domestico foeminarum, quam soleæ virorum, à quibus fortasse forma non differebant. Ob id certe Caja Cæcilia crepidas, ceu soccos suos dicitur dedicasse Sango, ut essent testimonium suæ assiduitatis in servanda domo. Denique ob eam rem arbitror soccum factum esse solemnem nuptiis, ut admoneret novas nuptias sui officii, hoc est qua cura servare dominum deberent. Corruptis vero moribus ad luxuriam mulieres usæ sunt soccis, eo modo quo viri soleis. Properea soccos varie solebant ornare gemmis, unionibus, margaritis, quo ad ostentationem essent compositiones. Itaque tam molle fuit *in soccis*, quam distinctas prodire. Romani enim negotiosiores, domi nec cingebantur, nec calceos suos calciabant sibi: sed tuu ea agebant cum domo essent egressuri. Varro, *Domo exco, intro, pedes corrigiis compedio.* Quo scilicet expeditius perficerent negotia sua. Quamquam non nego inter indicia exercitæ patientiæ juvenilis, & austerioris vita fuisse, quod quis calceos haberet sine corrigiis, & equum duceret sine ephippio. Quod sibi juveni Cato scribit contigisse. Socci vero forma quæ fuerit, non est facile dicere. Isidorus Soccum dictum putar, quasi sarcum haberet, in quem pars anterior pedis mitteretur. Quod non omnino rejicio, & arbitror tale calcei genus idem esse, cum eo quod Tertullianus multiforme cognominat, & stipatum ait diligenter, ne follicaret, & strictum arctius obstragulo. Alii soccos, soleas, & crepidas ejusdem generis, & formæ faciunt. Nec obstina-

tius repugno: moventur hac ratione, quod unum pro alio promiscue dici vident. Apud Ciceronem Orat. pro Rabirio Posthumo Pub. Rutilius ut evitaret crudelitatem Mithridatis in togatos, dicitur vestitum mutasse, & *soccos sumpsisse*, hoc est quod ajunt à roga ad pallium transisse, à Romano habitu ad Græcanicum. Suet. autem cum idem à Tiberio factum dicere vellet, dixit *cum redigisse se à patrio habitu ad pallium, & crepidas.* Quare Suetonius vocat *crepidas*, quos Cicero illa Orat. *soccos* vocavit. *Crepidæ* vero, & *soleæ* ejusdem forma fuisse videntur. Utræque enim interētæ erant. Hi porro socci, diversi coloris fuerunt saltem post tempora Cæsarum. Apud Vopiscum Aurelianus *Calceos muleos, cereos, galbos, & cederatos viri omnibus tulit, mulieribus reliquit.* Quo loco non enumerantur varia calceorum genera, sed variis tantum colores: quod Alexandrum videtur fefellerisse.

C O L E R U S.

I Calcei specie.] De calceis vide *Signum 3. de judiciis 20.*

T I R A Q U E L L U S.

2 Gallicæ.] Gellius lib. 13. cap. 20. refert T. Castritium discipulis suis probro vertisse, quod feriato die conspicerentur, lacernis induiti & gallicis calceati. Scribitque id verbum esse novum, nec diu ante ætatem Ciceronis usurpari cœptum: citatque illud ipsius in secunda Antonianarum (id est Philippicarum, ita enim appellat ipse Ciceron) *cum gallicis & lacerna cucurriti.* Cui adde & alium ejusdem Ciceronis eadem Philipp. locum, *Nam quod quærebas, quomodo redissim, pri- mum luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna.* Gallicæ sunt soleæ lignæ, aut è subere, quibus foeminae porissimum utebantur, quas crepidas appellari posse, Gellius ubi supra affirmat. Hoc calceamenti genere utuntur Galli pluvioso tempore. *Vulgus (in-quit*

cæ & soleæ & cothurni: tum mullei albi, hederacei,
cerei & lintezi, calceorum sp̄cies sunt: qui cum antea Calceoi
comminunes viris æque ac mulieribus forent, sequuti Cæ- rum
sares, inter quos Aurelianus, illos viris ademere, & fœ- species
minarum calceis addidere, quas etiam ferunt compedes
habuisse

quit Bayfius lib. de Re vestiaria.) *Gat-*
tozias vocat, des Giloches.

1. Et. soleæ.] Gellius ubi supra, &
Isidorus libro Etymologicarum 19.
cap. 33. soleæ, ut scribit Pompejus l. 17.
dicta est, quod solo jedis subjiciatur. Eas
autem mulieres esse jam intelligis ex
eo loco Ciceronis de Arusp. responsis,
citaq; supra in verbo, Idque à Cicero-
ne. Soleæ (ut Pollux lib. 7. c. 22. defi-
nit) est levis, ut pes pulverem tantum
non contingat. *Vulgus* (ut scribit Bay-
fius) vocat, Souliers à l' Apostolique, quod
ijs calcetati Ap̄stoli domini pinguis solēant.
Inde soleatus soleis indutus. Cicer. 7. iu-
Verrem act. Sicut soleatus pr̄etor po-
puli Romani cum pallio p̄puro. Sed &
alia quoque significat solea, ut videre
est apud Pompejum eod. lib. 17. sed
alio loco.

2. Cothurni.] Genus calceamenti,
subere quodammodo sublevata, quo
utebantur Tragœdi, ut eminentiores
apparerent: & viatores, ne tam facile
impingerent in lutum: item etiam
virgines, ut grandiores apparerent sub
longa stola. Quapropter cothurnos
ipsos de suris vincire solebant. Virgil.
lib. 1. Aeneidos, ubi Venus advenienti
filio, noluit se deam fateri, illique pri-
mum occurrit,

Virginibus Tyriis mos est gestare phare-
tram,

Purpureoque alte suras vincire cothur-
no.

Ex quo patet & his mulieres esse usas,
ut & ex illo Juvenalis Sat. 6.

— Aliam credas, cedo, si breve
parvi

Sortita est lateris spatium, breviorque
videtur

Virgine Pygmæa, nullis adjuta cothur-
nis.

Sed de hoc amplius in nostris legibus
Connubialibus, & vide pr̄terea Isi-
dorum, ubi supra. Cothurnus (inquit
Pollux lib. 7. c. 22.) utrique pedi conve-
nit & unde & Theramenem cothurnum
vocarunt, propter cam, qua in rep. ute-
batur, alterationem.

3. Mullei albi.] Genus calceamentorum,
ut tradit Festus Pompejus l. 11.
Sed quod Alexander subiungit albi,
hederacei, &c. nescio unde accepit.
Scio autem Plinium lib. 9. cap. 17. au-
toritate Fenestella, scripsisse, Mullo
pisci datum nomen à colore mulleorum
calceamentorum: ipsumque mulleum
(ut paulo post subdit) expirantem
versicolori quadam & numerosa va-
rietate spectari. *

COLE RUS.

* Titinnius:

Jam cum mulleis
Te ostendisti, quis tibi am calecas.

Tiliatim dicit, hoc est, ad medium
usque tibiaam, quo more veteres cal-
ceabantur. Tertullianus libro de Pal-
lio: *Impuro cruri purum, aut mulleolum*
inducit calcum.

TIR A QUELLUS.

4. Qui cum antea communes.] Ut pa-
tet ex sequent.

5. Aurelianus.] Vopiscus in vita il-
lius ad finem, *Calceos mullos*, inquit,
& cereos, & albos, & hederacos viris
omnibus tulit, mulieribus reliquit.

6. Quas etiam ferunt compedes.] Pol-
lux lib. 7. c. 22. inter calceos incmorat
xovîodes, id est, compedes calceos,
scilicet, tenues & seniles. Jacobus Tu-
fanus in Lexico Græcolatino, *xovîodes*,
ôdes, inquit, calceamentum lacrum,
non cooperiens rotum pedem, pr̄ter-
ea angustum. Hesychius scribit *xovî-*
odes, id est, *xovîodes* *muixna*.

Mullei. habuisse ex argento, cum ex auro varentur.¹ Qui mullei, sicut veteribus monumentis extat, olim fuere calcei Albaeorum regum, deinde patriciorum facti, demum patriciis adempti, & mulieribus traditi;² sicut crepidas antea senatores, mox equites, deinceps milites habuerre proprias.³ Soleas autem calceamenta dixerunt, quibus plantarum calces in fine teguntur, habenis juncta, cæteris prope nudis.⁴ Apud Achæos autem calcei fœminarum fuere albi & tenues. Atheniensibus elaboratae artis,⁵ iphicratides dicti. Græcis nymphides⁶ & arpiades,⁷ multiplici sutura, sicut⁸ Scythicæ,⁹ Laconicæ,¹⁰ Persicæ,¹¹ Amyclaidæ¹² & Alcibiadæ.¹³ Persæ enim cal-

¹ Qui mulci.] Festus Pompejus libro 17. Mulleos, inquit, calceamentorum genus aijnt esse, quibus Albanorum Reges primi, deinde Patricii usi sunt, quod probat auctoritate M. Catonis libro Orig. 7. Qui magistratum cursem ex pisse calceos mullos allucinatos, * ceteri perones. Item Tintinii in Setina, Jam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatiss** in calceos, quos putant a mullando, id est, suendo dicitos.

COLERUS.

* Legendum alii uncinatos.

** Tibialia legepdum, ex editione Scaligeri, ut iam ostendi.

TIRAQUELLUS.

² Sicut crepidas.] Servius libro 8. Ancid. in eum locum,

Et Tyriena pedum circundat cincola plantis.

Eadem prope ad verbum dicit Pollux lib. 7. cap. 22. Crepidæ, inquit, habitus militaris: quis nonnulli poëtarum, Arpiades vocarunt. Quidam hoc nomen à crepitu, hoc est, a sono, quem ambulando reddunt, dicunt appellatum. Certius tamen est ex Gellij I. 13. c. 20. & Persi Sat. i. auctoritatibus, dicere vocem esse Graciam. Eius calceamenti sutores crepidarios dixerunt.

³ Soleas antera.] Gellius ex T. Castricio Rhetore lib. 13. cap. 20. Omnia, inquit, serique id genus, quibus plantarum

calces tantum in fine teguntur, cetera prope nuda, & teretibus habenis juncta sunt, soleas dixerunt, non in unquam voce Græca, crepidulas.

⁴ Apud Achæos.] Appianus bell. Civil. lib. 5. scribit M. Antonijnum sibi assumpisse calceamenta candida, qualia Atheniensium sacerdotes, quos Phecasios vocant, deferre consueverunt. Pollux lib. 7. c. 22. scribit, albos calceos maxime fuisse meretricios.

⁵ Iphicratides.] Pollux ubi supra ab utentibus dictos scribit.

⁶ Nymphides.] Cælius lib. 28. c. 27. Nymphides, inquit, calceamenta sunt muliebria & sparsalia.

⁷ Et arpiades.] Pollux lib. 7. cap. 22. in princ. scribit crepidas à nonnullis poëtarum & poetis vocari, ut supra in verbo, Sicut crepidas.

⁸ Sicut Scythicæ.] Ab ea gente inventæ, ut scribit Pollux ubi supra.

⁹ Laconice.] Laconibus quoque inventæ, ut ille dicit.

¹⁰ Persice.] Hujusmodi calceos fuisse proprios mulieribus, scribit Pollux, ubi supra, & vide infra in verbo, Persæ enim.

¹¹ Amyclaidæ.] Et de his Pollux ubi supra, qui dicit calceos liberaliores: ipso vero nomine locum significare: scilicet Amyclas.

¹² Et Alcibiadæ.] Ab Alcibiade, qui

iis ute-

ceo utuntur alto & duplo, ut magni appareant: ¹ Assyrii Nabathei.
parvo; ² Ægyptii papyraceo, ³ Babylonii soleis Thebanis Indi.
similimo, ⁴ Cretenses militari, ⁵ Nabathæi sandalio. ⁶ In- Nudo
di ex arborum corticibus nonnunquam soleas pedibus ad- pede
debant. ⁷ Phocion vero nudo pede incessit, ⁸ & Cato Utic- qui in-
ensis mira patientia, ita ut vix cruda hyeme calcearetur: cede-
⁹ quod de Socrate ¹⁰ & Aristodemo legimus. ¹¹ Lycurgus bant.
quoque

Hi utebatur, Polluci eodem loco, &
Athenæo ex Satyro lib. 12. Dipnosop-
hist. c. 16.

¹³ Persæ cuim.] Strabo l. 15. Persarum cultus & mores describens, *Calceamentum*, inquit, *altum ac duplum*. Xenophon Pædia Cyri lib. 8. *Calceos* tales habent, *in quibus*, qui eos ferunt, *clam aliquid subjiciant*, quo majores esse videantur quam sunt.

¹ Assyrii parvo.] Strabo lib. 16. ornatum scribens, sic inquit, *Calceamentum gerunt non sene magnum*.

² Ægyptii papyraceo.] Herodotus libro 1. iterumque 2. Sed posteriore loco de sacerdotibus tantum Ægyptiis loquitur. Nec hi solum, sed & hi, qui secundum flumen Indum habitant calcamenti gestant ex papyro.

³ Babylonii soleis Thebanis similimo.] Herodotus lib. 1. Babyloniorum cultus describens, *Calceos*, inquit, *gerunt gentis more*, *soleis Thebanis similimos*.

⁴ Cretenses militari.] Strabo l. 10. de Cretensham moribus loquens, *Preterea*, inquit, *& sagulo & calceo uti militari*, *eisque arma in primis pretiosissima faciunt munera*.

⁵ Nabathæi sandalio.] Strabo l. 16. ⁶ Indi ex arborum corticibus.] Philostratus in vita Apollonii lib. 2. c. 9. scribit eos, qui secus Indum fluviū habitant, calceamenta ex arborum corticibus facta gestare. Ari-rianus in vita Alexandri lib. 8. scribit, Indos calceis uti corio elaboratis albo, altioribus ac soleis variis, quo proceriores apparent.

⁷ Phocion nudo pede.] Plutarchus in vita illius, *Rorii*, inquit, *ac militia nudo*

semper incessit pede: nisi hycms atrocior illum ad calceos impulisset. Idecirco ferunt inter jacantes milites nullum fuisse significandi crudelis frigoris certius argumentum, quam affirmare calceatum Phocionem tunc fuisse.

⁸ Et Cato Uticensis.] Plutarchus in vita illius, tantæ illius laboris patientia fuisse scribit, ut cum amici, qui una iter faciebant, equis veherentur, singulos ipse adiens, & pariter cum illis loqueretur, pedibus ipse vadens, cum illi veherentur. Idem Plutarchus in eodem Catone, *Sæpe sine calceis, & sine tunica in publicum prodibat à pandio*. Hinc illud Horatii lib. 1. epistol. epist. 19. ad aliud supra eodem cap. citatum,

*Quid? si quis vultu torvo ferus, & pede nudo,
Exiguusque togæ simulet textore * Catonem,
Virtutemque representet, moresque Catonis?*

COLERUS.

* Tesquore legendum.

TIRQUELLUS.

⁹ Quod de Socrate.] Aristophanes apud Laertium, sic scribit,
*Elatus fastu rias terit, oculisque innuit,
Et discalciatus mala multa tolerat,
Et inter nos vultu gravitatem præ fert.*

¹⁰ Et Aristodemo.] Atq[ue] etiam de P. Scipione, & Germanico apud Cornelium Tacitum lib. 2. ubi Germanici in Ægyptum profectionem describit, *Leveravit*, inquit, *apertis horreis pretia frugum, multaque in vulgus grata usurparit*, sine milite incedere pedibus inter-

Hispāni. quoque pueris Spartæ pro calceamento pedum nuditate in dedit, quo facilius acclivia ascenderent, & declivia peragrarent.¹ Enipedocles ferreo calceo incedebat.² Hispani ē sparto, Ligures Cantabrico,³ Galli agrestes perone.
Ligu-
Galli.
Anti-
genus.
Impe-
*ratōrum.*⁴ Demetrius vero Antigoni eo vanitatis processit, ut aureo calceo calcearet.⁵ Augustus altiusculo usus fuit, ut procurior videretur,⁶ Caligula socco muliebri,⁷ Diocletianus⁸ & Heliogabalus geminato,⁹ Carinus geminatis fibulis.

Etis, & pari cum Græcis amictu, P. Scipionis cælulatione, quem eadem facilitasse apud Siciliam, quoniam flagrante adhuc Pœnorum bello, accepimus.

II Lycurgus.] Plutarch. in Lycurgo, de adolescentium Spartanorum educatione loquens, Progressu et atis eam, iis junisribus scilicet, exercitationem intendebant, ut ad cutem usque seipso sonderent, & discalciatos incedere, ac frequentius nudos ludere consuefacerent.

1 Empedocles ferreo calceo.] Imo æreo ex Laërtio in vita illius: Phavorinus (inquit Laërtius) in Commentariis auctor est, crepidas item æreas & Delphicas sumissæ coronam. Ælianus de Varia historia, lib. 12. cap. 32. scribit Empedoclem usum fuisse calceis æneis.

2 Hispani ē sparto.] Plinius Naturalis historiæ libro 19. c. 2. Spartani naturam &c usum ejus describens: Hinc, inquit, strata rusticis (Carthaginensis Hispaniæ citerioris scilicet) eorum, hinc ignes faceisque, hinc calciamina, & passorum vestis.

3 Galli agrestes perone.] Pero rusticum est calceamentum, ut inquit Servius lib. 7. Æneidos, ubi priscos Latinos perone in bellis usos ostendit,

— *Testigia nuda sinistri*

Instituere pedis, crudus tegit altera pero. Altus autem erat ad medium tibiam, quo minus limo ac luto aratorum pedes inficerentur. Juven. Sat. 14.

Nil retinum fecisse volet, quem non pudet alto

Per glaciam perone tegi.

Budaus in annot. in Pandect. in l. in

nave, titulo locati, Perones tibialia sunt laxa, quibus nostrates rusticis intuntur, sic dicta (ut arbitror) quod peræ modo sint informia: Hinc peronatus, peronibus calceatus apud Persum Sat. 5.

Navim si poscat sibi peronatus arator Luciferi ruditus. —

Vulgus Gallicum guestres vocat, sive, triquelousæ, ou botte & hourde.

4 Demetrius.] Plutarchus Demetrii molle vestitum taxans, scribit eum auratis calceis pedes ornare solitum.

5 Augustus.] Suetonius in vita illius, c. 79.

6 Caligula socco muliebri.] Plin. l. 9. cap. 35. Suet. in Caligula, cap. 52. Et diximus supra, ubi de socco.

7 Diocletianus.] Eutropius libro de Gestis Rom. 10. cap. 19. eodemque ult. scribit Domitianum Imperatorem, ornamentum gemmarum vestibus calceamentisque indidisse. Et idem Eusebius in Chronicis: & Cassiodorus in Coss. Romanis.

8 Et Heliogabalus.] Lampridius in vita illius, *Habuit*, inquit, & in calceamentis gemmas & quidem sculptas: quod risum omnibus morit, quasi possent sculpturæ nobilium artificum videri in gemmis, que pedibus adhærebant. Idem Lampridius in Alexandro Severo non longe à princip. sic scribit, *Gemmas de calceamentis & vestibus tulit*, quibus usus fuerat Heliogabalus.

9 Carinus.] Flavius Vopiscus in Carino, inquit, *gemmis in calceis, nisi gemmata fibula usus non est.*

I Apud

lis.¹ Apud Ægyptios autem innuptas puellas calceis uti non licet, ut evagandi licentia cohiberetur, quum nudo pede extra septa prodire nefas foret.² Cupezia vero non muliebres, sed tibicinum calcei erant.³ Palla vero picta cum amiculo purpureo.⁴ Apud Persas, stola Medica cum armillis & torque. Ægyptiis, sacra Isidis vestis, regina-⁵ rum amictus ornatusque fuere, quibus insigniis, velut verissimis notis, à vulgo secernebantur. Quam quidem pallam pueris, puellisque quandoque traditam legimus.⁶ Apud Græcos vero, Arabes,⁷ Lydos, Phryges,⁸ & Assy-rios, longa stola, mitris & mitellis matronas & viros orna-⁹ ri, traditum est: virorum apud eosdem frequens vestis stola quadrata fuit.¹⁰ Thessalalis demissa chlamys erat omni tempore accommodatior.¹¹ Calantica autem Romanis capitis fuit ornatus, non vestis.¹² Lycurgus juvenibus una tantum

¹ Apud Ægyptios.] Plutar. in præceptis Connubialibus n. 31. Ægyptiis mulieribus uti calcementis patrius mos non fuit, ut sese domi continerent.

² Cupezia vero.] Nullibi legi Cupezia, & puto hic errorem esse in verbo, vel anchoris, vel librarii, quod magis credo, & legendum esse Crupezia, de quibus Julius Pollux lib. 7. Onomasticon c. 22. τὰ ἡ κρυπτέζια ξύλινοι ρεόδημα πεποιηθέντες εἰς εὐδόσιμον χρέον. Crupezia autem ligneum calcementum, factum ad aspergitionem chorii. Unde Crupezophori Boeotes existunt.

³ Palla vero picta.] Vide ad quid id referatur, nisi velit hanc quoque esse tibicinum.

⁴ Apud Persas.] De habitu Persarum, & calcementis, & stola Medica jam diximus supra hoc eodem cap. ex Xenophonte & Strabone.

⁵ Apud Græcos.] Plutar. in Solene. Quos ubi confexit Solon ab insula eo contendere, mulieres longe abire jussit, ex juvenibus impuberes deligentes, earum vestitu, mitris & calcementis ornavit.

⁶ Lydos, Phryges.] Servius enarrans illud carmen Virgilii Æncidos 4.

Mœonia mentum mitra, crinemque madentem. scribit Lydios, qui Mœones dicuntur, & Phryges mitris usos fuisse.

⁷ Et Assyrios.] Id est, Babylonios ex Herodoto lib. 1. Capita, inquit, habentes comata mitris redimunt.

⁸ Virorum apud eosdem.] Appianus de Civilib. Rom. bellis lib. 5. de M. Antonio, sic scribit, Exutus nempe curvis omnibus & Imperii obsequiis, stolam quadrata Græcorum more, pro patria & domestica induit.

⁹ Thessalit.] Thessalicarum chlamydum meminunt Pollux lib. 7. cap. 13. cum scribit, Chlamydes vero Thessalicas nuncuparunt. Et Thessalicanis, pro chlamyibus induimur.

¹⁰ Calantica.] Tegimen est muliebre, quod capiti innectitur. Cicero in Clodium apud Nonium Marcellum, Tun' cum vincirentur pedes fasciis, cum calanticam capiti accommodares? Vide in nostris legibus Connub.

¹¹ Lycurgus.] Plutarchus in antiquis Lacedæmoniorum institutis, Emenso, inquit, duodecimo etatis anno, sine tunica jam degebant, pallium unum in an-

Una tantum veste, eaque obsoleta; & nullo discrimine à cæteris uti toto anno permisit. ¹ Zeno quoque nullum discriminem vestis esse inter cives, sed eosdem amictus viros ac mulieres ferre præcipiebat. ² Solon plus tribus vestibus quenquam uti lege prohibuit. Apud reliquas vero gentes vestitus habitusque dissimiles fueré. ³ Nam Gallis nobilioribus tintas gestare vestes, aut saga hirsuta virgata; hyeme crassiora, æstate subtiliora longis villis, & ⁴ brachas ⁵ longis femoralibus, ⁶ auro pictas, ⁷ intonsas, & varii colo-

num capientes. Justinus libro 3. inter præclara Lycurgi instituta, hoc refert, *Juvenibus non amplius una veste usi tuto anno permisum, nec quemquam cultius quem alterum progredi, nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam vertetur.* Sed & apud Cretenses pueri una tantum veste tam per hyemem, quam per æstatem utebantur, auctore Heraclide in Politicis.

I. Zeno quoque.] Citticus scilicet ex Laërtio in vita illius, Zenonem scribit eandem vestem viros ac mulieres indui præcepisse, nullamque corporis nudare partem.

2. Solon.] Plutarchus in vita illius, *Egressioribus quoque mulierum, ac flettibus, ac celebritatibus lege prospexit, ut omnem immodestiam intemperantiamque cohiberet, exire cum tribus tantum vestibus iubens.*

3. Nam Gallis nobilioribus.] Strabo lib.4. Gallorum habitus describens, sic ait, *Etenim aurea illis sunt gestamina, collo quidem torques: manibus autem & lacertis armilla, dignitatis honores tintas gestant vestes, & auro pictas. & paulo ante, *Lana quidem aspera, ceterum oblongis villis, unde & hirsuta texunt sagula.** Diodorus Siculus l.6. aut aliorum suppuratione s. cap. 9. *Manuum articulis, inquit, & brachia armillis aureis exornant. Circa collum insuper grandes torques gestant ex solido auro, & in digitis annulos.* Et aliquot interjectis,

Sagula ferunt virgata: hyeme quidem crassiora, æstate subtilia. Et ad id quod de Sagis dicitur spectat, quod Cicero in Orat. pro Fontejo Gallos vocat Sagatos.

4. Brachas.] Sueton. in Jul. Cæsare cap. 82. *Galli in curia brachas deposuerunt, latum clavum sumpererunt.* Vopiscus in Aurelianii triumpho de Xenobia Imperatrice, *Inter haec fuit Tetricus chlamyde coccinea, tunica Galbina, brachis Gallicis ornatus.* Tacit. lib. 18. *Ornatum Cecinae mancipia & colonia in superbiam trahebant, quod versicolore sagulo, brachas tegimen Barbarum indutus, Togatos alloqueretur.* Hinc Narbonensem provinciam ante Brachatam dictam fuisse constat Plin. testimonio lib. 3. cap. 4. Ceterum D. Hietonym. ad Fabiolam de veste sacerdotali, & Divus Ambrosius lib. Officior. 1. *Brachas appellant feminalia, siue femoralia, quibus pudibunda velatiuntur.* Græcis σεμεῖαν vocantur. Nostri vulgo brayer, ou hant de chausses, vocant. Alii scribunt gemino ec. fine aspiratione.

5. Longis femoralibus.] Strabo d. I. 4. *Sagis, inquit, vestiuntur, comas nutriunt, prolixis utuntur femoralibus.*

6. Auro pictas.] Strabo ibi.

7. Intonsas & varii coloris.] Strabo d. lib. 4. Diodorus ubi supra. *Vestes ad terrorem intonsas & coloris varii ferunt.* Et hoc alludit Tacitus loco citato in verbo, *Brachas.*

coloris¹ quas anaxyrides Græci vocant: tum² collo tor- *Ana-*
ques & monilia, frequens mos fuisse traditur. Quas qui- *xyri-*
dem brachas, non apud Gallos modo,³ sed Medos⁴ & *des.*
Scythes⁵ aliosque barbaros in usu comperimus: ⁶ Tum *Bra-*
endromides⁷ & cuculli frigoribus apti,⁸ Gallorum propria *cha-*
Endro-
com- *mis.*
Cucul-
li.

¹ Quas Anaxyrides Græci vocant.] Diodorus ubi supra, scribit Gallos Anaxyrides brachas vocare, his verbis, "Εἴδον τὸν ξεῖνον κατατρυπάναις, κλωναῖς ποτέ τε τοις χειρέμεσσι παντούνοις διλεπούμενοις, καὶ αὐτοὺς εἰδας ἐνείνοις βεγκάς περιουσιοφόροιν. Id est, vestibus autem utuntur mirabilibus, tunicas quidem tingunt floridas, & Anaxyrides illi appellant.

² Collo torques & monilia.] Dictum est supra in verbo, Nam Gallis nobilio-ribus.

³ Sed Medos.] Brachatos appellat Persius satyr. 3.

Quaque docet sapiens brachatis illita
Medis

Porticus in somnis. —

Et quisquis est in carinæ Priapejo,
· Medis laxior Indicisque brachis.

Ex quo etiam intelligis Indos his uti solitos.

⁴ Et Scythes.] Hoc etiam vestium genere usos esse Scythes testatur Ovidius lib. 5. Tristium eleg. 8.

Pellibus & laxis arcere mala frigora
brachis,

Oraque sunt longis horrida testa co-
mis.

⁵ Aliosque Barbaros.] Brachis Persas usos esse, testis est Herodot. lib. 8. breves arcus ac brevia spicula, longas brachas gerentes, in pugnam eunt. Ovid. d. lib. Trist. 5. eleg. 11.

Hos quoque, qui geniti Graja creduntur
ab urbe,

Propatrio cultu Persica bracha tegit.

Et Sarmatas apud Pomponium Melam l. 2. cap. 1. Valerium Flaccum lib. Argonauticon 5.

Et jam Sarmaticis permuntant carbasa
brachis.

Lucanum lib. 1. Pharsalia,

Et qui te laxis imitantur Sarmata bra- *chis*

Vangones. —

De Indis autem jam diximus ex ob-
scuro carinæ.

⁶ Tum endromides.] De his bis dictum est supra: sed quod frigori ar-
cendo conveniat, ut hic dicit, testimoni-
o est Martialis lib. 4. epig. 19.

Sordida, sed gelido non asfernanda
Decembri

Dona, peregrinam nuntias endromi-
dem.

Et Juvenalis satyr. 3. ostenderis Græ-
cos peritissimos esse ad adulandum:

— Igniculum Bruma si tempore pefcas,
Accipit endromidem: si dixeris, & fluo,
fudat.

Idem satyr. 6. taxat mulieres Roma-
nas quod endromide Tyria uterentur.

⁷ Et cuculli.] Columella l. 1. cap. 8.
eodemque ult. Cultam vestitamque fa-
milian magis utiliter, quam delicate habeat,
mutitamque diligenter à vento,
frigore, pluiaque: que evicta prohiben-
tur pellibus manicatis, centonibus confe-
dis, velsagis cucullis. Id si fiat, nullus
dies tam intolerabilis est, quonon sub di-
vo motiri aliquid possit. Est autem ca-
pitis tegmen, quod vulgo nostrates
Cappam vocant. Ex quo Martialis l. 5.
cap. 14.

Iline cucullo prospicit caput testus.
Et de hoc quoque Juvenalis satyr. 3.

Contentisque illie tencito, duroque cu-
culo.

Et satyr. 6. Et hunc alii cucullionem di-
minutive Græcorum forma, vocant:
& in his Cato Rei rusticæ, c. 2. & 135.
& Julius Capitolinus in vita Veri, his
verbis, Fertur in tantum vitiorum Ca-
norum & Neronianorum ac Vitelliorum
fuisse canulum, ut vagaretur nocte per ta-
bernas

*Vecto-
nes.
Moni-
lia fer-
rea.*

*Gni-
dani.*

*Cure-
tes.*

*Andri-
machi-
des.*

*Ara-
bes.*

Indi.

*Naba-
thæzi.*

Medi.

commenta sunt.¹ Apud Vectones² & Cantabros, mulieres monilia ferrea collo circundare, & à fronte protensum umbraculum, quod attrahant, quum velint, & retrahant.
³ Alias potentas coimas in altum erigere, illasque baculo obvolvere: nonnullas sinciput expilare, magni decoris putabatur.⁴ Gnidanorum uxoribus, qui juxta Lotophagos sunt, multi aestimabatur, fimbrias pelliceas ferre plurimas, quas munera adulterii sumebant, illaque præcipue dignationis erat, quæ pluribus fimbriis muniretur.⁵ Sic ut Curetibus, qui Ætoliam incolunt, longas stolas puellares induere.⁶ Et Andrimachidarum uxoribus utroque crudere æneam armillam innectere.⁷ Arabibus Nabathæisque, tunicas cum subligaculis ferre.⁸ Indorum fuit ornatus in veste candida, & carbasis miræ tenuitatis auro purpuraque distinctis.⁹ Medorum oculis pictis incedere, colorato capillo, coma protensa, circa collum monili, & armillis circa manus, capite velato,¹⁰ veste pellucida & fluida.

Con-

bernas ac luponaria, obtecto capite cuculione vulgari viatorio.

⁸ Gallorum propria commenta.] Scilicet ipsi cuculli, qui proprie Gallorum sunt, præsertim Santonum Gallia po- pulorum. Juvenalis satyr. 8.

— Si nocturnus adulter,
Tempora Santonico velas adoperta cu-
culo.

Et Martialis lib. 14. epig. 128.

— Gallia Santonico vestit de bardo cucullo. Nam ita appellat veluti cucullum bardorum, qui ipsis ex Gallis erant, in primis studio philosophia, vaticinationibus, & carminum laudati, Straboni lib. 4. Diodoro Siculo lib. 6. c. 9. & Lucano lib. 1. Cucullorum etiam bardicorum mentio fit apud Jul. Capitolinum in vita Pertinacis.

¹ Apud Vectones.] Vectiones legendum est ex Strabone, qui hæc de illis scribit lib. 3.

² Et Cantabros.] Idem Strabo ibid.

³ Alias potentas.] Hæc usque ad versic. Gnidanorum uxoribus, sunt Stra-

bonis ibi, d. lib. 3.

⁴ Gnidanorum uxoribus.] Herodot. lib. 4. Gindanos hos vocat.

⁵ Sicut Curetibus.] Strabo lib. 10. Curetum nominis rationem reddens, sic ait, Curetas Ætoliam habitantes nomen hoc adeptos esse ferunt, quia sicuti x̄p̄q̄, hoc est, puellæ, mulieres longas stolas induunt.

⁶ Et Andrimachidarum.] Strabo lib. 4.

⁷ Arabibus Nabathæisque.] De his duobus Strabo l. 16. paulo ante finem, Tunicae, inquit, insubligaculis & sandalibus.

⁸ Indorum.] Strabo lib. 15. & Q. Curtius lib. 8.

⁹ Medorum.] Hæc usque ad ea verba, Veste pellucida, sunt Xencphantis Pædia Cyri lib. 1. Et idem de Persis, ut scilicet, oculos suppingenter coloribus, tradit idem auctor ejusdem operis lib. 8.

¹⁰ Veste pellucida & fluida.] Justinus lib. 41. ubi idem dicit de Persis.

I Con-

¹ Contra vero Persarum: nam crassiore utebantur, laxa & *persæ*.
 fluxa cinctura, nonnunquam stola Semiramidis. ² Quare Alexander Macedo utrorumque inspecto habitu, Persicam induit vestem, Medorum admittere recusavit. ³ Sic Gratianus Cæsar, devictis Germanis, Romanum neglexit cultum, amictu Alano atque equo pariter usus. ⁴ Assy- *Affy-*
riorum mos erat duplici amiculo vestiri, altero lineo ad *riii.*
 pedes demissio, altero laneo, quod superinduebant. Mau- *Mau-*
 rufiis crassam vestem, aut laceram quam induebant, pro *rufiis.*
 tempore variare vetabatur. ⁵ Persæ amictum habent æsta- *Persæ.*
 te purpureum, hyeme varium. ⁶ Troglodytæ serpentum
⁷ & piscium coria. ⁸ Massagetae ex arborum corticibus *Massa-*
 amictus intexebant, Scythicis fere similes. ⁹ Mardo- *geta.*
rum genti proprium fuit crassorem vestem & non ultra
 genua induere, proque capitis ornatu fundam fronti anne-
 ðtere. ¹⁰ Indi quoque dissimiles habitus corporis mira spe- *Indi.*
 cie

¹ Contra vero Persarum.] Diximus supra ex Strabone & Curtio in verbo, *Quamvis Persici reges.*

² Quare Alexander Macedo.] Plutarchus tum in vita ipsius, tum in libro, de Fortuna aut virtute ejusdem Alexandri, & Q. Curtius lib. 6. Justin. lib. 12.

³ Sic Gratianus Cæsar.] Paulus Diaconus lib. 11. de Gestis Rom.

⁴ Assyriorum.] Herodot. de Babylonis loquens, qui & ipsi Assyrii sunt, lib. 1. & Strabo lib. 16.

⁵ Persæ.] Scilicet Principes ex Strabone lib. 15. cuius hæc sunt, ut & supra diximus. Nam, ut illic subdit, multitudine tunicam duplam gerit, ad medium usque tibiam descendenter, circum caput Sindonii panni volumen.

⁶ Troglodytæ serpentum.] Troglodytas vesci, non vestiri, carnis serpenti, tradit Solinus cap. 45. *

C O L E R U S.

* Sed forte ex Strabone colligere voluit lib. 17. ubi ait, quosdam barbarorum serpentum ac piscium coriis usos.

T I R A Q U E L L U S.

⁷ Et piscium coria.] Ut & Chelonephagi ex Pomponio Mela lib. 2. cap. 8. quo de sinu Persico loquitur. Plin. 1. 6. cap. 24. Solino cap. 67. in fin. *Chelonephagi coriis piscium vestiuntur.* Strabo lib. 16. *Chelonephagi testudinum testis vestiuntur, que adeo magnæ sunt, ut vel in eis navigent.*

⁸ Massagetae.] Strabo lib. 11. Idemque de Germanis dicit Pomponius Mela lib. 3. cap. 3. ubi de Germania, sic scribit, *Viri, inquit, sagis velantur & libris arborum.* Strabo lib. 15. scribit, Indicos philosophos, quos Sylvicolas appellant, vestes ex arborum corticibus habere. Herodotus libro 1. paulo ante fin. *Massagetae, inquit, & amictum, & vicuum habent Scythico similem.*

⁹ Mardorum.] Q. Curtius Mardorum mores & cultum corporis describens, sic ait, *Come prominent hirtæ, vestis super genua est, funda vincunt frontem: Hoc & ornamentura capitis & telum est.*

¹⁰ Indi.] Strabo lib. 15. in diversis locis. Pomponius Mela lib. 3. cap. 7. de India Solinus c. 65.

cie variarunt. Namque alii nudi agunt, ¹ nonnulli pisium, ² ferarum aut avium pellibus amicti sunt, ⁴ plerique lino, multi lana vestiuntur: alii in cultu corporis ita accurati, ut ⁵ faciem coloribus pingant, ⁶ candidam vestem in-

I Nonnulli pisium.] Arrianus l. 8. Rerum gestarum Alexandri. Solinus c. 67. in fin.

2 Ferarum.] Scilicet Sobii Indorum populi apud Curtium lib. 9. Sobii pelles ferarum pro veste, clavæ pro telo erant. Indi quoque apud Arrianum d. lib. 8. cuius hæc sunt verba, *Indi pastores fuisse, quemsadmodum & Scythæ, qui neque agricultura student, neque urbes incolunt, neque templo diis extruunt: sed planis errabundi in alia atque alia loca pro tempore commeant: pellibus ferarum, quas venando occiderant, amicti, arborum foliis pascebantur.* & Sibesii, gens India, pellibus amiciebantur, ut Arrianus scribit eodem lib. 8. Atque etiam Indi maritimi, apud eundem Curtium dicto libro nono, his verbis, *Ferarum pellibus tecki, pisibus sole duratis & majorum quoque beluarum, quas fluctus ejicit, carne veseruntur.* Qui & ipse postea in genere dicit, Indos pellibus ferarum, quas venando occiderant, amictos fuisse. Quod & ipsum de Germanis tradit Tacitus, de Moribus Germ. & Ägyptiis Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1. Et ex his est illud Lucretii l. 5. *Nec dum res ignoscibant tractare, neque uti pellibus & spoliis corpus vestire seruum.*

Ceterum alii caprarum pellibus vestiebantur, ut Getuli & Sardi ex Varzone lib. 2. Rei rusticæ cap. 11. ad fin. Scythes quoque pellibus pro vestibus uti testimonio est illud Arriani, quod superius citavimus. Et Virgil. de his loquens lib. 3. Georg.

Et pecudum fulvis velantur corpora setis.

Ubi Servius tradit, hujusmodi vestes Rhenones dici, citatque Salustium in historiis. Sed cui adde quod scribit Cx-

far lib. 6. bellum Gallici, Germanos uti parvis rhenonum tegmentis. * Hucque etiam spectat quod de Camilla sribit Virgil. lib. 11. Aeneid.

Pro crinali auro, pro longæ tegmine palæ,

Tigridis exuvie per dorsum à vertice pendent.

Et de alio quopiam lib. 8.

*Quemfulvæ pelle leonis,
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.*

Strabo l. 15. scribit Montanos Indæ pellibus cervorum uti, & peras, radicibus & medicamentis plenas gestare.

C O L E R U S.

* *Rhenones vocant Galli pelles & exuvias ferarum.* Quod eos à Græcis accepisse omnium eruditissimum Scaliger autumat, qui *plūas rāmūas* vocant. Nam & ipsos Gallos aliquando Græce locutos esse. Germani etiamnum juvencos parvos vocant Kinder.

T I R A Q U E L L U S.

3 Aut avium.] Seneca ad Lucilium epist. lib. 14. epist. ejus lib. 2. omnium ejus operis 90.

4 Plerique lino, multilana vestiuntur.] Solinus cap. 65. de Indorum cultu loquens, sic scribit, *Alii lineis, ali laneis pepitis vestiuntur, pars nudis.* Pomponius Mela lib. 3. cap. 7. de India loquens, eadem scribit. Adde & alios ex Indis ferre vestem de tegete, quam ubi è flumine messuerunt, incidenturque, plectentes in modum storet, tanquam thoracem sibi induunt.*

C O L E R U S.

* Isidorus lib. 19. cap. 23. Persis quoque linimenta tribuit. Sic enim lego, non linimenta.

T I R A Q U E L L U S.

5 Faciem coloribus pingunt.] Strabo libro 15. Arrianus lib. 8. *Barbam, ait, Indos*

induant, aurum gestant, ¹ lapillis ornentur. ² Mauri leo-^{Mauri.}
num, pardorum & ursorum tergoribus, ³ alii serpentum &
piscium coriis velantur. ⁴ Scythiae magna pars tergore vul-
pium & murium operti incedunt, ⁵ sicut Geloni hostium ^{Geloni.}
cutibus. ⁶ Britanni reliqua nudi, ventrem & cervicem fer-^{Britan-}
no cingunt. ⁷ Hispani primum breve sagulum, mox stolas ^{Hispa-}
& togas Romano more accepere, quare stolati dicti & ^{ni.}
togati. ⁸ Gymnesiarum incolae junceo ornantur amictu, ^{Gym-}
^{nesc.} ⁹ Belgæ hirsuto sagulo, ¹⁰ Germani sago cuin fibula: aut si ^{Belge.}
desit ^{Germani.}

Indos alio atque alio colore fucare: ut in
aliis alba, in aliis phœnicea, in nonnullis
russa, in quibusdam viridis, in aliquibus
nigra videatur. Similiter Agathyrsi.
Virgil lib. 4. Aeneid.

— *Picti*que Agathyrsi.

Ubi Servius: *Agathyrsi*, populisunt *Scy-
thie*, colentes *Apollinem Hyperboreum*,
Picti, non stigmata habentes, sed pulchri,
id est, *Cyanea coma* placentes. Hos Plinius lib. 4. cap. 12. scribit habere ca-
pillos cœruleos. Pomponius Mela l. 2.
cap. 1. ubi de Scythia Europæa loquens
sic scribit, *Agathyrsi* ora artusque pin-
gunt, ut quique maioriibus præstant, ita
magis vel minus: ceterum iidem omnes
notis, & sic ut ab iuri nequeant. * Solinus
cap. 25. *Geloni*, inquit, *Agathyrsi* col-
limitantur cœruleo picti colore, fucat in
cœruleum crinibus. Et *Geloni*, de qui-
bus & Virgil. lib. 2. Georg.

Eosque domos Arabum, pictosque
Gelonus.

COLERUS.

* An hi sunt, quos proprio nomine
Pictos vocavit antiquitas? Isidor. lib.
19. cap. 23. sic scribit de illis: *Nec
ab eis gnis Pictorum, nomen à corpore ha-
bens, quod minutis opifex acus punctis &
expressis nativis graminis succos includit,
ut has ad sui speciem cicatrices ferat, pi-
ctis artibus maculosa nobilitas.*

TIRIQUEI L U S.

6 *Candidam vestem induant.*] Strabo lib. 15. In cultu, inquit, corporis ni-
mii: nam & aurum gestant, & lapillis
ornantur, & sindonem candidissimum

induunt, & umbellas secum portant.

1 *Lapillis ornentur.*] Ut Nisæi, qui
& ipsi sunt Indorum populi, uteban-
tur ueste distincta maculis, ut prodit
Arrianus lib. de Gestis Alexand. 8.

2 *Mauri.*] Strabo lib. 17. Leonum,
& pardalium, & ursorum pelles in-
duunt, & dormientibus subscernunt.

3 *Alii serpentum.*] Strabo d. & o lib-
bro paulo post, Nonnulli ex iis barba-
ris serpentum ac piscium coriis indumen-
tis ac stramentis utuntur.

4 *Scythie magna pars.*] Seneca l. 14.
epistol. ad Lucilium epist. ejus lib. 2.
omnium ejus operis 90. Nam hodieque
magna Scytharum pars tergis vulpium
induitur, quæ tactu mollia & impenetra-
bilia ventis sunt.

5 *Sicut Geloni.*] Herodotus lib. 4.
Solinus cap. 25. *Geloni* de hostium cuti-
bus, & sibi indumenta faciunt & equis
suis tegmina. Pomponius Mela lib. 2.
cap. 1. ad finem. *Geloni* hostium cutibus
equos sequè velant: illos reliqui corporis,
se capitum.

6 *Britanni.*] Herodotus lib. 3.

7 *Hispani.*] Livius 3. Dec. lib. 2.

8 *Gymnesiarum.*] Strabo lib. 3. au-
toritate Phileta in lib. Interpretatio-
num, *Hirta*, inquit, vestis, sordida, ra-
rus limbus involvitur, & junceum or-
namentum, pirinde ac juncis circum-
cinctis: fundas vero aut juncetas, aut è
setis aut nervis contextis gestant.

9 *Belge.*] Strabo lib. 4.

10 *Germani.*] Pomponius Melal. 3.
cap. 3. quo de Germania scribit, Vir-
ait,

desit fibula, spina conserta: locupletes vero stricta veste singulos artus exprimente. Quinetiam apud veteres sapientiae professores, diversi cultus corporis ornatusque fuere. Namque,¹ Diogenes corpore seminudo fuit, veste humili & sordida; qui quum Rhodios veste conspicuus cerneret, illos duxit niinium insolentes: rursus quum Lacedæmoniis in veste sordida & inhonestâ occurrisset, etiam hos insolentes nuncupavit.² Pythagoras alba amictus veste,³ neque ex mortuo animali quippam ferens, auream coronam gestabat,⁴ nonnunquam purpuratus.⁵ Crates manticam & sordidum palliolum.⁶ Aristippus Socraticus Milesiam chlamydem, aliquando amictum vilorem induebat,

Corona aurea Pythagoras.
ait, *sagis velantur, aut libris arborum.* Cornelius Tacitus de Moribus Germanorum, sic scribit, *Tegmen omnibus sagum, fibula: aut si desit, spina conservatum.* Cæsar libro 6. belli Gallici, *Pelibus, inquit, aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.* De Rhenonibus autem supra diximus.*

COLE R U S.

* Alii tamen *Sagum adsignant Gallos*, atque hanc vocem Gallicam esse omnino Plinius & ali contestantur. Vide & Varronem lib. 4. de ling. Lat. sub finem. Plinius alicubi scribit Gallorum inventum esse, sagos scutulis dividere, ubi scutulas in veste vocat, quas Diodorus τὰ πλαγία. Et scutulatum sagum idem, quod Virgilio & Propertio virgatum. Adde Isidorum lib. 19. cap. 23.

T I R A Q U E L L U S.

1 Diogenes.] Ælianus lib. 9. de varia Historia, tit. de splendide vestitis, sic scribit, *Diogenes cum venisset Olympia, & Rhediacos quosdam adolescentes videbat preciosissimis magnificisque vestibus amictos, cum risu inquit: Hoc nihil præter fastum. Deinde cum incideret in Lacedæmonios laceris squalentibusque tuniciis amictos: Hæc, inquit, longe alia est superbia.* Et vide in nostris le-

git. Connubial. l. 3. num. 56. incipit *Diogenes.*

2 Pythagoras.] Laërtius in vita illius. Ælianus de varia Historia lib. 12. cap. 32. *Pythagoras, inquit, Samius alba teste amicibatur, & gestabat coronam auream, atque anaxyrides.* Maximus Tyrius Philosopher Platonicus, Sermone 37.

3 Neque ex mortuo animali.] Philostratus in vita Apollonii lib. 1. in princip. *Vestitum, inquit, ex morticina materia confectum, renuisse Pythagoram dicunt, & ab animantium omnium ejus abstinuisse: nec tale quicquam omnino sacrificandum putasse.*

4 Nonnunquam purpuratus.] Maximus Tyrius ubi supra in fine. *Pythagoram quidem purpura vestitum, Socratem vilissima stola, Xenophonem & thorace & clypeo armatum, Sinopeum pugilem, Telephus ipsius exemplo, baculo ac pera instratum: quorum omnium ornatus cum persona, quam gererent, optime faciebat.*

5 Crates.] Thebanus scilicet. Laërtius in Cratis Thebani vita.

6 Aristippus.] Laërtius in vita ipsius, & Plutarchus in lib. de Fortuna aut virtute Alexandri. Maximus Tyrius ubi supra: *Aristippus, inquit, ille, qui purpuram gestaret, unguentisque oblitus esset, haud intemperanter Diogene fuit.*

bat, cætera nudus.¹ Aristoteles vero decorus habitu, & nitido vestitu fuit, tonsa co^mna, digitis redimitis auro.
² Hippias cultu visendus suis manibus elaborato,³ sicut Apollonius Tyaneus linteis, &⁴ Gorgias purpura conspicuerant. ⁵ Heraclides molliori veste,⁶ Zeno tenui pallio. ⁷ Empedocles Agrigentinus præter purpuram, etiam calceamentis ærcis incedebat. ⁸ Demosthenes molli tunica & nimis accurata,⁹ Aristides trita lacerna,¹⁰ Socrates vi-
 lissima stola,¹¹ Xenophon cum thorace & clypeo. Fuitque Homeri opinio, antiquissimos Græcorum pelles leonum
Anti-
quorum
vesti-
tus ex
animu-
lii pel-
libus.
 pardo-

¹ Aristoteles.] Eadem scribit Ravius Textor Niverneensis in sua officina: sed nullum citat auctorem. Sed id est Diogenis Laërtii in vita Aristotelis in principio.

² Hippias.] Aelianus de varia Historia lib. 12. cap. 32. scribit Hippiam purpureis vestibus amictum in publico versatum esse.

³ Sicut Apollonius Tyaneus.] Philostratus in vita illius, lib. 1. cap. 6. Primum, ait, ex animalium vellere confectas vestes respuens, linteis amiciri decrevit, & simul comam nutritre capit, & alibi st̄pē apud eundem Philostratum.

⁴ Gorgias.] Aelianus d. lib. de varia Hist. c. 32. scribit eum purpurcis vestibus usum suisse.

⁵ Heraclides.] Ponticus scilicet. Laërtius in vita illius, *Hic, inquit, mollicula veste utebatur, tumen-
tique fuit corpore, adeo ut illum Attici non jam Ponticum, sed Pompicum vo-
carent.*

⁶ Zeno.] Laërtius de Zenone Cittico hac scribit, *Erat autem patientissimus, & simplicissimi viitus, crudisque cibis tantum utebatur, & tenui pallio.*

⁷ Empedocles.] Laërtius in vita illius, auctoritate Neanthis & Phavorini. Aelianus varia Historia lib. 12. cap. 32. Empedocles vero Agrigentinus, inquit, purpura utebatur & calceis æmis. Philostratus in Helladicis.

⁸ Demosthenes.] Gellius lib. 1. c. 5. Demosthenem, ait, tradunt & vestitu cæteroque cultu corporis nitido, venustaque, nimisque accurato suisse. Perrus Crinitus lib. 6. cap. 9. uti etiam Demades ejusdem temporis orator eximius, ex Plutarcho in Phocione, cuius haec verba sunt, *Nam tibi uni, inquit Phocion, maxime omnium civitas jure crediderit homini unguentato, & myrtum undique redolenti, quove nemo videri cupiat, aut in vestitu splendidior, aut domitorior, aut in omni luxus genere delicateior.*

⁹ Aristides.] Plutarchus in Aristide. Cum ipsum trita lacerna indutum, in luce omnium, in oculis civitatis venire intueamini. Philostratus in vita Apollonii lib. 6. c. 11. scribit Aristidem Athenas rediisse eadem veste, & quidem vili ac semilacera.

¹⁰ Socrates.] Maximus Tyrius d. Sermones 37. iam supra citato, ubi de Pythagoræ purpura scripsimus. Sed & adde crepidibus, ex Aeliano varia Historia lib. 4. cap. 11. ubi de Socratis delitiis.

¹¹ Xenophon.] Maximus Tyrius ubi supra, & Aelianus ejusdem illius operis lib. 3. cap. 24. de Xenophontis pulchritudinis amore, Dicitur, inquit, habuisse scutum Argolicum, thoracem Atticum, galeam Bœotio artificio factam, equum Epidanum.

^{cultus} pardorumque, ovium & caprarum ac luporum à principio induisse. Postea impotentia muliebri eo vesaniæ processum fuit, ut maximos induitæ cultus,² purpuraque & auro, ac gemmis redimitæ procederent: armillas annulosque in digitis aureos, colloque monilia, & catenas circa latera margaritis inserta, in auribus vero uniones & cylindros ad ostentationem luxus, Romanæ mulieres ferrent: ipsasque auro fulgentes juncto vehiculo & carpentis, festis profestisque diebus per urbem perque oppida vehi proditum sit. Quod non modo Romanis, sed & sociorum Latini nominis uxoribus decoris causa tributum ferunt: quibus quidem vehiculis nisi castæ & spectatæ probitatis fuissent, alias uti non decebat: à quibus viri una sedentes, descendere minime cogi poterant, quasi in tuto essent præsidio privilegio uxoris. ³ Quare Domitianus Cæsar novo statuit edicto ut probrosis fœminis lecticae usus adimetur. ⁴ Fuitque apud Athenienses servatum, ut Atticæ fœminæ Doridam vestem, quam prius in duebant, simili man Corinthiæ, ne fibulis necterentur, in lineam commutarent: ⁵ & à Syracusanis lege sancitum, ne viri aut mulieres majori sumptu ornarentur, ni prius se constupratas, & omni nequitia impudicas docerent. ⁶ Quod prope cum

¹ Pardorumque.] Homer. lib. 3. Iliados post princ. ubi non Graci, sed Paris introducitur;

² Ηρακλεῖν ἀπόστολοι εἶχον.

Id est:

Pellent pardi hymenis halens.

³ Purpuraque & auro.] Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. de usu vini mulieribus interdicto. Ceterum, inquit, ut non tristis earum & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperat, effet indulgentibus maritis, & auro abundantia & multa purpura esse sint: & quo surmanam suam concinniorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt.

⁴ Quare Domitianus.] Suet. in vita illius cap. 8.

⁴ Fuitque apud Athenienses.] Strabo lib. 5.

⁵ Et à Syracusanis.] Philarchus lib. Historiarum 25. & ex eo Athenaeus Dipnosophistar. lib. 12. cap. 6. legem apud Syracusios fuisse scribit, qua cautum erat, ne mulieres auro ornarentur, neve floridas vestes gestarent, ac neque purpureos habentes contextus, nisi si qua se publicam amicam esse faceretur.

⁶ Quod prope cum Ephesiis.] Cicero lib. 5. Academicarum Quæstionum, ubi Heraclitus Physicus Ephesiis taxans ob expulsum urbe Hermodorum, Universos, ait, esse morte multando, quod cum civitate expellerent Hermodorum, ita locutis sint, Nemo de nobis unius excels-

qui Ephesiis compar fuit, qui quin viii inquinatissimi essent, neminem frugi vivere passi sunt. Hermodorumque, quod vir probatissimus esset, urbe exegere: ' qui Romæ postea leges decemvirales interpretatus, ² statua in comitio à populo donatus fuit. Hoc quoque inter cætera notatum est, ³ consules paludatos, ⁴ nonnunquam trabecatos, ⁵ paludatis lictoribus ad bella ducere solitos. ⁶ Namque erat paludamentum vestis imperatorum, qua sumini ^{Palau-} duces, persæpe utcebantur: ⁷ ornatus tamen ^{dame-} militaris, ^{tum} quam

excellat, sed si quis extiterit, alio in loco,
Et apud alios sit. Strabo lib. 14. huic sententia quadrat, sic scribit, In Epheso fuisse viii memoratu digni, ex antiquis Heracliti, cui cognomentum fuit Scotinus: item Hermodorus, de quo hic idem Strabo inquit, Dignos esse omnes Ephesios strangulari, qui Hermodorum vitium inter eos frugi ejecerunt, dicentes, Nemo instrumentum fingi posset, alioquin cum aliis ejiciatur. Laertius in Heraclito Ephesio in princip. Acrier, inquit, Ephesios caput, quod amicorum suum Hermodorum ejicerent, dicebat, Alienatus Ephesi omnes adulti mori, impuberibus que subeget delinqueret, quoniam Hermodorum sui præstantissimum expulerunt, dicentes, Negrum non in equalis sit: quod si quis erit talis, diligit et cum aliis.

¹ Qui Romæ.] Strabo ad hæc quæ in prædicto diximus subjiciens, inquit, His vir leges quasdam videtur Rimanis conscripsisse. Hunc Plinius lib. 14. c. 5. scribit interpretem suisque legum Decemviralium. Plinius verba in seq. subscrivimus. Pomponius Jurisconsultus in l. 2. ff. de origine iutis. §. exactis deinde regib. Hermodorum quendam Ephesij in Italia expletorem, auctorem fuisse Decemviri tradit dodecim tabularum serendarum.

² Statua in comitio.] Plin. dictio lib. c. 5. de Statuis Roma positis, loquens, sic ait, Fuit & Hermodori Ephesi statua in comitio, legum, quas Decemviri scriberant, interpretis publice dicata,

³ Consiles paludatos.] Varro lib. 3. aut aliorum suppuratione 6. lingua Latina. Livius 1. Dec. lib. 9. loquens de T. Vetorio Calvino, & sp. Posthumio Coss. sub jugum missis apud Furculas Caudinas, tum à Cess. avire litigiosi, per udamentaque detrahit. Et 3. Decad. lib. 1. & 5. Decad. lib. 2. de Licinio Coss. & diximus supra l. 3. cap. 3.

⁴ Nonnunquam trabecatos.] Dionysius Halicar. lib. 5. & diximus etiam ubi supra.

⁵ Paludatis lictoribus.] Liv. 1. Dec. lib. 1. & iterum 5. in Oratione M. Serviliū Cos. Et diximus quoque supra d. lib. 3. c. item 3.

⁶ Namque erat paludamentum.] Varro lib. 6. ling. Lat. Valerius Maximus lib. 1. cap. 6. ubi de M. Crassio Corn. Tacitus lib. 18. ubi de Vitellio loquitur. Plutarchus in Crasso, & in Cælare. Plin. lib. 22. cap. 2. Cœcum Imperatoriis dicatum paludamentis. Et vide supra lib. 2. cap. 8. & d. lib. 3. cap. 3.

⁷ Oenatus tamen militaris.] Varro ubi supra. Liv. 1. Decad. lib. 1. Princeps Horatius ibat tergemina spolia præse gerens: cui soror virgo, quæ sponsata uni ex Curiatii fuerat, obvia ante portam Capenam fuit: cognitoque super binumeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa consecravit, solvit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Et iterum lib. 9. & 3. Decad. lib. 5. Inter haec dicta, paludamento circum lacum brachium

¹ quam chlamydem appellantur. ² Militesque sagatos militare domique incedere consuesse. ³ Saga enim, ⁴ chlamys & lacerna, militum vestes fuere. ⁵ Adde etiam lana quā supram īduēbant, licet subsequitis temporib⁹. ⁶ Antoninus Philosophus Augustus milites sub stipendiarios, togatos esse jussit, nec unquam sagatos incedere passus sit. ⁷ Mansitque diu Romae constitutum, ut servi ingenuoruim veste non uterentur: ⁸ quippe qui nec colobia, nec calceos habebant, quæ liberis dabantur. Crepidis

brachium intorto (nam nescita quidem secum extulerant) in hostes impetum fecit. Et alibi s̄pē. Festus autem Pompejus lib. 14. tradit omnia ornamenta militaria paludamenta dici. Et Marcellus de Genere vesti. dicit Alaxam esse tanquam paludamentum barbarici habitus militaris.

[¹ Quam chlamydem appellantur.] Nonius Marcellus dicto lib. de Genere vestimenti. Eutropius autem lib. 10. capi 29. eodemque ult. de Diocletiano Imperat. loquens, Nam prius imperii insignē in chlamyde purpurea tantum erat, reliquaque communia.

[² Militesque sagatos.] Capitolinus in M. Philosopho. Per Brundisium veniens in Italiam, togam & ipse sumpsit, & milites togato esse iussit: nec unquam fuerunt sagati sub eo milites.

[³ Saga enim.] Sagum, vestis est index belli, ut toga pacis, quam tamen Consulares non gestabant: id quod ostendit Cicero Anton. 8. Evidem P. C. quanquam hoc honore usi togati esse solent, cum est in sagis civitas: statuit tamen, à nobis ceterisque civibus in tanta atrocitate temporis, tantaque perturbatione populi Romani non differre vestitu. Sagum Nonius, ubi supra, dicit esse vestimentum militare. Nam & hinc ad saga iri, pro eo quod est apparari bellum & ad arma procurare: quod probat multis auctoritatibus Erasmus Chiliad. 4. centur. 8. cap. 10. Sagati etiamnum erant ad bella exentes, ut paludati Consules, & reliqui exerci-

tium Duces, qui Imperatores etiam vocabantur.

[⁴ Chlamys.] Nam & inter militares vestes ponitur Polluci lib. 7. c. 3. & Cassiodoro Variarum lib. 14. ep. 9. & dictum quoque est supra.

[⁵ Et lacerna.] Jam diximus & probavimus esse militarem.

[⁶ Addē etiam lana.] Nonius ubi supra. Læna, inquit, vestimentum militare quod supra omnia vestimenta sumitur. Et vide supra.

[⁷ Antoninus Philosophus.] Supra in verbo, Militesque sagatos, ex Capitoliino.

[⁸ Mansitque diu Romæ.] Ut constat ex seq.

[⁹ Quippe qui nec colobia.] Servius enarrans eum locum Virg. lib. 1. Aeneid.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Colobia autem appellant vestimenta inutila sine manicis & quasi trunca, à verbo Græco, κολοβός, id est, brevio, decurto, inutilo. De quibus crebra fit mentio apud scriptores Ecclesiast. & in decretis Canonicis 19. q. 4. Colobiis antiqui utebantur: & ut auctor est Gellius lib. 7. cap. 12. substrictas & breves tunicas citra humerum desinentes, sine manicis habebant: quod genus Græci dicunt, εξαπίστες. Nam tunicæ manicatae non sine pròbro habebantur. Hæc Beroaldus interpres, in libro 8. & 11. Metamorphos. Apuleji.

dis quoque aut mulleis uti servos aut plebejos, erat lege ^{Note} vetitum. ^{fronti} ^{inustis} ^{servis} ^{& ca-} ^{ptivis.} ^{Litera-}
Syracusani vero, ut discrimen ingenuæ & ser- vilis personæ notaretur, servis equi characterem inusserunt: ^{tis ser-}
^{vi.}
Samii quoque captivos Athenienses, noctuæ figura. ^{Comam} ^{qui nu-}
thenienses vero Samios bello captos, Sameæ navis signo de- formarunt. Nonnunquam servis ^{literas} inusserunt, qui literati dicti. Apud Lacedæmonios quoque ingenui alebant comam, namque omnes comati erant, cum ser- ^{tric-}
bant. ^{VOS}

¹ Syracusani vero.] Plutarchus in Nicia, ad fin. Nonnulli quoque pro servis venditi, quibus equi characterem in fronte inurebant, quod servitutis volebant argumentum esse.

² Samii quoque.] Herodotus lib. 4. Plutarchus in Pericle, Samii persecuti contumelias Athenienses, captivis noctuam in frontibus inusserunt.

³ Athenienses vero.] Plutarchus ubi nuper citavimus. Alianus varia Historia lib. 2. cap. 9. sic scribit, Athenienses captivos Saniorum pundiis in facie notabant, quæ noctuam reservent: quod ipsum etiam Atticum erat psephisma.

COLERUS.

⁴ Literas inusserunt.] Vestigia appellat Ulpian. in fragmentis tit. I. §. II. indicia in facie vel corpore, igne aut ferro impressa. Gajus lib. 1. Inst. 1. §. 4. σίγματα κατὰ τὸ μέτωπον. Theophilus Inst. de libertis: Pœne causa nonnunquam in facie reorum hujusmodi indicia, vestigia, stigmata inscriebantur, quod Constantinus lege lata sustulit, hac additratione, quod facies que ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis, stigmate minime maculetur. Contentus itaque fuit, hujusmodi indicia in manibus & suris reorum imprinsi.

TIRIQUELLUS.

⁵ Qui literati dicti.] Servi literati dicuntur à literis fronti inustis. Fortasse autem id accepit ex eo, quod Plutarchus, ubi supra, tradit Aristophanem comicum ad ea stigmata, de quibus postremo loco dictum est, respicere, cum scribit,

Tom. II.

Σαμίκης ὁ θηρίς εἶναι αἱς πολυγέμειοις.

Id est,

Populus Samiorum valde literatus est. *

COLERUS.

* Et Petronius: Notum fugitivorum epigramma.

Literati dicti.] Alii vocant inscriptos. ut Græci γέγραψεν.

TIRIQUELLUS.

Apud Lacedæmonios.] Herodotus libro 1. Lacedæmonii, inquit, legem tulerunt, ut in posterum comati essent, cum antehac non fuissent. Et lib. 7. Ea Lacedæmoniorum est consuetudo: Quoties adire animæ periculum debent, tunc capita consunt. Plutarchi in Lysandro, in princ. ubi scribit, unde capitibus intonsi orta sit consuetudo, & in Apophthegmatis Imperatorum ubi de Lycurgo, & in Apophthegmat. Laconicis ubi de Nicandro, & Philostratus in vita Apollonii, lib. 8. cap. 3. Spartanoruns Rex Leonidas, fortitudinis causa, comam gestabat, quod amicis modestiorum, hostibus vero terribiliorum, propter ipsam videri se arbitrabatur. Hinc & Spartani omnes nutrire comam cœpere, quod non minus hunc Regem quam Lycurgum, aut Iphitum venerarentur.

Cum servos.] Aristophanes in Avibus:

Ἐπειδὴ δύτα δύλος ὡν κόπελον ἔχει;

Id est,

Ac διν σερβος καμ σιες, ποτας κομαμ;

Nam servis apud Græcos comam nutritre nefas habebatur.

Q

I Idem

vos crines habere non deceret. ¹ Idem in omni fere Græcia, ubi servis nutrire coimam nefas erat: qui etiam ab ingenuis distinguebantur tunica: ² namque amphimaschalon liberis, ³ heteromaschalon servitiis dabatur. ⁴ Apud Romanos vero ab urbe condita ad annum CCCCL IIII. ⁵ juvenes pariter ⁶ ac senes intonfos fuisse liquet. ⁷ Sed postquam Publius Ticinius è Sicilia tonsores adduxit Romanum, inde ut juvenes rasitarent barbam, capillumque tonderent, quando ad annum quadragesimum institutum mansit, post eum vero non licebat. Primus enim qui barbam quotidie rasitaret,

TIR AQUELLUS.

¹ *Idem in omni Græcia.]* Cæteri autem ingenui cives alebant, quod ex eo vel satis liquet, quod Homerus sæpe *Αἰγαὶς παρημούσωντες*, id est, *Græcos erinitos* vocat, quod videre licet ex l. 2. Iliados non semel.

² *Namque amphimaschalon.]* Vestis habens duas manicas, quæ liberis congrebat, ab axillis ita cognominata, quæ Græcis vocantur *μεζχάλαι*, ut Etymologici auctor annotat. Et Rhodiginus lib. 16. cap. 10.

³ *Heteromaschalon.]* Dicebatur vestis servitiis dictata, manicam tantum habens, ex etymo. Cælius Rhodiginus ubi supra.

⁴ *Apud Romanos.]* Plinius Varonis auctoritate lib. 7. cap. 59. Gellius lib. 3. cap. 4. Varro autem lib. Rei rusticae 2. cap. 11. eodemque ult. *Omnino tonsores in Italiam primum venisse ex Sicilia dicuntur*, post Rimam conditam anno quadragesto quinquagesimo quarto, ut scriptum in publico Arde in literis extat, eosque adduxisse P. Ticinum Menam. Olim tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statu, quod plebreque habent capillum & barbam magnam. Hinc Ovid. lib. 2. Fastorum avos intonfos vocat.

⁵ *Denique quodcunque est, quo corpora nostra piantur,*
⁶ *Hoc apud intonfos nomen habebat avos.*

Et capillatum Consulem Juvenalis. Et Catonem intonsum Horatius Car. lib. 2. Ode 15.

— *Non ita Romuli
Præscriptum, & intonſi Catonis
Auspiciis, veterumque norma.*

De quo etiam Lucanus lib. 2.

⁷ *Ille nec horrificam sancto dimovit ab ore*

⁸ *Cæsarem, duroque admisit gaudia vul- tu.*

⁹ *Ut primum tollit feralia viderat arma,
Intonſis rigidam in frontem descendere canos*

¹⁰ *Pausis erat, moſtamque genis increſcere barbam.*

MERCERUS.

¹¹ *Fuſenes pariter.]* Contra Alexandrum morem radendæ barbae, & tondendi capilli Livius agnoscit circa annum 369. Ubi de Manlio Capitolino agit. *Satis constat*, inquit, *magnam partem plebis westem mutasse*, *multos mortales capillum, ac barbam pro-*
misſe. Sed tamen Alexand. Varonem, & Plinium, & alios autores habet, quos verius hac in re sensisse fatis probable est.

TIR AQUELLUS.

¹² *Ac ſenes intonfos.]* Hæc alibi latius & suo loco explicantur.

¹³ *Sed poſtquam P. Ticinii.]* Hæc usque ad ea verba, *Quod ſervis*, ſunt Plini lib. 7. c. 59.

¹⁴ Quod

taret, Aphricanus traditur: deinde Augustus: ¹ quod ser-
vis vilioribus erat inhibitum, qui intonsa barba & capillo
hирto fuere. ² Fuitque animadversum, ante Hadrianum
Cæsarem imperatores barbam sæpe rasitavisse. Ipse enim
ex Cæsaribus primus promissa barba incessit & capillo.
³ Commodus imperator cum nulli tonsori crederet, ⁴ sic-
ut Alexander Pheræus ⁵ & Dionysius, sibi ipse can-
dente carbone juglandium putaminibus barbam adurebat,
⁶ qui etiam fucato capillo cum ramentis aureis incessit.
⁷ Quod de Lucio Vero ⁸ & Galeno imperatoribus tradi-
tum est, qui auri scobem crinibus aspersere. ⁹ Arabes,

*Ramen-
ta au-
re in
capil-
lis.*

Aban-

¹ *Quod servis.*] Diximus rasuram servilem fuisse, & Græcorum mancipia rasa fuisse, idque probavimus au-
toritate Aristophanis in *Avibus*.

² *Fuitque animadversum*] Dion Nicaeus in Trajano. Ælius Spartianus in Adriano, *Statuta fuit procerus, for-
ma compta, flexo ad pectinem capillo, pro-
missa barba, ut vulnera, que in facie
naturalia erant, tegerent.*

³ *Commodus Imperator.*] Lamprid. in vita illius, *Fuit forma quidem corpo-
ris justa, vultu insubido, ut ebriosi solent,
& sermone incondito, capillo semper fucato, &
auri ramentis illuminato, adurens
comiam & barbam timore tonsoris.*

⁴ *Sic u Alexander Pheræus.*] Cicero lib. Offic. 2. Plutarch. in Pelopida, Thalamus in quo dormire consueverat, erat infastigio, atque ante illum cistæ, canis ligatus, terribilis omnibus, præterquam illis, qui consueverant ibi versari, & ei qui dabat cibum. Valerius Max. lib. 9. c. 14.

⁵ *Et Dionysius.*] Cicero lib. 5. Tuscul. quæstion. Ita propter injustam do-
minitus cupiditatem in carcere quo-
dammodo ipse se incluserat, quin etiam, ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit, ita sordido ancillarique
artificio regie virgines, ut tonsiculæ, tondebant barbam & capillum patris, &
tamen ab iis ipsis, cum iam essent adulseæ, ferrum removit: instituitque ut canden-
tibus juglandium putaminibus, barbam

sibi & capillum adurerent. Idem Cicero Offic. lib. 2. *Quid censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cum tres me: uens tonsoris, candente carbone sibi adurebat capillum?* Plutarchus in Dione, *Eo timoris senior Dionysius processerat, ut cum nemini fidem haberet, suspectos omnes duceat mortales, ita ut capitis crines tonsorio radere cultro nequaque auderet, sed pigmentarius quidam accedebat, aduens carbone cesariem.* Valerius Maximus lib. 9. c. 14.

⁶ *Qui etiam.*] Scilicet Commodus: Id enim (ut diximus supra in verbo, *Commodus Imperator.*) de eo refert Lampridius in vita illius.

⁷ *Quod de Lucis Vero.*] Spartianus in Ælio Vero.

⁸ *Et Galeno.*] Gallieno legendum est, qui imperator fuit. Idque de eo tra-
dit Trebellius Pollio in vita illius, *Crinibus suis auri scobem aspersit, radiatus sæpe processit.* Nullus autem ex im-
peratoribus Galenus dictus est.

⁹ *. Arabes.*] Plutarchus in Theseo, Abantes primi anteriorem capitis par-
tem abrascunt: quem quidem morem non
ab Arabibus, ut quidam existimant, didi-
cerunt: nec Myros imitati, sed quid nat-
urabilicos essent, & cominus pugnandi,
ac præter exteriores manus cum hostiis con-
serendi peritia tenerent: & paulo post
infert, Ne igitur illas hostibus ad capien-
dum ansæ darent, tondebantur.

*Qui
caput
tonde-
bant.*

¹ Abantes & Mysii, ne in confictu belli, hostibus præda fo-
rent, anteriorem capillum rasitarunt: ² qui etiam puellarem
capillum in rotundum tondebant, tempora subradentes.
Ferunt ³ Curetas & Ætolas pariter, quum à fronte essent
capillati, & crinibus ab hostibus raperentur, frontem abra-
sisse,

I. Abantes.] Idem Plutarchus ubi
supra, & longo ante tempore Home-
rus libro 2. Iliados in Catalogo non
multo post princ.

Tāv δι ἀρχαὶ οὐρανοῦ περιπολοῦ-
τερούς νομίσθησ.

Id est,

Hunc & simul Abantes sequebantur
veloces à tergo comati.

Vocat enim à tergo eos comatos, vel-
uti essent à fronte decapillati. Statius
lib. 7. Thebaid.

— Chremis atque in terga comantes
Non ego Abantiadas, non te saxosa Ca-
rissē,

Non humiles Ægas, altumque Capharea
dixi.

Pollux composita voce ὁμόδαιον
eodem appellat.

2 Qui etiam.] Scilicet Arabes, ex
Herodot. 13. non adeo longe à princ.
cujus in eam rem hæc verba sunt: κε-
ρυται ἵστοι φένται, φειξυσθίτες τὰς
κερτάζει. id est, tendentur in orbem le-
viter, rasis circumquaque temporibus.
Quod & de Macis traditidem Herod.
lib. 4. Quod scilicet summum verti-
cem capitis tondebant, in medio ca-
pillos crescere sinentes, hinc atque
hinc in orbem tendentes. Sed & Ju-
dex Solymos montes incolentes co-
inam in orbem tondebant, si credi-
mus Chœriolo veteri poëta, cuius hunc
versum citat Josephus in libro contra
Appionem, & Eusebius Euangelicæ
Demonstrationis libro nono.

Αὐγυμνάζει καρπαῖς τεργηστερίδες.
Hoc est,
Squallentes capita, & tonsi orbiculariter
omnes.

3 Curetas & Ætolas.] De his duo-
bus Strabo lib. 10. ubi & ob id illos
κερπῖται, id est, detonsos appellatos suis-

se θντήτης, id est, tonsura, quod &
ipsum tradit Athenæus lib. 12. cap. 11.
ubi adducit in eam rem hos Æschylus
versus ex Phileracho lib. 11. Historia-
rum,

Χριστῆνις πλοκάμῳ ὥστε παρθένοις
ἀλλεγέναις,

Οὐδεν γελάντις κερπίται λαὸν οὐκαν.

Id est,

Fluens capillus mollium instar virgi-
num,

Hinc virginalis dicier gens ambiit.

Eustathius in lib. 23. Iliados scribit,
Curetes ad delicias alentes cincinnos,
venustarum virginum more, à tonsura
nomen esse adeptos. Priori ety-
mo Curetes succenturiantur apud co-
micum Agathonem in Thycete fabula,
gloriantes nomen se accepisse à de-
tensa coma, postquam à connubio
ambitæ puellæ rejecti fuerant, his ver-
sibus,

— Επεὶ τιλι πάρακτι.

Θυγάτερα μυντσύσθητες εἰντυχεμένη
Γάρις, κέρμας κερέψιθα, μάρτυρες
τρυπής.

*Ηπώ ποθενὸν χεῖμα πατέσθη φενί,
Επόνυμον γένες διδύτης κερέμην κλέστο,
Κερῆτες εἶναι κερέμις χάριν τειχός.
Hos versus tumultuaria opera Latinos
fecit Hadrianus Junius, Hormani, Me-
dicus in Commentario de Coma c. 6.
de Tonsura generibus,

Pronactis ambientes gnatæ nuptias,
Paxi repulsam, mox testes libidinis
Comas totundimus, animi solatium
Frustari: gloria hinc sequitur cognomi-
nis

Tonsum ob capillum quod Curetes dici-
muri.

Quanquam & ipse Strabo, & alii id
quoque nomen aliunde illis datum di-
cunt.

sisse, & ab occipite cæsariem nutrisse.¹ Quod de Alexandro Macedone proditum est, qui barbam militibus radi jussit, ne hostili prædæ ansam darent.² Ferunt quoque Machlyes nativa consuetudine occiput crinitum gestare:³ sicut Auses anteriorem capitum partem.⁴ Contra Lycurgus Spartanos milites promisso capillo & comatos esse voluit,⁵ licet more Laconico barbam ad cutem rasitarent: illos propterea aut venustiores, aut visu terribiliores esse arbitratus, apud eos enim populares à cæsarie noscitabantur.⁶ Quod Mauris⁷ & Britannis in more fuit, ut cincinnis ornati essent rutilis comis, & tam composito capillo, ut in incessu vix se contingi paterentur, omni corporis parte abrasi, præter caput & labrum.⁸ Lycii comiam tanti fecerunt, ^{Come cura apud quos.}

¹ *Quod de Alexandro Macedone.*] Plutarchus in Apophthegmatis ipsius Alexandri, & in Thesco. Chrysippus autem lib. 4. de Voluptate, & ex eo Athenæus lib. 13. c. 6. tradunt, Alexandri temporibus radendæ barba morem fuisse primum exegitatum, antea inusitatum, quando ille luxu Persico fractus atque eviratus, Macedonicam asperitatem prorsus exuisset.

² *Ferunt quoque Machlyes.*] Herodotus lib. 4. Machlyes quidem Africae populi, occiput crinitum gestantur, Auses vero anteriorem capitum partem.

³ *Sicut Auses.*] Herodot. ubi supra. Sed his adde Arcades, testimonio Virgil. aut alterius auctoris obseceni carminis,

Fronte crinitos Arcades vides.

⁴ *Contra Lycurgus.*] Plutarchus in vita illius & in Apophthegm. Laconicis.

⁵ *Licet more Laconico.*] Apud Lacedæmonios, ut esset discrimen aliquod inter magistratus & promiscuum vulgus, tum etiam ut plebs, in minimis morigera, imperio assueceret, Ephori magistratum ineuntes, præcipere solebant, auctore Plutatcho in Agide, & in lib. de Sera numinis vindicta, ut

mentum tonderent, legibusque obtemperarent, ne savire cogerentur, teste Aristot. Græce enim est, κείμενα μυσταρια, ex quo liquet noluisse eos tollere penitus virilitatis signum: sed intra quosdam med. ocratidis cancellos coercivisse. Hæc citat Hadrianus Junius in Comment. de Coma, cap. 2. Idem Plutarchus in Alcibiade, & in Cleomene.

⁶ *Quod Mauris.*] Strabolibro 17. Ornare se satagebant come implexu & barba: quo siebat ut inter ambulandum r. viissime se mutuo contingenter, ut intactum mane, et capillorū non decus.

⁷ *Et Britannis.*] Cæsar lib. 5. de bello Gallico, tradit Britannos omnem corporis partem rasitavisse, præter caput & superius labrum, quod barbariei illorum attribuendum est. Cicero pro Roscio Comœdo, in C. Fannio Chærea rasuram vix mancipio dignam detestatur his verbis, *Qui idcirco capite & supercilii semper est rassis, ne ullum viri boni pilum habere dicatur.* Et iterum, *Nonne ipsum caput, & supercilia penitus abrasi, ocre malitians & calliditatem videntur?*

⁸ *Lycii.*] Lycii tanti comam fecerunt, ut ne dubitarint quidem multæ nomine fiscum Mausoli Caria Regis

cerunt, ut ne crines tonderent, æra pœnæ nomine Mau-
solo regi Cariæ solvere non dubitarent.¹ Argivi cum antea
criniti essent, victi à Lacedæmoniis, amissis Tyriis, de-
plorandæ calamitatis causa capillos totonderunt, voentes
se non resumpturos, nisi Tyrias recepissent: ² sicut Sy-
bari à Crotoniatis direpta, universi Milesii capita dera-
serunt, & ingentem luctum ediderunt. ³ Maxies vero
dextram capitum partem comata gerunt, sinistram radunt.
⁴ Lusitani autem comas tondere nefas ducunt, itaque illas
diffundunt ut foeminæ. ⁵ Idem & Galli comati, quibus
plurimus capillus erat, æque maribus & foeminis inde no-
mine imposito. ⁶ Indi capillum pectunt sèpius, quain-
ton-

inexplibilem, & hydropis instar semper fiticulorum, explere, quo liberis
esse & immunibus liceret à legis imperio, quæ crinium tondendorum ne-
cessitatem proponebat, ut refert Aristoteles Oeconomicon lib. 2. quam
legem Condalus, Regis præfectus, commentus fuerat, ut ἐπιτιθέλασιν,
hoc est, congiarium eliceret.

¹ Argivi.] Argivos ob amissam
in campis Thæreaticis victoriam, ac-
cisis in rebus lege cavisle, Ne quis co-
mam nuttiret ante recuperatum pri-
stinae gloriae decus, ab Herod. lib. 1.
proditum legitimus, derelicto priore
comam alendi studio. Ediverso, La-
cones tum victores sanxere, Ne quis
comam tonderet, abrogato more isto
ipsis solenni.

² Sicut Sybari.] Idem quoque nu-
per scripsit vir utique multiscius Ha-
drianus Junius in Commentario de
Coma, cap. 2. nullo præter morem
auctore citato. Verum id est Strabonis
lib. 6. & Herodoti in Erato.

³ Maxies.] Herod. lib. 4. scribit
Maxies dextram capitum partem capil-
latam gesisse, lavam rasisse. Credo-
tamen illos dici etiam Machlyes, de
quibus diximus in verbo, Ferunt quo-
que Machlyes.

⁴ Lusitani.] Strabo lib. 3. scribit,
Lusitanos, qui in montibus horridam

& incultam vitam, humi ferarum ritu
strati, degebant, longas, ut foeminæ,
inferius diffundere coinas solitos. Nec
Persæ quoque comam tondebant, ex
quo à Delphico oraculo peculiari epi-
theto Criniti vocati sunt, apud Hetod-
otum lib. 6. Marcellinus lib. 23. Per-
fas longis capillis hirsutos tradit.

⁵ Idem & Galli comati.] Strabo li-
bro 4. Plinius lib. 11. cap. 37. Ex quo
& comata Gallia eidem Plinio, lib. 4.
cap. 17. & Ciceroni Philippic. 8. Vir-
gil. lib. 8. Aeneidos loquens de Gallo,
qui in summum Capitolii evaserat,
quem Manlius, anserum clangore ca-
su excitatus, umbone deturbatum fa-
cile prostravit, his verbis,

Aurea cæsaries illis, atque aurea ve-
stis. *

C O L E R U S.

* Ibi autæa vestis nihil aliud est,
quam aurea, id est, flava barba. Sic
quoque de Gallis historiæ loquuntur.
Monui in libello meo, Juvenilium cu-
rarum.

T I R A Q U E L L U S.

⁶ Indi.] Quintus Curtius lib. 8.
scribit, Indos sèpius capillum pectere,
quam tondere, mentum semper inton-
sum esse, reliquam oris cutem ad spe-
cieum levitaris exæquare: quinetiam
Regem ipsum in pectendo, ornando-
que capillo, responsa legationibus, &
jura

tendent, barba semper intonsa.¹ Agathyrsi cæruleo fucantur capillo.² Arabes quoque intonsi fuère, barba soluni abraſa.³ Auctores habec, Scythes⁴ & Parthos, quo majorem terrorem incutiant, quoque subita & improvisa formidine hostes magis afficiant, hirsutis crinibus fuisse.
⁵ Idem apud Germanos Cattosque, quibus ruffus erat crinis, coactus in nodum: qui etiam duxere nefas barbam capillumque tondere, aut alio cultu esse, nisi hostis ca-

put

juta popularibus reddere solitum. Solinus cap. 65. Indorum mores scribens, ait, *Indis omnis promissa cæsaries non sine suco cærulei, aut crocei coloris.* Diodorus Siculus lib. 4. cap. 5. scribit, Indorum moris esse per omnem vitam barbam nutritre: huncque morem à Dionysio accepisse, quem barbatum nominaverunt. Strabo l. 5. scribit, Indos in vietu frugales esse, præsertim in castris, comiam & barbam nutritre, ornati plurimo uti, & à furtis magnopere abstinere. Quin & Indos multum posuisse studii in pectendo, testimonio Ovidii lib. 3. Fast. innotescit, epitheto isto hos insignientes,

*Interea liber depexit crinibus Indos
Vicit, & Ego dives ab orbe redit.*

¹ Agathyrſi.] Agathyrſos cæruleo capillo notabiles facit Plinius lib. 4. cap. 12. non adeo procul à fine. Solinus cap. 20. aut aliorum computatione 25.

² Arabes.] De his dictum est supra.

³ Auctores habeo Scythes.] Scilicet Plutarch. in Crassō, & Quintum Curtium lib. 4. ita de Scythis loquentem. At interdu primum occurseras terribiles Scytharum facies, Bactrianorumque, hirta illis ora, & intonsas comas esse.

⁴ Et Parthos.] Plutarch in Crassō. Cum Parthorum ceteri sicut Scythes penitus incultis, atque intonsis de industria crinibus utantur, quo aspectu etiam & facie majorem videntibus terrorem incutiant.

⁵ Idem apud Germanos Cattosque.] De utrisque Cornelius Tacitus lib. de Motibus Germanorum, *Apud Cattos,* inquit, *in consensu verit, ut primum adolescentes adoleverint, crinem barbamque summittere, nec, nisi hoste easo, exuerere votizum, obligatunque virtuti, oris habitum.* Et de Sicanbris, qui & ipsi Germani sunt, Martialis in Amphitheatro Cæsaris epig. 3.

Crinibus in nodum tortis venere Sicanbri,

Atque aliter tortis crinibus Æthiopæ pes.

Et de Germanis in universum Juvenalis sat. 13.

Cernula quis stupuit Germani lumina?

*flavam
Cesariem? & madido torquentem corrua cirro?*

Nempe quod hæc illis natura est omnibus una.

Et Seneca lib. 3. cap. 26. de Ira, *Non est Æthiopis inter suos insignitus color, nec rufus crinis & coatus in nodum apud Germanos dederet.**

COLERUS.

* Idem Seneca epist. 126. *Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum vel effuderis more Parthorum, vel nodo Germanorum vinxeris, vel, ut Scythes solent, sparseris.* Et sic de crinibus ī: nodum contortis Martial. præter versum à Tiraquelle citatum: *Rhenique nodos, aureamque mitrellam.* Terull. Germanis cirros attribuit. Et alii complures, quos congregavit in Notis illis doctissimis ad Tacitum Lipsius.

put ex acie retulissent.¹ Quamvis tradatur Parthorum esse, capillum effundere, Germanorum jungere, Scytharum spar-
Flava gare.² Ægyptiis vero flava coma despiciuerat, & lege
coma cautum, ne quis eam ferret, quod ea Typhonius fuisse di-
apud cebatur,³ sicut Agrigentini cœruleum colorem interdixe-
Ægy
ptios runt, quod eo Pharalidis satellites usi sunt.⁴ Apud Suevos
contem usurpatum est, horrentem capillum ligare in summo,
pta. ut hostibus terrori sint, vel flectere.⁵ Dacæ cum caput ra-
dant totum, in summo vertice cirrum crescere sinunt.
*Riphæi.*⁶ Contra Riphæi: nam mulieres pariter & viri deton-
so sunt

TIR AQUELLUS.

I *Quamvis tradatur Parthorum ef-*
sc.] Hadrianus Junius in commentario de Coma, eadem scribit, citatque Senecam. Adde & Euboicos, qui fin-
ciput radebant, occipitum comatum relinquentes: unde ὁ μέδον σπειρ, compo-
sta voce, dicebantur apud Pollucem libro 2. μέρη τετράχων. Et è diverso Thracum in frontem muliebriter de-
mittere, ex quo & ipsi Homero ἀνθρόπαι, id est, ut interpretantur non-
nulli, in summo capite comantes, ne-
que promissam crinum sylvam aLEN-
tes: sed ad justum & medium quen-
dam statum crinitos, ut lib. 4. Iliados
ad finem annotat doctissimus Eustathius, quod & ipsum dicit Pollux ubi
supra, licet Homerum non citet: quam-
quam alii alio eam appellationem tra-
hant, scilicet ad longos crines.

2 *Ægyptiis vero.*] Diodorus Siculus lib. 2. cap. 4. loquens de Animalibus diis apud Ægyptios sacris, eorumque cultu, sic scribit, *In Osiridis, veluti fru-*
gium ac fructuum repertoris, memoriam
apud pesceros immortalem, boves rufos,
quoniam evidentur colore similes Typhoni,
qui Osiridem necarit, immolari permis-
sum. Et homines quoque colore Typhonis
antiqui Reges ad sepulchrum Osiridis sa-
cificio macabant. Quia ex causa pauci
rufi Ægyptii reperiebantur, externi plu-
res.

3 Sicut Agrigentini.] Plutarch. in Politicis, Agrigentini, inquit, contra

tyrannide liberati, publice sanciverunt, ut nulli cœruleo colore vestimentum gestare liceret, ideo quod tyranni satellites & corporis ejus stipatores eo colore subligacu-
lis ut soliti erant.

4 Apud Suevos.] Tacitus libello de German. moribus insigne scribit fuisse Suevorum gentis, obliquare crinem, nodoque substringere: quæ nota eos à reliquo Germanis, & ingenuorum conditionem à servili separabat,* & paulo post sic scribit, Ea cura formæ, sed innoxiae. Neque enim ut ament, amentur, in altitudinem quandam & terrorem adituri bella compiti, ut hostium oculis ornantur.

COLERUS.

* Quod hic de Suevis, id alii de Germanis in genere dicunt.

TIR AQUELLUS.

5 Dace.] Idem scribit Hadrianus Junius in dicto Commentario de Co-
ina, cap. 2. nullum tamen auctorem citat.

6 Contra Riphæi.] Legendum *A-*
rymphæi, ex Pomponio Mela, i. cap.
ultiui. ad fin. his verbis, *Tum continuis*
rupibus late, aspera & deserta regio ad
Arymphæos usque permittitur. His justissimi
mores, pro domibus nemora, alimen-
ta bacca, & maribus & feminis nuda
sunt capita. Libet adscribere Plinii ver-
ba, quæ cap. 13. lib. 6. ubi Riphæo-
rum meminist, hæc sunt, Ibique Arym-
phæos quosdam accepimus, haud dissimi-
lem Hyperboreis gentem. Sedes illis ne-
nora,

so sunt vertice, & capillo deraſo, adeo ut glabri videantur:
¹ sicut Myconii omnes calvitio laborant, ² æque ut in Cau- ^{A. J.}
no omnes lienosi. ³ Non sic in Ægypto, ubi raro calvitiū ^{canis.}
fuit. ⁴ Produnt auctores, Atheniensium vetustissimos ca- ^{Athen-}
pillis colligendis cicadas aureas annexere, ut eo argumen- ^{nien-}
to autochthones, hoc est, primos & sine origine se proba- ^{cicadae}
rent. ⁵ Cajus vero Cæſar comatos tanto despectui habuit, ^{in co-}
ut quo- ^{misi.}

mera, alimenta baccæ, capillus juxtafœ-
minis virisque in probro existimatur, ri-
tus clementes. Solinus cap. 27. omnia
qua de Arymphaeis scribit, ex Plinio,
ubi supra, mutuatus est.

¹ Sicut Myconii.] Strabo lib. 10.
Myconios, inquit, etiam quidam calvos
appellant, cum illud vitium ea pasim exu-
beret in insula. Idem affirmat Plin. li-
bro 11. c. 37. Atque etiam nomina ex
eo pilo scilicet capillatis Alpium incolis,
Gallie Comatae, ut tamen sit aliqua in hoc
terrarum differentia. Quippe Myconii,
carentes eo dignuntur, sicut in Cauno lie-
nosi. Donatus interpretans Hecyram
Terentii act. 3. scen. 4 ibi,

— Callidemidem hospitem
Myconium, qui mecum una ad rectus est,
conveni.

& paulo post,

Magnus, rubicundus, crissus, crassus,
cesius.

Imperite, inquit, Terentium de Myconio
crissum dixisse ejunt, cum Apollodorus
calvum dixerit: quod proprium Myco-
niis est, ut Lucilius,

Myconi calva omnes juventus.

Uti etiam Origenippæ tam viti quam
mulieres. Quod ferunt accidere propter
vim nativam aquæ, quam bibunt,
apud Xenodotum in Collectaneis in
proverbio ρόμπη καὶ χώρε. Et Agrip-
pæ apud Herodotum lib. 4. nisi iidem
sint.

² Æque ut in Cauno.] Diximus ex
Plinio in præced. Er adde quod Pella
civitas lienosos facere solebat in bal-
neis, ut ex Machone apud Athenæum
lib. 8. c. 7. non longe à princ.

³ Non sic in Ægypto.] Ægyptios

paucissimos habuisse calvos prædicat-
tur, quod soliti fuerint à pueris ad vi-
vam usque cutem radi, quo compa-
ctius spissusque ad solem capitis os
redditur, ut in Thalia non longe à
princ. auctor est Herodotus, & ex ea
Eustathius in Dionysium Periegetem.

⁴ Produnt auctores Atheniensium.] Plato in Menexeno, Lysias in funebri
concone. Aristophanes in Avibus. A-
pulejus lib. ultimo Afini aurei. Thu-
cydides initio historiæ de Atheniensi-
bus loquens, Postquam, inquit, desiere
ut tunicis, & religati capitis cirris au-
reas implice cicadas. Philostratus l. 2.
Hellenicon, Draco Minervæ, qui etiam-
num in are stat, videtur populum Athe-
niensium salutare, propter aurum, quod
illi in cicadas capitum ornamenta con-
vertabant. Gregor. Nazianzenus,
Cecropidae indigenæ natam tellure cica-
das.

Innodant. —

Lucianus in Navigio, Majoribus nostris
decorum videtur sines coma luxuriare,
religantes crobylum aurea cicadae excep-
tum. Quem morem expressit & in Ciri
Virg. seu quicunque alius ejus poëma-
tis auctor est, de Niso Pandionide lo-
quens,

Aurea solemissi comptum quem fibula
ritu

Mopspio, tereti neciebat dente cicadae.
Et nos quoque diximus in nostris
Commentariis Nobilitatis.

⁵ Cajus vero Cæſar.] Scilicet Cali-
guila apud Suetonium in illius vita, ca-
pite 35. Pulchros & comatos quies sibi
occurserent, occipito raso deturpabat. Sed
& idem cum aliquando magnam ho-
minum

Barba autem capillum inficeret, imbellere. ut quoties occurserent, occipitio raso deturparet.¹ Capillum vero aut barbam inficere coloribus, imbellis fuisse & enervati, exempla sunt. In primis² Philippi Macedonis, qui quum ex amicis Antipatri arbitrum delegisset, quem advertisset barbam & capillum inficere, protinus gradu dejectit, & judicare vetuit, velut mendacem. Quod compar fuit cum eo, qui Spartæ concionabatur, quem quum Archidamus rex fucato capillo vidisset, profari vetuit, & in medio affatu exigi jussit. Cui non inconvenit,³ quod de Gorgia Leontino proditum est: qui cum in Olympiis de communi Græcorum concordia insigniter peroraret, Melanthus eum ludibrio habuit, quod de totius Græciæ concordia agitaret, qui se, uxorem, & ancillam concordes habere nesciret: quæ ob zelotypiam irata, quotidie dissidium peteret.⁴ In quo fuit experimentis cognitum, quod his qui è Sybari biberent, fucarentur capilli nigri:⁵ qui vero è Crathi,

minum multitudinem, sive eorum, qui erant in vinculis, sive aliorum quorundam, eos omnes à calvo ad calvum, ut dici solet, occidi jussit, οὐποτε τὸ φαλακρὸ μέχει τὸ φαλακρό. Hæc sunt verba Dionis referentis lib. 58. quo illius vitam scribit.

1 Capilla vero.] Hoc probat exemplis seqq.

2 Philippi Macedonis.] Erasmus ex Plutarcho in Apoplithegmati Philippi, *Ex Antipatri amicis*, inquit, quendam in judicium numerum adscripsit. Verum post ubi cognovit illum tingere barbam & capillos, submovit eum, dicens, *Qui in capillis fidus non esset, cum in rebus gerendis non videri dignum, cui si ferderetur. Fuco utebatur in tingendis capillis, ubi non mutum erat lucri: multo magis usurus erat fuco in publicis negotiis, ubi dolus interdum ingens adfert emolumumentum.*

3 Quod de Gorgia Leontino.] Plutarchus in præc. pris connubialibus, c. 45. Gorgia Oratore in Olympia Græcis orationem de concordia recitante, Melanthus quidam, *Iste*, inquit, de

concordia disputat, qui sibi, uxori & ancille, tribus solis, ut concordes essent, non persuasit. Nam Gorgia amor quidam, & uxori zelotypia adversus ancillam esse videbatur.

4 In quo fuit experimentis cognitum.] Plinius lib. 31. cap. 2. Theophrastus in Thuriis, inquit, Crathim candorem faccre, Sybarim nigritiam bobus & pecoribus. Quin & homines sentire differentiam eam. Nam qui Sybarim bibunt, nigriores esse, durioresque & criso capillo. Et vide in seq.

5 Qui vero è Crathi.] Plinius ad ea, quæ supra proxime adduxi, hæc subiungit, *Qui ex Crathide libant, candidos mollioresque ac porrecta coma. Strabo libro 6. Crathis homines in eo lotos casarie candidos & flavos efficiunt, ac multis medetur morbis. Sotion, Hesigonus historicus, & tragicus Euripides, ubi ait: ἦν οὐραῖς καρπίσθετο οὐ παρθενούτων νεάδες. Hoc est, Quam rigat pulchre, qui flavos rutilare facit crines Crathis. Est enim ea emendatior lectio, quam quæ in libris, qui circumferuntur,*

Crathi, flavi & fluxi, ¹ sicut de Clitumno proditur in Mevania.² Legimus tamen Hannibalem ducentem in Italiam, crinibus s^epe mutatis, se à Gallorum perfidia vindicasse: & Pyrrhum coma coloribus fucata incessisse.³ Romanas-
que matronas rutilare capillos consueisse. Mansitque Ro-
mæ observatum,⁴ in Saturnalibus⁵ synthesibus uti, quibus
diebus ^{Capili-}
^{loius}
^{luxus.}
^{Syn-}
^{thesis.}

feruntur, legitur in hunc modum, ἀνδρεῖον κατασθλίων ὁ ξανθὸς χαῖταν πυρθλίων κεράς. Illam lectio[n]em agnoscit Eustathius. Idem de hoc amine testatur Ovidius lib. 15. Metamorph. & de Sybari fluvio similiter, in hac verba,

Crathis & hinc Sybaris vestris conter-
minus oris,
Electro similes faciunt, auroque capil-
los.

1 Sicut de Clitumno.] Quod aperte innuit illud Virgilii lib. 2. Georgicōn. Hinc albi Clitumne greges, & maxi-
ma taurus

Victima: sepe tuo perfusi flumine sa-
cro
Romanos ad temp[or]a decūm duxere
triumphos.

Ubi Servius scribit Clitumnū flui-
num esse in Mevania, quæ pars est
Umbriae partis Thuscicæ: de quo fluvio
dicit Plinius in Historia naturali, quod
animalia, quæ eum potaverunt, albos
fœtus creant. Subjungitque ideo ma-
xima victima Virgilio dici, quia trium-
phantess de albis tauris sacrificabant.
Locus autem Plinii, à Servio citati, est
lib. 2. c. 103. cujus hæc verba sunt, In
Phalisco Clitumni annis aqua pota, can-
didos boves facit. Sed & quoque id pa-
tet ex Statio Sylvarum lib. 1. sylva 4.
ad fin. in Soteria pro Rutilio Gallico:

— Nec si vacuet Mevania valles,
Aut præsent niveos Clitunna novalia
tauros

Sufficiam. —

2 Legimus tamen Hannibalem.] Li-
vius 3. Decad. lib. 2. in princip. dicit
illum mutasse vestem & tegumenta
capitis, nulla crinum mentione facta.
Plutarch. autem in vita illius, de ea re

loquens, illud tantum dicit, eum Gal-
lorum insidiis prope circumventum,
calliditate ingenii periculum evasisse.
At Polybii est lib. 3. cujus hæc verba,
ut Latine verâ sunt à non indocto in-
terprete: Hannibal dum in hybernis a-
geret, insidiis à Gallis s^epenumeropeti-
tus, Punico ingentiose defendebat: crines
dizer sarum etatum artificiose compositos,
ac larvatos parari jussit. His astide muta-
tis, variis etiam vestibus larvatis, cri-
nibus convenientibus utebatur: adeo ut
non solum his, qui raro cum viderant, sed
etiam familiaribus ignotus esset.

3 Romanasque matronas.] Cato in
Originibus: Mulieres, inquit, nostræ
capillæ cinere ungitabant, ut rutilus
esset crinis. Valerius Maximus lib. 2.
cap. 1. tit. de usu vini mulieribus in-
terdicto, memorat prodidit, Mulieres
Rom. indulgentibus maritis, quo earum
pudicitia honesto comitatis genere tem-
perata esset, & quo formam suam concin-
nior em efficerent, summa cum diligentia
capillos cinere rutilasse.

4 In Saturnalibus synthesibus.] Ex
quo illud est Martialis Apophoretum,
Synthesis c. 141.

Dum toga per quinas gaudet requiescere
luces,

Hos poteris cultus sumere jure tuo.
Nam Saturnalia, festa erant quinque
dierum, ut hic scribit Macrob. Saturn.
I. I. C. 1. c. mensē Decembri Saturno dicata,
quibus Roraani, togis depositis, Synthe-
sis, brevem vestem & negotiis aptam
sumebant, servisque discubentibus in-
serviebant, munera ultro citroque mitti,
remittique solebant. *

C O L E R U S.

* Tertullianus lib. de Pallio: Ut-
que sicut vestigia eostum viria occupavit,
ita &

Lacer-
nas albe-
quando
sume-
bantur.
In ve-
ste pul-
la lu-
dis in-
teresse
non li-
cebat.

diebus dimissa toga synthesim sumebant. ⁶ quamvis Nero Cæsar citra dies Saturnalios synthesim induit discinctus & discalceatus. Diebus autem natalitiis, quibus natalem quisque suum annuum celebrabat, & calendis Januariis, ⁷ nonnunquam ludis Romanis, ⁸ albas lacernas prætextaque indutos incedere, & ludos spectare. ⁹ Nam in veste pulla ludis interesse, Augustus inhibuit, neve quis pullatorum media cavea federet, editio cavit. ¹⁰ In lucis vero fune-

ita & endromidis solocem, aliqua multi-
tia Synthesi extrusit. Ex quo loco Ter-
tulliani animadvertis, fuisse vestem
mollem & delicatam, ut & ex Suetoni-
ii loco, quem Dio sic expressit:
χειρόνος τη ἐρδίδυτος ἀρθρον η συρδί-
νιον ταξι & αὐχένα ἔχων. Sed Juriscon-
sulti Synthesin pro integra velut serie
ac compositione quadam vestium ac-
cipiunt: uti & Martialis l. 2. Epig. 46.

M E R C E R U S.

⁵ *Synthesibus uti.]* Usum Synthesis non videtur agnovisse Alexand. Quis vero fuerit, & qua Synthesis forma, disce ex Saturnalib. Lipsi.

T I R A Q U E L L U S.

⁶ *Quamvis Nero.]* Suetonius in vita illius, cap. 51. staturam & cultus corporis ejus scribens, sic inquit, *Plerumque synthesim indutus, ligato circum collum sudario, prodierit in publicum sine cinctu & discalceatus.*

⁷ *Nonnunquam ludis Romanis.]* Lacernis in spectaculis usos fuisse, & potissimum candidis, qua togis superinduebantur, satis indicat illud Martialis epigramma lib. 4. epig. 2. in Oratione quendam, qui cum solus nigra lacerna spectaculis interesset, ceteris omnibus albatis, factum est, ut repente cadente nive, ceteris concolor redderetur. Verba ejus haec sunt,

*Spectabat modo solus inter omnes
Nigris manus Oratius lacernis,
. Quan plebs, & minor ordo maximusque
Sancto cum duec candidus federet.
Toto nix cecidit repente cœlo:
Albis spectat Oratius lacernis.
Idem Martialis lib. 14. c. 137.*

Amphitheatrales nos commendamur ad
usus,
Cum tegit algentes nostralacerna to-
gas.

Quod nos supra ad aliud citavimus.

M E R C E R U S.

⁸ *Albas lacernas.]* Non ego credulus Alexandro, hac saltem in parte. Qui lacernarum albarum mentionem ab ullo auctore factam non video. Quamquam ea de re nil pronuncio, usque ad sequentem editionem. Alias scio album colorem familiarem fuisse Romanis, in vestitu tum festo, tum profecto.

T I R A Q U E L L U S.

⁹ *Nam in veste pulla.]* Suetonius in Augusto cap. 41. scribit, Augustum sanxisse, ne quis pullatorum media cavea federet. Quamvis quidam codices habent bullatorum (ut scribit Be-roaldus interpres) & tunc ad pueros ingenuos, qui bulla aurea utebantur, erit referendum. *

C O L E R U S.

* Sed nimis ineptum videtur, si quis malit Bullatorum, quam Pullatorum. Orchestra erat Senatorum, Equestria equitum, Cavea pullatorum sive plebis consessis dicebatur. Cavea vero, in Primam, Medianam & Summam divisa. Augustus igitur non nisi in summa sive ultima cavea pullatos spectare permisit. Vide de hac re Lipsium & Torrentium in Suetonium.

T I R A Q U E L L U S.

¹⁰ *In ludis funebris.]* Hæc usque ad versic. Ferunt primos Lacedæmonios, sunt Lampridii in vita Commodi.

¹¹ *Ferunt*

funebris penulati spectatores erant. Penulas enim tunc populus sumebat, cum in cæteris togati convenirent, nisi in gladiatorio munere, ad quod frequentes penulati convenere, quod Commodus Imperator servari jussit.¹ Ferunt primos Lacedæmonios, ne populus in ludis algeret, penulas sumpsiſſe.² Antoninus vero Bassianus novo vestis genere populum donavit, quare Caracallæ nomen tulit.³ Augusti vero tempore, toga rasa & Phrygiana dari In causa cœptæ. Illud etiam admonendum existimo, quoties insig- lamita- ni calamitate vel clade, aut aliis belli casibus populus affec- te pu- tatus esset, in magna consternatione⁴ iustitium indici,⁵ clau- luctus di æra- indi- cia.

¹ Ferunt primos Lacedæmonios.] Tertullianus in Apologetico cap. 6.

² Antoninus vero Bassianus.] A- lius Spartianus in vita illius. Ipse, inquit, Caracalli nomen accepit à vestimento, quod populo dederat, demissò usque ad talos, quod ante non fuerat: unde hedieque dicuntur Caracallæ hujusmodi, in usu maxime Romanae p.ribis frequentatae.

³ Augusti vero tempore.] Plin. 1.8.c. 48. & dictum est supra hoc codera cap.

⁴ Iustitium indici.] Livius 1. Dec. lib. 3. Dictator cum Magistro equitum in concione venit, iustitium edicit, claudi tabernas tota urbe jubet, vetat quemquam privatice quicquam rei facere: Et ejusdem Dec. lib. 4. ubi de bello Veientium, Iustitium in foro, tabernaque clausae. & lib. 9. loquens de exercitu Romano sub jugum missò à Samnitibus apud Caudinas furculas, Postquam, inquit, deditio[n]em tam fæde factam acceperunt: extemploque, sine ulla publica auctoritate, concessum in omnem formam luctus est. Tabernæ circa forum clausæ, iustitiumque in foro suis sponte cæptum prius, quam in dictum. Cornelius Tacitus lib. 2. ubi de morte Germanici, Hos, inquit, vulgi sermones audita mors adeo incenit, ut ante edictum magistratum, ante Senatus consultum, sumpto iustitio desererentur sese, clauderentur domus, passim silentia, gemitus, nihil compositum in ostentatio-

nem. Ovidius in Consolatione ad Liliām loquens de morte Drusi ad Liliām, iustitium describit,

Incessi clauduntq[ue] domos, strepitantque per urbem,

Hic illi parvidi clamque palam quedant.

Jura silent, mutaque tacent sine vindice leges,

Afficitur totu[m] purpura nulla foro.

Et Suetonius in Tiberio, cap. 52. Itaque, inquit, ne mortuo quidem perinde affectus est, sed tantum, non statim post, à funere ad negotiorum consuetudinem redit, iustitio longiore inhibito. Apulejus lib. 4. Metamorph. Cuncta etiam civitas congemebat, luctuque publico confessim congruens edicitur iustitium. Iustitium dicitur luctus publicus, sicuti docet Fulgentius Placiades, quod indici solebat in reipub. calamitatibus. *

C O L E R U S.

* Aliud ab Iustitio, quod veteres Grammatici interpretantur A'ργοντικὸν ιμπέαρι.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ Claudi ærarium.] Cicero Orat. de Aruspicio responsis, Quæ sunt occultiora, quam ejus, qui ausus in concione est dicere, iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitte, claudi ærarium, iudicia tolli. Sed & domus claudi in luctu publico jam diximus ex Tacito & Ovidio.

di ærarium¹ & tabernas, ac judicia tolli solcre. Et quod per magnas calamitates fiebat in mœstitia publica, Romanos² dimissis togis,³ positisque laticlavis & aureis annulis,⁴ saga sumere, velut in luctu & summa solicitudine se esse denotarent. ⁵ Si tamen consulares viri forent, licet ob calamitatem populus in sagis esset, ipsi tamen in togis erant, ne deformi tetroque habitu tantam dignitatem fœdarent. ⁶ Sed nec saga, donec latiore fortuna, aut illustri victoria clades emendata foret, dimittebant. Quia victoria potiti, vel quum fusis fugatisque hostibus, fœdissimum bellum finitum foret, exuto justitio, in communis signum latitiae, populus universus prætextas, reliqui vero magistratus insignia & ornamenta sua ac pristinum ornatum cultumque sumebant. Illud quoque discrimen ordinum personaruinque est notatu dignum, quod ⁷ apud Tapyras,⁸ Basteranos & Iberos, incultasque nationes circa Hyrcaniam servari meminimus, ut viri atras vestes induant, crinesque longiores gerant: fœminæ vero albis tunicis,

*Apud
Tapy-
ras, Ba-
ster-
anos &
Iberos,
discrimi-
nem or-
dinum.*

¹ *Et tabernas.]* Hoc jam vidimus ex Livio ubi supra in verbo, *Justitium indici*, & videre quoque poteris apud eundem 3. Dec. lib. 3.

² *Dimissis togis.]* Vide infra in verbo, *Saga sumere* in loco Orosii ibi citato.

³ *Positisque laticlavis.]* De his duobus Livius 1. Decad. lib. 9. ubi de pacis Caudinæ nuncio, ad ea, quæ supra ibi, *Justitium indici*, ex eo diximus, subiungit, *Laticlavi, aurei annuli positi*, & iterum eodem lib. ad fin. ubi etiam dicit, phaleras depositas. Suetonius in Augusto, cap. 100. *Alii*, inquit, exequiarum die ponendos annulos, ferricosque sumendos censuerunt. Quod & nos alibi annotavimus. Sed ad id, quod de phaleris dictum est, adde Plin. 1. 33. c. 1.

⁴ *Saga sumere.]* Julius Florus epitome Livii lib. 72. Q. Servilius Proconsul in oppido Asculo cum omnibus civibus Romanis, qui in ea oppido erant, occisus est. *Saga populus sumpserit.* Et li-

bro seq. L. Casar Cos. feliciter contra Samnites pugnavit, ob eam victoriam Romæ saga posita sunt, quæ scilicet sumperant, d. lib. præcedenti. Paulus Orosius lib. 5. cap. 18. Cumque L. Julius Casar ab exercitu Imperator appellatus esset, Romamque nuncios de victoria mississet, Senatus sagum, hoc est, vestem mororis, quam exorto sociali bello sumpserat, bac spe arridente depositus, atque antiquum togæ decorum recuperavit.

⁵ *Si tamen consulares viri.]* Cicero Philippica 8. Evidem P. C. quanquam hoc honore usi, togati esse solent, cum isti in sagis civitas. Jam diximus supra ubi de toga.

⁶ *Sed nec saga.]* Quod & videre licet ex locis Julii Flori, & Orosii supra citatis in verbo, *Saga sumere*.

⁷ *Apud Tapyras.]* Strabo libro 11. Tapyri atras vestes gerunt & comas longas, mulieres vestes candidas, & comas breves.

⁸ *Basteranos & Iberos.]* Strabo 1. 3.
I Apud

nicis, ac brevibus tonsisque comis incedere cogantur.

¹ Apud Parthos autem ² Persasque equo vehi, vel pedes ire, nobilitatem à vulgo distinguebat. Nullus enim honeste genitus, pedibus incedebat: quod compar fere cum Romanis fuit, quibus plebejæ pedibus incedunt, matronæ nobiles lecticis vectabantur: ³ eisdemque Parthis qui principem locum habent, anaxyrideni triplam induunt, & manicataim tunicam: plebs vero erat in tunicis sine manicis. ⁴ Apud Indos byssum induere, nisi nobilis, nemo poterat. ⁵ Thracibus punctos esse in facie, nobiliores demonstravit: non punctos, ignobiles & obscuros. ⁶ Idem

*Parthi.
Persæ.*

*Indi.
Thracæ.*

Britan-

¹ Apud Parthos.] Justinus lib. 41. Parthi equis omni tempore vectinantur. Hoc disserimen inter servos liberosque esse, quod servi pedibus, liberi non nisi equis incedant.

² Persasque.] Strabo lib. 15.

³ Eisdemque Partbis.] Strabo d. libro 15. Apud Athenienses autem tunicam trinque manicata liberorum erat: unicam autem manicam habent servorum, ut scribit Pollux Onomasticon lib. 7. cap. 13. Verum apud Rom. minime honestum erat, tunicas ferre manicatas. Apud Virgilium lib. 9. Aeneidos, Romulus Numanus Trojanis hostibus ignaviam, &c. ut ita dicam, effeminacionem objiciens ait,

Vobis picta eroe & fulgenti murice vestis,

Et tunicae manicas & habent redimicula mitra.

Quem locum in id trahit Gellius l. 7. cap. 12. dicitque Q. Ennium Carthaginem tunicatam juventutem non videri sine probro dixisse. Et P. Africanius Pauli filium, virum omnibus bonis artibus, atque omni virtute praeditum, P. Gallo homini delicato, inter pleraque alia, qua objectabat, id quoque probro dedisse, quod hujuscemodi tunicis, manus totas operientibus, uteretur. Cicero quoque Catili. 2. probro Catilinæ objecit, quod manicatus esset, his verbis, *Postremum autem*

genus est non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita, quod proprium est Catilinæ, de ejus delectu, imo vero de complexu ejus ac sinu, quod puto capillnitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis & talariibus ac tritis tunicis, velis amictos, non togis. Quod etiam vituperat Varro (testimonio Servii locum Virgilii supra dictum enarrantis) dicens, Manicatis & talariibus tunicis. Nam colobiis utebantur antiqui.

⁴ Apud Indos.] Philostratus in vita Apollonii l. 2. c. 9. scribit, Nobiliores Indiæ byssum indui. Byssum autem ex arbore nasci serunt, quæ altitudine quidem populos æquat: foliis autem salaciæ equiparatur. hæc Philostratus.

⁵ Thracibus.] Herodotus lib. 5. post princ. Thracum mores scribens, sic ait, *Punctis notatas esse frontes, nobile judicatur: non esse notatas punctis, ignobilis.* Cicero Offic. lib. 2. de Alexandro Pherao, Barbarum, & eum quidem compunctionis notis Thrciciis, districto gladio, jubebat anteire.

⁶ Idem Britannis.] Herodianus libro 3. ubi de Britannorum moribus, Britanni, inquit, ipsa notant corpora pictura varia, & omisariam formis animalium: quo circane nec induuntur quidem, videlicet pisturam corporis ne adoperiant. Vide II. Connub. l. 3. num. 11. ubi de Glasto.

Britan- Britannis, ¹ Gelonis ² & Agathyrsis, apud quos qui
ni. cæruleo pinguntur, honoribus præstant: minus autem
Geloni. pingi, humilitatis signum erat. ³ Indis quoque, ⁴ Athe-
Agathyrsi. niensibus ⁵ & Persis, in auribus ferre aurum, nobilita-
Aurū tem designavit. ⁶ Ex Germanis viri clari illustresque,
in au- stricta nec fluitante utuntur veste: cæteri, sagis cum fi-
ribus. bula. ⁷ Apud Suevos ingenui obliquant crinem, & nodo
German- substringunt, quum servi fluxa coma & crinibus incedant.
norum
Suevo- ⁸ In Libya primores sagis velantur, vulgus vero bestiarum
rum.
Libyci. pellibus amicti sunt. ⁹ In Ægypto viri binis utuntur vesti-
Egy- bus, fœminæ singulis: ¹⁰ universis nisi lineas ferre vestes
ptii.

non

¹ *Gelonis.*] Nam & hos pingi tradit Solinus lib. 25. *Gelones Agathyrsis* collimitantur cæruleo picti colori, fucatis in cæruleum crinibus. Hos pictos vocat Virgilius lib. 2. Georgicô, *Eoasque domos Arabum, pictosque Gelonos.*

Id est, stigmata habentes (inquit Servius) & sunt populi Scythie: citatque locum ipsius Virg. quem inox adducimus.

² *Et Agathyrsis.*] Et hos pictos scribit Virg. Aenid. 4.

Cretesque Dryopesque fremunt, picti que Agathys.

Ubi Servius, contra, quam dixerat priori loco, *Populunt*, inquit, *Scythiae, colentes Apollinem Hyperboreum: Piæ, non stigmata habentes, sed pulchri, id est, Cyanea coma placentes.* Pomponius Mela lib. 2. cap. 1. de Scythia Europæ, *Agathyrsi*, inquit, ora artus que pingunt, ut quique majoribus præstant, ita magis vel minus, ceterum iisdem omnes notis: & sic, ut ab aliis negant. Et Solinus d. cap. ad ea, quæ proxime dicta sunt, subjungit, *Nec hoc sine differentia.* Nam quanto quis altero præstat, tanto propensiore nota tinguatur, ut sit indicium humilitatis minus pingi.

³ *Indis quoque.*] Arrianus de Gestis Alexand. lib. 8. *Inaures Inili ge-stant ex ebore, qui locupletiores sunt tan-*

tum: neque enim vulgo id genus ornamen-tiferunt.

⁴ *Atheniensibus.*] Apulejus lib. 1. de Dogmate Platonis, de his loquens, *Auri, inquit, tantum reliquit, quantum puer, nobilitatis insigne, in auricula ge-flavit.*

⁵ *Et Persis.*] Vide tractatum nostrum Nobilitatis, ad finem.

⁶ *Ex Germanis.*] Cornelius Tacitus in libello de Moribus & pop. Germaniæ, *Locupletissimi veste distinguntur, non fluitante, sicut Sarmatae & Parthi: sed stricta, & singulos artus expri-mente: exteris omnibus tegumen, sagum, fibula, aut si desit, spina consertum.*

⁷ *Apud Suevos.*] Idem Tacitus d. lib. quem citavimus supra, ubi de Suevorum coma. Id tamen addemus ex eodem Tacito, Suevos usque ad canitiem horrentem capillum retro sequi, ac sape in ipso vertice religare, Principes ornatiorem habere. Apud Ægyptios vero coma prolixa insigne nobilitatis fuit, teste Luciano in Navigio.

⁸ *In Libya.*] Pomponius Mela l. 1. cap. 8. quo Cyrenaicam describit, *Pri-mores, inquit, sagis velantur: vulgus bestiarum pecudumque pellibus.*

⁹ *In Ægypto.*] Herodotus libro 2.

¹⁰ *Universis.*] Herodotus eodem libro, sed paulo post.

I Neque

non licebat.¹ Neque referre alienum fuerit, quod circum-
padanis populis usuvenisse tradunt, ut lugubres vestes lon-
go tempore induerent, intestino in orbe affecti propter
Phaëthonis casum, quod de cælo præcipitatus, fulmine
ictus, & in Eridanum dejectus foret. Sicut in Daunia² Ari-
stoteles refert mares & fœminas lugubria vestire, quos
post Trojæ eversionem, quum illuc delati sedes occupa-
fent, ut orbatis se patria & fortunis indicarent, in poste-
rum candidis abstinuisse, & pullas vestes desumpsisse.

¹ Neque referre alienum fuerit.] Plinius l. 3. c. 16. & lib. 37. c. 2.

² Aristoteles refert.] Si is est: sunt enim qui addubitant, in de Mirabilibus auscultationibus, cap. 106. Daunii omnes accolæque, tam viri quam fœmine atratis tantum vestibus utuntur: ea nimis de causa, quod Trojana mulieres, dum captivæ ad talocca essent tra-

dulæ, metuentes ne gravem servitatem sub mulieribus Græcis experientur (nam tum ea loca inhabitabant) naves incende-
runt: tum ut jugum servile effugerent,
tum ut viros, manendi necessitate imposita detinerent. Adde superioribus quod Persæ subligacula coriacea, reliquæ
que vestem è corio deferebant, ex Herodoto lib. 1.

C A P U T X I X.

*Qui numerus augurum, queve potestas aut jus quondam
fuerit & quomodo auguria captarentur.*

QUæstioni diu res fuit, qui numerus augurum olim apud Romanos fuerit, quod sacerdotium magnæ Augu-
religionis fuisse constat.¹ Et tametsi à principio, ut in rum
tribus centuriis, Rhamnensi, Titensi & Luceri, singuli mane-
fissent augures, constitutum foret, quorum numerum im-
parem esse decere arbitrati sunt: tamen sequutis tempo-
ribus, quin² ad quatuor, mox quinque numerum aucti
fue-
TIR AQUELLUS.

¹ Et tametsi à principio.] Hæc usque ad versic. Idque ante primum, sunt Titi Livii 1. Decad. lib. 10. Vide de his L. Gregorium syntag. 17. Historiæ deorum Gentilium fol. 742. & 743.

MERCERUS.

² Ad quatuor, mox quinque.] Id unde hauserit Alexander, non bene scio: sed in re minus certa affirmative nimis loquitur. Scio vulgum

tradere Servium Tullium cum Tribu-
bus Romuleis unam addidisset, vel po-
tius nova divisione urbem in quatuor
tribus divisisset; Tribus etiam Augu-
ribus Romuli, unum addidisse, ut
singuli essent ex singulis tribubus. Id
vero probare non possum, cum vi-
deam non placuisse gravissimo auctori
Livio. Cujus sunt verbalib. 10. Quem-
admodum ad quatuor Augurum nume-
rum nisi morte duorum id redigi colle-
Tom. II.

^{N-}
^{zem.} fuerint, nulla controversia est: donec, ut non ultra novem collegium excederet, Senatus consulto cautum fuit. Idque ante primum Punicum bellum, ¹ quo tempore Sora & Alba coloniæ deductæ fuere. ² Demum à Sylla dictatore collegium propagatum ferunt, ut ultra novem, quindecim crearentur, ita ut quatuor & viginti essent. ³ Hi

^{Vigin-}
^{ti qua-}
^{tuar.}

gium potuerit, non inventio: cum inter Augures constet imparem numerum debere esse, ut tres antiquæ tribus Rhamnenses, Titientes, Luceres, sum quæque Augurem habeant; aut si pluribus sit apus, pari inter se numero sacerdotes multiplicent, sicut multiplicati sunt, cum ad quatuor quinque adjici, novem numerum, ut terni in singulas essent expleverunt. Ex quibus verbis multa colligas. Primum in legendis Auguribus non fuisse habendam rationem tribuum, quas Servius instituerat. Deinde non esse tutum docere quatuor Augures Romæ constitutos fuisse, Lege vel sanctione aliqua publica. Quum Livius velle videatur, sex fuisse potius, quam quatuor: Nempe binos ex singulis tribubus. Tertio quod scribit Alexander more majorum Augurum numerum imparem esse debuisse, etsi videatur auctoritate Livii nisi, non nisi tamen. Ita enim Livius dicit imparem Augurum numerum esse debuisse, non ut velit imparem numerum in ea re quodammodo religiosum fuisse: Alioqui certe Romani vix numquam pares Augures, hoc est quaternos, vel senos creassent: Et Livius, cum insinuat se existimare eo anno Augurum numerum ad quatuor redactum esse morte duorum, potius, quam quod quatuor tantum secundum leges creari debuerint, suam ipsius sententiam confutaret. Neque enim potuisse sentire esse seni, quod videtur existimare Livius. Itaque imparem Augurum numerum tantum esse voluerit Livius, quia singuli ex singulis veteribus tribubus creari deberent, ex prisca institutione. Nil vero oblitissime, quominus plures ex quaue tribu crearentur. Mo-

do tot ex una, quot ex alia fietent. Quarto ex illis Livii verbis etiam colligas, nunquam, saltæ opinione Livii, quinque Augures esse creatos: quod tamen hic affirmat Alexander, sed parum (ut dixi) prudenter. Sed & hic est refellendus alijs errori Alexandri. Docet enim Syllam Dictatorem Augures creasse usque ad viginti quatuor. Eum vero refellit Epitome Liviana lib. 89. his verbis, *Pontificum, Augurumque numerum ampliavit, ut essent quindecim.* Eorum vero numerum postea auxit Augustus. Qui, ut est apud Dionem lib. 49. Valerium Messaliam, quem ante inter proscriptos Antonius morti destinarat, inter Augures, numerum etiam eorum augens, ascripsit.

TIRAQ U ELLUS.

I *Quo tempore Sora & Alba.*] Livius 1. Decad. lib. 10. in princ. Cujus verba hac sunt, *Soram atque Albam coloniæ deductæ: Albam in Equis sex milliæ colonorum scripta. Sora agri Volsei fuerat, sed possederant Sammites, eo quatuor millia hominum missa.*

2 *Demum à Sylla d'ictatore.*] Sed aliter L. Florus epitome Livii lib. 89. Sylla dictator factus, quid nemo unquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit, velutque novis: ei publ. statum confirmavit: *Pontificum Augurumque collegium ampliavit, ut essent quindecim.*

3 *Hi ergo veluti interpretari.*] Sic enim Helenum augurem appellat Virg. lib. 3. Aeneid.

*Trojægena interpres divum, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sydera
sentis,
Et volvitur linguis, & præpetis omnia
pena.*

ergo velut interpretes internunciique deorum, tantæ dignationis habitus sunt, ut eum qui aruspiciam fecerat, in senatum adscribi, & inter patres legi, fas esse duceretur.

¹ Regibus quoque sicut jura dare & sapere, ² ita divinare, regium munus erat. Itaque à primo ortu urbis, ³ iidem Reges reges & augures erant, qui futura prædiccerent, & jura darent. ⁴ Denique Romulus hoc sacerdotio præditus, optimus augur fuisse traditur. ⁵ Proditumque est, Romæ optimatum <sup>Augu-
rū di-
gnitas.</sup> <sup>Reges
& au-
gures
iidem.</sup> <sup>Remu-
lus au-
gur.</sup>

Sic Euander Carmentam matrem, Fatiloquam, Deum interpretet vocat apud Liv. 1. Decad. lib. 1. non adeo longe à principio his verbis, Jove nate Hercules salve, inquit. Te nibi mater veridica, interpres deum, auctorum cœlestium numerum cœcinit. paulo ante, Euander venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam Fatiloquam, ante Silylla in Italiam adventum, miratae b.e gentes fuerant. Et hi quidein nuncupati interpretes Jovis religionum vocantur ex verbis legis 12. tabularum ascriptis Ciceroni lib. 2. de legibus. Idem Cic. Anton. 13. Utrum igitur augurem Jovis Opt. Max. cuius interpretes, internunciique sumus, utrum populus Rom. libertius sanctus? *

COLE R U S.

* Cic. lib. 3 de leg. Est beni auguris meminisse, maximis reipubl. temporibus præsto esse debere: Jovique Opt. Max. se consiliarium atque administrum datum, ut sibi eos, quos in auspicio esse jusserrit: Cælique partes sibi definitas esse traditæ, è quibus sæpe opem Reipubl. ferre posuit.

TIR A Q U E L L U S.

¹ Regibus quoque jura dare.] Id enim proprium Regum fuit, ut ex pluribus docui in nostris Commentariis Nobilitatis.

² Ita divinare.] Vide sequentia.

³ Idem reges & augures.] Ut statim patebit. Nec id solum apud Rom. sed & alios, ex Cicerone libro 1. de Divinat. Sic Anius Deli insula Rex & sacerdos erat Virgilio lib. 3. Aeneidos,

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique sacerdos.

Ubi Servius, Apud maiores, inquit, Rex erat sacerdos & pontifex. Sic hodie Imperatores, pontifices dicimus.

⁴ Denique Romulus.] Cicero dicto lib. 1. statim post princ. Principio hujus urbis parens Romulus, non solum auctorato urbem condidisse, sed ipse etiam optimus augur fuisse tradidit. Idem Cicero cod. libro: Itaque Romulus augur, ut apud Ennium, cum fuisse item augure.

⁵ Proditumque est.] A Cicerone eodem illo lib. cuius verba adscribimus, Quocirca bene apud maiores nostros Senatus tum, cum florebat imperium, decrevit, ut de Princium filiis sex singulis Etruriæ populis in disciplinam tradicerentur, ne ars tanta, propter tenuitatem hominum, à religionis auctoritate abducereatur ad mercedem atque quantum. Festus autem Pompejus lib. 18. Tages, inquit, Genii filius & nepos Jovis, puer dicitur, disciplinans aruspicii dedisse duodecim populis Etruriæ traditur. De hoc Cicero lib. 2. de Divinat. scribit ad hunc modum, Tages quidam dicitur in agro Tarquinieni, quem terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repente, & eum affectus esse, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris est Etruscorum, puerilis specie dicitur visus, sed senili fuisse prudenter. Eius aspectu cum obstupuisse bulbacum, clamoremque majorem cum admiratione edidisset, concursum efficiendum, totamque brevi tempore in eum locum Etruriam convenisse: tum illum plura leviguntur multis audientibus, qui omnia ejus

Rom.
 sex op-
 tima-
 tum
 filii
 Hetru-
 scis
 tradi-
 ti.
 Augu-
 rum
 domi-
 ciliū
 Fesu-
 lis.
 Singu-
 lis tri-
 bubus
 singuli
 augu-
 res pre-
 fecti.
 timatum filios sex, Hetruriæ populis, ut augurandi artem ediscerent, ex decreto senatus in disciplinam tradi solitos, ut Romæ augurandi scientia & ars innotesceret. Quæ quidem incredibilis & pene divina, ¹ Fesulis pollebat, ubi domicilium augurum esse ferebatur, ² quod & veteri legi sanctum erat, in hæc verba: Prodigia & portenta ad Hetruscos aruspices, si senatus jussit, deferunto, Hetruriæque principes disciplinam discunt: quibus divis decreverint procuranto, iisdem fulgura & ostenta pianto, auspicia servanto, auguri parento. Et infra: ³ Singulis quoque tribubus olim singuli augures præficiabantur, qui sacris cæremoniis prædictionibusque deorum præcessent, publica privataque auspicia curarent, sicut à Romulo constitutum fuit. ⁴ Postea vero comitiis curiatis, quæ pontificis maximi

verba exceperint, literisque mandaverint: tamen autem orationem suisse eam, qua aruspicine disciplina contineretur: eam postea crevisse rebus novis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Ovid lib. 15. Metamorphoseon,

At nymphæ tetigit novares, & Amazone natus

Hand aliter stupuit, quam cum Tyrrhenus arator

Fatali glebam motis aspexit in arcis
 Sponte sua primum, nulloque agitante,
 miceri.

Sumere mox hominis, terræque amittere
 formam,

Oraque venturis aperire recentia satis.

Indigne dixere Tagen, qui primus Etruscum

Edocuit gentem casus aperire futuros.

¹ Fesulis.] Cicero ubi supra.

² Quod & veteri legi sanctum.] Cicero 2. de legibus, ubi hæc omnia hujus legis verba, paucis exceptis, adscriptis. Valerius Max. lib. 1. cap. 1. de Cerere placanda, Tantum, inquit, studium. Antiquis non solum observanda, sed etiam amplificanda religio fuit, ut florentissima tum & opulentissima civitate decem Principum filii s. C. singulis Etruriæ populis, percipienda sacrorum

discipling gratia, traduerentur. In quo Cicero tantum à Valerio dissentit de numero: Sex enim Principum filios tantum scribit Cic. Valerius autem decem.

³ Singulis quoque tribubus.] Livius 1. Decad. lib. 10. Cum inter angues constet insparem numerum debere esse: ut tres antiquæ tribus, Rhamnenses, Tatenses, Luceres, suum quoque habeant auguri. Pomp. Latus de Sacerdotiis Rom. Primum tres angues fuere, à tribus tribubus.

⁴ Postea vero comitiis curiatis.] Gruchius de Curiatis comitiis, lib. 3. c. 2. Comitia autem peculiaria auguribus creandis disces ex Livio 4. Decad 1.9.

M E R C E R U S.

Postea vero comitiis curiatis.] Hic omnia sunt perturbata. Apparet autem voluisse Alexandrum tradere, modum creandorum Augurum. In quo tamen mancus est, & falsus. Falsus, quia post legem Domitii paret creatos Comitiis Curiatis, qui creati sunt Tributis. Mancus autem, quia tradere debuit primum à regibus esse creatos Comitiis Curiatis, vel certe à Collegis cooptatos. Post exactos vero reges, creatine fuerint à Populo, an à Collegio

maximi dicuntur, non à populo universo, sed à minore parte, & selectis, quibus sacerdotia mandare curæ erat, de concilii sententia eligebantur: namque ipsi nominabant, quos dignissimos judicarunt.¹ Nonnunquam si quis augur deceperisset, à duobus unus nominari, & à toto ^{Augu-}
^{rum}
^{creatio.} deinde collegic expeti & cooptati poterat: Qui postquam ad sacerdotium admissi fuerant, mox inaugurati, ut mos erat, captatisque auguriis in collegium admittebantur. Et tametsi præsentes admitterentur soli, sc̄pius tamen absentium habitam rationem comperiimus, quod lege Julia cavebatur.² Cumque sacerdotia semel collata, ob plurimas causas adimi solerent, solus auguratus perpetuus fuit: ideo semel collatus, quoad vita suppetit, etiam magnis intercedentibus causis viventi non adimitur.³ Quare Fabius Maximus proditur duobus & sexaginta annis summa cum laude auguratum gessisse ad ultimam senectam.

Collegio non audeo definire. Livius in hac re vatrius est. Lib. 39. videtur docere comitiis à Populo creatos esse. Extremo, inquit, prioris anni comitia Auguris erandi habite erant. Contra lib. 40. videtur docere cooptari solitos à Collegis. Augur, inquit, (Sp. Posthumius Albinus) deceperit. In locum ejus P. Scipionem suum Africani, Augures cooptarunt. & lib. 45. Augur eo anno mortuus est C. Claudius. In ejus locum Augures legerunt T. Quintium Flaminium. Tamen vix est, ut Livius alio loco quam citato meminerit Comitorum in creatione Augurum. Sed & Cic. Orat. in Rullum scribit sacerdotia, de quibus tulit Domitius, à Populo per religio em mandari non potuisse. De eo tuum esto judicium.

TIR A QUELLUS.

¹ Nonnunquam si quis augur deceperisset.] Cicero lib. 2. de legibus & Philippica 2. Augur augurem in de mortui locum nominando cooptabat, ut testatur Cicero, Philipp. 13. his verbis, In primis paternum auguratus locum, in

quem ego eum (ut quod à patre accepi, filiore reddam) mea nominatione cooptabo.

² Cumque sacerdotia.] Hec usque ad versicul. Quare Fab. sunt Livii 1. Dec. lib. 1. & Plutarchi probl. c. 99.

³ Quare Fabius Maximus.] Livius 3. Decad. lib. 10. dicit eum augurem duos & quadraginta annos fuisse. Plinius lib. 7. c. 48. Quintus Fabius Maximus, inquit, tribus & sexaginta annis augur fuit. Valerius Maximus Alexander subscriptit, his verbis, Q. au. tm Fabius Maximus duobus & sexaginta annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta jam etate id adeptus: que utraque tempora, si in unum conseruantur, facile seculi modum expleverint. Sed & Paulus Amylius augur factus, sic patriis moribus intendit, sic veterum circa divina observantiam d sciplinamque cognovit, ut nominis & honoris duntaxat gratia concupitum prius, auguratum inter supremos magistratus habendum ostenderit, philosophis astipulatus, qui religionem scientiam cultus diuini esse definiunt, ut in ejus vita scripsit Plutarchus.

Augur Etiam. ¹ Si quis tamen augur hulcus pateretur, licet in
*qui
hulcus* sacerdotio foret, augurandi tamen jus non habebat. Ex-
habet-
Aves hulceratis quoque avibus auguria captari non licere, (si-
exhul-
cerate. quidem morbosæ aves auspicia nulla faciunt) sæpe relatum
Estatis est. ² In augurum enim collegio illud præcipue servatur,
ratio ut sicut quisque ætate præcedit, ita maxime primatum te-
in au-
gurum neat: quippe inter augures majores natu, etiam his qui
colle-
gio. cum imperio sunt, præferri solent. ³ Horum ergo pro-
Augu-
rum prium fuit, ex avibus vaticinia observare, signaque rerum
munus. futurarum, & à diis monita, contemplari: si opportune
 evolassent, aut sedes idoneas accepissent, obnunciare:
 de prodigiis, somniis, auguriis atque oraculis, portentis,
 extisque responsa dare. Tum observationes auspiciorum,
 procurementes expiationesque, vatuum libros, portento-
 rum explanationes, & monita decorum edicere, si quid
 ingruente fato casurum foret, & quod salvis auspiciis fie-
 ret. Quodve augurium lœtum, quodve piaculare esset,
 quod minas cœlestes ingruentesque calamitates, aut fatale
Lex exitium afferret, præmonere & vaticinari, quæ lege au-
augu-
ralis. gurali latius decreta & perscripta sunt, cuius verba ad-
 scripsi: interpres Jovis optimi maximi publici augures,
 signis & auspiciis postea vidento, disciplinam tenento,
 sacerdotesque vineta, virgetaque & salicta publica augu-
 ranto, quique agent rem duelli, quique populare auspi-
 cium præmonento, ollique obtemperanto, divisorumque
 iras providento. Hisque parento, cælique fulgura regio-
 nibus ratis denotanto, urbemque & templa & agros, li-
 berata & effata habento: quæque augures injusta, nefas-
 ta, vitiosa, dira dixerint, irrita infectaque sunt: quique
 non paruerit, capitale esto. & infra: Ipsique auguriis
 auspi-

¹ Si quis augur.] Hæc usque ad vers.
 In augurum, sunt Plutarchi probl c. 37.
 & iterum 73.

² In augurum enim collegio.] Cicero
 in lib. de Senectute, Neque, air, solum
 honore antecedentibus, sed iis etiam, qui

cum imperio sunt, majores natu augures
 anteponuntur.

³ Horum ergo proprium.] Hæc prope-
 modum sunt Ciceronis lib. 2. de legi-
 bus, ubi & ipsam legem auguralem
 posuit.

auspiciisque captandis interesse debent, eaque notare, ac inspicere & referre, & an egregie esset litatum, declarare: quibusque hostiis, & quibus sacris ac supplicationibus, & quæ ad pulvinaria, tetra prodigia procurarentur aut expiarentur, enunciare. Sed tamen soli auguri sine collegio Non
auspicio interpretari non licuit: totum enim collegium unus,
censere, & sententiam ferre decebat, si quid exquisitius sed to-
interpretari vellent, si durior forte casus ambiguæ foret in-
terpretationis, qui in dubium controversiamque veniret:
ad quos etiam de singulis prodigiis & portentis, que eorum
prædictio foret, & an fœdo vel felici exitu eventura essent,
omnes tanquam ad adytum aliquem consultum ibant.
Tum si qui magistratus vitio creati forent, eorum responso
vel admittebantur, vel magistratu abire cogebantur: itaque
Dictatores, Consules, Prætores, & reliqui magistratus
vitio creati, nequid divini obstaret, ex responso aruspicum,
magistratu abire sæpe coacti sunt. Poterantque augures
propter tetra prodigia, aut si quid officeret, comitia crean-
dis magistratibus vel impedire vel vitiare. Quotiesque ex Augu-
arce augurium petebant, ³ lituum sine nodo, hoc est, cum ex
baculum à summo inflexum, in parte qua robustior est,
ter-
quod ⁴ insigne augurale fuit, tenebant: quo cœli regio- tur.
Litus nes Augu-
ris.

¹ Tum si qui magistratus.] Cicero lib. 2. de legibus, Livius 1. Decad. 1. 8. Valerius Max. lib. 1. cap. 1. ubi loquitur de Tib. Graccho.

² Poterantque augures.] Cicero 1. 2. de legibus & in 2. Philipp. cuius hæc verba sunt, Tum hic bonus augur eo se sacerdotio præditum esse dixit, ut comitia auspicii, vel impedire, vel vitiare posset.

³ Lituum sine nodo.] Cicero lib. 1. de Divinat. Livius 1. Decad. libro 1. Augur dextra manu baculum, sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt. Plutarchus in Romulo, lituus est inflexus baculus, quo ad inaugurandum sedentes cœli spatiæ designant.

⁴ Insigne augurale fuit.] Servius

in lib. 3. Georgicō ibi,
— Lituoque pati, traxtuque gemen-
tem

Ferre rotam. —

Litus erat augurum baculus aduncus, sine nodo. Gellius lib. 5. c. 8. Lituus est virga brevis, in parte, quæ robustior est, incurva, qua augures utuntur. Quod & ipsum asserit Cicero lib. 1. de Divinatione. Quid, inquit, lituus iste vester (quod clarissimum est insigne auguratus) unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones duxit tuum, cum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id est, incurvum & leviter à summo inflexum bacillum (quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit)

Tempa-

Litius
regium
insigne.Regio-
nes in
calo abauguri-
bus no-
tate.

nes & certa spatia, quibus videnda ad se pertinere volebant, quæ tempora dicta sunt, præfinirent, & certa finitione signarent, ut quod dextrum, quodve sinistrum esset, oculis & animo metiri possent: nam manu cœli spatia notare, salvis auspiciis, non licebat. ⁶ Quo quidem lituo augur prospectu in urbem, atque agros captato, regiones ab oriente ad occasum terminabat, limite decumano, & cardine ex transverso, signo metato, quo oculi ferrent quam longissime. ⁷ Qui quidem litius etiam regium fuit insigne, in quo potestas dirimendarum litium esse noscebatur. ⁸ Proditumque memoriae est, Romuli lituum ambas cuspides ab imo & à summo inflexas habuissent, præter formam litui auguralis. ⁹ Ex notatis vero regionibus,

venit) cum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaque deflagrasset, inventus est integer. Macrobi. lib. Satur. 5. c. 8.

⁵ Quo cœli regiones.] Livius 1. Dec. lib. 1. Servius lib. 7. Æneidos, in eum locum,

Ipsæ Quirinali lituo.

Litius, inquit, incurvus augurum baculus, quo utebantur ad designanda cœli spatia: nam manu non licebat. Et in libro 6. Æneid.

Ipsæ sub ora viri.

Et nos alibi jam late diximus.

⁶ Quo quidem lituo.] Plutarchus in Numa Pompilio.

⁷ Qui quidem litius.] Servius ad ea quæ ibi, Quo cœli regiones, ex Virgil. in 7. Æneidos, subjungit, vellitum, id est, regium baculum, in quo potestas erat dirimentium litium.

⁸ Preditumq.] Plutar. in Romulo.

⁹ Ex notatis vero regionibus.] Varro lib. 6. lingua Latinæ, non multo post princip. Eius, inquit, templi partes quatuor: sinistra ab Oriente, dextra ab Occidente, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem. Festus Pompejus lib. 14. Quæ ante nos sunt, antica, & que post nos sunt, postica dicuntur: & dexteram anticanam, sinistram posticam dicimus. Sic

etiam ea cœli pars, quæ sole illustratur ad Meridiem, antica nominatur: quæ ad Septentrionem est, postica: rursus, quæ dividuntur in duas partes, Orientem atque Occidentem. Servius in 9. eclog. ibi,

Ante sinistra cara.

Augures, inquit, designant lituo spatia, & eis dant nomina, ut prima pars antica, posterior postica, item dextra & sinistra: ut jam alibi diximus. Et in l. 2. Æneid. ibi,

Limen erat cœcæque fores.

Per posticum, inquit, ingressus est. Nam fores anteriores obesse erant. Est autem posticum neutri generis. Horat. Epistol. lib. 1. epist. 5. ad Torquatum,

*Atria servantem postico falle clientem. **

Nam antica & postica, in foeminino genere, augurale est. Idem Servius in lib. 6. Æneid. eo loco, ubi, Moris est, inquit, ut captantes auguria, certa sibi spatia designant, quibus volebant videnta ad se pertinere: quod spatium totum appellatur, & extrema partes, antica & postica vocabantur.

C O L E R U S.

* Posticum Grammatici Græci exponunt ὁ Ζέθυεν, καὶ ὁ Ζεβύεν, καὶ ὁ Ζεζυεν καλόν τι τις.

I. Quam-

gionibus, prima antica, posterior postica, tum dextra & sinistra dictæ. ¹ Quamvis Hetrusci vates cælestium prodigiorum periti, cælum in duodecim partes divisorint, anticamque ad occiduum, quoniam omnis illuc inclinat motus, & posticam ad orientem: dextras ad septentri-
nem, sinistras vero ad meridiem proclinare voluerunt.

² Sedebat enim augur velato capite, ³ & dupli togæ au-
gurali, quæ læna dicta est, ⁴ vel trabæ amictus ex purpu-
ra & cocco, cum captabat auspicia, & lituo cæli regiones
notabat. ⁵ Ipseque cæsa victima observatis notatisque sig-
nis, longum carmen præfatus, preces effundebat: quas
si forte non rite didicisset, ne quid præpostere diceretur,
aliquo præeunte emittebat. Græcis vero augur non tra-
bea amictus, sed togæ candida velatus, poscit auguria.
⁶ Macedonibus quoque vates in amictu candido, auream
gerens coronam, captat auguria & vaticinatur. Post effu-
sas vero preces, oculis in cælum fixis, ⁷ sedere convenit,

momen-

TIRAQUELLUS.

¹ *Quamvis Hetrusci.*] Aliter Philosophi. Nam Pythagoras, Plato, Aristotle, dextræ mundi partes Orientales dixerunt, à quibus initium motus: sinistras Occidentales. Empedocles dextræ mundi partes juxta circulum solsticialem astivum: sinistras juxta hyemalem judicavit.

² *Sedebat enim augur.*] Plut. Numæ imperii auspicia & ingressus scribens, Capitolium, inquit, ascendit, ubi qui auguribus præerat, illum ve.ato capite, ad Meridiem vertens, precatus est. Livius, 1. Decad. lib. 1. Augur ad levam ejus, capite velato, sedem cepit.

³ *Et dupli togæ angurali.*] Diximus supra hoc eodem lib. cap. 18. Lænam esse genus vestis. Quæ est propriæ duplex amictus auguralis, sic etiam, ut puto, legit Alexander: quamvis in omnibus libris, quos hactenus vidi, anguralis legatur.

⁴ *Vel trabæ.*] Diximus præterea ex Suetonii libello de genere vestis, tertium genus trabæ esse auguale ex

purpura & cocco mixtum.

⁵ *Ipseque cæsa victima.*] Plutarch. in Numa.

⁶ *Macedonibus.*] Quintus Curtius lib. 4. ubi loquitur de Aristandro vate Alexandri Macedonis.

⁷ *Sedere convenit.*] Serv. in lib. 6. Æneidos ibi,

— *Sic effatus vestigia presbit
Observans, que signa ferant.
Quia, inquit, ad auguria captanda, post
preces, immobiles, vel stabant, vel sede-
bant. Sed idem enarrans illud ipsius
Virgilii in prin. lib. 9.*

— *Lucotum forte parentis
Pilumni, Turnus sacrata valle sedebat.
Secundum, ait, augures, sedere, est augu-
ria & captare: nam post designatas cæli par-
tes, à sedentibus ceptantur auguria, quod
& ipse supra lib. 7. latenter ostendit,
inducens Picum Regem solum seden-
tem,*

— *Parvaque sedebat
Succinctus trabæ.
Quod est augurum, cum alios stantes
induxerit.*

Loca in quibus auguria obserabantur. momentis omnibus paratum intentumque, toto animo affixum, ¹ facto ubique silentio, ne quid videretur audire turve, quod auspiciū dirimeret, quoad de cælo servasset, captataque auguria & signa missa forent: quibus missis, *Magistrorum manus.* ² ex avibus quæ oscines, quæ præpetes vel inferæ, & an tacitæ vel strepentes advolarent, & si dextra vel sinistra, ³ quæve admissivæ essent, ⁴ & quæ arcuæ, ⁵ quæve cliviæ, aut inebræ, quæ vetarent. Tum si motus pronus vel obliquus, supinus an rectus, aut in latera, referebat: conveniebatque extemplo augurem adire, ⁶ & augurium firmari: ⁷ namque unum vidisse auspiciū, non erat satis.

Notandum. Adnotatumque exemplis est, non ubique & passim augurium. captare auspicia licere, quia nisi in præscriptis destinatisque locis,

¹ Facto ubique silentio.] Plutarchus in Numa captante auguria, sic scribit, Silentium summum tanta in multitudine forantenebat, cunctis eventum observantibus, & de futuro suspensis.

² Ex avibus quæ oscines, quæ præpetes.] Dictum est supra hoc eodem lib. cap. 13.

³ Quæve admissivæ essent.] Festus Pompejus lib. I. Admissivæ aves dicebantur ab auguribus, quæ consulentem juberent. *

COLERUS.

* Unde crebro in ista significatione usurpatum legimus verbum, Admittere.

TIRAQUELLUS.

⁴ Et quæ arcuæ.] Idem Pompejus, Arcula dicebatur avis, quæ in auspiciis vetabat aliquid fieri. *

COLERUS.

* Putat tamen Scaliger omnino ibi emendandum, *Arciva*. Cum quo sentiunt Glossæ: *Arcivus εἰρῆτος, κωλυτος.*

TIRAQUELLUS.

⁵ Quæve cliviæ.] Cliviæ auspicia dicebant (teste Festo lib. 3.) quæ aliquid fieri prohibebant, & jam de his cliviis auspiciis diximus supra d. cap. 13. *

COLERUS.

* Vide Festum in *Inebræ & Enebra*. Glossarium: *Enibra ἐνεβρα. Enibrum ἐνεβραὶ ἐνεβραὶ. Eniber pīcus ὄψις πονηρὴ. Inebræ ὄψις παρθενία.* Servius in fragmentis: *Cetera genera avium ab auguribus appellantur, quæ pennis, vel volatu omnia possunt facere: quæ si fuerint prosperæ, Præpetes: si adversæ, Inebræ dicuntur.*

TIRAQUELLUS.

⁶ Et augurium firmari.] Virgilii libro 2. Æneid.

Da deinde auxilium pater, atque haec omnia firma.

Quo in loco Servius, Non sufficit, inquit, Romano more, unum vidisse augurium, nisi firmetur ex simili: nam ex dissimilibus posterioribus, dissolvuntur priora.

MERCERUS.

⁷ Namque unum vidisse Auspiciū.] Ita est, vel teste Virgilio: *Da deinde auxilium pater, atque haec omnia firma.* Et apud Cic. Augurium Mario ostentum non prius fidem invenit, quam missio tonitru à Jove firmaretur. Quare sic versus ea de re claudit, *Sic Aquila clarum firmavit Juppiter omen.*

* Quibus

locis, ¹ quibus Tesqua nomen, ² aut in arce, vel ad veteres curias, augures: ³ Pontifices vero, nisi in postmурio, auspi-

TIR AQUELLUS.

¹ Quibus Tesqua nomen.] Fest. Pompejus lib. 18. Tesqua loca augurio designata. Cicero aspera esse ait & difficultia. Horatius 1. Epistol. 14.

— Nam que deserta & inhospita
Tesqua

Credis, amena vocat, mecum qui sentit:
& odit,

Que tu pulchra vocas. —

Ubi Aeron dicit, Tesqua loca deserta & difficultia, lingua Sabinorum dici: & deserta & repleta sentibus sic nominari. Porphyrius alter interpres, dicit esse loca aspera & sylvestria. Lukanus lib. 6. non longe à prin. Tesqua nemorosa vocat,

Amplexus fines, saltus, nemorosaque tesqua.

Varto lib. 6. de lingua Latina, non admodum longe à prin. Tesca scribit per c, literam, putatque tesca dicta, quasi tuesca, à tuendis sacris: locaque quædam agrestia interpretatur, Deo cui-piam consecrata, Accii testimonio id ipsum confirmans ex tragœdia, cui Philoctetæ nomen est, in hunc modum citato, Lemnia quis tu es mortalis, qui in deserta & tesca te apportes loca. * Loca enim quæ sint, designat, cum dicit Lemnia. Præstolare & celsi Cabyrum delubra teneri, mysteriaque præstina castis concepta sacris. Deinde Volcania tempora sub iphis collibus, in quos delatus locos dicuntur, Alto ab limine cœli. Et Nævius, Expirante vapore vides unde igne cluit mortalibus direcis. Quare hic qui tesca dixit non erravit: neque ideo quod sancta, sed quod ibi mysteria sunt, ac tueruntur, tuesca dicta, post tesca. Hæc Varto.

COLFRUS.

* Hunc versum sic emendant: *Quis tu es mortalis, qui in Lemni tesca te ad portas loca?* Verba dein tesquorum, seu templorum dedicandorum, ex veteri formula tradita à Varrone, talia Sealigner posuit apud Festum: *Templa, tescaque, incita, fusto, qua, ad, ego, caste.*

lingua. nuncupavero. ollo. veter. arbor. quisquis.est. quam. me. sentio. dixisse templum. tecumunque. esto. in sinisternum. olla. veter. arbor. quidquid. est. quod. me. sentio. dixisse. templum tecumunque. esto. in dexterum. inter. ea. concrecione. confititione. cortumione. utique. reflissime. sensi. Tessa vero sunt veteri Glossario: κατέκρημνοι, καὶ βάχες, καὶ ἐρυμοι τόποι.

TIR AQUELLUS.

² Aut in arce.] Plutar. in vita Numæ scribit, Numam auguribus sacerdotibusque assumptis Capitolium ascendisse ad captandum augurium.

³ Pontifices vero.] Id, ni fallor, accipit à Festo Pompejo libro 14. dum scribit, Postmürion pontificale pomærium, ubi pontifices auspicabantur. Dielum autem pomærium, quasi promurium, id est, proximum muro. Et vix alibi id verbum invenies: nullibi autem (nisi admodum decipior) postmürion, quo utitur hic Alexander, & credo eum legisse postmürion, non prestmürion. * Scio autem pomærium, aut, ut alii legunt, pomerium dictum, quod esset post murum: vel testimonio Varronis l. 1. aut aliorum computatione 4. linguae Latinæ. aut Livii 1. Decad. lib. 1. in hunc modum, Pomærium, verbi vim solam intuentes, postmænum interpretantur essi. Essi autem magis circumærium, locus, quem in condendis uribus quondam Hitrusci, qua murum duelluri erant, certis circa terminis inanguato consecrabant: ut ueque interiore parte edificia mænibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjunguntur, & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spaciū, quæd neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, pomærium Romani appellarent, & in urbis incremento semper quantum mænia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. In pomærio autem pontifices auspicari solitos, videri potest ex eo quod scribit Cicero lib.

auspicio captare fas erat. Sed sciendum, non omnibus auguribus, sed solo magistro augurum de cælo auspicari licuisse: qui huic muneri præfectus, magister à collegio eligebatur. Observatuinque, ut si extra urbem, aut in pomerio, vel domo conducta, seu quovis tabernaculo, quod cœperat, augur auspicetur, & inter augurandum nondum firmis signis, urbem aut pomerium inauspicato transgressus foret, ut rite captentur auspicia, primum omitti tabernaculum, & alterum sumi necesse fore: denuoque auspicari oportere, ex quo novus auspiciorum instauratur aspectus. Et cum certa dies auspiciis dicata esset, post

Auspicii temporis.

ime-

lib. 2. de Natura deorum, loquens de Tiberio Graccho augure, his verbis, *Itaque tum illos exire iubis, post autem è provincialiteras ad collegium misit, se, cum legeret libros, recordatum esse, vitio sibi tabernaculum captum fuisse in horto Scipionis: quod cum pomerium postea intrasset habendi Senatus causam redeundo, cum idem pomerium transiret, auspicari esset oblitus. Itaque vitio Coss. creatoris esse.* Repetitur hoc exemplum l. 1. de Divinat. à Valerio lib. 1. tit. 1. de Cultu deorum, & à Plutarcho in Marcellio. Sed interim adverte ad id, quod scribit Servius enartans eum locum Virgilii lib. 6. Æneid.

— Sic effatus, vestigia pressit. Quia, inquit, proprie effata, sunt augurum preces. Unde eger, post penitria, vocatur effatus, ubi captabantur auguria. Gellius lib. 13. c. 14. Pomerium quid esset, augures populi Romani qui libros de auspiciis scripsierunt, istiusmodi sententia definitur, *Pomerium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circumferentiam pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii.*

COLERUS.

* Atqui hodie apud Festum legitur *Prosimium, non, prostrumium.*

TIRAQUELLUS

1 Sed sciendum est non omnius.] Plutarchus in Numa, Capitolium ascen- sit, ubi qui auguribus prærat, Numa ca-

put dextra manu tenens, *precaus est,* & contra quam longissime prospectum oculi ferebant, que à diis immortalibus auspicia signata mitterentur, circumstrabat.

2 *Observatumque est.*] Val. Maximus lib. 1. cap. 1. de Cultu deorum, *A Tiberio, inquit, Gracchus ad collegium augurum literis ex provincia misit, quibus significabat, se, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animadvertisse vitio tabernaculum captum, comitiis consularibus, qua ipse fecisset: eaquare ab auguribus ad Senatum relata, jussu ejus C. Figulus è Gallia, Scipio Nasica è Corsica Romanum redierunt, & se consulatu abdicaverunt. Cicero l. 2. de Divinatione. Auspicium optimum habemus ad omnes res, præterquam ad comititia: quod quidem institutum reipublica causa est: ut comitiorum vel in judiciis populi, vel in iure legum, vel in creandis magistratibus, Principes civitatis erant interpretes. At Tib. Gracchi literis Scipio & Figulus, quod cum augures judicassent eos virtuo creatoris esse, magistratu se abdicaverunt. Quod & supra proxime, ubi de postmitio pontificum diximus ex. Cicerone lib. 2. de Nat. deorum.*

3 *Et cum certa dies.*] A. Gellius l. 3. cap. 2. Magistratus quando una die eis auspicandum est, & id super quo auspicaverunt, agendum, post medianam noctem auspicatur, & post meridiem sole magno: auspicatique esse & egisse ex eodem die dicuntur. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 3. Nam-

in diem noctem ad diem futuram diem auspicari licere. Septima autem aut sexta diei hora, non decebat: namque incipiente aut crescente die, non autem desinente, justa auspicia fuere. Post Sextilem quoque mensem, quo tempore aves aut imbecillæ, aut morbosæ sunt, vel pulli earum imperfecti, auspicari non licuit: eo enim tempore à pontifice maximo de cœlo servare vetabatur. In quo id fuit constitutum, ut non modo ² morbosis avibus, ³ sed quicunque funeri augur admovevere manus, & feralia attrahere vetaretur. Si autem post augurium suscepimus ad aquam venire contingeret, ne ejus interventu augurium frustraretur, quod aquæ intercessu interruppi certum est, fusis precibus aquam haurire, & vota promittere oportebat. ⁴ Poteratque idem & pontifex & augur esse, duabus que simul sacerdotiis præponi, cui etiam licet præibat, sic ut pontifici maximo. Et tametsi post susceptos honores, auguratus conferri soleret, tamen ⁵ Fabius Maximus, admodum adolescens, priusquam ullum gereret magistratum, auguratum gessisse dicitur. Quotiesque pro diversis captarentur, illius prævalere auspicia, qui in summo esset magistratu, certum est: ideo Consulis auspicia, si cum Prætoris confundantur, præponi haud dubium esse. ⁶ Fuit

¹ Namque incipiente.] Hæc usque ad versic. In quo id fuit const. sunt plurar. problem. cap. 37. ubi horum rationem reddit.

² Morbosis avibus.] Quod supra dictum est.

³ Sed euicunque funeri.] Corn. Tacitus lib. 1. Neque, inquit, Imperatorem auguratu, & vetustissimis cæremoniis præditum attrahere feralia debuisse.

⁴ Poteratque idem.] Nam Q. Fabius Maximus augur & pontifex simul fuit, ex Livio 2. Decad. lib. 10.

⁵ Fabius Maximus admodum adolescens.] Ut pater ex Livio 4. Decad. l. 3. Sed & idem Livius 3. Decad. lib. 9. in fin. tradit Titum Sempronium, admodum adolescentem, augurem creatum:

quod tunc, inquit, perrarum erat in mandando sacerdotiis. Titus Sempronius Gracchus (ut memoriam prodidit Plut. in Gracchis) P. filius seditionum Gracchorum pater, qui bis Cos. & censor fuit, idemque & suminus augur & vir sapiens, vir mira fortitudine & æquitate præditus, cooptatus in collegium augurium, cum esset admodum adolescens. Paulus Ämylius, qui Personam cepit, juvenis factus est augur, ut scribit Plutar. in vita Pauli Ämylii.

⁶ Fuitque exemplis cognitum.] Id dictum est Q. Fabii Maximi apud Tullium in Catone Majore, ubi sic scribit, Augur cum esset, dicere ausus est, Optimis auspicis eageri, quæ pro reipubl. salute fierent: quæ contra remp. ferrentur auspi-

S_{or}ricis
 occentu
 auspi-
 ciadi-
 rēpta.
 Domus
 auguris
 aperta.
 Aura
 silenti
 & pla-
 cida
 augu-
 ria ca-
 ptan-
 da.
 Minora
 auspi-
 cia ma-
 joribus
 cede-
 bant.
 auspicia, contra fieri. Cicero Philip. II.
 Jupiter ipse sanxit, ut omnia, que reip.
 salutaria essent, legitima & iusta habe-
 rentur. Ubi videtur Cicero illud He-
 toris ad Polydamantem fratrem ex-
 primere, cum is augurem suaderet de
 rebus gerendis consulere, Iliad. 12.
 Eīs oīarvīs ἀετοῖς & μυώδησι τελεί πα-
 τενσ. Id est,
 Augurium optimum, pro patria pu-
 gnare.
 Eobanus sic vertit,
 Augurium tamen est, quod praevalet
 omnibus, unum,
 Pro patria pugnare, armis defendere
 cives.
 Ita etiam vertit Budaeus,
 Augurium felix patrām tutarier unum.
 Quæ & ipsa sententia citata est, &
 probata Aristoteli Rhetoricorum l. 2.
 ipsi Ciceroni ad Atticum l. 2. epist. 19.
 Plinio Juniori lib. epist. 1. epist. 18.
 ad Tranquillum. Aphthonio in pra-
 exercitamentis, & Plutar. in lib. de
 fortuna & virtute Alexandri.

1 Occentu soricis.] Valerius Maxi-
 mus lib. 1. cap. 1. de Cultu deorum, de
 Fabio Maximo. Occentus soricis audi-
 tus, Fabio Maximo Dictaturam, C. Fla-
 minio magisterium equitum deponendi

que exemplis cognitum, apud augures optimis auspiciis ea-
 gerī, quæ pro Reipubl. salute susciperentur: quæ contra,
 inauspicata esse & monstrifica. Illud quoque dixisse non
 ab re fuerit, 1 occentu soricis dirimi auspicia, 2 sicut aquæ
 interventu irrita fiunt: 3 utque luminaria domus auguralis
 semper aperta sint, nulloque operculo claudantur. Quod-
 que cum auspicia captant, cœlo non turbido nec procelloso
 aut pluvio, sed aura silenti & placida, ubi omnia pura &
 tranquilla sunt, auspcentur, ne venti fatus aut tempestas
 avium gressus à suo cursu divertat. 4 Estque observatum,
 ut minora auspicia semper majoribus cedant, licet priora
 sint. 5 Siquidem cornicis aut columbarum auspicia, aquila
 superveniente irrita fiunt: aquilarum vero augurium, ful-
 mine adveniente nullum est.

causam prebuit. Plinius lib. 8. cap. 57.
 Soricim occentu dirimi auspicia, annales
 refeitus habemus.

2 Sicut aquæ interventu.] De quo
 supra dictum est.

3 Utque luminaria domus.] Hæc us-
 que ad versic. Estque observatum, sunt
 Plutarchi problem. cap. 72. ubi horum
 reddit rationem.

4 Estque observatum.] Servius in 9.
 eclog. Virgilii enarrans illud,
 Chaonias dicunt, aquila veniente, co-
 lumbas.

Sed idem paulo aliter in 12. Aeneid. in
 eum locum,

Cesserit Ansonio si fors victoria Turno.
 Sit, inquit, in auguriis prima posteriori-
 bus cedere. Vide Gellium lib. 13. c. 11.
 & in seq.

5 Siquidem cornicis, aut columbarum.]
 Quod non obscurè probat illud Virgilii
 ecloga 9. Ex quo loco ipse Servius
 dicit in posteriore illo loco, id ideo
 esse, quia aquila plus potest, quam co-
 lumbæ, ut & ipse dicit ejusdem loci
 auctoritate in lib. 2. ejusdem operis
 ibi,

Jupiter omnipotens, precibus si flesteris
 ullis,
 Aspice nos. —

CAPUT XX.

Qui essent equifunales in Tranquillo, contra nonnullorum interpretationem probabilis opinio.

Anceps quæstio fuit apud grammaticos, ambiguo sensu in utraque partem agitata, qui essent equi funiales, qui in solemni triumphi apparatu juxta triuinphantis currum incedebant. Nuper in cœtu patriciorum, in controversiam certamenque venit, quonam modo accipi conveniat, quod est in Tranquillo dictum, Tiberium Actia-
Funales equi
apud Suetoniu-
mum.
 co triumpho Augusti currum fuisse comitatum sinistrore funali equo, cum Germanicus dexteriore veheretur: qui essent funales equi, quærebatur. Cumque varia & fere populari opinione ferrentur, nobisque cum minime probarentur, visum tandem est, funales dici equos, qui funibus alligati currum triumphantis traherent: quibus prætextatis, summi imperatores vctabantur triumphi die, in quibus ingenui pueri sedere veteri more solebant. Prætextatos enim filios in equis triumphantium vchi, & Cicero
Prætextati-
filii in equis
triumphan-
tium.
 memini-

TIR A QUELLUS.

* *Quod est in Tranquillo.]* In Tib.
 ii Cxlviii vita, cap. 6. sic scribit, De-
 bine pubescens, Adliaco triumpho currum
 Augusti comitatus est sinistrore funali
 equo, cum Marcellus, Octavie filius, dex-
 teriore veheretur. Itidem Statius in
 sexto Thebaidos, in ludis Archemori,
 equum nomine Thoën dixisse videtur
 funalem, qui jugalis erat, & in cursu
 equestri Armeto inserviebat, tanquam
 tertius ille habenalis in trig. Sic enim
 ait,

— *Nc verbera voee,
 Nomini busque crient Pholoën Admetus
 & Iri*

Funalemque Thoën. —

Equi loris juncti hinc & inde currui
 triumphali, funales dicebantur, & alio
 nomine Habenales. Cujus rei mentio
 fit à Dionysio in 8. Antiquitatum,
 scribente, Institutum vetus fuisse &

heroicum, ut trium equorum currus
 in ludis decuterent. Duobus enim
 equis junctis tertius juxta adhibebatur,
Habenalis dictus: qui vincens lo-
 ris à præterrahendo, simulque jun-
 gendo παρηγό vocabatur à pri-
 scis.*

COLE R U S.

* Sed videtur alius esse Statii *funala*-
 lis, & Dionysii παρηγό ab hoc Suetonii.
 Hic enim pro eo acceperim, qui
 extra jugum incedit, & jugali oppo-
 nitur, quem Græci σφαιραν & σφερό
 appellant. Vide Onofrium Panuvinum
 libro de triumpho. Turneb. lib. 14.
 cap. 17. Torrent. ad Tib. cap. 6.

TIR A QUELLUS.

* *Et Cicero meminit.]* In Oratione
 pro L. Muræna, Aut confedere, inquit,
 in equis triumphantium prætextati po-
 tissimum filii soleant.

t Quare

ineminit, & multi prodidere. ¹ Quare Paulus Aemylius, devicta Macedonia, filios duos impuberces: & Germanicus curruin quinque liberis onustum, in triumpho duxit. ³ M. quoque Antoninus Philosophus, & Verus, triumphi die mille puellas virgines in equis triumphalibus vexere. ⁴ Vel quod in his insiderent, qui funalia præferebant & faces, propterea funales dictos veterum auctoritate probari: ⁵ nam per vulgatum fere est, faces & lumen tam in apparatu triumphi quam juxta triumphante deferriri solere. ⁶ Divus enim Cæsar ad lumina quadringenta in Capitolium trium-

*Unde
funales
dicti.*

¹ Quare P. Aemylius.] Id accepisse videtur a Plutarcho in vita ipsius.

² Et Germanicus.] Cornelius Tacitus de Germanici triumpho sic scribit, C. Cælio, L. Pomponio Coss. Germanicus Cæsar ad 7. Calend. Junias triumphavit de Cherustis Cattisque & Angrivariis, quæque alia nationes usque ad Albin colunt: lecta spolia, captivi, simulachra montium, fluminum, præriorum: bellum que, quia conficerre prohibitus erat, pro confecto accipiebatur. Augebat intuentum visus eximia ipsius species, currusque quinque liberis onus.

³ Mi: quoque Antoninus Philosophus.] Julius Capitolinus in vita illius.

⁴ Vel quod in his insiderent.] Utruncunque sit, certe clarum est, funale dici à fune: nam & funale pro ipso fune accipitur apud Livium ⁵. Decad. lib. 2. paulo ante fin. Funda media, duo funalia imparia habebat. Accipitur & pro re quapiam lucente ex fune, aut cera, aut alia re pingui composta. Unde & funalis cereus apud Valerium Maximum, ubi loquitur de C. Duillio, lib. 3. cap. 7. C. autem Duilius, qui primus navalem triumphum ex Pœnisi retulit, quotiescumque epulaturus erat, ad funinalem cereum, præeunte tibicine & sidicine à cena domum reverti solitus est. Et simpliciter funali pro cereo apud Cicero. de Senect. Delectabatur, inquit, crebro funali & tibicine: quæ sibi nullo exemplo privatus sumperferat, tantum licentia dabant gloria. Et Plinius, aut quis-

quis est, in lib. de viris illust. Duillio, inquit, concessum est, ut præludente funali & præcincte tibicine, à cena publica rediret. Hic simpliciter funale appellat, quod Valerius, ubi supra, vocat cereum funalem. Ovidius libro 12. Metamorph.

— Et primus ab æde

Lampadibus densum rapuit funale coruscis.

Silius Italicus lib. 6. in fin. de hoc eodem Duillio loquens, ait,

Cui nocturnus honos funalia clara sacerque

Post epulas tibicen adebat.

Servius in illud lib. 1. Aeneid. in fine,

— Et noctem flammis funalia vincent.

Funalia, inquit, à funibus, qui intra ceram sunt. His ante usum papyri cera circundatos habebant. Unde funera dicta: quia funes incensi illa præcedebant. *

COLE RUS.

* Addo locum Panegyristæ Laudatione Theodosii: Quid portas virentibus fertis coronatas? quid aulæ undantes plateas, accensisque funeralibus aulum diem referam?

TIR AQUELLUS.

⁵ Nam per vulgatum est faces.] Ut patet exemplo seq.

⁶ D. enim Cæsar.] Sueton. in vita illius, cap. 37. sic tradit, Ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephanti dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.

Quæ

triumphans ascendit, elephantis lychnos dextra sinistraque gestantibus. Quod eo constitutum ferunt, tum ut spectatior triumphi apparatus & conspectior foret, tum ut lumina, si forte tenebris obortis, pompæ triumphali non sufficeret dies, ad arcendas tenebras præsto forent: ipseque triumphans, luminibus circa adhibitis, conspectior fieret. Propterea haud ab re visum, sicut in Cæsar's triumpho elephantos lychnos gestasse legimus, comparimodo funalia & faces equos juxta triumphantem ferre, dici probabilius posse. Unde funales equos à funeralibus, quæ in equis triumphalibus præferebant, probe dici argumentamur. Ex quibus licuit nobis aestimare, vel quod funibus currum traherent, vel quod faces juxta triumphantem deferrent, sicut veteri exemplo probatum est, funales equos dici & aestimari.

CAPUT XXI.

*Qui fuerit apud veteres cœnandi usus, quæve hora prandii
& cœnae, quotque singulis lectis cœnitabant,
* & quid apud exterros.*

Antiquis¹ torum ex palustri ulva,² & ex stramento,<sup>Torus
& ci-
bus</sup> vel ex cespite fuisse,⁴ & longo tempore ex pulte<sup>non prime
secuti.</sup>

MERCERUS.

Quæ in hoc capite nostra egent animadversione, discutiuntur in convivio nostro Romano.

COLERUS.

* *Et quid apud exterros.*] De hoc ritu peculiariter scripsit Ciacconius, & Justinus Lipsius & Fulvius Ursinus.

TIRAQUELLUS.

I. Antiquis torum ex palustri ulva.] Naso libro Fastorum primo, inopiam & frugalitatem priscorum Romanorum graphicè describens, ait,

Dum easa Martigenam capiebat parva

Quirinum,

Et dabat exiguum fluminis ulva torum.

Et paulo post,

Tom. II.

*Nec pudor in stipula placidam cepisse secuti.
quietem,*

Et faxum capiti supposuisse, fuit.

*2. Et ex stramento.] Juvenalis sat. 6.
in prin.*

*Sylvestrem montana torum cum sterne-
ret uxor*

*Frondibus, & culmo, vicinorumque fe-
rarum*

Pellibus. —

*Plinius lib. 18. cap 3. Quiessomnisque
instramentis erat. vide in præced.*

*3. Vel ex cespite.] Seneca in Hercule
Octæo act. 2.*

Cespes Tyro melior esto

Solet impavidus duere somnos.

*Virgilius libro 8. Aeneidos describens
Euandri in Aeneam benevolentiam,*

s

qui

non pane Romanos vicitasile, perspicuum exemplis & probatum est: postea cum annis intercedentibus ex illo *Mense*. agresti cultu desitum esset, ⁵ mensas in quibus epularentur, ex acere aut fraxino ⁶ quadratas, ⁷ deinde orbiculatas fecisse, in quibus pranderent & cœnarent, satis constat. Quem morem à Laconibus Romanos sumpsisse crediderim, quibus nullæ fuere mensæ nisi ex robore. Romanis enim ante lecti erant ⁸ Archiaci & Bœotici, humiles & breves.

Laben-

qui cum epulis solemnibus accepit,
Sic enim ait,

*Hac ubi dicta, dapes jubet & sublata
reponi*

*Pocula, gramineoque viros locat ipse se-
dili,*

*Præcipuumque toro & villosi pelle leo-
nis*

Accipit Ænam. —

4 *Et longo tempore ex pulte.]* Plinius lib. 18.c.8. *Pulte non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum: quoniam inde & pulmentaria hodieque dicuntur. Et Ennius, antiquissimus vates, ob sidicinis famem exprimens, offam eripiisse plorantibus liberis patres commentorat. Et hodie satra prisca atque natalium pulte frithilla conficiuntur: videturque tam puls ignota Gracie fuisse, quam Italie polenta. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. de modo coinedendi antiquorum, Erant, inquit, adeo continentiae attenti, ut frequentior apud eos puls usus, quam panis esset.*

5 *Mensas, in quibus epularentur, ex acere.]* Ex Plinio lib. 33.cap. 11. *Ante se autem paulo lignæ rotunda & flida, nec multo majora quam mensas fuisse. Se quidem puero, quadrata & compacta, aut acere operata, aut citro cepisse. Et de acere quoque probat illud Virgilianum l. 8.*

Fæcidos,

Soliisque invitat acerno.

*Illudque Martialis mensæ acernæ apo-
phoretum 90. lib. 14.*

*Non sim crista quidem, nec sylva filia
Mauræ,*

*Sed norunt lantæ & mea ligna da-
pes.*

6 *Quadratas.]* Plinius d. libro 33.
cap. 11.

7 *Deinde orbiculatas.]* Athenæus libro 11. cap. 13. reddit rationem quare prisci circulares mensas parabant. Quod in orbem & circuitum factum est, orbiculatum dicitur. Unde poma orbiculata à Varrone lib. r.de Re rust. cap. 59. quæ rotunda sunt, figuramque habent orbis in rotundum circumacti. Vide infra ex Servio. Et Suet. in Neroni: *Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus, vice mundi circumageretur.*

8 *Archiaci.]* Horatius Epistolarum lib. 1.epist. 5. in prin.

*Si potes Archiacis conviva recumbere
lectis.*

*Archaicis nonnulli doctissimi viri legunt. Sunt autem Græco nomine Archiaci lecti Latino antiqui: id est, antiquo modo & more fabricati. Utitur hoc nomine Dionys. Halicarnassus l. 2. Quomodo autem mensæ Archiacæ, eodem modo, & lecti Archiaci sunt appellati: suntque intelligendi lecti imperite & parum eleganter facti.**

COLERUS.

* Sic sentit quoque Petrus Nannius Miscell. l.4. Et Luitinus Parerg. l. 161. Turnebus vero Archiacos lectos legit, & arbitratur esse humiles, parvos, inelegantes, non sumptuosos, ab Archia artifice sic vocatos: ut Seneca vocat Sothericos, de artificis nomine, rudes, impolitos, inelegantes, Advers. lib. 1. cap. 18.

1 Laben-

¹ Labentibus deinde moribus, tantæ luxuriæ factæ sunt, ut ærati primum lecti, abaci, triclinia, & monopodia, quæ Cn. Manlius Asia devicta primum vexit in triumpho, deinde ² citræ mensæ, ³ quæ elephantinis pedibus sustinebantur, ⁴ orbiculatæ, magno sumptu fierent, ⁵ quarum pretium auro appendebant, ⁶ aut ex ebore ⁷ vel testudine, scilicetis

TIR AQUELLUS.

¹ Labentibus deinde moribus.] Hæc usque ad ea verba, Deinde citræ mensæ, sunt Livii 4. Decad. lib. 9. non adeo procul à prin. Et super eo quod dictum est de Asia, Plin. lib. 33. cap. 11. sic scribit, Asia primum devicta luxuriam misit in Italiam, &c.

² Citræ mensæ.] Est hujusmodi mensæ citræ apophoretum Martialis lib. 14. cap. 89.

Accipe felices, Athlantica munera, syllava,

Aurea que dederit dona, minora dabit.

Athlantica autem appellat, quod in Athlante monte Mauritania sylva est, quæ citrum arborem & cedrum producit, unde mensatum insania: quas foemina viris contra margaritas regerunt, ut scribit Plinius lib. 13. cap. 15. in princip. ubi & tu videbis immensa mensarum pretia. Et de his mensis citreis est illud Lucani lib. 9.

Sed citri contenta comis vivebat, & umbris

In nemus ignotum nostræ venere securres,

Extremoque epulas mensasque petivimus orbe.

Sunt tamen qui ibi legunt cedri, nam & ex ea arbore mensas suisse factas satis constat ex Plinio lib. 13. c. 15. *

COLE R U S.

* Sed tamen videtur ibi retinendum citri pro cedri. Est & alia citrus quam Medicam vocant, Pomifera, à cuius pomis vestibus insertis, ad odorrem concipiendum, Vestis citrosa dicitur Nævio, ut vult Mactobius. Festus tamen citrosam vestem dictam vult, quod sit undatim crista.

TIR AQUELLUS.

³ Quæ elephantinis pedibus sustinebantur.] Vide infra proxime,

⁴ Orbiculatæ.] Servius in eum locum Virgilii lib. 3. Æneidos, Ambesas subigat malis abs famore mensas. Ambesas, inquit, undique esas: id est, rotundas. Maior res enim has habebant, in honore eorum Paniceas.

⁵ Quarum pretium auro appendebant.] Ad quod nonnihil illud Martialis nuper citatum.

⁶ Aut ex ebore.] Celsus Juriscons. in l. Labeo. ff. de suppelle. leg. Nam, inquit, fistili, aut lignea, aut vitrea, aut area denique supellestili utebantur: nunc ex ebore, atque testudine & argento: iam ex auro claram atque gemmis supellestili utuntur. Juvenalis satyra 11.

At nunc divitibus cœnandi nulla voluptas,

Nil rhombus, nil dama sapit, putere videbatur

Unguenta, atque roses, latos nisi sustinet orbes

Grande ebur, & magno sublimis pardus bracca.

Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,

Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus,

Et quos depositus Nabathæo bellua saltu, Jam nimios capitique graves.

⁷ Vel testudine, settis.] Hæc usque ad ea verba, In cœnaculis enim, sunt Plinii lib. 9. cap. 11. Testudinum putamina, inquietis, secare in laminas, lectosque & repositoria his vestire, Catullius Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii. Sed & lectos olim ex testudine factos suisse, testis est Philo Judæus in lib.

Tres
lectii in
cœnacul-
culis
& tri-
clinii.

Etis putaminibus in laminas, quod Carbilius Pollio instituit priius: adeo ut non modo mensas, sed lectos & repositoria testudinum putamine vestirent.¹ In cœnaculis enim domorum ² aut tricliniis stratis tribus lectis, ³ prisci illi sedentes cœnitabant, in quibus tres fuisse mensas ⁴ Varro significat, ex quibus una vinaria orbiculata, cylibantum dicta, à poculis quas ωλιμας Græci vocant: altera lapidea, oblonga columella suffulta, cui cartibulum: tertia, quadra-

ta, quæ

de vita contemplativa his verbis, *Triclinia lectii habent cubilia, aut testudineos, aut pretiosioris materie, gemmatos pluresque, stratis auro intexta purpura, vel aliis floridis coloribus variis oculos allicientibus.* Et Lucianus in *Afino auro*, *νέριν λιβη μεράριν δοτὸν γελάνεν Ινδικὸν πεπινθόν.* id est, lectus erat magnus ex Indica testudine factus. Et ex eo Apulejus lib. 10. ejusdem tituli, *Lectus,* inquit, *Indica testudine perlucidus, pluma congerie tumidus, veste serica floridus.* Juvenalis sat. 11.

Nemo inter curas & seria duxit habendum,

Qualis in Oceani flumis testudo nataret,

. Claram Trojagenis factura & nobile fulcrum.

Unde est illa indignatio Senecæ in libro 7. de beneficiis cap. 9. *Vide elaboratam scrupulosa distinctione testudinem, & fædissimorum pigerrimorumque animalium testas, ingentibus pretiis emperas, in quibus ipsa illa, que placet varietas, sublitis medicatis, in similitudinem veri coloratur.* Plinius lib. 16. c. 43. Portentosa ingenia appellat, quæ materiam in mari qualivere ad lectos, testudinemque in hoc secuere. Idem quoque Plinius lib. 33. cap. 11. auctoritate Fenestellæ, dicit Tiberii Cæsaris principatu testudineis repositorii argentum addi coepit. Vide præterea in præced.

1 In cœnaculis.] Varro l. 4. *Ubi cubilant, cubiculum: ubi cœnitabant, cœnaculum: cœnitabant.* Postquam in superiori parte cœnitare cœperunt, superiors dominus uni-

versa cœnacula dicta. *Pesteaquam ubi cœnabunt, phira sacre cœperunt, ut in castris ab hyeme hyberna.* Hybernum dominus vocarunt: contra astrium. Cœnacula dicuntur, ad quæ scalis ascenditur, ut scribit Festus Pompejus l. 3. c. 14.

2 Aut tricliniis stratis tribus lectis.] Servius lib. 1. *Æneidos in eum locum,*

— Aulaejanse regina superbis Auræ composuit sponda. —

Scribit antiquos stratis tribus lectis epulari solitos, errareque eos, qui triclinium dicunt ipsam basilicam, aut cœnationem. Unde Cicero in Oratione pro Murena, *Atque ille regatus, ut triclinium sternet, stravit pelliticis hædinis lectulos punicanos.* * Et Horat. Scrim. lib. 1. sat. 4.

Sepe tribus lectis videas cœnare quartenos.

Ubi Acron interpres, id est, duodecim in triclinio: nam & inde triclinium dictum est, à tribus lectis. Juvenalis sat. 5.

*— Ergo duo post,
Si libuit, menses neglectum adhibere clientem,*

*Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto,
Ubi sumus ait.* —

Ex quibus Juvenalis verbis apertissimum est, triclinium discubitorium tribus fuisse instructum lectis, atque inde nomen accepisse.

COLE R U S.

* De hædinis pellibus Seneca l. 16. Epist. 95. inf.

T I R A Q U E L L U S.

3 Prisci illi sedentes.] Vide infra.

4 Varro.] Lib. 4. de lingua Lat.

1 Persæ

ta, quæ vasa detinebat, cui urnarium dixere nomen.¹ Per-
se vero, cum antea in vimineis toris discumberent, postea
lectos auro fulgentes & geminis magnifice construxere,
in quibus vasa noui minoris censu ad æquarunt, quos tanto
censu excultos, ac regium apparatum in castris, Pausanias
cum devicto Mardonio ad Plateas vidisset illoneglecto,
modica mensa Laconicam cœnam fecisse dicitur. Græci
in symposio Græciensi frequenter cœnitarunt.² Apud
Romanos vero Heliogabalus argenteas primus mensas ha-
buissé dicitur:³ quibus in solemni epulo duæ tantum men-
sæ adhibebantur, una carnium, altera pomorum.⁴ Nam-
que veteribus cibus mundus erat, & simplex, neque opero-
sis condituris, aut appetentia exquisitus, sed sine apparatu
& sine impensa.⁵ Prandium enim & cœna in propatulo
fiebat, quia palam cœnitare dedecus non erat: secreto ve-
ro cœnitasse, probro & ignominia fuit.⁶ Id quod La-
cedæ-propa-
tulo.

¹ Pers. vero.] Hæc usque ad versic.
Græci in symposio, sunt Herodotii lib. 9.
Plutar. in Apophtheg. Pausanias, &
Cleombrori.

² Apud Romanos vero Heliogabalus.] Lampridius in vita illius. Primus deinde mensas & caspas argenteas habuit.

³ Quibus.] Servius in lib. 1. Ænei-
dos ibi,

Postquam exempta fames epulis, mensa-
que remotæ.

Ubi non carnium dicit, sed epularum,
quod non longe distat: nisi quod alterum
altero generalius est. Verum idem
Servius in libro 8. ejusdem operis in
eum locum,

Inflaurant epulas & mensa grata se-
cunda

Dona ferunt. —
Idem dicit quod hic Alexander.

⁴ Namque veteribus.] Hoc in se-
quentibus videbitur.

⁵ Prandium enim & cœna in propa-
tulo fiebat.] Valerius Maximus l. 2. c. 1.
Fuit, inquit, etiam illa simplicitas anti-
tiquorum in cibo capiendo humanitatis
simil & continentiae certissimus index.

Nam maximis viris prandere & cœnare
in propatulo, vereundiæ non erat, nec
sane ullæ epulas habebant, quas populi
oculis subjecere erubescerent. Et Isidorus
lib. Etymologiarum 20. cap. 2. Macro-
bius vero lib. 3. Saturn. c. 17. in pinc.
scribit, legibus Rom. præceptum fuisse,
ut patentibus januis præstaretur &
cœnitaretur. Sie ut oculis civium testi-
bus factis, luxurie modus firret. Hinc est
quod Juvenalis sat. 1. conqueritur suo-
rum temporum mores, qui à prisca
illa vivendi norma declinassent, quod-
que sur ætatis homines majorum in-
stituta mutassent, propter luxuriam,
nec jam in propatulo, sed intra priva-
tas ades multijuga, luxuriosaque, &
laute parata cœna, cœnarent,

— *Quis ferula septem
Secreto cœnavit avus.* —

⁶ Id quod Lacedæmoniis.] Plutarch.
in probl. cap. 32. & ante illum Strabo,
lib. 15. ubi idem dicit de Indis. Sed
& Reges ipsi Lacedæmonii, cum domi
erant, in commune convivabantur, ut
tradit idem Plutarchus in Agesilao. Et
Ægyptii, & Moÿsæ in propatulo
velce-

cedemoniis Lycurgi lege cavebatur: quod ideo constitutum ferunt, ne quis splendidius altero vesceretur. Hyemeque ad focum, aestivo anni tempore in aprico cenabant.

Cœne initium. *Secundus mensa.* *Ovum vero & mel, initium cœnæ fecere.* *In secundis mensis pomæ & mel, sicut ad principia convivii, multi-formes nuces dari assuevere.* *Apud majores autem semen candidi papaveris cum melle & lactuca plerunque mensas secun-*

vescabantur. Priorum, scilicet, Ägyptiorum testis est Herodotus, cum ait, *Domi ventrem exponerant, exterius in viis comedunt: reddentes rationem, Quæ sunt turpia, sed necessaria, ea in occulto fieri debere: palam vero quæ non sunt turpia.* Posteriorum Pomponius Mela lib. I. cap. 21.

I Ovum vero.] Horat. Serm. I. I. sat. 3.

Si collubuissest, ab ovo

Usque ad mala citaret, Io Bacche, modo summa

Voce, modo hac resonans, quæ chordis quattuor ima.

Ubi Porphyron interpres, *Quum enim, inquit, hodieque initium cœnae, quippe cum in gaste statim à balneis offeratur: mala autem apud veteres inter cetera secunda mensa offerebantur.* Athenæus lib. 2. Dipinso. auctoritate Naucratitæ, scribit in conviviis ova apponi solita. Idem tradit I. 14. c. 17. etiam in secunda mensa ova apponi, his verbis, *εἰδότο δέ καὶ ἐπ τῷ διάτηπερ τραπέζῃ.* *

COLERUS.

* Varro Endymionibus: *discumbimus mussati, dominus maturat ova ac cœnam committit.* Et Cicero ad Pætum: *Integram sanem ad ovum adfero.*

TIRACQUELLUS.

2 In secundis mensis pomæ.] Jam dictum est nuper ex Horatio & ipsius interprete. Sed non omittendus Ovidius in elegia de Nuce,

Poma cadunt mensis non interdicta secundis.

Ubi etiam intelligit de nucibus. Pollux I. 6. c. 11. speciatim nominat ea, quæ secunda mensa erant apud Græcos.

3 Et mel.] Infra in verbo, Apud majores autem.

4 Multiiformes nuces.] Supra ibi, in secundis mensis poma, & infra ibi, Deinde ut uva, ex Horatio. Præterea videbis Athenæus lib. 14. c. 17. ex Clearcho in Pandroso, his verbis,

Cape aquam in manus, ne quaquam: bene habet, cape bone.

Nihil pejus puri, impone mensæ nuces ac bellaria.

Et Macrobius lib. 3. Saturn. c. 18.

*5 Apud majores autem.] Plinius libro 19. cap. 8. non procul à fin. Papaveris, inquit, satiri, candidi semen totum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. **

COLERUS.

* Varro de re rust. I. 3. *Faunus venit in altaria, & mel ad principia convivii, & in secundam mensam administratur.*

TIRACQUELLUS.

6 Et lactuca.] Horat. Serm. I. 2. sat. 4.

Nam lactuca i natat acri

Post vinum stomaecho.

Ubi Porphyron interpres, *Hinc, inquit, appetat apud veteres ultimis mensis lactuca dari solitam, & Mart. I. 13. ep. 14. Clandere quæ cœnas lactuca solebat avorum,*

Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes? Athenæus autem lib. 3. cap. 11. *Omnibus, inquit, antiquis in more possum erat, ut neque uvas ante cœnam affarent, neque lactucas, vel aliud hujusmodi quidpiam, velut nostris temporibus invaserit consuetudo.* *

COLERUS.

* Virgilius Moreto: *Grataque nobis lumen requies lactuca ciborum.*

I Deinde,

secundas fecit. ¹ Deinde, ut uva, fucus, pyruin, & alia pomorum genera darentur ² bellaria, in usu fuit: Iberis autem, ut in symposiis glandem in secundis mensis tribuant, magni putabatur. ³ Græcis ova cum turdis & leporinis carnisibus, ac mellitis placentis, secundæ mensæ frequentius data sunt: quibus erat iste mos, ut in fine cœnæ linguas igne torridas, post sermones degustandas darent. ⁴ Præcipua tamen bellaria traduntur fuisse Attica lauta atque eximia. ⁵ Platonis vero bellaria fuere fucus, cicer, faba, myrti baccæ, & ex fago glans prunis tosta. ⁶ Fertur Helio-

Plato-nis bel-laria.

gabalus

TIRAQUELLUS.

1 Deinde, u. uva.] Virgilius loquens de uva Rhodia lib. 2. Georg.

Non ego te mensis & diis accepta secundis

Transferim Rhodia. —

Et Horatius Serin. libro 2. sat. quoque 2.

*— Tum pensilis uva secundas,
Et nux ornabat mensas, cum duplice
fico.*

Marcellus lib. 5. epig. 120. ad Tora-

Martialis lib. 5. epig. 120. ad Tora-

nium,

Mensæ munera si voles secundæ,

Marcentes tibi porrigitur uva,

Et nomen pyra, quo serunt Syrorum:

Et quas docta Neapolis creavit,

Lento castaneæ vapore toste.

Vinum tu facies bonum bibendo.

Poſthæc omnia forte, si movebit

Bacchus, quam ſolet, eſuritionem,

Succurrenti tibi nobiles olive,

Diceni modo quas tulere rami,

Et fervens cicer, & tepens lupinus.

Parva eſt cœnula, quis poterit negare?

Ex quibus intelligis quæ eo tempore

fuerunt secundæ mensæ.

2 Bellaria.] Ea significant omne

genus secundæ mensæ. Nam quæ πέμ-

πατεται Græci, vel τερπηματα dixerunt,

ea veteres nostri bellaria appellantur,

ut tradit Gellius lib. 13. cap. 11. & Ma-

crobius lib. 2. cap. 8. & lib. 3. cap. 18. in

princip. Scribilius autem, quæ inter

bellaria sunt, eſſe secundæ mensæ, do-

cet Martialis lib. 3. epig. 17. his verbis,

Circumlata diu mensis scribiliā secun-

dis

Urbat nimioſe ea calore manus.

Heraclides autem Tarentinus apud Athenæum lib. 2. cap. 10. utrum bellaria in principio cœnæ apponi debeant, ut in quibusdani Asia locis, & in Græcia consueverunt, an in fine. Nam si in fine, majore accedit nutrimento in ventrem & viscera prius ingresso, nubes, bibendi gratia, illatas cibisque immixtas, inflationes & nutrimenti ipsius corruptiones operari, quia id quod sequitur natura supernatare, & ad digerendum est operosum: ex quo cruditates fiunt & ventris oppresiones.

3 Græcis ova.] Hæc usque ad versic. Quibus erat, sunt Athenæi lib 14. Diaphanophist. cap. 17. auctoritate Aristophanis in Leptinisco, Alexidis in Polyclitea & aliorum. Dabatur, inquit, ovum etiam in secunda mensa, velut lepo- re, turdique cum placentis inferebantur: Sed quod ad placentas, de quibus hic Varro in satyra Menippæa apud Gelium lib. 12. (alias 13.) cap. 11. & Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 8. de secunda mensa eas removet.

4 Præcipua tamen bellaria.] Plato lib. 3. de Republ. vituperat hujusmodi bellaria, quæ tamen plurimis, ut dicit, jucunda & delicata videntur.

5 Platonis.] In lib. 2. de Justo.

6 Fertur Heliozabalus.] Lampridius in illius vita, *Parcitis in secunda men-*

gabalus pro luxus affluentia parasitos in secundis mensis novo genere edulii saginasse: nam cereas dapes, aut lignea edulia vel eburnea, saepe fictilia aut marinorea exhibuit, cum per singulos misiis tantum biberent, velut vescerentur, & manus abluerent.¹ Panem vero paniceasque mensas non argenteis vasculis, sed vimineis canistris Romani infen-
Panes
C^o paniceas
mensae.
rebant: Graeci vero per promas.² Quos ex multipli gene-
Panis
Species.
re variarunt: ³ nam & plebejus erat, & silagineus, qui can-
dore prestat: & tritico, pricipue⁴ Campano, quod (aucto-
re Varrone) ceteris praestaret,⁵ sicut in Falerno vinum,⁶ in

Casinati

sa sepe ceream cenam, sepe ligneam, sepe eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam marmoream etiam, vel lapideam exhibuit: ita ut omnia illis exhiberentur videnda de diversa materia, quia ipse cenabat, cum tantum biberent per singula fercula, & manus, quasi comedissent, la-
warent.

1 Panem vero paniceasque mensas.] Servius lib. 1. Aeneidos eo loco,

Dixit, & in mensa laticum libavit ho-
norem,

Primaque libato summo tenus attigit
ore.

Tangit, inquit, morem Rom. qui Paniceas
sacratisque mensas habebant, in quibus
libabant.

2 Quos ex.] Scilicet panes, & quod
mox dicit, variarunt, scilicet, Romani,
ut utrunque ex sequentibus appareat.

3 Nam & plebejus & silagineus.] Plebejus quis sit nomen indicat: Sili-
gineus aurem delicatior erat. Seneca
ad Lucilium epist. 120. Utrum hic pa-
nis sit plebejus, an silagineus, ad naturam
nihil pertinet. Illa ventrem non dele-
ctari vult, sed impleri. & rursum 124.
Non habet panem meus pistor, sed habet
villicus, sed habet atriensis, sed habet co-
lonus: Malum panem, inquis. Expelta,
bonus fiet, etiam illum tenerum tibi &
silagineum times redder. Ideo non est an-
edendum, quam illa imperet. Licet sint
qui in utroque loco similagineum le-
gent. Plinius autem lib. 18 cap. 8. tra-
dit Silaginem proprie dici tritici deli-

tias, & cap. seq in princ. Esilagine, in-
quit, laudissimus panis, pistriarumque
opera laudatissima. Sed & iterum c. 10.
in princ. tradit similaginem ex tritico
fieri laudatissimam. Et ut intelligas
an, & quid inter utraque, scilicet,
silagine, & similaginem intersit, vide
ipsum Plinium dictis locis. Ceterum
panis similaginei meminit Ecclesiasti-
cus cap. 39. his verbis, Initium necessa-
riae rei vita hominum, aqua, ignis, &
ferrum. sal, lac, & panis similagineus,
& mel, & botrus uva, & oleum, & ve-
stimentum. Sed & tu interim vide quid
de albo pane scripsimus in Commen-
tariis Nobilitatis cap. 20.

4 Campano.] Inno vero ipse Varro
lib. 1. Rei rusticæ, cap. 2. tritico Appulo primas, ut farri Campano tribuit,
Quod far, ait, conferam Campano? quod
triticum Appulo? quod vinum Falerno?
quod oleum Venafro? & Plin. I. 18. c. 7.
triticum Italicum ceteris præfert.

5 Sicut in Falerno vinum.] Varro ubi
supra, de quo & nos diximus in dictis
Commentariis Nobilitatis, cap. 31.
num. 454. incip. in libello.

6 In Casinati oleum.] Varro, ubi su-
pra, non Casinati, sed Venafro, sive Ve-
nafiano principatum tribuit, ut etiam
Strabo libro 5. non semel, & Plinius
lib. 15. cap. 2. Unde & Horatius Carm.
lib. 2. Ode 6.

— Ubi non Hymeo
Mella deceidunt, viridique certas
Bacca Venafio. —

Casinati oleum, ¹ in Tusculano sicum, ² in Tarentino mel præferebatur cæteris. ³ Erat & secundarius panis, & ⁴ ostrearius, ⁵ artolaganus, ⁶ speusticius, ⁷ subcinericus, & ⁸ artopticus: inter quæ ptisanam velut saluberrimam

Et lib. Serin. 2. sat. 4.

— Insuper addes

Pressa Venafrana quod bacca remisit
olive.

Idem Sat. 8. hujus lib.

His mistum jus est oleo, quod prima Venafri

Presit cella. —

Juvenalis sat. 5.

Ipse Venafrano piscem perfudit.

Subaudi oleo. Præstisile cæteris oleum Venafranum declarat hoc Martialis distichon lib. 13. Xenio 98.

Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri:

Unguentum quoties sumis, & istud olet.

Vetum Casinum & Venafrum eadem aut proxima videri possent ex Catone Rei rustica cap. 136. dum scribit quo pacto pollinationem in agro Casinate & Venafri sic dari oporteat. Sed eadem non esse constat ex eodem, qui ea separat cap. præcedenti, & Plin. lib. 3. cap. 5.

¹ In Tusculano sicum.] Laudantur & sicut Atticæ, & Laconicæ, & aliae apud Athenæum multorum auctoritatē lib. 3. cap. quoque 3.

² In Tarentino mel.] Quod & affirmat Horat. loco illo Carn. libro 2. Ode 6.

³ Erat & secundarius panis.] Plin. lib. 18. cap. 9. ubi hunc cibarium appellat his verbis, *Et Cibarii, quod secundarium vocant, sextarios quatuor.* Suetonius in Augusto, cap. 76. Secundarium panem, & pisces minutos, & caseum bubulum manu pressum, & ficos virides biseras maxime appetebat. Isidorus l. 1. Etymologiarum cap. 2. Horatius epist. lib. 2. epist. 1.

— *Vixit filiquis & pane secundo.*

⁴ Et ostrearius.] Plinii lib. 18. c. 11. Panis, inquit, ipsius varia genera pro-

sequi supervacuum videtur: alias ab obsoniis appellati, ut Ostrearii: alias à delicis, ut Artolagani: alias à festinatione, ut Speusticii: necnon à coquendi ratione, ut Furnacei, vel Artopticci, aut in elabatis cocti.

⁵ Artolaganus.] Plinius d. lib. & c. Hos tamen pro minus delicatis accipere videtur Cicero lib. 9. Epistolatum familiar. epistol. 2c. ejus lib. omnium vero 172. ad Papyrium Patum, *Descendat tibi sunt sportella & artolagani tui.* Artolaganus autem genus cibi ab ἄρτῳ, id est, panis, & λαγάνῳ, quod Græce dicitur, ut exponit Hesychius auctor Græcus, genus placenta ex simila in oleo cocta in patella: est etiam, eodem auctore, genus panis oleo aspersi. Et Athenæus lib. 3. c. 16.

⁶ Speusticius.] Plinius d. 11. c. 1. 18. à festinatione dici scribit: σπεύστιον enim Græce, festino significat.

⁷ Subcinericus.] A ratione coquendi quidam panes nuncupati sunt, ut fumacei & subcinericii, qui sub cinere coquuntur. Græce ἐξρυπίας ἄρτῳ. At non memini me legisse apud Latinos de subcinericio pane, praterquam in sacris Bibliis, ut Genesis cap. 18. Iudicium cap. 7. & 3. Regum 17. & 19. Osæ cap. 7. & forte alibi. Subcinericii panis mentionem facit apud Athenæum lib. 3. c. 15. Nicostratus in Ædito, & ingeniosus obsonator Archestratus.

⁸ Artopticus.] Plinius lib. 18. c. 9. & 11. Dicitur autem Artoptesius, ab artoptesia instrumento panibus coquendis accommodato: cujus meminit Plautus in Aulularia act. 2. scen. quoque 2.

Ego hinc artoptam ex proximo utendum peto

A Congrione. —

Talis autem panis erat tostus & inde

mam¹ magnopere commendarunt, quæ à Græcis sumpta origine, ad Romanos fluxit. ² Post quam Alicam Romani invenere, cuius Græci inexpertes sunt. Græcis quoque multiplicia panum genera comperimus. ³ Nam & zymitas, hoc est fermentatos, & obelias, & cibitanitas & can-

Placen-
tarum
genera.

chrydias & apyratas, pytirias & pyrinos panes legimus. ⁴ Pla-

Cœna
veterū
Roma-
norum.

centarum quoque genera varia, tarentinas, crassianas, si-
culas, clustras, plicias, guttatas, montianas, mustaceas &
spiras, quæ fiunt ex caseo. ⁵ Proditumque memorie est, an-

qui

tiquissimos Romanorum, cœnæ tantum panem adhibuisse,
prandio vero carnibus vesci, ⁶ non elixis, sed assis & veru-
decoctis, aut frictis: ⁷ quibus Parthi abstinebant, ⁸ & nisi ve-
natu quæsitis, nulli vesci permisum. ⁹ Et cum paucissimi

con-

nomen. Nam Græce ἑττίον, est affo, sive turreo, η ἄπτρος, panis: unde & artoptia instrumentum ad panem totum faciendum. Hæc Beroaldus in Suer. Augustum cap. 76. Est & alias panis Dēpsītīus (ut id addas), apud Catonem Rei rusticæ, c. 74. Sed non nulli ibi legunt Dēpsītūm.

¹ Magnopere commendarunt.] Plin. lib. 18. cap. 7. & lib. 22. cap. 25. & Galen. lib. 1. de Facultate aliment.

² Post quam, Alicam Rom. invenere.] Plinius lib. 18. cap. 11. Galenus ubi supra. Athenæus l. 1. Diplos. in universum tribuit Italos. De ea autem est apud Martiale lib. 13. Xenium 6.

Nos alicam, mulsum poterit tibi mittere
dives,

Si tibi noluerit mittere dives, eme.
Porro quo pacto ex hordeo aut zea, alica confici possit, docet Palladius l. 7. qui Junius inscribitur, c. 12. & Constant. Cæsar lib. de Agricultura 3. c. 7.

³ Nam & zymitas.] De his septem, præter quam Apyratis scribit Julius Pollux lib. 6. cap. 11. dicunturque ἑττίας, ranquam dicas vernales, quod scilicet verubus sunt assati, vel constipati: vel quia venderentur obolo, κελεύσῃ, cibitanarii, de quibus Plinius d. lib. 18. cap. 11. καζειδαῖ, ut legit Pollux ubi

supra, sive etiam καζειδαῖ, qui ali-
quibus apyrītæ, ex eo genere tritici, de
quo Theophrastus lib. 8. Historia Plan-
tarum, cap. 4. πυρεῖαι, furfuracei, cæ-
teris (ut scribir Pollux) viliores, πύρι-
αι, triticei. Zymitis adversi sunt azymi.
Sed alia multa genera panis videbis
apud eundem Pollucem in d. lib. Ifi-
dorumi Etymologiar. lib. 20. c. 2. Rho-
digin. lib. 9. cap. 16.

⁴ Placentarum quoque genera.] Vide de his Cælium Rhodiginum ubi su-
pra, & de aliis Pollucem in d. lib. c. 11.
& Athenæum lib. 14. cap. 19.

⁵ Proditumque est memorie.] Valer. lib. 2. cap. 19.

⁶ Non elixis, sed assis.] Hic omnino vide in nostris Commentariis Nobili-
tatis, cap. 31. ubi aperte multisque te-
stimoniorum docui veteres illos, & Græ-
cos, & Romanos his uti solitos.

⁷ Quibus Parthi abstinebant.] Vel-
uti in sequentibus patebit.

⁸ Et nisi venatu quæsitis.] Justinus lib. 41. Parthorum mores & victum describens, tradit Parthos carne non nisi venatibus quaesita vesci.

⁹ Et cum paucissimi convivæ erant.] Gellius auctoritate M. Varronis ex sa-
tyris Menippais, lib. 13. cap. 11. sic
scribit, Dicit autem conviviarum nume-

convivæ erant, non minores tribus : cum plurimi, non ultra novem in eadem mensa eisdemque lectis cœnitabant: ^{Convivum}
tamen et si vetus feratur adagium, Septem convivium, novem con- ^{nurse-}
vicium facere, quod scilicet obstrepente multitudine tu- ^{Adagium.}
multuantur potius quam in sobrio convictu sint. ^{Greci.} 2 Græcis
quatuor aut quinque convictores unis mensis adhibere, satis
erat. Carmanis vero separatae singulis convivis sedes sunt, ^{Car-}
& sua cuiq; in accubitu mensa. Fertur tamen L. Verus Im- ^{mani.} ^{L. Ve-}
perator præter exempla majorum, cum duodecim solem- ^{rhus nu-}
ni convivio primus accubuisse. Homerus usque ad decem ^{merum}
probavit. ^{In symposio autem Platonis octo conveniunt} ^{convi-}
^{auxit.} & vi-

rum incipere oportere à Gratiarum numero, & progredi usque ad Musarum : id est, proficisci à tribus, & consistere in novem : ut cum paucissimi conviva sunt, non pauciores sint, quam tres : cum plurimi, non plures quam novem. Macrobius ejusdem Varronis auctoritate l. i. c. 7. Hucque alludit illud Horatii Carm. lib. 3. Ode 19.

— Dat, puer, auguris
Murane, tribus aut novem
Miseentur cyathis pocula commodis.
Qui Musas amat impares,
Ternoster cyathos attonitus petet
Vates : tres probibet supra,
Rixarum metuens, tangere Gratia,
Tudis junctas ororibus.

1 Tametsi vetus feratur adagium.] Apud Julium Capitol num in vita L. Veri Imperatoris. De quo vide Erasmus Chiliadis prima cent 3. c. 97.

2 Græcis quatuor aut quinque.] Athenæus lib. 1. Dipnosophist. cap. 1. ubi describit in eam rem versus Archestrati Syracusii, vel Geloi in inscripta gastronomia, ut voluit Chrysippus, Cœnare una homines hinc divite mensa,
Atque adsint illi vel tres, vel quattuor omnes :
Non plures, vel quinque, foret nam cœna parata
Militibus rapide promptus & apientibus ictus.

Quo significatur convivas aut tres, aut quatuor, aut ad summum quinque esse debere : alias mercenariorum & rapto viventium conventum esset. Sed id perpetuum non erat apud Græcos : quandoquidem apud Lacedæmonios convenire solebant ad coenam quindeni, aut paulo pauciores, vel plures, ut ait Plutar. in vita Lycurgi. Alexander Severus multitudine convivarum offendebatur, dicens, se in theatro & circu manducare.

3 Fertur tamen L. Verus.] Julius Capitolinus in vita illius, & notissimum ejus quidem, inquit, fertur tale convivium, in quo primum duodecimus accubuisse dicitur: cum sit notissimum dictum de numero convivarum, Septem convivium, novem vero convicium.

4 In symposio autem Platonis.] Athenæus dicto lib. 1. cap. item 1. ad finem. Verum in Timao ipsius Platonis tres aut quinque requiruntur εἰς δύο τρεῖς & δὲ τέταρτος. At Lacedæmoniis in suis conviviis (ut supra hoc eodem capite diximus) conveniebant quindeni: ferebantque singuli farinæ medimum singulis mensibus, vini choas octo, casei quinque minas: præterea obsonii gratia, perparum quiddam nummorum: ad huc vero, si quis sacrificasset primitias, aut si quis venatus esset, partem prædictæ convivium mittebat, ut tradit Plutar. in Lycurgo.

& viginti: ¹ In quibus mensis Romani liberos cum pueris puellisque adhibebant, qui ad fulcra lectorum, ² servi ad pedes. ³ In ipsis autem lectis cum viris cubantibus fœmini-

næ

¹ *In quibus mensis.*] Suetonius in Claudio, cap. 32. Adhibebat, inquit, omni cœna & liberos suos cum pueris, puellisque nobilibus, qui, more veteri, ad fulcra sedentes, veserentur. * Cornelius Tacitus lib. 13. scribit moris fuisse, principum liberos cum ceteris ejusdem etatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum, propria & parciore mensa.

C O L E R U S.

* Per fulcrum lecti, inum lectum intelligit. Pars enim lecti fulcrum erat: itaque Ulpianus legato fulcrum lecti contineri ait, legato lecto. Augusti igitur liberi ad imam fulcri partem sedisse intelligendi sunt. Huc pertinet Dionis locus, de Cajo Principe, cum ait, *Ibi Pomponius secundus consul ad pedes ejus assidens cibum capiebat, ac subinde demissu capite eos deosculabatur.*

T I R A Q U E L L U S.

² *Servi ad pedes.*] Seneca lib. 3. de Beneficiis, cap. 27. Servus, inquit, qui coenanti ad pedes steterat, narrat, que inter cœnam ebris dixisset. Suet. in vita Caligulae, cap. 26. illum arguit quod nihil reverentior leniorque erga Se-natum, quosdam summis honoribus functos, coenanti ipsi modo ad pluteum, modo ad pedes stare succinctos linteo, passus esset. Ceterum scribit Agretius Grammaticus, circum pedes dici obsequia servorum, ante pedes amicorum. Hinc est illud Ciceronis dictum in 3. in Verrem actione, *Servos artifices pupilli cum haberet domi, circum pedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat, se emisse.* Martialis autem lib. 13. epig. 40. servos, qui conviviis assistunt ad pedes simpliciter appellat.

*At ipse retro flexus ad pedum turbam
Inter catellias anserum exta lambentes
Partitur apri glandulas palestritis.
Idem lib. 7. epig. 19. ad pedes dicit,*

*Nec esculent a sufficit gulæ preda,
Mislo lagena tm replet ad pedes vino.*

Et lib. 12. epig. 88.

*Bis Cotta sole as perdidisse se questus,
Dum negligentem ducit ad pedes ver-*

nam,

*Qui solus inopi præstat & facit turbam:
Excogitavit homo sagax & astutus,
Nefacere posset tate scepis dannum,
Excalceatus ire cœpit ad cœnam.**

C O L E R U S.

* Suetonius iterum in Galba c. 22. His autem ministris reliqua reliquiarum ab accubantibus dividabantur, aut potius projiciebantur, ut idem Sueton. eodem capite. Et Seneca Epist. 278. Marcellinum admonuit non esse inhumanum, quemadmodum, cœna peracta, reliqua circumstantibus dividuntur, sic peracta vita, aliquid porrigi his, qui totius vita ministri fuissent.

T I R A Q U E L L U S.

³ *In ipsis autem lectis.*] Sunt verba Valer. Maximi lib. 2. cap. 1. post princ. Et ad id quod dicitur, *Viris cubantibus*, illud sciendum est, de coenantibus vel vescentibus dici solitum accumbere, discumbere, recumbere: sed id inter ea differre, quod accumbere, deorum est: Virgil. lib. 1. Æneid.

— *Tu das epulis accumbere diuīm.
Discumbere, hominum est: Idem Virgil. in eod. lib.*

*Jam pater Æneas & jam Trojana ju-
ventus
Conveniunt, stratoque super discumbitur
ostro.*

Et paulo post,

— *Toris iufi discumbere pictis.
Recumbere feratum est, hincque illud lib. 8. Æneid. de Cerbro,*

— *Te janitor Oci
Offa super recubans antro semesa cruen-
to.*

Hæc Acrōn in Horat. Carm. librum 1.
Ode 27. Verum hæc differentia non
semper

næ sedentes cœnitabant: ¹ à principio enim majores nostri

semper observatur. Nam & accumbere de hominibus dicitur apud Plautum in Amphitryone actus 2. scena 2.

ALC. Cœna appetita'st, cœnari visti mecum, ego accubui simul.

AMPH. In eodem lecto? *ALC.* in eodem. *SOS.* hei non placet convivium.

Ciceronem in 3. in Verrem action. Tum ille negavit, moris esse Gratorum, ut in convivio virorum accumberent: mulieres. De qua re loquens idem ipse Cic. paulo ante, verbo discumbendi usus est. Et 7. in Verrem actione, Muliebria quotidie convivia essent, vir accumberet nemo, præter ipsum. *Liv.* 3. *Dec.* lib. 8. *Cœnatumque simul apud Regem est,* eodem etiam lecto Scipio atque Asdrubal (quia ita cordi Regi) accubuerunt. Uti etiam verbum accubare, quod est ejusdem significationis apud Ciceronem lib. 4. *Tusculan.* quest. *Gravissimus auctor in Originibus dixit Cato,* morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clavorum virorum laudes atque virtutes. & in Catilinam, *Qui milite accubantes in conviviis eructant in servitibus suis eadem bonorum.* Et *Colummellam* lib. 11. cap. 1. Nec nisi sacris diebus accubans cœnet. Sed & recumbere de hominibus quoque dici, probat illud *Plinii Junioris Epistol.* lib. 4. epist. ejus lib. 22. omnium autem 88 incip. Interfui Principis. *Cœnabat Nerva cum paucis, Vejento proximus, atque etiam in sinu recumbebat.* Et iterum epist. omnium 100. Recumbebat necum vir egregius *Fidius Rufinus,* super eum municeps ipsius. Et *Martial.* lib. 2. epigr. 19.

Debet Aricino conviva recumbere cli-

co,

Quem tua felicem, Zoile, cœna facit. Et lib. 7. epigr. 77.

Sportula nulla datur, gratis conviva re-

cumbis.

Sed quiequid sit de ea Acronis differentia, satis constat vitos in conviviis cubare solitos, sive id accumbere, aut accubare: sive discumbere, aut recumi-

bere vocemus. Quod & videre quoque licet ex Cicerone ad Atticum libro 5. epist. ejus lib. 1. omnium 87. *Discubui-*

mus omnes præter illam: cui tamen Quintus de mensamisit, illa rejectit. Et *Gellio*

lib. 3. cap. 19. *Apud cœnam Favorini*

Philosophi cum discubitum fuerat, ex-

ceptusque apponi cibis, servus assistens

mensa legere incepit. Quod intellige

secundum ea, quæ sequuntur.*

COLERUS.

* Modus autem accubitus hic erat. Accumbabant reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac jacente: capite leviter erecto, dorso à pulvillis modice suffulto. *Plautus Milite:* sed procum-
bunt, & se percellunt, dimidiati dum ap-
petunt. *Lipsius lib.* 3. *Antiq. lec.*

TIRAKUELLUS.

[A principio enim majores.] *Virg.* lib. 7. *Aeneid.*

Hæ sacrissedes epulis, hic aricte caso
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Ubi *Servius,* Majores enim, inquit, nostri sedentes epulabantur: quem morem habuerunt à Laconibus & Cretensibus, ut *Varro docet* in libris de Gente populi Romani, in quibus dicit quid à quaque traxerit gente. Quem etiam locum Virgilii in id expendit ipse Servius in eundem lib. 2. *Aeneidos* eo loco,

At domus interior regali splendida luxu
Instruitur. —

Quod & ipsum antiqui Græci obser-
vabant ex Homero lib. 3. *Odyssæ,*
Αὐτοτέρων ἔλε χεῖσχ, καὶ ἴδρυσε
ῳδὴ δαῖτι.

Id est,

Amborum prehendit manum, & sedere
fecit ad convivium.

Et iterum ad finem ejusdem libiti,
Δίνυνθ' οζέρησον.

Id est,

— Epulabantur sedentes.

Ægyptii testimonio sacerorum Biblio-
rum, Genesis cap. 43. ad finem, ubi sic
scribit, Rursusque lota facie egressus
Joseph, continuus se, & ait, Ponite pa-
nes.

Famili- stri sedentes epulabantur, ¹ Laconum more, ² adhibitis
pud- etiam principum liberis apud summos viros, cum cæteris
Græcos id ætatis pueris nobilibus, qui propria & parciore mensa, in
non ac- conspectu affinium vescebantur. ³ Apud Græcos vero fœ-
cumbe- minas in vili convivio accumbere nisi propinquorum, non
vit is. licebat: ⁴ quibus consuetudo mansit, ut in primis epulis
Græco- brevioribus poculis transigerent, in fine vero laxiora adhi-
rumbi- berent: quare ⁵ Græco more bibere, est capacioribus po-
bendi- culis haurire, ⁶ quibus lex data, ut in symposiis aut biberent,
mos. aut

res. Quibus appositis, seorsum Joseph, ^{| su. C. de repud.} Convivia enim, Veneris
& seorsum fratribus, Ægyptiis quoque, præludia sunt. Accur. in l. quod ait lex.
qui vescebantur simul, seorsum (illici- f. ad. e.g. Jul. de adult.
tum est enim Ægyptiis comedere cum He-
breis, & prophanum putant hujusmodi
convivium) sederunt coram eo, primogeni- 4 Quibus consuetudo mansit.] Alex-
nitus juxta primum genit. a.sus, & minimus ander Aphrodīsus hujus rationem.
juxta etatem suum. Id quod expendens reddit problem. cap. 8. Et ex hoc mi-
Philo Judæus in libro, cui titulus est, ratur Anacharsis apud Laërtium in vi-
de Joseph, Nondum, ait, discumbendi ta illius cur Græci initio convivii par-
mos receptus erat. Et Heroës & Mace- vis poculis uterentur: ubi vero saturati
dones, ut tradunt Duris, & Egesander, essent, majoribus Athenæus lib. 1.
& ex eo Athenæus lib. 1. cap. 11. Quod cap. 18. auctoritate Aristotelis in Tyr-
& testimonio Homeri scribit Athenæus lib. 5. cap. 3. rhenerum legibus, scribit Tyrrhenos
Inde thronos sedete super, sedesque pa- coenare cum mulieribus dispositis sub
ratas. eodem vestimento.

Idem dicit Athenæus l. 8. c. 13.

I Laconum more.] Quod jam di-
ctum est, ex Varrone & Servio in-
præced.

2 Adhibitis etiam Principum libe-
ris.] Hæc sunt Suetonii & Taciti, quo-
rum verba supra adduximus in verbo,
In quibus mensis.

3 Apud Græcos.] Cicero in 3. in
Verrem actio, cuius etiam verba atti-
llimus ibi, Servi ad pedes, & Probus
Æmylius in procenio ejus libri quo
clarorum virorum vitas describit. Et
idem quoque apud Macedones obser-
vatum fuisse, intelliges ex Herodoto
lib. 5. & Justino lib. 7. Mulier enim
quæ contra viri voluntatem, vel eo
ignorante, extraneorum convivia pe-
tierit, repudiari poterit, juxta l. confen-

su. C. de repud. Convivia enim, Veneris
præludia sunt. Accur. in l. quod ait lex.
f. ad. e.g. Jul. de adult.

4 Quibus consuetudo mansit.] Alex-
ander Aphrodīsus hujus rationem.
reddit problem. cap. 8. Et ex hoc mi-
ratur Anacharsis apud Laërtium in vi-
ta illius cur Græci initio convivii par-
*vis poculis uterentur: ubi vero saturati
essent, majoribus Athenæus lib. 1.
cap. 18. auctoritate Aristotelis in Tyr-
rhenerum legibus, scribit Tyrrhenos
coenare cum mulieribus dispositis sub
*eodem vestimento.**

5 Græco more bibere.] De quo Cice-
ro in 3. in Verrem actione: Vos omnes
Verres certiores facit quid opus esset, ma-
ture venient, discubuntur: fit sermo in-
ter eos & invitatio, ut Græco more bibe-
retur: hospes hortatur, poscent majoribus
poculis, celebratur omnium sermone leti-
tiaque convivium. Sed vide infra in
verbo, Nonnulli Græco more.

6 Quibus lex data est.] Cicero lib. 5.
Tusculan. quæst. Mibi, ait, quidem in
vita servanda videtur illalex, quæ in
Græcorum conviviis obtinetur: Aut li-
bat, inquit, aut abeat, & recte. Aut enim
fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate
potandi: aut, ne sobrius in violentiam ri-
nolentorum incidat, ante discedat. Sic in-
juicias fortunæ, quas ferre nequeas, de-
sugiendo relinquis. Canticum Græca con-
vivalis hac erat, n̄s n̄s n̄s, n̄s n̄s,
n̄s n̄s n̄s, hoc est, bibe quinque, bibe
tres, bibe quinque cyathos.

aut abirent. ¹ Sicut apud Scythes scythissare, erat intemperatus bibere. ² Nonnulli Græco more bibere dicunt esse, quoties deos aut amicos inter pocula appellarent singulos nominatim, toties haurire, & large merum bibere: utque quuin magistratus & honores dabant, vina pateris circumferrent: cumque alicui propinassent, nominatim designare cui poculum darent: & primo deos, deinde amicos appellare: totiesque haurire affatiim, & bona à diis precari. ³ Et tametsi vino vim sapientiæ adhiberi putarent, si quan-

¹ *Sicut apud Scythes scythissare.]* Herodotus lib. 9. & ex eo, & Chameleonte Heracleote in libro de Temulentia. Athenæus lib. 10. Diplosophist. cap. 8. & rursus ex Hieronymo Rhodio in lib. de Ebrietate 11. c. 17. Erasin. Chil. 2. cent. 3. cap. 17. Quid autem sit Abscythissare, videbis apud eundem Athenæum lib. 12. cap. 8. in fine.

² *Nonnulli Græco more.]* Asconius Pædianus in d. 3. action. in Verrem Ciceronis: *Græco more bibere est cum cyathis meroplenis saltare: & primo deos, deinde amicos suos nominantes, toties merum bibere, quoties Deum & charos suos nominatim vocant. ad quem inotem allusit Horatius lib. Catm. 3. Ode 19.*

*Dat Iun.e propere novæ
Da noctis media, da puer auguris, &c.
Ubi Acron, Hoc modo veteres festivitatem conviviorum celebrare consueverant, ut singulos vini cyathos sub singulorum deorum, aut ebarissimorum bonum non nomine in poculis apponi juberent, & vide infra in verbo, Et ne intepescerent. **

COLERUS.

* Horat. alibi:

— *Dicit Opuntie*

Frater Megillæ, quo beatus

Vulnere, qua pereat sagitta.

Tibullus:

Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat,

Nomen & absentis singula verba sonent.

Plautus Sticho:

Bene eos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanium.

TIRAQUELLUS.

³ *Et tametsi vino.]* Martialis lib. 5. epig. 65.

Sextantes Calliste duos insunde Falerni,

Tu super aestivas Alcine funde nives.
Et lib. 12. epig. 17.

*Ebria Setino fit scipe & scipe Falerni:
Nec nisi post niveam cœcuba potat a-*

quam.

Et lib. 14. epig. 103.

Setinos moneo nostra nive frange erien-

tes,

Pauperiore merottingere lina potes.

Et seq. epigram.

Attenuare nives norunt & linctea no-

stra:

Frigidior cælo non salit unda tuo.

Et epigram. 117.

Non potare nivem, sed aquam potare ri-

gentem,

De nive commenta est ingeniosas fitis.
Et Plinius lib. 19. cap. 4. *Hi nives, illi*

glaciem potant, pœnasque monitum in vo-

luptatem gulæ vertunt. Servatur algor

astibus, excogitaturque, ut alienis mensis-

bus nix algeat. Alter Plinius Junior

Epistolam l. 1. epist. 15. de quodam

suo convivio loquens, Paratæ erant,

inquit, lactucæ frigidæ, cochlearæ ternaæ,

ova bina, alicacum mulso, & nive. Athe-

næus quoque lib. 3. cap. 2 t. auctoritate

Alexidis & Dioicratis in Inscripto: Euthycelis in Decoctoribus, Xenophontis in Memorabilibus, Char-

tis

dilutio apud Græcos. si quando tamen vinum aqua admiscerent, illud tepefactis nivibus diluebant, nonnunquam marinam vino adhibebant, quo incorruptius foret. Romanis etiam corollas poculis in conviviis accipere, ² festisque diebus coronatos & fertis redimitos epulari

tis Mytilenæ in Historiis de Alexander : Stratidis in Refrigeratoriis, & Callistrati Commistorum libro 7. Ostendit veteres nivibus in potu cum vino usos fuisse. Quibus adde Cicero nem lib. 4. de Finibus, *Quibus vīnum diffusum sit è pleno ænophoro, cui nihil demperit nix.* Ira enim eum locum emendavit Paulus Manutius. Sed illud tamen non omiserim hujusmodi a quam nivalem esse admodum insalubre, ut videre licet ex Aristotele prob. sect. 24. quæst. 19. & Gellio lib. 19. c. 5.

¹ Romanis etiam corollas.] Hinc enim illud Virgilii lib. 1. Æneidos,

Crateras magnos statuunt & vinacoruant.

Quia scilicet, ut scribit ibi Servius, antiqui pocula coronabant. Et ad id quoque trahit illud libro 3. Æneidos,

Tum pater Anchises magnum cratera corona

Induit, impletusque mero, diuosque vocavit,

Stans celsa in puppi. —

Illudque lib. 7. ejus operis,

Crateras magnos statuunt, & vinacoruant.

Ubi idem Servius dicit vina ibi accipi pro pateris, citatque locum illum proximum. Nec Romani tantum, sed & Græci id faciebant, vel Homero teste lib. 21. Odyssæ,

— *Κέροι δὲ κρητῖδας ἐπεσέθαντο ποτοῖσι.*

Quæ sententia etiam Tibulli auctoriæ lib. 2. elegia 5. confirmari potest,

Aut è ueste sacris tendent umbracula fertis

Vincta, coronatus stabit & ipse calix.

² Festisque diebus coronat.] Coronatos antiquitus fuisse in compotationibus, testimonio sunt Plantus, Virgiliius, Ovidius. Ille enim in Amphi-

tryone act. 3. sc. 4.

Capiam mibi coronam in caput, assimulabo me esse ebrium.

Et iterum in Pseudolo act. 5. sc. 2. post princ.

Quid te ego video? Pseud. cum corona ebrium Pseudolum tuum.

Virgilius de Sileno ebrio loquens ecloga 6.

Serta procul tantum capitū delapsa jacebant,

Et gravis attrita pendebat cantharus ansta.

Et lib. Æneid. 7.

— *Frondenti temporavamo Implicat. —*

Ubi Servius, *Diebus enim, inquit, festis ita epulabantur. Ex quo loco Alexander id accepisse videtur, quod hic dicit. Ovidius lib. 5. Fastor.*

Tempora utilibus pinguntur tecta coro- nis,

Et latet injecta splendida mensa rosa. Ebrius incinctis Philyra conviva capillis

*Salat, & imprudens uitur arte meri. Sutiles autem coronas solennes fuisse, præsertim sacræ, auctor est Plinius libro 21. cap. 3. *Sutiles, inquit, Saliorum sacræ incinctus & solennes ex-nis. Ex quibus facile intelligis legendum apud Martialem *futilibus non subtilibus*, ut quidam legunt lib. 5. e-pig. 65. quod & ad hunc locum pertinet,**

Pingue scut nimio madidus mili crinis amomo,

Lassenturque rosæ tempora utilibus. Possetque videri Græcos obtinuisse ex Aristophane in Equitibus,

Ως τερπ κοίνας, σέρανοι μέλχων αὐού δίην δι' ἀπολωλάς.

Et Cratino in Mollibus, Nicostrato, Philoxeno Dithyrambo in Inscripta coena, & Eubulo Tittheo, & ab his

Athenæo

epulari mos erat ¹ cum lemniscis. Erant enim fasciæ colo- ^{Lem-}
ratæ, quæ coronis addebantur, cautumque fuit, ut He-
truscis corollis lemnisci tantum aurei darentur, ² sumpta
ab Ionibus consuetudine, qui in lautioribus culinis primi
corollas invenere: ³ quod ab Indis usurpatum, ut ad fami-
liare

Athenæo lib. Dipnosophistarum 15.
c. 13. Hanc autem rei causam Aristoteles & Ariston Peripateticus prodi-
derunt, uterque in suis libris Rerum
amatoriæ. Et ex eis idem Atheneus ejusdem operis lib. 15. cap. 5.
Nam cum veteres liberalius in suis
symposiis, vino se invitarent, & pro-
fusius biberent, ut capitum doloribus,
qui ex vino largius hausto fiunt, oc-
curerent, fasciis id & aliis ligamentis
circumligabant. Postea autem progredi-
entibus ætatibus hominum, ut assolu-
let, ad explenda ornandaque antiqui-
tatis inventia, ingeniosum semper gen-
nus, necessitati & utilitati huic orna-
tum & elegantiam inesse voluit, in-
ventumque addidit decorum. Corolla
igitur in symposiorum licentia intro-
ductæ sunt, qua & usum priorem faci-
le præstarent, & spectantium oculis
nitidam etiam cultus elegantiam de-
center afferrent. Nam & alias (ut id
quoque addas) coronas ad valetudinem
hominum compositas fuisse, te-
stimonio est Plinius, qui d. l. 31. c. 3.
scribit in eis esse aliquam valetudinis
portionem, in potu atque hilaritate
præcipue, odorum vi subrepente falla-
citer. Quod & docet Dioscorides lib-
ro 4. c. 12. ubi de Hippoglosso tra-
stat. Idem Plinius lib. 24. cap. 10. ubi
de sinilace, Coronam, inquit, ex eo Smil-
lace scilicet, factam impari soliorum nu-
mero, aijunt capitum doloribus mederi, &
cap. 12. statim à princ. Spine alba si-
men contra scorpiones auxiliatur. Corona
ex ea imposta, capitum dolores minuit. Et
lib. 27. cap. 11. etiam statim post prin-
cip. ubi de Hippoglossa. Capitum do-
rem coronam ex his (Hippoglosso soliis)
imposta minuit. & cap. seq. ubi de Po-
lygono. Plutarch. probl. symposiacon

Decad. 3. prob. 1. Galenus lib. 2. Phar-
mac. loc. c. 2. & Marcellus Burd. ga-
lensis cap. 1. non seme.

¹ Cum lemniscis.] Festus lib. 10.
statim post princ. Lemnisci, id est, fa-
sciæ colorie dependentes ex coronis pro-
picea dicuntur, quod antiquissimum fuit
genus coronarum laurearum. Plin. l. 21.
cap. 3. Crassus dives, primus argento
auro quoque in imitatus, ludis sui coronas
dedit. Accesseruntque & lemnisci, quos
adjici, ipsarum coronarum bonus erat
apud Hetruscos, quibus jungi non nisi au-
rei debabant. Servius lib. 2. Aeneid.
enarrans eum locum,

Principis ibant evincti tempora tenis.
Vittis, inquit, rosis, & significat lem-
niscat. as coronas, que sunt de frondibus &
discoloribus soeis, ut ait Varro. Plutarc.
in Sylla tradit sacrificanti Sylla obla-
tam &c. λεβέν, laureæ corona spe-
ciem, ἡριόνων δύο γλυπτηρά, id
est, lemnisci duobus prependedibus. In-
terpres vero pro lemniscis corymbos
maluit reddere.

² Sumpta ab Ionibus.] Valerius Ma-
ximus lib. 2. cap. 1. ubi de civitate
Spartana, Andoverant, inquit, inde,
neimpe ex Asia, & immedicos sumptus
& omnia necessaria voluptatis genera
fluxisse: primosque Ionas unguenti, coro-
narumque in convivio dandarum, & se-
cundæ mensæ ponendæ consuetudinem, aut
parvaluxuria irritantem repeisse. Ve-
rum eum morem accepisse videntur à
Prometheo, qui cum à Jove vinculis
liberatus fuisset in Caucaso coronam
habuisse dicitur, ut se vctorem im-
pune peccasse diceret. Lege Higinum.

³ Quod ab Indis usurpatum.] Alex-
ander apud Q. Curtium lib. 9. exem-
pli Liberi patris coronatus cum exer-
citu, devicta India, triumphavit.

Ferculum in cœnis solennibus afferendis ratione.

Potandi ratio.

Famulorum munera in conviviis solennibus.

Delitiae corruptissimorum.

Versatilia laquearia cœnationum.

liare convivium coronati accedant. Quinetiam vetusti moris erat, fercula exquisita & lautiora à ministris coronatis cum cantu & tibicine in cœnis solennibus afferri, ¹ poculis que coronatis bibere, summa inque cœnarum lautitiam tripatina distinguere, una murænarum, altera luporum, tertia myxionis piscis: ² & ne intepescerent, cum obsoniis focos quoque transferri institutum. Singulisque poculis singulos deos aut heroas, nonnunquam amicos advocare, adstante cantorum turba, ac toto servitio & famulatu: quorum alter reliquias colligit, quæ è mensa cadunt, alter murinur compescit, aliis sputa è pavimento, & si quid iminundi est verrit: eoque processere delitiae, declinatis corruptisque mobribus, uti ³ totos apros una mensa apponenter, quem ⁴ primus Romanorum Servilius Rullus apposuisse fertur. Deinde multam venationem, & condimentorum varietatem apponi usurpatum. Quinetiam versatilia cœnationum laquearia ⁵ Nero commentus fuit, ut quum fercula admittentes bantur,

1 Poculisque coronatis.] Supra in verbo, *Romanis etiam corollis.*

2 Et ne intepescerent.] Vide supra, ubi de Græcotum bibendi more diximus.

Sed quibus adde Martialem illis, quæ ibi diximus, alludentem l. i. epig. 39.

Navia sex cyathis, septem Justina bibatur,

Quinque Lycas, Lide quattuor, Ida tribus.

Omnis ab iafuso numeretur amica salerno:

Et quia nulla venit, tu mibi Somme veni.

3 Totus apros una mensa apponenter.] Ex quo illud Juvenalis sat. i.

— Quanta est gula, que sibi totos Ponit apios animal propter convivium natum.

Quanquam Tiberius Cæsar, ut scribit Suetonius in vita illius, cap. 34. affirmans omnia habere, quæ totum dimidiatum aprum apposuit. In cœnis lautoribus priscorum bini & terni mandebant apti: quidam etiam appone-

bantur milliarii, sic appellati à pondere mille librarum: quorum Varro lib. 3. de Re rust. & Seneca Epist. libro 21. meminerunt.

4 Primus Romanorum Servilius Rullus.] Plinius lib. 8. cap. 51. ubi loquitur de solido apro, *Solidum aprum, inquir, Romanorum primus in epulis apposuit P. Servilius Rullus, pater ejus Rulli, qui Ciceronis consulatulegem Agrariam promulgavit.*

5 Nero commentus fuit.] Sueton. in vita illius cap. 31. *Cœnationes laqueatae tabulis eburneis versatilibus, ut flores & ex fistulis, unguenta & super spargentur.* Seneca lib. 14. epist. ad Lucilium 2. omnium epist. 91. de hujusmodi Versatilibus laquearibus hæc tradit ad hanc rem apprime conducentia, *Hodie utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet, aut secat, aut versatilia cœnationum laquearia ita coag-*

bantur, alia facies cubiculi desineret, alia succederet. ¹ Aegyptiorum mos traditur, ut in familiaibus cœnis brassicam præsumant in primis, eo edulii genere ebrietatem discuti arbitrati, ² quam Cato oleribus præposuit cunctis, ita ut mane illam esse oporteret jejunum. ³ Nonnulli nuces, lupinos, citrum & apium, quod venenis prodeissent, velut antidotum, præcepere. ⁴ Græci vino madentes: oleo per-
un-

mentat, ut subinde alia facies atque alia succedat, & toties tecla, quoties ferculam mutentur.*

COLE R U S.

* Vide eundem Senecam lib. 2. quæst. Naturalium, & Spartan. in Hadriano.

T I R A Q U E L L U S.

¹ Egyptiorum mos.] Athenæus lib. 1. Dipnosoph. cap. 3. eodemque ult. ubi & idem dicit de Sybaritis ex Timæo. Et quod hæc ebrietatem discutiat, tradit Aristoteles rei ratione in reddens problem. sect. 3. quæst. 34. cap. 17. Vide tamen Plinius lib. 20. cap. 9. qui scribit, Brassicam vino adversari, ut inimicam vitibus, Antecedente in cibis caveri ebrietatem. Postea sumpta crapulam discuti. Sed ut redeam ad Athenæum. Is continuo sub jungit, Raphanum ebrietatem quoque prohibere & discutere, auctoritate Alexidis & Eubuli. Et veteres etiam Raphanum appellasse Brassicam, etiam auctoritate Appollodori, Carystii, Alexandridis, Nicocharis & Amphidis: Ut interim non prætermittam, brassicam & vitem, sibi natura quadam occulta adversari, ut vitis brassica odorem fugiat: testis Theophrastus, & ex eo Athenæus ubi supra in fine.

² Quam Cato.] In lib. de re Rust. cap. 157.

³ Nonnulli nuces.] Servius de his omnibus loquens in lib. 2. Georgic. ibi:

— At membris agit atra venena.
Radices, ait, nuces, lupini, citrum, apium prouunt contra futurum, non contra jam

acceptum. Unde etiam ante alias ullas epulas hac solebant apponere. Hæc Servius Sed quod ad apium pertinet, antiquitus cœnantes apio se coronabant. Horatius lib. 2. Carinum Ode 7.

— Quis udo

Depreparare apio coronas,
Curatve myto? quem Fenus arbitrum
Dicet bibendi? non ego sanius
Bacchabor Edonis: recepto
Dulce mihi si uere est amico.

Quod scilicet, ut ibi tradit Acron, apii corona ebrietatem prohibere dicitur. Et idein libro 4. ejusdem operis, Ode 11.

Est mihi nocturna superantis annum
Pennis Albani cadus: est in horto,
Phylli, ne clendis apium coronis.

Ubi & ipse idem Acron: Alaeus, inquit, frequenter se dicit coronari, vel quia tardius depositatur, qui prandet apio coronatus, ut,

Floribus, atque apio crines ornatus a-
maro.

Qui locus est apud Virg. Eclog. 6. Plinius lib. 19. c. 8. de Apio scribit, Quod honos erat ipsi in Achæa coronare vi-
tores sacri certaminis Nemæt. Anea & sociis ejus, cum primum in Italiam devenissent, humi discumbentibus, solum apio fuisse substratum, idque illic mensæ loco fuisse scribit Dionys. Halicarnass. lib. 1.

⁴ Græci.] Vide, an id adaptari possit quod tradit Aristot. lib. 2. Rheticorum, ubi de locis & entymematis tractat. quinquam alio respicere videatur. & problem. libro 3. cap. 34.

Sed. ungunt & sale, ¹ qui etiam ante reliquas dapes sal, velut
Roma- amicitiae symbolum hospitibus apponunt: ² sicut Romani
ni. lactucas, quod ebrietatem discuterent. Quinetiam ³ Æ-
Egypt- gyptiorum usus erat, ut in solenni epulo propinquorum &
ptii. affinium, qui decessere, aromatibus referta corpora iisdem
lineamentis & specie recentissima, ac si vivi essent, intro-
ducant: hisque præsentibus, & quasi convivis adhibitis,
epulentur: & si quando regum conviviis advocarentur, va-
sa haberent, in quibus ventrem levarent aut vomerent.
Cret- ⁴ Cretensibus, accubantes vesci, instar magni criminis erat,
tenses. itaque stantes epulabantur, ⁵ contra Lusitani: nam seden-
Lusit- tes cœnitabant: ⁶ quod Alexander Macedo fecit, qui se-
tani. Græci. dens vescebatur. Græci quoque in toris ex boum tergori-
Galli. bus assidentes, ordine ludunt & vescuntur. ⁷ Galli, dum
Galate. cœnant, in stramentis assident. ⁸ Galatæ in pellibus lupo-
rum

¹ Qui etiam ante reliquas.] Vide Erasmus Chil. 1. cent. 6. c. 10. & Chil. 4. cent. 9. c. 80.

² Sicut Rom. lactucas.] Plinius libro 20. c. 7. & de his supra ibi, *Et la-
cteua.*

³ Quinetian Egyptiorum.] Herodo-
tus lib. 2.

⁴ Cretensibus.] Servius, auctorita-
te Varronis in libris de Gente populi
Romani, in eum locum Virgilii lib. 7.
Æneid.

— Hic ar. etc c. 60
Perpetuis soliti patres confidere mensis.
Sic scribit longis ad ordinem exæqua-
tis sedentium. *Majores enim nostri se-
dentes sepulabuntur: quem morem habue-
runt à Laconibus & Cretenibus.* Hera-
clides autem in Politicis scribit, Cre-
tenses sedentes in thronis epulari. Pyr-
gion quoque l. 3. Legitimorum apud
Athenæum lib. 4. cap. 5. tradit Cre-
tenses sedentes comedere, junioribus
illis ministrantibus. Quo etiam in lo-
co idem Athenæus, ejusdem Pyrgio-
nis & Dosiade libro 4. Retum Cre-
tensem auctoritate, cuiusmodi co-
rum convivia essent memorias prodi-
dit.

⁵ Contra Lusitani.] Strabo lib. 3.
de Lusitanorum ritibus, sic scribit, *Pro
oleo butyrum usurpat, sedentes cœnitant,
ædificatos in pariete hemicyclos habentes.*
Similiter & Illyrii apud Hermippum
libro 2. Philippicarum rerum, & ex eo
Athenæus lib. 10. cap. 14. *Illyrii,* ait,
*cœnant libuntque sedentes mulieresque
ducunt in conventus.*

⁶ Quod Alexander Macedo.] Du-
ris apud Athenæum libro 1. Dipno-
sophist. capite 11. & Plutarchus in
vita ipsius Alexandri. Subdit autem
Athenæus ex Hegesandro, in mo-
re positum fuisse apud Macedones,
ut nullus decumberet inter convi-
vas, nisi extra retia aprum interfe-
cisset: tunc enim sedere inter convi-
vantes licet.

⁷ Galli.] Strabo lib. 4. *Hanc etiam,*
inquit, *in etatem vulgo bumi cubant, ex-
nitantes in stramentis assident, plurima
illis cum laude esca.*

⁸ Galatæ.] Diodorus Siculus c. 6.
alias 9. *Cœnant sedendo omnes, non in
sedibus, sed in solo super luporum, aut ca-
num stratis pellibus.* Alia de cœnis Ga-
latarum videbis apud Athenæum l. 1.
cap. 11.

rum aut canum. Cato junior post civile bellum, non accumbens ut prius, sed sedens, cibo parciore usus fuit.¹ Contra de Terentio Varrone² & Hannibale legitur, ut post afflictas res stantes cœnitarent. Apud Indos solus rex in *Indi*. lecto ex stramentis factō accubat, cæteri sedentes epulan-
tur. ³ Spartanis communia erant convivia, pauperes cum *Spar-*
tani. ditionibus eodem vescuntur obsonio: festisque diebus,
quos ⁴ Phiditia nuncupant, ⁵ nigrum jus ⁶ & panem igni
duratum apponunt: ⁷ utque regi duplum obsoniorum quam
cæte-

¹ *Contra de Terentio Varrone.*] Julius Frontinus lib. 4. Stratagematōn, cap. 5. barbam capillumque submisit, & postea nunquam recubans cibum cepit, eadem scribit Eutropius Rerum Rom. lib. 3. cap. 3.

² *Et Hannibale.*] Plutarchus in vita illius.

³ *Apud Indos.*] Philostratus in vita Apollonii libro 2. cap. 12. cuius verba libuit subscriberē, Rex in lecto è stramentis factō accubat: iuxtaque ipsum ex aguatris eius ad summum quinque, cæteri sidentes epulantur.

⁴ *Spartanis.*] Strabo lib. 10. Plutarch. in *Apophthegm. Lycurgi*.

⁵ *Phiditia nuncupavit.*] Arislot. Politicōn lib. 2. cap. 7. Cicero lib. 5. Tusculan. quæst. Quid è vietum Lacedæmoniorum in Phiditiis nonne videmus? ubi cum tyrannus cœnavisset Dionysius, negavit se jure illonigro, quod ex ea caput erat, delectatum. Plutarchus in Lycargo. Cujusmodi autem erant ac quibus cibis in his Phiditiis uterentur, quantumque quisque in eo confébat, signatim declarant Dicæarchus in Inscripto Tripolitico, Sphænius Reipubl. Laconicæ lib. 3. Molpis in opere ejusdem tituli, & alii apud Athen. lib. Dipnosophist. 4. cap. 4.

⁶ *Nigrum jus.*] Cicero ubi supra, Plutarchus in Cleomene, & in antiquis Lacedæmoniorum institutis, statim post princ. à Cicerone paulum dissentit. sic enī scribit, Ferunt Dionysium tyrannum emisse Laconicum coquum

bujuscem juri nigri gratia, illique impe-
rasse, ut sibi jus illud concimaret, insen-
se nulli parcens: quo degustato offensum
despissē: tunc Dionysio dixisse cœquam,
O Rex, hoc jus tunc gustandum est, cum
Laconica exercitatione te exerceris. Ex-
ercitationes autem Laconicæ sunt ve-
natus, palastra, eurotas, sol, pulvis:
quibus haud dubio rebus fames & sitis
parantur: quibus condimentis con-
diendæ sunt epulae, si cas suaves sciti-
que saporis esse concupiscimus.

⁷ *Et panem igni duratum.*] Plutar-
chus in Alcibiade, Nam cum viderent
ipsum ad tondendam usque ad eum bar-
bam more Laconico, tonsores adhibeere, &
frigidis balneis uti & duro pane, nigra-
que jure vesci, vix adduci poterant, ut
crederent eum esse virum, quem acceper-
ant, in omni deliciorum genere fuisse
versatum. Idem in Cleomene, Ami-
corum eidem aliquando subiratus est,
quod hospites convivio suscipiens, vi-
num nigrum & panem duratum igni apposui-
set. Ubi legendum videtur, jus: non
vinum.

⁸ *Utque Regi duplum.*] Herodot. li-
bro 6. describens Sparta norum Re-
gum dignationes & jura, sic tradit,
Quoties aliqua publica viserat is fit, pri-
mi in cœna reges discubant: & iis pri-
mis distribui incipiat, utrique eorum du-
plum omnium, quem cæteris concivit.
Xenophon in Orat. de Laudibus Age-
silai, Duplēm, inquit, portionem in con-
viviis ex constituto accipiens, nec sic quidem tota utebatur, verum simplici, nec

cæteris detur, lege sancitum erat, non societatis gratia, sed ut posset obsonio quem vellet honorare. Qui etiam assuerant excellentium virorum laudes ignavorum fœda scelera in epulis canere ad lyram, ² quæ dicunt scolia. Idem apud Athenienses: nam in celebri epulo quod ³ Syssitiam ⁴ vocant, tenuiores cum ditioribus una convenient, & æqualem obsoniorum partem ferunt. Cretenes ejusmodi comedationes, ⁵ Andria dicunt, ⁶ Persæ titthenidia,

Græci

integra ea, contentus, reliquum distribuebat: ratus geminam Regi portionem dari, non societatis gratia, sed quo posset, quem cœlit honora. Idem Xenophon in Repub. Lacedæmoniorum non procul à fin. Atque, ut Reges in publico discumberent, convivium eis publicum, Lycurgus scilicet, instituit, ⁷ duplo iei parva in causa honoravit: ut non duplo nigris quam alii ederent, sed quo ⁸ ex hoc, quem cœllent, honorare equirent.

¹ Excellutum virorum laudes.] Nam in Platonis Symposio Alcibiades Socratis laudes decantat, & apud Plutarchum in Aristotele Calisthenes Alexandri. Idque ipsum faciebant Romani, ut postea dicetur.

² Qua dicunt scolia.] De hujusmodi carminibus convivialibus, quæ Græci scolia vocant, meminit Plato in Gorgia, Aristophanes in Avibus & in Vespis. Plutarchus Symposiacon lib. 1. & in Musica, ubi, Pindari auctoritate, hujuscem carminis inventionem tribuit Terpandro, cum ea nullus in cantu usus antea fuisset. Scolia autem Græci interpretantur συμποτικὴ ἀστυτα, id est, conviva es cantilenas: carmina convivia, sic dicta, quod non quis ea canceret, sed eruditu duntaxat. Vide Rhodiginum lect. Antiquarum lib. 12. cap. 15. Erasmus in Proverbii, Admetinaria, Caricamus, canere ad mystum. *

CO L E R U S.

* Et Jul. Scaligerum libris de re Poëtica.

T I R A Q U E L L U S.

³ Syssitiam vocant.] Strabo lib. 10.

sic ait, Ideoque pueri ad conuentus, quos Greges appellabant, commare videbantur: viri autem atatis adultæ ad convivia, quæ Virilia vocabant Συνίται, ut tenuiores æqualem cum locupletibus portionem è publicis alimentis assequerentur.

⁴ Tenuiores cum ditioribus.] Plutarchus in Lycurgo, Nam, inquit, neque usus, neque fructus, neque facies omnino, aut ostentatio fuerat magni apparatus, cum una cum paupere opulentus ad cœnam iret.

⁵ Andria dicunt.] Aristoteles lib. Politicon 2. c. 3. 7. 8. & 10. Scribit Athenæus lib. 4. cap. 5. Convivantes Cretenibus duas fuisse destinatas domos, quarum unam dicerent Andriion, sive virilem: alteram, in qua dormirent hospites, Cæmeterium: in Andrio duæ primæ constituebantur mensæ hospitiis destinatae, præterea que Xeniae nuncupatae, mox sequentur reliqua. Idem Athenæus lib. 5. cap. 1. Dionysius Halicarnassus 1. 2. Strabo autem lib. 10. dicit & apud eos esse Συνίται. *

C O L E R U S.

* Festus vocat Andriona. Cui subscriptibit Vitruvius lib. 6. c. 10. Græci, inquit, ἀνθρώποις appellant ἄστοις, ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant: Vide Suidam & Pollucem lib. 1. cap. 8. Oeon autem asaraton vocat Plinius lib. 36. cap. 25. Statius Sylv. lib. 1.

— Subeuntque novis asarota figuris.

T I R A Q U E L L U S.

⁶ Persæ Titthenidia.] De quibus etiam Rhodiginus lib. 27. cap. 25. nullo au-

¹ Græci τελίαν, ² Syri graminatias. Fuere quoque ³ Spartanis τελία Gram-
cœnæ copides, in quibus capra immolabatur, & ⁴ alia æclon. matiæ.
⁵ Apud Indos ara mensæ in modum constituta, pluribus Cepi-
accubantibus circum: in eaque carnibus appositis, quilibet des.
conviva è sua sede ad mensam vadit, & quam vult partem Indi.
capit, atque in sedem reversus, carnibus & pane vescitur.
⁶ qui etiam comedationes in propatulo, ⁷ Laconico more
faciebant. ⁸ Neque alienum fuerit, quod apud Gymno-
sophi-

lo auctore citato. Sed id, ni fallor, est Herodoti lib. 9. non longe à fin. *Cœ-*
ne, inquit, *nomen Persicæ Tycta, Græce*
τέλειον, id est, perfecta, in qua Rex se-
lum caput ornatur, Persisque strenis
donat. Sed ibi loquitur de cœna re-
gali, qua semel quotannis eo die, quo
Rex creatus est, instituebatur, quæ ex
eo repetit Athenæus de Persarum
conviviis loquens lib. 4. Dipnosophist.
cap. 6. dicitque Persarum idiomate
Tycta Græce annum appellari. At Rhod-
ig, ubi supra, ex Athen. lib. 4. c. 4.
scribit, Titthenidia convivia celebrari,
quando Tithæ, id est, nutrices pueros
deferrent mares in Diana templum,
quam Corythalliam dicunt prope
Tiaßum ad Cletam.

¹ Græci τελίαν.] Vide in præced. Athenæus autem libro 2. scribit Græcos sacra convivia θελεῖας vocare. Idem lib. 14. cap. 3. Caseos latos ac tenues Cretes Thalias appellant, ut ait Selucus: quos in quibusdam sacrificiis comburunt. Hæc Athenæus.

² Syri Grammatias.] Cælius Rhodiginus lib. 18. cap. 34. sic scribit, Posidonius Historiarum libro 16. Syrorum delicias incessans, oleo eos perungi pretioso arguit, linique unguentis, diei partem maximam in Grammatiis (sic autem communes vocant conœnationes) cibis faburrari & potu.

³ Spartanis cœnæ copides.] De quibus etiam Rhodigin. lib. 27. cap. 25. & Nicolaus Leonicus de Varia historia lib. 2. c. 87. sed & nullo auctore

laudato. Polemon autem apud Athenæum lib. 2. c. 13. in fine, auctor est, apud Lacedæmonios in prandii, quæ Copides dicuntur, fabas, phaseolos virides, & caricas bellaria apponi solere, & nihil aliud. At lib. 4. cap. 4. dicit quod hic dicitur de capra immolatione, ampleque declarat cujusmodi erant hæc Copides ex multis auctoribus Græcis: nempe Polemon in Canathro, Cratino in Pluris, Eupoli in Ilosibus, Aristophane, Philyllio in Civitatibus, Epilyco in Adolescentulo, Molpide & Scro, in Repub. Lacedæmoniorum, Diocoride lib. 2. de ejusdem repub. & Aristocle de rep. Laconum lib. 1.

⁴ Et a'ia æclon.] Idem quoque Rhodiginus ubi supra, & hujus mentionem facit idem Athenæus d. lib. 4. cap. 4. Polemonis auctoritate, scribit, *Illi*, qui ad Phiditium accedunt in Lacedæmonie, post cœnam æclon asserre consueverunt: panes in canistro viminco, atque singulare carnem apponunt. Eum autem qui partes distribuit, sequitur minister, qui æclon pronunciat, ac nomen mittentis solet addere.

⁵ Apud Indos.] Philostr. in vita Apollonii, lib. 2. c. 12.

⁶ Qui etiam.] Strabo lib. 15.

⁷ Laconico more.] Supra dictum est.

⁸ Neque alienum fuerit.] Hæc usque ad vers. Persarum mos, sunt Apuleji libro 1. Floridorum, de Gymnosophistarum disciplina loquens, ira scibit, *Igitur ubi mensa posita, priusquam edulia apponantur, omnes adolescentes ex*

Gymnosophi starum mens in te rro- gandi adole- scentes ante pram- dium vel cœ- nam. Consul- tatio- nes in- ter po- cula. Persa. Bactri- ani. Gre- ci. Thra- ces. sophistas traditur, ut paratis instructisque mensis, antequam dapes apponantur, adolescentes singuli qui ad epulum convenient, quid generi humano lucri fecerint, quod ter ve sapienter dictum factumve fuerit illa luce coram senioribus exprimere cogantur. Et qui deses aut remissus, nihil frugi in medium afferit, impransus manet, & foras extruditur, quibus disciplinis illos ad virtutem acuebant.¹ Persarum mos erat, inter pocula de rebus seriis consultare: & post comessationes, si quid sanctiore foedere concludi vellet, concubinas advocare, & circumferre, tanquam ea adhiberent foederi, quæ apud eos sancta & chara sunt. Idem Bactrianis, ut inter pocula de bellis consultent, & si quid complacitum est, merum largius infundant: &² Græcis, quibus vetusissimo jure usurpatur, ut postquam magnifice epulati fuerant, quasi refoto animo, de bellis decernant largioribus poculis, quæ si quando circumferebant,³ à dextris incipiebant. Thraces post intemperatissimas perpotationes, primo in vino & alca versari, mox ad illicitos concubitus accedere solebant. Si qui vero ea recordia suere,

ut post

diversis locis & officiis ad dapem converniunt. Magistri perrogant, quod factum à lucis ortu ad illud diei bonum fecerit. Hic alias sicut commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata similitate, i reconciliatis gratias purgata suspicione, amicos ex offensis redd. disse: it idem alias, sepe parentibus quid iam imperantibus obedisse: & alias, aliquid meditatione suare peccisse, vel alterius demonstratione didicisse. Denique & ceteri commemorant. Qui nihil habet adferre cur prandet, impransus ad opus foras extruditur.

¹ Persarum mos erat.] Strabo l. 15. ad fin. De rebus maximis inter vinum consultant, quis ipsi firmiores pu'ant, quam qua insolvitatem fuerint de ibi aeta. Herod. lib. 1. Quintus Curtius, ubi etiam scribit illos inter epulas de bello consultare. Maximus Tyrius ser. 12. Xenodotus in proverbio νέμετος καὶ

χόρη. Athenæus libro 4. cap. 6. non longe à princ.

² Et Græcis.] Dosiadas lib. 4. Rerum Cretenium apud Athenæum l. 4. cap. 5. tradit, Creenses post cenam de rebus publicis primum consultare, postea de rebus in bello gestis mentionem facere, eosque landare, qui viri & boni & fortes fuerunt, juvenes interim ad probitatem strenuitatemque simul adhortantes.

³ A dextris incipiebant.] Ælianum lib. 10. cap. 10. Vide Ælianum de varia Historia, lib. 3. Idem vero Thraces post pocula in rixas & pugnas sanguineas vertebantur, teste Horatio Carm. lib. 1. Ode 27.

Natis in usum letitiae scyphis
 Pugnare, Thracum est: tollite barbarum
 Mores; verecundumque Bacchum
 Sanguineis prohibete rixis.

¹ Dionys

ut post epulas nudas mulieres introducant, ¹ Dionysii prioris exemplo, aut alia quam sibi obsonia convivis ini-
strent, fuit pro flagitio habitum, velut scelus & nequitia singularis. ² Interque epulas & pocula primum libare diis dapes, & bene precari convivis, & secundum precationem dapibus cum modestia vesci, prisci motis erat, haud aliter, quam si sacrum epulum esset. Siquidem apud majores, ³ inter res sacras mensa habebatur. ⁴ Nam Pisidae cœnantes, parentum manibus primitias reddunt. Romani & Græci in convictu familiari, ciborum particulis & vino in ignem conjectis libamina diis dabant, ⁵ & primitias cœnarum Laribus quibus sal cum pane & caseo pro pulmentario cessit. ⁶ Utque primus calix Jovi Olympio misceatur, secundus heroibus, tertius servatori Jovi. ⁷ Et quum vi-
num purum dabatur, observatum est, ut Jovem Sospitem advocarent, ne temulentos faceret. Quum vero aqua dilutum, Jovem appellare Servatorem. ⁸ Persarum reges ^{Per-}
^{sarum} ante ^{reges.}

¹ Dionysii prioris exemplo.] Idem Neronem factitasse scribit Cornelius Tacitus lib. 15. in stagno Agrippa, his verbis, Scortavabantur nudis cor-
poribus.

² Interque epulas & pocula.] Ma-
ctobius lib. 3. Saturn. cap. 11.

³ Inter res sacras mensa.] Idem Ma-
crob. ibid.

⁴ Nam Pisidae.] Nicolaus ^{περὶ ε-}
^{σῶν} his verbis, Πισίδαις διατέρτες α-
πόρχετο τοῖς γονεστιν, quod & ex eo repetit Stobæus Serm. 42. Pisidae con-
vivantes parentibus primitias libant, ut nos diis ^{προσεργον} dicatis.

⁵ Et primitias cœnarum Laribus.] Vi-
de nostros Commentarios de jure Pri-
migeniorum, in Præfatione num. 71.
incip. Id quid etiam in.

⁶ Utque primus calix.] Pindarus Isthmiorum Ode 5 post princ.

E'ν ρευμα
Μήν πρώτην ὅλην τὸν, ἀλλον
Δεξιά μηνας σεργεῖσθαι.
Νωρ αὐτὸν τὸν μηνόν, δεκατέτα
Νοεὶ δεκάτη, πεντη-

κοντα παιδῶν ἀπλοτάτη
Φυλακίδα νικᾶντις, εἴκ τὸ τέλον
Σωτῆρες πορτανεύεταις ἐνυπ-
τίω, αὔγιαν κατα-
Σπέρστιν μεταφέργοις αἰσθεῖσι.

Et ibi ipsius interpres doctissimus, qui & in id citat Sephoolem in Nauplio, Ζῷ πανσίτιντε τῇ δίξισιν εὐτηγεία
Σπονδὴν τῇ τα κεστηπρῷ.

Et Aeschylus in Epigonis.
Αἰσθαντες δίξι μὲν πρῶτην ἀρέτας γάρις
Ηρακλεῖ. εἴτα τὸ δόλτερα γε κερδοῦσι
Ηρακλεῖ νεμάν, εἴτα τρίτην δίξι μὲν α-
τηπρῷ διταῖν λίγα.

⁷ Et cum vinum purum.] Athenaeus lib. 2. c. 1. Diphilos. & l. 10. c. 9.

⁸ Persarum Reges.] Scrinus apud Stobæum serm. 42. οἱ Πέρσους βασιλεῖς πρῶτον τὴν θυσίαν, τοτὲ διστολεῖς Νερέ-
γον, τετρά τὴν πίνειν, ἀξιοὺς ἐγίνονται
πλούτος καὶ ὄντος. Idem Stobæus de legibus & consuetudinibus, Sermone 44. sic verit, Persarum Reges ante sa-
crificia de pietate differunt antequam bi-
bant, de temperantia: pugnatū vero de
fortitudine.

ante cibum de modestia disputant, ante sacrificium de iustitia, ante bellum de fortitudine. Et post trinam potationem, cum modestia epulati bona à diis precabantur. Non nulli inter bellaria honores diis ac magnis heroibus dabant.

^{Post epulas.} ^{Quod fereula in apparatu magnifico.} <sup>Augu-
sti con-
vicia.</sup> ^{Julii.} <sup>Nero-
nis.</sup> <sup>Domi-
tiani.</sup> <sup>Helio-
gabali.</sup> ^{1 Quum vero apparatu magnifico exquisitissimæ epulæ dabantur, trinis ferculis, sequutis mox temporibus etiam senis, Romani cœnam exhibuere: idque luxuria erat: quo modo Augustus convivia iniisse fertur, quibus non amplius trinis ferculis, aut quum abundantissime, senis convivatur. ^{3 Julius vero Cæsar in Ægypto convivia multiplici ferculo prostraxit cum Cleopatra ad primam lucem. ^{4 Nero quoque effusus in luxum & epulas, à medio dic' ad medias noctes, inter vina & scorta accubasse fertur. ^{6 Domitianus non ultra Solis occasum. ^{7 Et Heliogabalus tam perditæ}}}}}

^{1 Quum vero apparatu magnifico.] Id probat ex eo quod sequitur de Augu-}
sto.

^{2 Quomodo Augustus.] Suetonius in vita illius, c. 64. Cœnam ternis ferculis, aut quum abundantissime, senis precebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate. Verum veteres illi Romani duobus tantum ferculis utebantur, ut tradit Servius in lib. 1. Æneid. ubi ejus rei Catonem citat auctorem. Et Satyricus Juvenalis sat. 1. damnat quod septem ferculis recentiores cœnitarent. * Plinius libro 11. cap. 53. ut perniciosem damnat eiborum varictatem, *Homini cibus*, inquit, *utilissimus, simplex. Accersatio saporum pestifera, & condimenta perniciose.* Sic Dissarius apud Macrobius lib. 7. c. 4. affirmat.}

COLERUS.

* Illo versu:

Quis fercula septem Secreto cœnarit arus.

TIRAKQUELLUS.

^{3 Julius vero Cæsar.] Suetonius in ejus vita, cap. 52. Lucanus libro 10. Pharsalix luxuriosum convivium luculentiter describit, quo Cleopatra Cæsarem accepit, quem dicit longis alloquiis produxisse noctem.}

^{4 Nero quoque.] Suetonius in vita illius, cap. vigesimo septimo.}

COLERUS.

^{5 Ad medias noctes.] Solebant enim veteres diem agendis rebus, noctem curandis corporibus dare. Hinc, vocaciones de die, apud Catull. Horat. lib. 2. Sat. ult.}

— Diellus heri illuc

De medio potare die.

Huc resero illud Horatianum Ode 1. lib. 1.

Et partem solidò demere de die.

TIRAKQUELLUS.

^{6 Domitianus.] Convivabatur frequenter, ac large: sed pene raptim, certe non ultra solis occasum, nec ut postea comedesset. Auctor Sueton. in Domitiano, c. 21.}

^{7 Et Heliogabalus.] Lampridius in vita illius, sic scribit, Exhibuit aliquando & tale convivium, ut haberet viginti & duo fercula ingentium epularum, sed per singula lavarent, & mulieribus utebentur, & ipse & amici, cum jurejurando quod efficent voluptatem: & paulo ante, Linteamen locum nuncquam attigit, mendicos dicens, qui linteis lotis utebentur.}

^{1 Sicut}

ditæ nequitiæ & luxuriæ fuisse, ut viginti duo fercula ingen-
tium obsoniorum una cœna admiscerit, nunquam lotis lin-
teaminibus usus, sed novis & recentibus semper; ¹ sicut
Galenus, qui aureis linteaminibus stravit. ² Caligula una ^{Gali-}
die centies ^{ni.} ^{Caligula.} ³ ^{gula.} ⁴ ^{Vitel-}
obsonia apposuit, ⁵ Vitellius quoque inter apparatissimas ^{lili.}
epulas largissimo sumptu discubuit, qui una cœna à fratre ^{Vitel-}
exceptus fuit, in qua duo millia lectissimorum piscium, &
septem avium, apposita traduntur. ⁶ Titus convivia insti- ^{Titi.}
tuimus jucunda imagis quam profusa, ⁷ Geta maxima prandia ^{Geta.}
per singulas literas jubebat, ut pullum, perdicem, pavo-
nem, porcellum: pisces & pernambinis epulis apponieret, ^{Aelius}
& sic per singula elementa apparatus divideret. ⁸ Helioga- ^{convia.}
balus æstiva convivia coloribus distinxit, ⁹ sicut Lucullus ^{Helio-}
per deos. Auctor est Spartianus, Aelius Verum impe- ^{gaba-}
ratorem omnium primum excogitasse pentapharmacum ^{lulus.}
principi saporis, ex sumine, phasiano, crustulo, aprugna ^{Aelii}
sive perna & pavone, ¹⁰ instar Vitellianæ patinæ, quæ in- ^{penta-}
menso ^{phar-}
^{macu.}

¹ Sicut Galenus.] Imo & mantili-
bus, ut scribit Trebellius Pollio in vita
illius. Sed hic legendum est Galenus,
ut alibi monuimus.

² Caligula.] Seneca in lib. de Con-
solatione ad Albinam, cap. 9. C. C. e-
sar, inquit, quem mibi videtur rerum
natura edidisse, ut ostenderet quid summa
vita in summa fortuna possint, cea-
ties festertio cœnavit uno die, & in hoc
omnium adjutus ingenio: vix tamen in-
venit, quomodo provinciarum tributum
una cœna fieret. Suetonius in vita il-
lius cap. 37. Convivis ex auro panes &
obsonia apponebat, Aut frugi hominem
esse oportere dicitans, aut Cesarem.

³ Vitellius.] Suetonius in vita il-
lius cap. 13. De hac cœna sic resert
Europius lib. 8. cap. 5. & ultim. No-
tissima certe cœna memoria mandata est,
quam Vitellius frater exhibuit, in qua
supra ceteros sumptus duo millia piscium,
& septem millia avium apposita tradun-
tur.

⁴ Titus.] Idem Sueton. in vita il-
lius, c. 7.

⁵ Geta.] Aelius Spartianus sic in vi-
ta illius scribit, Habebat etiam istam
consuetudinem, ut convivia, & maxime
prandia, per singulas literas juberet,
scientibus servis, velut in quo erat anser,
aprugna, anas: item pullus, perdix, pa-
pus, porcellus, pisces, perna, & quæ in
eam literam genera edulium caderent: &
idem frustanus, farta, fucus, & alia.

⁶ Heliogabalus.] Aelius Lamprid.
in vita illius.

⁷ Sicut Lucullus per deos.] Plutar-
chus in Lucullo & Carinus Impera-
tor, auctore Flav. Vopisco, per libras
sed eo modo quo superiores, utpote qui
centum libras avium, centum piscium,
mille diverse carnis in convivio suo fre-
quenter exhibuit.

⁸ Instar Vitellianæ.] Suet. in Vi-
tellio cap. 13. Hanc quoque exuperavit
ipse dedicatione patine, quam ob immen-
sam magnitudinem Clypeum Minervi
exiudebat

menso constituit, quam clypeum Minervæ appellavit.
Æsopi patina. Cui proxima fuit, ¹ Æsopi patina, sexcentis festertiis taxata, in qua aves vocales & canoras apposuit nummis sex singulas coëmptas. ² Pertinax vero imperator contra, qui diuidiatas lactucas & carduos in privata cœna apposuisse fertur. ³ Divus quoque Cæsar, ⁴ & Octavius Augustus in quotidianis cœnis cibi minimi fuere & vulga-

et ijsa πολεῖχε διδίταβατ. Plinius libro 35. cap. 12. scribit hæc, *At Herules Vitellius in principatu suo ducentis festertiis condidit patinam, cui facienda fornax in campis adficiata erat: quoniam eo per centum luxurias, ut etiam fictilia pluris constent, quam murribina.* Propter hanc Mutianus altero consulatu suo in conquistione exprobravit patinam paludes Vitelliæ memorie, quam illa scindiores, cuius veneno Aspernati rex Cassius Severus accusator obijiciebat interiisse 130. convivias. Hujus patinæ Vitellianæ meminit Dion Nicæus in Vitellio, his verbis, *Patinam quidem unam apparavat, in quam impedit decem milia aureorum, linguis cerebrisque & jecoribus piscium, & quarundam avium in eam coniectis.* Hanc patinam cum fictiliis esse non posset, propter magnitudinem argenteam fecit, eaque die permanxit, veluti res diis consecrata, quicunque Adrianus eandem conspicatus, tolli ac dissipari jussit.

C O L E R U S.

* Torrentius legit, *Condiit*, neque enim opertis, sed obsonii sumptum notat. Similiter Juvenalis sat. 11.

Et quadringentis nummis condire gulosum.

Fictile. —

De alia Patina Domitiani vide Juvenalem sat. 4. Et Drusillani, Claudi Cæsar's servi, apud Plinium lib. 33. cap. 11. De Æsopi apud eundem Plinium & Senecam lib. 15. epist. 96. Tertullianum de Pallio. Val. Max. I. 9. cap. 1. Horat. lib. 2. sat. 3.

T I R A Q U E L L U S.

Æsopi patina. [Plin. lib. 10. c. 51.] Clodii Æsopi, tragicus histrionis patinam celebrat sexcentis festertiis taxatam: in qua posuit aves cantu aliquo, aut humano sermone vocales, nummis sex singulas coëmptas, nulla alia inductus suavitate, nisi ut his imitacionem hominis manderet.

Pertinax vero. [Julius Capitoninus in Pertinace sic scribit, *Cum verbis esset affabilis, re erat illiberalis, ac prope sordidus, ut diuidiatas lactucas & carduos in privata vita convivis appone, et: & nisi quid missum esset edulium, quotquot essent amici, novem libras carnis per tres missas ponebat.*

D. quoque Cæsar. [C. Oppius apud Sueton. in vita Cæsar's, c. 53. docet C. Cæsarem adeo circa victum indifferentem fuisse, ut quandam ab hospite conditum oleum, pro viridi appositum, aspernantiibus exteris, solum etiam largius appetisse, ne hospitem, aut negligenter aut rusticitatis videtur arguere. Cæsar's circa victum facilitas, vel ex eo patet, quod scribit Plutarch. in ejus vita, Mediolani apud hospitem Valerium Leinem cœnans, cum appositis aspergulis Valerius unguentum pro oleo instillasset, facile commanducavit, & opipare. Idque moleste ferentes sodales castigavit: dicens, *Debet satis esse his, qui hoc imprecant, hoc non uti: quia hanc rusticitatem culpat, non nisi rusticus esse potest.*

Et Octavius Augustus. [Sueton. cap. 76. de cibis Augusti loquens, *Cibi, inquit, minimi erat, atque vulgaris fore.*

vulgaris. ¹ Tiberius diebus solennibus pridiana s^epe ob-
sonia & semesa apposuit. ² Theodosius modico & castrensi
cibo contentus fuit. ³ Trajanus etiam in vescendo fru-
galissimus fertur. ⁴ Laudaturque Julianus Imperator,
quod statarium prandium caperet, castrensi cibo & mini-
stro obvio contentus, qui per triduum, porcellum & le-
porem divisit. ⁵ Regibus vero Ægypti in cœnarum mag-
nificentia & regaliluxu, nihil præter vitulum & anserem
apponere licuit. Regibus Persarum, nisi pane, pulte, car-
dano & sale vesci. Antigonus etiam parco & vulgari cibo
contentus fuit. ⁶ Aristippus, licet tyrannidei occupasset,

¹ *Tiberius.*] Idem Sueton. in vita illius cap. 34. Et ut parsimoniam publicam exemplo quaque juvaret, solennibus ipse cœnæ pridiana s^epe ac semesa obsonia apposuit.

² *Theodosius.*] Pacatus in Panegyrico ipsius Theodosii, ubi etiam Septimius Severus ex Herodiano lib. 2. & Bassianus ejus filius ex eodem l. 4.

³ *Trajanus.*] Dion Nicaeus in vita illius: ubi tamen dicit, quod licet vi-
num largius biberet, sobrius tamen erat. Verum Aurelius Victor in Epitome vita illius tradit, tantum in eo fuisse maximarum rerum modum, ut quasi temperamento quodam virtutis misericordie videretur: nisi quia cibo vi-
noque paululum deditus erat. Plin. Junior in Panegyrico ipsius, Num tili in medio cibus, semperque mensa communis? Num ipsum tempus epularum tua-
rum cum frugalitate contrahat, extendit humanitas? & alia multa, quæ in eam sententiam subduntur.

⁴ *Laudaturque Julianus.*] Aelius Spartianus in vita illius: Julianus, ait, tantæ parsimonie fuisse perhibitetur, ut per triduum porcellum, per triduum leporem diuidoret, si quis ei forte misisset: s^epe autem nullæ existente religione, oleribus leguminibusque contentus, sine carne cœ-
naverit. Julianum laudat Matcellinus lib. 21. quod fuerit sobrius Imperator his verbis, Ideo latens, quod toleranter

& fortiter nullius cibi indigen mundioris, sed paucis contentus & vilibus, oppida forinsecus transibat incaute, in itatus egreditur illud Cyri veteris dictum, qui cum delatus ad hospitem interrogaretur ab eo, Quid ad convivium parari deberet, Ponem responderet solum: Sperare enim ajebat prope rizum cœnaturum. Miræ frugalitas in Imperatore & Rege Barbaro, quibus panis erat satis pro obsonio, quique sitim aquæ s^epe deserebant in cœnam.

⁵ *Regibus vero Ægypti.*] Diod. Siculus lib. 2. cap. 3. Herodotus ante eum, qui de sacerdotibus loquitur lib. 2.

⁶ *Aristippus.*] Quis is fuerit nescio. Scio autem Aristippum Cyrenaicum Philosophum Socraticum molliter, sumptuose & voluptarie vixisse, ut tradit Laertius in vita illius. M. Cicero lib. 3. ad Q. Fratrem, Tum ab Aristippo, quem illæ magis voluptariæ disputaciones delegerunt, Cyrenaica Philosophia manaverit. Horatius Epistolarum libro 1. epist. 17. ad Scævam,

*Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nolle Aristippus: si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat.*
Athenæus lib. 8. c. 6. scribit, Aristippum Socraticum obsonii helluonem, reprehensum aliquando fuisse à Platone ob voracitatem obsonii, de Aristippi deliciis scribit idem Athenæus libro 12. c. 22.

cibo tamen vili refotus, & exclusis stipatoribus, cœnavit:

Agathocles. sicut Agathocles nunquam sine fictilibus, memor paternæ obscuritatis, quod figulo patre genitus foret, adeo quod inter vasa aurea figulina semper admiserit.² Inter cœteros autem helluones Annarus Babyloniae rex, tanti luxus fuisse proditur, & tam profundæ gulæ, ut stola muliebri amictus, mero & unguento madens, centum & quinquaginta psaltriis simul accubantibus, velut officina nequitiae magnis effusionibus cœnitaret.³ Vinum vero Græcum semel tantum etiam in lautissimis conviviis apponere solebant. Namque veteribus fuere convivia jucunda magis quam profusa,⁴ primusque divus Cæsar triumphalibus cœenis, quatuor vini genera, præter instituta majorum dicitur apposuisse, Falernum, Chium, Lesbium, & Mæritimum. Antiquissimi (ut Varro ait) primo utres, deinde tinas, demum vini amphoras & cupas apposuere.
Vinum in conviviis. ⁵ Quod (teste Homero) heroicis temporibus fuit usurpatum,

I. Sicut Agathocles.] Ausonius epigram. 9.

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea Regem,

Atque ab acum Samio sepe onerasse luto.

Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis,

Et miseret opes, pauperiemque simul.

Quærenti causam, respondit, Rex ego qui sum Sicaniæ, figulo sum genitore satus.

Fortunam reverenter habe, quicunque repente

Dives ab exili progredivere loco.

2. Inter cœteros autem helluones Annarus.] Ctesias & ex eo Athenæus libro 12. cap. 13. ubi tamen non hunc Regem fuisse Babyloniam, sed ex primatis regiis.

3. Vinum autem Græcum.] Plinius libro 14. cap. item 14. scribit, L. Lucullus puer apud patrem nunquam latum convivium vidit, in quo plus semel Græcum vinum daretur.

4. Primusque Cæsar.] Idem Plinius

eodem lib. 14. cap. 15.

5. Ut Varro ait.] Libro de vita populi Romani apud Nonium Marcelum in generibus vasorum & pondere.

6. Quod teste Homero.] Libro scilicet nono Odysseæ.

Bñv, ἀ ταῦταν αὐτοῖς ἔχον μέλανος οίνοι.

Id est,

Ivi, sed caprinum utrem habebam nigri vini.

Et Iliad. lib. 3.

"Αρε πόλο, καὶ οἶνον δύφεγνα, καρπὸν ἀρέψας,

Αἰσθάνεται αἴσθησι.

Id est,

Agnos duos, & vinum latum fructum terræ

Utre in caprino. —

Et id quidem videre licet ex sacris litteris. Nam Josue 9. cap. scribitur, Tulerunt sibi cibaria & utres vinarios scissos atque consertos. & iterum paulo post, Utres vini novos implexinus, & 1. Reg. cap. 4. Et tulit ducentos panes, & duos utres

patum, ut vina utribus inferrent. Sylla præter omnis ge-^{Sylla}
neris condimenta, vinum supra quadragenarium epulo
publice præbito, populo dedit. ¹ Arabes quum longiori ^{Arab.}
potu indulgerent, nemini supra duodena pocula bibere fas ^{bis.}
erat. ² Germanis, si indulseris ebrietatem, quantum con-^{Germani.}
cupiscunt, licet. Augustus ³ Octavius senos sextantes ^{manu.}
non excessit. ⁴ Hannibal nunquam plus sestario vini indul-^{Augu-}
sit. ⁵ Cæsar quoque vini parcissimus fuit, & bene diluti. ^{Hannibal.}
⁶ Alexander Macedo, ad unumquemque calicem, mul-^{Cæsar.}
to colloquio sermonem protrahebat, ⁷ qui tamen aliquan-^{Alexan-}
do triduo incaluit. ⁸ Fertur Uticensis quando ad auroram ^{der.}
cum amicis perpotando vigilasse, non ut mergeret, sed ut ^{Cato}
reprimeret curas: ⁹ quod Plato non improbavit, quum lar-^{Uti-}
giori vino aliquando refici animos putaret. ¹⁰ Democritus ^{Plato.}
verò ^{Demo-}
critus.

utres vini. & ejusdem operis, cap. 25.
Festinavit igitur Abigail & tulit du-
centos panes & duos utres vini, & Mat-
thæi cap. 9. Non mittimus vinum novum
in utres veteres. Quod & repetitur Mar-
ci 2. & Luca 5.

¹ Arabes.] Non omnes quidem,
sed Nabathæi ex strabone lib. 16. non
multo ante fin. sic enim scribit, Rex
Nabathæorum in apparatu maximo mul-
ta continue convivia celebrat, nemo supra
duodena pocula bibit.

² Germani.] Cornelius Tacitus li-
bro de Moribus Germanorum.

³ Octavius.] Suetonius in vita illius,
cap. 77. Vini quoque, inquit, natura
parcissimus erat. Non amplius ter bibere
cum solitum super cenam in castris apud
Mutinam. Cora Nepos tradit. Postea quo-
ties largissime se invitaret, senos sextan-
tes non excessit: aut, si excessisset, rej-
ciebat.

⁴ Hannibal.] Plutar. in vita illius.

⁵ Cæsar quoque.] Suetonius in ejus-
dem Cæsaris vita, cap. 53.

⁶ Alexander Macedo.] Plutar. in
vita illius scribit quod majus loquen-
do quam potando tempus ad unum-
quemque calicem protrahebat, semper
longius sermone producto.

⁷ Qui tamen aliquando triduo inca-
luit.] Älianuſ Variæ historiæ, lib. 3.
cap. 23; de Alexandri crapula sic scribi-
bit, Verum illi non sunt amplius laudan-
da in Alexandria, quod cum quinta die
mensis, ut fama est perpotuisse apud Eu-
meum, deinde sexta crapulam edomizie-
rit, neque plus illo die fecerit, quam ut
surgeret, & ducibus de crastina profectio-
ne mandata daret, inquiens eam sumam
manufuturam. Septima deinde die epu-
latus est apud Perdiccam, quæ se rursus
vino ingurgitavit, & octava dormiuit.
Et decimquinto die ejusdem naensi, ite-
rum indulxit vino, & sequenti, solito mo-
re, crapulam summo decoxit. Vigesimo-
quarto cenavit apud Bazaram. Athenæus
lib. 10. cap. 11. Plurimum, inquit, bi-
bebatur Alexander, ita ut ob temulentum
sepius duos dies dormiret ac duas noctes.

⁸ Fertur Uticensis.] Scilicet Cato,
ex Plutar. in vita illius.

⁹ Quod Plato.] In lib. 1. & 2. de le-
gibus, & ex eo Gellius lib. 15. c. 2.

¹⁰ Democritus.] Plin. lib. 18. cap. 6.
Numerum quoque quaternarium Deme-
critus condito volumine, & quare quattuor
cyathis sextarii non essent potandi, ubi
Democritum non Democritum scribit Ex
concilio vero Laodicensi, sacerdoti
maxime

verò quaternos cyathos aut festarios minime censuit exce-
dere oportere: ¹ siquidem, juxta Anacharsim, priuum cra-
terem ad sitim pertinere dixit, secundum ad hilaritatem,
tertium ad voluptatem, quartum ad insaniam.² Vel, ut Ebu-
lus, poëta Cyprius, qui bene sentientibus tria tantum pro-
pinari pocula putavit. Sanitati primum, Amori alterum,
tertium Somno, quartum non vtique nostrum, sed injuriæ:
ultimum vero ἐγμῆν appellari voluit.³ Nam postremo
Græci Mercurio litabant, velut somni largitori, & bono
dæmoni, cui gratias agebant, *κεράσις ἀγαθὸς δαιμονος*.

Persæ. ⁴ Persæ vero tribus libationibus factis, à diis immortalibus
bona

maxime non licebat ultra tertiam vi-
ce in poculum contingere, can. quan-
do. ⁴ distinet. sed quantum id pocu-
lum esset non declarat. Ad hunc au-
tem locum pertinet vetus illud Græ-
corum adagium, quo precipitur *η μέ-
τε μίνειν, η τοξα, η μη τελεπε.* id est,
*Aut quinque bibe, aut tria, aut ne qua-
tuor.* Cujus meminit Plutar. Symposia-
cōn decade 9. Et Athenæus libro 10.
Dipnosophist. 16. & aliis ejusdem li-
bri locis. De quo vide plenissime Eras-
mum. Chiliad. 2. cent. 3. c. 1.

I. Siquidem juxta Anacharsim.]
Laertius in vita illius. Apulejus l. 4.
Floridorum: ubi tamen id Asclepiadi
tribuere videtur, sub exemplo dictu
digno & memoratu. Ait enim quatuor
esse crateras vini: quarum prima per-
tinet ad sitim, secunda ad hilaritatem,
tertia ad voluptatem, quarta ad insa-
niam. Hic autem ipse Anacharsis, cum
certamen bibendi statutum fuisse
apud Periandrum, primus præsentium
omnium factus ebrius, præmium
præpostere expetivit, tanquam hic
esset finis eujusdam victoriarum inter
potandum, sicuti etiam meta est cur-
sus, ut tradit Athen. lib. 10. c. 12.

2. Vel, ut Ebulus, poëta Cyprius.] Eu-
bulus legendum est ex Athenæo refer-
rente id lib. 2. Dipnos. cap. 1. recitat-
que versus in eam rem ipsius Ebuli,
qui sunt hujusmodi, quibus introducit

Bacchum dicentem,

*Prudentibus viris ego tres misceo
Crateras, unum sanitatis gratia:
Primum bibunt hunc: grati amoris al-
terum,*

*Dulcis voluptatisque. Ac inde testum
Sonis; bibunt hos turba nam prudenter
Redeuntium domum. Nec est inde am-
plius*

*Quartus virorum potus, ast injuriae.
At quinus est clamoris. Est lascivie
Sextus sacratus. Sugillationibus
Est septimus. Vocantis est octavus hinc.
Est nonus iure.*

Apulejus lib. 4. Floridorum & Fulgen-
tius in Mythologicis, ubi de Dionysio
alia potationum genera tradunt. *

C O L E R U S.

* Horatius quoque:
*Qui Musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates: tris prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia:
Ad numerum igitur Musarum &
Gratiarum bibebant. Plautus aliquando
decein definir, Sticho:
Vide quot cyathos bibimus? St. tot quot
digiti sunt in manu.*

T I R A Q U E L L U S.

3. Nam postremo Græci Mercurio.] Pol-
lux, auctoritate Homeri, Onomasticōn
lib. 6. cap. 16.

4. Persæ vero.] Xenophon Pædia
Cyril lib. 2..

bona precati, convivium dissolvebant.¹ Tiberius vero b^{Tiberius.}
duum & duas noctes potu continuasse fertur,² & Trajanus capaciousibus scyphis, sed citra ebrietatem bibisse.³ Bonosus autem babit quantum nemo aliis. Proditumque memoriae est, Commodum Cæsarem in aestuationibus ingens vini poculum haurire cunctis acclamantibus, Vive Cæsar. Inter ceteros proditur⁴ Zenocrates philosophus, invitante Dionysio, vini choam haussisse, & præmium tulisse: atque Ennius nimio hausto mero, articularem morbum contraxisse, quo extinctus fuit.⁵ Apud Nabathæos vero plura duodenis exiccasæ pocula, erat ignominiosum.
⁶ Ipse vero Dionysius junior usque adeo vino marcidus fuit,^{Dionysius jun.}

¹ Tiberius. ¹ Suetonius in vita illius, cap. 42. Plinius lib. 14. cap. ultim. loquens de Tiberio ad merum proniore: inquit, Eadem mei commendatione credidere L. Pisonem, urbis Romæ curatorem, ab eo delectum, quod liduo duabusque noctibus potionem continuassem apud ipsum jam Principem. Seneca quoque de hoc L. Pisonem, Tiberii combibone, ebriosoque, cui præfectura urbis ob hoc data est, sic scribit lib. 12. Epist. ad Lucilium, epist. 1. omnium vero 8. I. Piso urbis eustos, ebrius ex quo semper factus est, maiorem partem noctis in convicio exigebat, usque in horam sextam sere dormiebat: hoc erat ejus matutinum. Officium suum tamen (quo tutela urbis continebatur) diligenter administravit. Huic & Divus Augustus dedit secreta mandata, cum illum præponeret Thraciæ, quam perdonauit: & Tiberius proficiens in Campaniam, præfecturam urbis dedit: cum multa in urbe & suspecta relinqueret & invisa: puto quod bene cesserat illi Pisonis ebrietas. Haec tenet Seneca.

² Et Trajanus. ¹ Dion in vita illius. Et vide quæ de eo dicta sunt supra.

³ Bonosus autem. ¹ Fl. Vopiscus in vita illius, scribit eum hanc rem mirabilem habuisse, ut quantum bibisset, tantum mingeret: neque unquam ait ejus pectus, aut venter, aut vesica gra-

varetur. Unde Aurelianus Imperator dicebat, Bonosum non ut viceret natum suisse, sed ut bilaret.

⁴ Zenocrates. ¹ Laertius in vita illius, Ælian de Varia historia lib. 2. & l. 1. c. 12. Ex quibus intelliges non Zenocrates, sed Xenocrates legendum.

⁵ Atque Ennius. ¹ Q. Serenus Sammonius. Nam & hinc Horatius lib. 1. Epistol. epist. 19. obiter eum perstringit, tanquam vino plus satis deditum: si tamen id serio scripserit.

Ennius ipse pater nunquam, nisi potus, ad arma Profiliuit dicenda. —

⁶ Apud Nabathæos. ¹ Hoc jam supra diximus ubi de Arabibus disseruimus ex Strabone lib. 16. ad finem.

⁷ Ipse vero Dionysius Junior. ¹ Aristoteles in Republ. Syracusiorum, & ejus auctoritate Athenæus l. 10. c. 12. non multo post prin. Plutar. in Dionne, & de ejus vinofitate Aristotel. lib. 5. Politicōn cap. 10. & Ælian Varix historiæ, lib. 2. & iterum 6. ubi Theopompi auctoritate dicit eum nimia bibacitate oculos amississe. Quod & ipsum, ejusdem testimonio, tradit Atheneus ubi supra. Justinus lib. 21. Sublatiss. inquit, deinde amulis, insegnis timent lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit, adeo ut non solem, non puluerem,

*Sacra-
tes.* fuit, ut ad nonaginta dies mero incaluérit.¹ Socrates ta-
*Mithri-
dates.* men feitur nunquam vino hilarior fuisse, sed eodem statu
Leonides. semper.² Accusaturque Mithridates tantæ bibacitatis, ut
*Phiga-
lei.* præmia plus haurientibus proponeret. Neque subtice-
*Pro-
macus.* dum,³ quod Leonides adversus Byzantios vinolentissi-
*Novel-
lius.* mos fecisse dicitur, qui quin obsidione premeretur, neque
*Tricon-
gius.* cives pro mœnibus continere posset, quod passim ad cau-
*Pran-
dii &
cœne-
tem-
pus.* ponas cursitarent, ut illos in officio haberet, ad mœnia
 cauponas & vinarias officinas disposuit,⁴ id quod apud Philo-
 galcos bibacissimos pariter fecit. Inter omnes autem vi-
 nolentissimos,⁵ Promacus Macedo memoratur, quatuor
 ingurgitans cantharos, & ob id ab Alexandro corona do-
 natus, qui triduo supervixit postea. Et⁶ Novellius Tri-
 congius raræ gloriæ inter bibacissimos.⁷ Prandia vero pris-
 ci an-

non denique splendorem ferre lucis ipsius posset.

1 Socrates.] Laëtius in vita illius.

2 Accusaturque Mithridates.] Nicolaus Peripateticus in 103. historia, & ejus auctoritate Athenæus Dipnos l. 1.

3 Quod Leonides.] Eelianus Variae historiæ lib. 3. cap. 14. Vinolentiam Byzantiorum scribens, ait, Leonides, *Dux* militaris Byzantiorum, in acerrima urbis oppugnatione, cum boſſes mœnia adorcentur, illi relictis excubiis, totos dies in consuetis divisoriis tererent, mandavit, ut cauponæ ipsis in mœnia transferrentur. Quo sophismate sero tandem eis præfuerit, ut aciem ne deférent, cum prætextus & causa, quamobrem abiarent, non iveret.

4 Et apud Phigaleos.] Damon in libro de Byzantio, & ejus auctoritate Athenæus lib. 10. cap. 14. restatur Leonidam, *Ducem* Byzantiorum, cauponarum scenas apud mœnia tendi jufisse, ac vix tandem ordinem relinquentes constitisse.

5 Promacus Macedo.] Plutar. in vita Alexandri, & de hujus quoque bibacitate Älianuſ Variae historiæ lib. 2. scribit cum consequuntur fuisse victoriam in potandi vini certamine, quod A-

lexander instituerat in honorem Cagliani Brachmani Indici sophistæ. Athenæus lib. Dipnosophist. 10. c. 12. auctoritate Charidis Mitylentxi, in Historiis de iis, quæ pertinent ad Alexanderum.

6 Novellius Tricongius.] Plin. lib. 14. cap. 22. eodemque ultim. Apud nos cognomen etiam Novellius Torquatus Mediolanensis, ad proconsulatum usque à pratura honoribus gessis, tribus congiis (unde & cognomen illi fuit) epitis uno impetu, spectante, miraculi gratia, Tiberio Principe in senecta jam se vero, atque etiam aliis sexz, sed ipsa juventa ad merum prouieruerat.

7 Prandia vero prisci.] Prandium (inq. it Festus Pompejus lib. 14.) ex Graeco est dictum: nam meridianum cibum cœnam vocabant. Idem Festus l. 3. Cœna, ait, apud antiquos dicebatur, quæ nunc est prandium. Vesperna, quæ nunc cœnam appellamus. Nonius, Quæ nunc prandia sunt, cœnas Sabini habebant, & pro cœniis vespernas appellabant. Cœnam pro prandio posuit Terent. in Eunucho actus 2. scena 3. ibi, Rogitare ad cœnam ut veniat.*

C O L E R U S.

* Hoc certe vel ex Etymo hujus vocis ma-

ci antelucana habere, ineridianum cibum cœnam dicere solebant.¹ Quod & Græcis vetustissimo in usu fuit: Namque Euimæum² scribit Homerus matutina hora prandium *odysseum* fecisse. Postea illo more desito, servatum est,³ ut prandia¹⁴ in usu non essent: sed qua hora cœna apparabatur, ea prandium fieret,⁴ quod tempus nona esse consuevit, sæpe octava: ante medianam vero diem pransum fuisse,⁵ vel antelucanam cœnam fecisse, criminis dabatur. Idque erat dissipati & helluonis.⁶ Siquidem post forensia negotia transacta apud priscos fiebat prandium: cœnas vero, quod nocte plerum-

cis manifestum est. *xovn* nihil aliud quam communio mensa. Raro enim solus coenat. Unde apud Comicos quoque una esse, interpretor una cœnare.

Glossa: *concœna om̄dēitivis.*

TIR A Q U E L L U S.

I [Quod & Græcis.] Quod probat exemplo seq.

2 [Scribit Homerus.] *Odyssæ* l. 14. *Aὐλὴ πέτερι πνηστε καὶ ἡρῷος θυμὸν ἐδωσθ.*

3 [Ut prandia in usu non essent.] Servius enarrans cum locum Virgilii l. 4. *Æneid.*

Nunc eadem labente die convivia querit.

Quia, inquit, in usu non erant prandia,
ut Juvenalis,

Exul ab oclava Marius babit.

Qui locus est sat. I. Et Isidorus lib. 20. Etymologiarum cap. 2. At hæc Servii sententia ab omnibus excluditur, eamque multis antiquorum scriptorum auctoritatibus refellit Beroaldus, in notis ipsius Servii, cuius hæc sunt verba, *Non eo inficias, olim me pedibus invisse in sententiam Servii: sed ex multiplici variaque lectione deprehendi, apud priscos in usu fuisse non minus prandia, quam cœnas, & homines bis in die satureos fieri solitos: quod in primis assertit Cic. in 5. Tus. quest. Platonem solitum improbare vitam Italorum: quoniam bis in die satureos fiebant. Apud Plant. & Terentium vetustissimos scriptores, prandia celebrantur, &c.* Lampidius in *Alexandro*

Severo, *His, inquit, refectus, aliquando prandium intbat, aliquando cibum usque ad cœnam differebat, prandit tamen scimus.*

4 [Quod tempus nona esse consuevit.] Martialis lib. 4. epig. 8. ad Euphemium, *Sufficit in nonam nitidis oclava palestris,*

Imperat extructos frangere nona toros.

Athenis autem fieri solebat cum ad vesperasceret, ut videlicet ex Gellio lib. 17. c. 8. in prin.

5 [Vel antelucanam cœnam.] Nam & hanc cœnam Catilina & iocis, ut probrum, objecit Cicero in 2. in eum Oratione: *Querum, inquit, omnis industria vita & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. Talis ebrietas in Pisonem arguitur. Ubi galli cantum audiunt, avum suum revixisse putat, mensam tolli jubet.*

6 [Siquidem post forensia negotia.] Martialis id videtur exprimere d. l. 4. epig. 8.

Prima salutantes atque altera conterit hora,

Exercet raucos tertia causidicos.

In quintam varios extendit Roma labores.

Sexta quies laesis, septima finis crit.
Sufficit in nonam, ut supra proxime,
Hora libellorum decima est Euphemus,

Temperat ambrosias cum tua cura das.

Vesperne. plerunque fierent, ¹ vespernas dixere. ² Sed tamen prandium leve & modicum, cœna autem fuit copiosior: ³ tametsi Aristoteles large prandendum, & parce cœnandum putarit. Et licet Romanorum antiquissimos noctu cœnasse nonnulli opinati fuerint, constat tamen post multas ætates usum invaluisse, ut postmeridianis horis vescerentur.

Persæ. ⁴ Persis quoque in meridie semel tantum veseci consuetudo fuit: ⁵ qui erat Æthiopum mos, ut unico cibo contenti essent diebus singulis, ut alerent corpus, non saginarent: ⁶ tametsi abusus postea Persis invaluerit, ut à mane ad vesperam, quicquid est temporis, unico prandio concluderent. ⁷ Fertur Alexander Macedo appetente nocte cœnasse, & primo diluculo prandio accubuisse, ⁸ plerunque ad multam noctem cœnam protraxisse. ⁹ Galba ante lucem vescebat, Cicero ante occasum solis perraro discubuit. *Tarentini.* ¹⁰ Præ cæteris vero Tarentini usurparunt, matutinis se poculis ingurgitare, adeo ut temulentii in forum convenirent. ¹¹ Indi horam prandii aut cœnæ non noverunt, sed ut cui-

que

¹ *Vespernas dixere.*] Festus Pompejus ubi supra in verbo, *Prandia vero.* Isidorus lib. Etymologiarum 20. c. 2. Est, inquit, *cœna vespertina*, quam *Vespernam antiqui dicebant*. Sic enim legendum est, non *vespertina*, ut vulgo legitur.

² *Sed tamen prandium leve.*] Corn. Celsus lib. 7. cum de hyeme loquitur, sic ait, Si prandet aliquis, utilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Estate vero & potionem & cibo saepius corpus eget: ideo prandere quoque commodum est. Plinius libro 28. capite 5. Hippocrates tradit non prandientium exta celerius seneccere.

³ *Tametsi Aristoteles.*] Lib. probl. cap. 32.

⁴ *Persæ quoque in meridie.*] Nam & Xerxem Persarum Regem Herodotus lib. 7. tradit non solere bis in die cibum capere.

⁵ *Quierat Æthiopum mos.*] Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1.

⁶ *Tametsi abusus postea Persæ.*] Strabo lib. 15.

⁷ *Fertur Alexander.*] Plutarchus in l. 1. 2. de Fortuna & virtute Alexandri, sic scribit: Alexander prandio cum primis diluculis assedit accumbebat, cœna vero jam appetente nocte: & de ejus vinositate jam supra diximus.

⁸ *Plerunque ad multam noctem.*] Plutar. in Alexander.

⁹ *Galba.*] Cibi plurimi traditur, quem tempore hyberno etiam ante lucem capere consueverat, auctor Suetonius in Galba, cap. 22.

¹⁰ *Præ ceteris vero Tarentini.*] Alianus de Varia historia, lib. 12. c. 30. Tarentinorum temulentiam hanc fuisse scribit his verbis, Tarentinis à summo mane poculis indulgere mos erat, & in medio plenoque hominum foro inebriari. De eorum præterea temulentia Plato l. 1. de legibus & Athenaeus, Clearchi auctoritate, libro Diphos. 12. c. 7.

¹¹ *Indi.*] Strabo lib. 15. Cetera, inquit, non facile quis admittat, ut quod soli

que libitum, commissabantur: qui etiam Persarum¹ & Numidarum mos, ut quacunque hora vescerentur. ² Dio-
genes quoque nullam temporis horam prandio definit. <sup>Numi-
da.</sup>
³ Senioribusque velut ætate venerabilibus, aut his qui pru-
dentia & auctoritate anteirent, primi discubitus & hono-
rator locus dari, ipsique sublata mensa primi assurgere
consuerant. ⁴ Erat autem Romanis locus honoratior, qui
sumimus in mensa fuit: ⁵ nonnulli in medio discubuisse,
hono-

seli degant, & quod non una omnibus &
cœnandi & potandi hora sit, sed ut cui-
que libitum sit.

¹ Et Numidarum.] Strabo lib. 17.
scribit necesse esse Numidas inopes
esse, & plerumque radices edere, &
carne, & lacte, & caseo uti. Salustius
in Jugurtha, scribit, Numidas plerum-
que Lacte & Ferina vesci: & neque
salem, neque alia gula irritamenta
quarere: cibumque illis adversus fa-
memataque sitim, non libidini, neque
luxuria esse.

² Diogenes quoque.] Nam is percon-
tanti qua quis hora prandere debeat.
Si dives est, inquit, quum vult: si pa-
uper, quum potest. Auctor Laertius in
vita illius.

³ Senioribusque.] Valerius Maximus
lib. 2. cap. 1. De honore impenso seni-
bus à juvenibus. Gellius lib. 2. c. 15.
Juvenalis sat. 13.

Credebant hoc grande nefas & morte
piandur;

Si juvenis vetulo non assurrexerat.

Comuni omnium gentium more
comprobatum est (ut testatur Cicero
lib. 1. de Inventio.) ut majoribus na-
tu à natu minoribus assurgatur. Id
quod idem lib. 1. Officior. confirmat:
Est igitur, inquit, adolescentis majores
natu vereri, exque iis diligere optimos
& probatissimos, quorum consilio & au-
toritate uiuat.

⁴ Erat autem Romanis.] Vide nostros
Commentarios Primigeniorum in
præfat. numer. 15. incip. Undecimo, Se-
nières.

⁵ Nonnulli in medio.] Homerius li-

bro Iliados 24. Priamum collocat in-
ter liberos,

"Οδ' εὐ μέσοις χρεῖας
Ἐντυπάς εὐ χλάδινον κεντρονύμονας.
Et Virgilius Didonem reginam me-
diam quoque constituit lib. 1. Aenei-
dos,

— Auleis jam se regina superbis
Aurea composuit sponda medianaque lo-
cavit.

Ex quo Donatus & Servius interpre-
tes annotarunt, eum locum apud veteres
fuisse potiorem. Afferuntque illud
Salustii in historia Roman. quæ inti-
nam etiamnum extaret. *Disenbuere*
Sertorius inferior, in medio super eum T.
*Fabius Hispaniensis senator ex præsci-
ptis, in summo Antonius, & infra scriba*
Sertorii Versius, & alter scriba Mæcenas
*in imo, medius inter Tarquinium & De-
natium Perpenna.** Haecnenus Salustius,
qui ita Sertorii convivium describit,
ut ipsum, quia dominus convivii erat,
in imo loco, Senatorem in medio,
tanquam honoratori, collocaret. I-
dem autem Salustius in Jugurtha, scri-
bit apud Numidas medium locum ho-
norandi. Et Xenophon Pædix Cyri
lib. 2. tradit, Cyrum solitum fuisse me-
dium inter amicos honoratos discum-
bere. De quo & tu vide quæ plenis
diximus in dictis Commentariis Pri-
migeniorum in præfat. numer. 116. inc.
Hoc intellige, & seq.

C O L E R U S.

* Hunc Salustii locum Lipsius ali-
ter citat lib. 3. Antiq. Lect. ubi omni-
no medium locum reliquis potiorcm
fuisse affirmat.

honoratius putarunt. ¹ In imo vero convivii dominus cœnabat. ² Apud Græcos non modo loci dignitate viros fama præcellentes in concilio vel mensa, sed poculis majoribus, & carne opiniore honestabant. ³ Indis ut cuique in mente venit, in quacunque parte lecti discubere licet, non enim honorum personæ ratio in mensa habetur. ⁴ Apud Persas magna ratio mensæ, præferti regiæ fuit, in qua præter matrem, & regis conjugem, nemini interesse permittitur, tametsi matronas quandoque adhibitas legamus. ⁵ Ägyptiis autem si quis ad cœnam regis non vocatus accederet, capit is luit pœnam, post epulas vero, ⁶ eruditas confabulationes, ⁷ deinde fides & tibias, ac symphonias

& can-

TIR A Q U E L L U S.

¹ Inimo vero convivii.] Jam dictum est in præced. ex salustii, Donati & Servii sententia.

² Apud Græcos.] Ut supra de Spartanorum Regum dignationibus & jure diximus, ex Herodoto & Xenophonte. Et vide supra in duobus locis, ubi declaratum est, quid sit Græco more bibere.

³ Indis.] Philostratus in vita Apollonii, lib. 3. cap. 8. Discubuerunt, inquit, velut in cœnaculo, nullum tamen Regi præcipuum locum assignantes, quod apud Græcos Romanosque maximi existimatatur: sed ut cuique in mentem venit, accubuere.

⁴ Apud Persis.] Plut. in Artaxerxe. Sed & quod ad conjugem pertinet, idem Auctori in Præceptis Connubialibus, cap. 16. Cum Persarum, inquit, regibus legitime uxores accumbunt, unaque comedant: cum vero ludere lascivireque, ac se plusulum vino invitare volunt, dimoti isti, citharistriæ, merticulæ quoque ac pellices adhibent. Et recte quidem uxores non sinunt intemperantia, ebrietatumque participes fieri. At Heraclitus Cumanus, qui Persicas res scripsit, lib. 2. Inscriptorum apparatu ipud Atheneum l. 4. cap. 6. Scriptus, inquit, Rex solus & brandet & cœnat: qua vis aliquando una mulier cœnit & noanulli filiorum. Post

cœnam pellices canunt coram illo & tri-
pudiant.

⁵ Tametsi matronas.] Herod. lib. 5. tradit, Perfarum morem fuisse, ut quoties cœnam magnam exhiberent, concubinas & adolescentulas uxores ad assidendum introducerent. Sed & Plutarchus in Artaxerxe, tradit, Artaxerxem fratres, Ostanein, Oxathrem, natu juniores, ad eandem mensam vocasse, & una secum epulari voluisse. Et inibi quoque tradit Cyrus juniorem Aspasiam, & alias mulieres intromissas ad cœnam admisisse.

⁶ Eruditæ confabulationes.] Gellius lib. 13. cap. 11.

⁷ Deinde fides & tibias.] Hæc usque ad versic. Abydeni, sunt Tullii & Valerii Maximi. Ille enim lib. 1. Tuscul. quæst. post princip. scribit, esse in Catonis Originibus, Solitos esse in epulis canete convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus. Et Libro 4. ejusdem operis etiam post prin. ex illis quoque Catonis Originibus, Morem, inquit, apud majores hunc epulatum fuisse, ut deinceps, qui accumberent, canerent ad tibiam clarorum viorum laudes atque virtutes. Hic autem scilicet Valerius lib. 2. cap. 1. de Institutis antiquis, sic scribit, Majores natu in convivis ad tilias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant,

quo

& cantus, illorum qui majorum laudes carmine decabant, adhibere antiqui moris erat. ¹ Abydeni in hospitali mensa & festis epulis postquam opipare epulati fuerant, infantes admittunt garrulos & festivos, ut his obstrepen-
tibus garrientibusque convivæ alacriores siant. ² Roinani etiam moriones, ut oris deformitate & stultitia oblectarent: nonnunquam petulantes & improbos scurras, qui <sup>Morion-
nes.</sup> lasciva licentia, & impudentissimis jocis, derisui essent. ^{Roma-}
^{n.}
³ Neque omissendum, quod de Sybaritis proditum est, apud quos omnium libidinum illecebrae fuere, ut ad festum convivium & solenne epulum non psaltrias modo & histriones, sed equos composito saltatu ad symphoniarum cantum pfallentes introducant. ⁴ Apud Galatas & Celtas ad mensam, postquam vino incaluerant, ex provocatione dimicatur ad vulnera: sicut apud Samnitess inter epulas erat mos digladiari: ⁵ quod mox Campani odio in Sam-
nites.

quo ad ea imitanda juventatem alacriorem cederent. Sed quod ad tibias pertinet, illud addendum ducimus, quod Ulysses apud Homer. l. 21. Odyss. ad fin. pronunciavit,

*Νέω δὲ ἄρι καὶ οὐρπον αἰχαντος το-
πικεδός*

*'Εν φάσι, αὐτοὶ εἴπεισα καὶ ἀλωσέθια-
αδῆς*

*Μολαῖς καὶ φορμήσι, τὰ γὰρ τὸν αὐθιν-
μαλα δαύλους.* Id est,

*Nunc autem hora & cœnam Achivis
præparare*

*In luce, at postea & aliter delectari
Cantu & cibara. Hæc enim addita-
menta convivii.*

Sic enim ad verbum traducit Andreas Divus. Et quod scribit Quintilianus lib. t.c. 17. Sed & vide infra in verbo, Hadrianus: ubi de Hadriano.

¹ *Abydeni.*] De Abydenorum deliciis Athenaeus l. 12. c. 9. ex Hermippo in Miltibus, Aristophane in Galatea, Antiphone in lib. Contumelia in Alcibiadem, Callino in Elegiis, & Archilochio.

² *Romani etiam moriones.*] Supra li-

bro 3. cap. 21. diximus.

³ *Neque omissendum, quod de Sybaritis.]* De horum luxu & libidine Aliani de Varia historia, lib. 1. cap. 19. & lib. 14. cap. 20. Plutat. in Pelopida post princip. Athenaeus lib. 11. Dipnosoph. e. 6. Maximus Tyrius Ser. 11. 31. & 33. Ex recentioribus Erasmus Chiliad. 2. centur. item 2. cap. 65. Cælius Rhodiginus lib. 7. cap. 9. Leonicus Varia historia, lib. 3. cap. 97. Sed quod de equis privatum dicit, id Suidæ est, & Aliani de Natura Animalium l. 6. cap. 23. & Athenæi ubi supra.

⁴ *Apud Galatas & Celtas.]* De his duobus Diodorus Siculus lib. 2. cap. 9. Et de Celtis Posidonius lib. Historiarum 23. & ex eo Athenaeus l. 4. c. 17.

⁵ *Quod mox Campani.]* Strabo l. 5. ad fin. *Eo, inquit, deliciarum proœcti sunt, ut ad gladiatores paria depugnatotorum, convivias invitarent ad cœna, numerum quidem cornua pro cœnarum di-
gitate definierent. Et Posidonius l. 30.
apud Athenaeum lib. 4 cap. 17. attestatur nonnullos ex Campanis singulari certamine inter convivia digladiari.*

nites detractis armis vendicarunt, ut pro cœnarum magnificantia, paria pugnatorum destinarent.¹ Idem factum memoratur ab Indis, qui quum post epulas aureos crateres circumtulissent, strenuitatis & fortium factorum, periculum facherent.² Octavius vero postquam fuerat discubitum, picturas inversas convivis venditabat, ut aut expleret desiderium, aut frustraretur,³ nonnunquam histriones, aut aretalogos admittebat.⁴ Vespasianus dicitati super cœnam & jocis scurrilibus usque ad ineptias vacabat.⁵ Tiberius ex lectione quotidianas quæstiones frequenti convivio proponebat.⁶ Nero Cæsar citharœdos

¹ Idem factum memoratur ab Indis.] Philostratus in vita Apollonii, lib. 2. cap. 12.

² Octavius vero.] Suetonius in Augusto, cap. 75. Solebat, inquit, & in aquafissimorum rerum sortes & aversas plurimas in convivio venditare, incerto que casu spem mercantium, vel frustrari, vel explorare: ita ut per singulos lectos lictatio fieret, & seu jactura, seu lucrum communicaretur.

³ Nonnunquam histriones aut aretalogos.] De utrisque idem Sueton. in Augusto cap. 74. Nam & ad communione sermonis tacentes, vel summissim fabulantes provocabat, & aut aromata & histriones, aut etiam triviales ex circulo ludis interponebat, ac frequentissime aretalogos. Aretalogus autem is dicitur, qui fingendis mendaciis auditores movet ab arte verborum, Nam ἀπειδη significat virtutem, & λόγος verba. Juvenal. sat. 15.

— Aut risum fortasse quibusdam moverat, ut mendax aretalogos.*

COLERUS.

* Imo aretalogus ab ἀπειδη, significat gratum & placentem, quales scurrax & nugatores. Turneb. lib. 10. c. 12. Vide Josephum Scalig. lib. 2. Auson. lect. cap. 5.

TIRAQUELLUS.

⁴ Vespasianus.] Idem Suetonius in vita illius, cap. 22. Et, inquit, super

cœnam autem & semper alias comisimus multa joco transfigebat. Erat enim dicecitatibus plurime, & sic scurrilis ac sordida, ut ne pretextatis quidem verbis abstineret.

⁵ Tiberius.] Idem Sueton. in vita Tiberii, cap. 70.

⁶ Nero Cæsar.] Inter cæteras disciplinas (ut memoriae prodidit Sueton. in Nerone cap. 20.) pueritiae tempore imbutus & musica, statim ut imperium adeptus est, Terpnūm citharœdum, vigentem tunc præter alios, accersit: diebusque continuis post cœnam canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exercerique cœpit. Sic quoque Alcinous apud Homerum tum lib. 8. tum lib. 13. post princ. continuo adhibet Deinodocum citharœdum. Sic & Dido apud Virgilium libro 1. Æneid. Iopam. & in convivio deorum citharam pulsat Apollo apud eundem Homerum lib. Iliad. 1. ad finem,

— εἴ τι θυμὸς ἐθέλετο δειπνὸς ἰόνες;
Οὐ μὲν φόρμισθε πειραζίας, ἢντε
Αἰόλων.

Id est,

Neque amplius animus indignit convivio æquali,
Neque lyra pulchra, quam tenbat Apollo.

Plin. Secundus epistolarum lib. 1. epist. 15. scribens ad Euritium, qui ad scœ-

dos advocabat primi nominis. ¹ Cato Uticensis à cœna ^{Cæto} deambulabat. ² Pomponius Atticus libellos lectitabat. ^{Uti-}
^{censis.} ³ Quod Alexander Severus fecit, ut in mensa familiari ^{Pomp.} sœpe librum legeret: solitus vel legentes audire, vel aliis ^{Attic-}
^{eis.} legentibus vesci. ⁴ Hadrianus comedias, lectores & ^{Alex.} poëtas admittebat. ⁵ Heliogabalus sortes convivales post ^{Sever-}
^{rur.} cœnam proponebat, ut alius haberet deceim camelos, alius ^{Hadri-}
^{muscas,} vel auri libras, aut decem ova, ursos, glires & ^{amus.} lactucas deceim. ⁶ Sylla quamvis ferox & impotens, in ^{Helio-}
^{gaba-} coinesationibus ^{lusi.} comis erat & facilis. ⁷ Fertur quoque idem ^{Sylla.} Alexander, post epulas catulos cum porcel- ^{Alex.}
^{lis & perdices ad pugnare sœpe committere, ⁸ & Cleo-}
^{menes, sublati mensis, vinum crateris circumferre. ⁹ A}
^{Cleo-} Græcis vero ænigma & gryphos post convivalia lusus pro- ^{menes.}
^{ponebatur, cujus captiones solventi præmium carnis por-}
^{tio, non solventi pena erat ut falsum hauriret peculum.}
¹⁰ Parthis admittere concubinas post epulas non improba- ^{Par-}
^{tur: thi.}

ad scœnam illius, cum promississet, non venerat: Audiffes, inquit, comædum, vel lyristen, vel, que mealiberalitas, omnes.

¹ Cato Uticensis.] Plutarchus in vita illius non multo ante fin.

² Pomponius Atticus.] Corn. Nepos. aut quisquis is est, qui vitam illius diligentissime & eloquentissime scripsit.

³ Quod Alexander Severus.] Älius Lampridius in vita illius.

⁴ Hadrianus.] Älius Spartanus in vita illius ad finem, In convivio, inquit, tragedias, comedias, attellanæ, sambucas, letores, poetas pro se semper exhibuit. Vide Plinium citatum supra ibi, Nero Cæsar.

⁵ Heliogabalus.] Lampridius in vita illius.

⁶ Sylla.] Plutarchus in vita illius, scribit Syllam inter potandum quotidianis d' cœnitatis certas, & cœnanti Syllæ nullum circa seria usum fuisse.

⁷ Fertur quoque idem Alexander.]

Lampridius in vita illius, Voluptates, ait, scœnicas in convivio nunquam habuit, sed summa illa obiectatio fuit, ut catuli cum porcellis luderent, aut perdices inter se pugnarent, aut aves parvæ sursum ac deorsum volitarent.

⁸ Et Cleomenes.] Sublati mensis triples æneus cum æneo crater, qui vino plenus erat, inferri consuevit. Duæ præterea ex argento phialæ cotylas binas capientes, & argentea pocula admodum parva: his quantum cuique libuisset bibere licebat, nolenti autem nemio poculum porrigebat. Hæc Plutarchus in Cleomene. De alterius autem Cleomenis vinolentia Älianus de Varia historia lib. 2. cap. 40. Qui-dam dediti potationibus & multipotiti.

⁹ A Græcis vero ænigma & gryphos.] Quales scriptit Ausonius Edylium lib. 15.

¹⁰ Parthis.] Justinus lib. 41. Quamobrem (de Parthis loquitur) fœminis non conviviat tantum virorum, verum etiam conspectum interdicunt. Macrobius lib. 7. Saturn. c. 1. Doceat nos, inquit, vel

Babylonii.

tur: uxores autem domi abditas, in virorum conspectum non adducunt.¹ Babylonis autem in conviviis à principio, fœminarum modestus est habitus: paulatim deinde pudore prophanato, summa velamenta exuunt: & post epulas ultimis amiculis revelatis, pudibunda ostendunt, in omnemque licentiam jocorum & lasciviarum pudorem abjiciunt.² Fuitque veteri more servatum, quod bibente aliquo

Auspicio & omnia in conviviis.

ex convivis, mensam tolli non sinerent: namque auspicii mali & detestabilis putabatur. Quod si inter cænandum ferculum à mensa revocatum foret, nisi cœna continuaretur, nisique appositis epulis vescerentur, inter dira fuisse.

Quinetiam per mensas deflare, aut prolapsum cibum è manu non redi, ominosum erat: ³ tametsi quorundam opinio fuerit, quæ è mensa decidunt in communi convictu, nec tollere, nec gustare, illa heroum esse opinati.

Lectio in cœna. Temperantibus exempla.

⁴ Quodque apud honoratos & doctos viros, nunquam ferre sine lectione cœna fuit. Et quum convictus frequens in cœnam & prandium divisus foret, plerique tanto temperamento & tenui convictu fuere; ut sola cœna contenti, nunquam ante Solis occasum, & nisi post decimam ac cum-

vel peregrina institutio, & disciplina à Parthis petita: qui soient cum concubinis, non cum conjugibus inire convicia: tanquam has & in vulgus produci, & lascivire quoque, illas non nisi abditas tueri deceat teatum pudorem. Quomodo autem Parthorum cœna fierent, videbis apud Atheneum lib. 4. cap. 14.

¹ *Babylonii.*] Id usque ad versic. Fuitque veteri more, sunt Q. Curtii l. 5. non adeo longe à princ. *Babylonii*, inquit, maxime in vinum, & que ebrietatem sequuntur, effusi sunt. Feminarum convicia intantium in principio modestus est habitus: deinde summa quoque amicula exuunt, paulatimque pudorem prophanant, ad ultimum (heros auribus habitus sit) ima corporum velamenta projiciunt. nec meretricium loc dederus est, sed matronarum virorumque, apud quos co-

mitas habetur vulgati corporis vilitas.

² *Fuitque veteri more servatum.*] Hæc omnia usque ad versic. *Quinetiam per mensas deflare*, sunt Plinii lib. 28. cap. 2. in diversis locis.

³ *Tametsi quorundam opinio.*] Nam Aristophanes ἐν τοῖς ἡρῷοι in Heroibus, apud Laertium in vita Pythagoræ, scribit, Heroum esse qua deciderint ē mensa: ideoque ea gustare fas non erat. Quod & ipsum inter symbola Pythagorea multi reponunt τὰ μετίλα μὲν ἀνεπέδησ, id est, *Quæ deciderint ne tollas.* Aut ut alii esserunt, μηδὲ γέγενται οὐδὲ εἰτὶ τὰς τεμάτιν καταπέντον, id est, *Ne gustato quæcumque in mensa deciderint.*

⁴ *Quodque apud honoratos.*] Quod supra dictum est de Pomponio Attico.

¹ *Afinius*

cumberent. Inter quos memoratur¹ Asinius Pollio, qui quum esset tota die negotiosus, ita post decimam animum relaxavit, ut nec legendis minimis literulis vacaret. Quidam noctu, alii media die negotiis pausam fecere.² Nonnulli autem tanta ingluvie, & ventre tam voraci fuere, ut velut impuri helluones effusas perpotationes, & exquisita obsonia quadrisfariam dividerent, in jentacula, prandia, cœnas & comedationes, semper instructis paratisque mensis tanto apparatu, donec vino madidi & crapula distenti fierent. Quod quidem obscuris saevientibus moribus, à nonnullis pessimo exemplo factitatum est. Antea vero non licuit, ne ingentia animi bona, ingluvie corporis fœderarent.³ Apud Siculos autem usus erat, bis in die epulis saginari & saturum fieri, quibus templum, Saturitati datum erat.⁴ Quare Siculæ mensæ & Syracusianæ deliciæ tanquam lautissimæ in proverbium venere, &⁵ sicut apud Græcos Pharsali &⁶ Bœotii voracissimi habiti. Quare ab Athene-

¹ Asinius Pollio.] Cælius Rhodiginus antiquar. Leest. lib. 11. c. 1. sed nullo auctore citato.

² Nonnulli.] Ut Vitellius, de quo Suetonius in vita illius, cap. 13. ita infit, Sed vel præcipue luxurie & saevitiae que deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrisfariam dispertiebat, in jentacula, & prandia, & cœnas comedationesque, facile omnibus sufficiens vomitandi confuetudine.

³ Apud Siculos.] Plato in epistola ad Dionis propinquos, & ex eo Cicero lib. 5. Tusculan. quest. Est præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos: in qua scriptum est his seruibus, Quo cum venissim, vita illa beata, qua se ebatur, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum, nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solem. Athenæus libro 12. cap. 10. Idem de Tyrrhenis tradit Diod. Siculus l. 6. cap. 9.

⁴ Quare Siculæ mensæ & Syracusianæ.] De his Plato & Cicero ubi supra, & Plato lib. 3. de Repub. Aristophan-

nes ἐν δέλτα Εὐρώπῃ. Aristides in Pericle, Lucianus in dialogo Simili & Polystrati. Meminit & Macrobius Siculæ mensæ lib. 7. cap. 5. Vide Erasin. Chil. 2. cent. 2. c. 68.

⁵ Sicut apud Græcos Pharsali.] Athenæus lib. 10. cap. 2. Carpuntur, inquit, & Pharsalii, tamen quam voraces, unde Mnesimachus in Philippo.

Venit quis, ut mensas comedat & Pharsalii,

Hic nullus est agunt bene isti, nunquid
&
Urbem vorant Achæiacam coctam simill?

Et lib. 12. cap. 10. auctoritate Theopompi Philippicarum lib. 21. sic ait, Sumptuosissimi sunt omnium hominum Pharsalii ac pigerrimi.

⁶ Et Bœotii.] Athen. d. lib. 10. capite 2. auctoritate Eubuli in locis plurimis, Diphili in Bœotico, Mnesimachi in Basyride, Alevidis in Trophonio, Achæi in certaminibus, Polybii Megalopolitani libro 20. Historiarum.

nicensibus fatui, rudes, & pingues dicti sunt propter *ἀδηφαγίας*: quippe quum à conviviis crudi discederent, distenti rursus se ingurgitabant.² Quod & Plato improbavit,³ & Romani duxere nefas, ut bis in die saturum fieri, vecordis esse ducerent.⁴ Hoc quoque apud convivas servatum legimus, ut in familiari convivio, aut epulis lautioribus aliquem attractum, aut, pulla in veste di-
Pulla
veste
conviviis in-
teresse
non de-
cebat.
Cœna-
toria
& tri-
clinia-
ria con-
vivis
data.

scumbere ducerent nefas, nam depulso languore animi, non in tristitia convivio interesse decet.⁵ Propterea Vatinius, quod epulo Q. Arrii atra in veste accubuerat, à Cicero obiectum, & criminis datum est: quippe bellos convivas, & convictores faciles, in candida, non pulla veste accumbere decet, tametsi cœnatoria & tricliniaria

con-

¹ *Et pingues.]* Homerus lib. 5. Ilia-
dos Boëtos populiū valde pinguem
dicit,

— Πάρ δέ οι γῆραι
Νέννοι Λειωτοὶ μάρα πίστα δημερέ-
χεν.

Id est,

— *Apud antem ipsum alii
Habitabant Boëtii valde pingueū popu-
lum habentes.*

Horatius Epist. lib. 2. epist. 1. ad Au-
gustum,

— *Quod si
Judicium subtile videndis artibus, illud
Ad libros, & ad hæc Musarum dona
voceres,*

Bœtum in crasso jurares aëre natum.
M. Tullius de Fato, ostendens quantum inter locorum naturas intersit, ita scribit, *Inter locorum naturas quantum
intersit, videmus: alios esse salubres, a-
lios pestilentes: in aliis esse pituitosos
& quasi redundantes: in aliis exiccato-
atque aridos: multaque sunt alia: que
inter locum & locum plurimum differunt:*
*Athenis tenui calum, ex quo acutiores
etiam putantur Attici: Crassum Thebis:
itaque pingues Thebani & valentes. Quo
ex loco intelligere licet, Boëtios, qui
crasso cœlo uterentur (Thebae enim
in Bœotia fuerunt) pingues, crassos,*

atque hebetes fuisse.

² *Quod & Plato improbavit.]* In d.
epist. ad propinquos Dionis, & ex eo
Athenæus lib. 12. cap. 10.

³ *Et Romani.]* Cicero d. libro 5.
Tuscul. quast.

⁴ *Hoc quoque apud convivas.]* Quod
videre licet ex eo quod sequitur, sed
hic legendum atratum, non attractum;
ex iis, que illico sequentur. Sed hic
sunt error librarii, ut opinor.

⁵ *Propterea Vatinio.]* Cicero in O-
rat. contra Vatinium: cujus hac verba
sunt, *Atque illud etiam scire ex te cu-
pio: quo consilio, aut qua mente feceris, ut
in Epulo Q. Arrii, familiaris nostri, cum
toga pulla accumberes? quem inquit vi-
deris? quem audieris? quo exemplo, quo
more feceris? Et paulo infra, *Quis un-
quam cœnavit atratus?* Ita enim illud
epulum est funebre, ut minus sit funeris:
epulae quidem ipse dignitatis. Et rursum
paulo post, *Quis unquam lucu dome-
stico, quis in funere familiaris cœnavit
cum toga pulla?* cui de baineis exunti,
prætere, toga pulla datat? cum homi-
num millia accumberent: cum ipse epuli
dominus Q. Arrius albatus esset, tu in
templum Castoris te cum C. Fidulo atra-
to, ceterisque tuis furis funestum intu-
lisi?*

¹ *Fertur-*

convivis dari antiqui moris fuerit.¹ Ferturque Hadrianus *Hadrianus.*
Cæsar semper aut toga summissa, aut pallio tectus, accu-
buisse.² Et Saloninus imperator, milites epulari cuin sa-
gis jussisse, hyeme gravibus, æstate tenuibus. Quo tem-
pore servatuin est, ut milites cum imperatore cincti dis-
cumberent.³ Tum frequens hæc fuit observatio, quod si *Umbrae ad
ducere ad convivium.*

¹ *Ferturque Hadrianus Cæsar.*] *R-*
ilius Spartanus in vita illius, sic scribit,
Ad convivium venientes Senatores, itans
excepit: semperque aut pallio tectus dis-
cubuit, aut toga summissa.

² *Et Saloninus Imperator.*] *Hæc us-*
que ad versie. Tum frequens, sunt Tre-
*bellii Pollionis in vita Saloni Gal-
lieni: cuius verba quia memorata &*
cognitu digna videntur, hic apponam,
Cum cingula sua plerique militantium, qui
ad convivium venerant, ponerent, hora
convivij Saloni puer, sive Gallienus, his
auratos constellatosque balteos rapuisse
perhibetur: & cum esset difficile in aula
*Palatina requirere quod perisset, ac taci-
ti militares viri detrimenta pertulissent.*
postea rogati ad convivium, cincti accu-
buerunt. Cumque ab his quereretur, cur
*non solerent cingulum, respondit di-*dicuntur, Saloni desirimus.* Atque hinc*
tractum morem, ut deinceps cum Impera-
tore cincti discumberent.

³ *Tum frequens hæc fuit observatio.*] *Plato in Symposio, & Plutarch. lib. 7.*
*ejusdem operis, ubi de hujusmodi um-
bris loquitur, Horat. epist. lib. 1. ep. 5.*
ad Torquatum.

— *Locus est & pluribus umbrae:*
Sed nimis arcta premunt olla convivia
capre.

Quem locum exponit Erasmus Chil. I.
centur. I. cap. 9. his verbis, *Admonet*
Torquatum, ut ad cœnam veniat p. uicis
comitatus, videlicet Bruto, Septimio &
Sabino: non quod sit defuturus in accubi-
tu locis, si velit plures umbras secum ad-
ducere: verum id futurum incommodi, ut

alarum odor offendat convivii suavitatem, si angustius sedeat. Dicinde, si ve-
lit omnino plures umbras, id est, comites, piæmonat se de numero, ne non respon-
deat apparatus. Idem Horat. sat. 8. l. 2.

— *Quos Mæcenæ adduxerat um-
bras.*

Umbras autem dicuntur convivæ, qui
ad convivium eunt, à convivatore qui-
dem non vocati, sed à vocatis ducti:
illos videlicet sequentes, ut umbra
corpus.

⁴ *Sua autem sponte.*] *Macrobius*
Homeri testimonio lib. 1. Saturn. c. 7.
Supervenire fabulis non evocatos, haud
equidem turpe existimatur: verum sponte
irruere in convivium alis præparatum,
nec ab Homero sine nota, vel in fratre
memoratum est. Locus autem Homeri
est lib. 2. Iliados, ubi Menelaus non
invitatus, ivit ad convivium, ab Aga-
memnione fratre summis Græcorum
*præparatum. Hujus in eam rem car-
men est,*

Κίκλησσεν ἢ γέροντας αἰρισθας παρ-
χαιῶν.

Νέσοντες μὲν πρόπτες καὶ Γ' διμερῆς ἄ-
ναχτα.

Αὐτὴν ἔπειτ' αἰσθετὸν, καὶ τυδεός
ὑότ.

Ἐκ τοῦ δέ οὐτ' οὐδενόντα διὰ μῆτρα αἰσ-
θετον.

Αὐτόματος ἢ οἱ ἕλθε βολῶ αἰσθε-
τον.

Ηδεις γὰρ οὐκοντας αἰσθετοὶ εἰ-
πονεῖτο.

Id est,

Vocavit insuperfenes optimates ex omni-
nibus Græcis.

*Leges
aliquant
convivi-
vales.*

tem sponte convivio, aliis parato, se intromittere non decebat. Si qui vero non accersiti & *αὐτόματοι* irent, imminent lecti spondam deduci jubebant. Tum si forsan minus tempestive, neque ad horam constitutam, conviva accederet, illum nisi triclinio circuito, admitti non sinebant: & tunc epulari iussus, discumbebat. ¹ Reges tamen Spartanorum sero prodeuntes, cœnæ parte mulctantur: quippe ad cœnam non euntibus binæ chœnices farinæ, & vini singulæ cotylæ mittuntur, ² dupla vero præsentibus. ³ Ideo ephori Agidi regi Lacedæmoniorum quum ad Phiditia non accederet, cœnæ partem petenti abnegarunt. ⁴ Tum si quando inter epulas incendium quisquam nominaret, ne quid ea res diri portenderet, aquam sub mensam inspergebant, à quibus observatum est ut aliquo ex convivarum numero è triclinio prodeunte, verri solum nullo modo sinerent, hoc infandum omen & pernitiosum portentum augurati. Si tamen ad lumina cœnarent, aut illa in triclinio essent, veteris instituti fuit, ut lumen in lychno non extinguerent, sed illud sua sponte emori sinerent. ⁵ Quodque mensam prisci nunquam vacuam tolli jubebant semperque prandii partes superesse voluere: sive antiqui vietus parsimoniam, sive morem, quo aliquid reliquiarum in mensa supereret, felix omen erat, veteri instituto adnotantes. Legimus tamen cœna per-

acta,

Nestora quidem in primis & Idomenum Regem:

Sed posthac Ajaces duos & Tydei filium: Sexum autem rursus Ulyssem, Iovi consilio parem.

Ultronensis autem ei venit voce bonus Menelaus.

Neverat enim in animo fratrem, quomodo operaretur.

Lampridius autem in vita Alexandri Severi tradit ipsum non vocatum saepius ad amicorum convivia itasse.

¹ Reges tamen Spartanorum.] Herodotus libro sexto.

² Dupla vero præsentibus.] Supradictum est.

³ Ideo Ephori Agidi.] Plutarchus in Apophthegmatis Lycurgi, ubi praeterea dicit Ephorus Agidem mulctasse, quod ad Phiditia non accessisset, sed apud uxorem cœnasset. Quod & nos supra retulimus.

⁴ Tum si quando inter epulas.] Hec usque ad versic. Si tamen ad lumina, sunt Plinii libro 18. cap. 2. Incendia inter epulas nominata, aquis sub mensas profusis abominantur: recedente aliquo ab epulis, simul verri solum: aut bibente conviva, mensam vel repositorium tolli inanis pati simum judicatur.

⁵ Quodque mensam.] Plutarchus problematō cap. 64.

CAPUT

acta, reliquias & semesa obsonia ministris astantibus dividi
& circumferri antiqui moris & exempli fuissē.

C A P U T X X I I .

*Quæ ipse dictū admirabilia de umbrarum figuris noctibus
fere singulis Romæ expertus fui.*

Nota' & vulgata res est, ædes quasdam Romæ, quas
ego incolui, evidentissimis ostentis ita infames, ut
nemo illas incolere ausus fuerit, quin assiduis umbrarum
illusionibus, & tetricis imaginibus, noctibus fere singulis
inquietetur: in quibus præter nocturnos tumultus, quos
medio fere noctis silentio audiebamus, & horrendos fre-
mitus cum ejulatu, striduloque vocis sono, quibus lachry-
mari & tremere videbatur, speciem hominis squalida facie,
vultu minaci, nigro corpore, aspectu formidabili,
nomen suum exprimentem, & opem implorantem, cer-
nebamus. Sed ne quis hoc fabulosum aut commentitium
putet, auctor est Nicolaus Tuba, vir multæ & expertæ si-
dei, qui quum rei explorandæ gratia, cum nonnullis do-
ctis juvenib[us] prima facie ad nos adventassent, cupidō in-
cessit animo, hæc quæ à me promebantur, vero testimo-
nio experiri, & an vera essent intueri. Et ne quid inexper-
tum relinquerent, noctem p[er]vigilem egere mecum, ut
rem notam explorata inque haberent. Neque eos opinio
f[ec]ellit: nam quum accensis luminibus p[er]vigiles starent,
haud procul species hæc dira terribilique facie, & vultu
tetro repræsentata est, quam ipsi tumultuari, & diris nos
vocibus agitare videbant: cuimque omnia clamore & tu-
multu streperent, post multa oculorum ludibria, tantum
formidinis favorisque intulit, ut territi & trepidi vix men-
te in-

C A P U T X X I I .

TIR AQUELLUS.

Id caput nullum est in Alexandro,
verendumque, ne Libtarius, pro
XXII. posuerit XXIII. eumque nu-
merum postea sequutus sit: verum ita,
ut reperi, reliqui.

[*I Nota & vulgata res est.*] Simile
quippiam refert Plinius Junior Epist.
lib. 5. epistola 5. omnium 101. ad
Maximum, incipit, *Nunciatum est.* Sed,
ut semel dicam, quid de hisce rebus
sentiam, ego mera somnia esse puto.

1. Vestig-

te incolumi satis constarent. Et cum totæ ædes gemitu funesto miscerentur, singulisque cubiculis pestis illa importuna obversaretur; dum proprius accederemus, illam retro cedere, & querula voce lumen effugere cernebamus. Demum cum multum diuque tumultuata fuisset, haud multo post, ubi multum noctis processit, visio omnis illa dilapsa est. Sed præ cæteris quæ ibi expertus sum, non omissam miraculum ingens, quod mihi plane vigilanti majore aliquanto trepidatione haud multo post obvenit: nam cum tenebris obortis, cubiculi fores obserassem firma sera, jaceremque in lectulo, nulla adhuc quiete composita, lumine accenso, horribilem illam speciem foris jam tumultuari, & cubiculi fores manibus pulsare sentiebam. Nec multo post, simulacrum illud, operis adictisque foribus (vix credibile dictu) per coimmissuras & rimas in cubiculum se intromisit: quod sub lectulo meo jacens, cum Marcus alumnus & cliens meus, utpote qui è conspectu cubabat, tetra & dira facie aspiceret, pavore subito consternatus, luctu & gemitu omnia opplebat, ipsamque intromissionem non sine formidine clamabat. Idque cum mihi, qui clausum cubiculi ostium aspicerem, vix credibile videretur, interim dirum illud simulacrum quod sub lectulo jacebat meo, manum & brachium pretendere, lumenque quod juxta aderat, extinguere vidiimus: quo extinto, libellos meos, & quicquid rerum erat, querula voce miscere, ac omnia evertere non destitit. Mox cum ad tumultum exciti socii eo se contulissent, lumenque intromissum obversarentur vestibulo, interim ipsam operum cubiculi ostium manu aperire, & foras effugere vidiimus. Erat enim ipsius species, ut plane perspeximus, simulacro hominis nigerrimo non absimilis. Illud utique mirum fuerit, dignumque memoratu, figuram illam, dum nobiscum sic luctaretur, quum fores cubiculi referassem, ab his qui lumen intromisere, minime conspectam: sed quum primum cubiculi fores exivit, elapsam ex oculis illico discessisse, & in auras evanuisse.

C A P U T X X I V.

*Qui cultus domorum quondam fuerit, & quare majorum
imagines in postibus & arma in atrius & vestibulis
haberent, & quid de exteris.*

Quibus pristini decoris memoria relicta fuit, hoc etiam literis adnotasse accepimus, amplas domos in primis gressibus vestibula habuisse, quæ spatha licet pars *Vestibulum* ædium forent; tamen illa pro ædibus fuisse nemo ignoravit. Erat enim locus vacuus, per quem de via ad fores patrum. tebat aditus, in quo præstolari qui salutatum venerant, aut si con-

TIR A Q U E L L U S.

I. *Vestibula habuisse.*] Plautus in Mostellaria act. 3. sc. quoque 3.

Vident vestibulum ante ædes & ambulacrum cuiusimodi?

Virgilius lib. 2. Æneidos,

. *Vestibulum ante ipsum primoque in lime.*

Ubi Servius, *Vestibulum*, inquit, dicitur prima janua pars. Dictum autem, vel quod januam vestiat, ut videntur cameram sufficientatam columnis. Vel, quoniam *Vesta* consecratum est: unde nubentes pueræ limen non tangunt, ne numini dicatum locum calcantes sacrilegium committant. Singula enim domus sacra sunt, ut culmina Diis penatibus: Mæries, quæ ambit domum, Heræo Jovis. Idem Servius alibi, scilicet, lib. 6. Æneidos, ibi,

Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orei.

Vestibulum, inquit. non habet etymologicæ proprietatem, ut ait Varro: sed fit pro captu ingenii. Dicitur enim *Vestibulum*, quod *vestiat* januam. Alii *Vestibulum* à *Vesta* dictum volunt: nam illi janua consecrata est: alii: quod nemo illuc slet. In limine enim solus est transitus. Ut enim vesanum non sanum, sic *Vestibulum* non stabundum. Ovidius lib. 6. Fast. *Vestibulum* à *Vesta* nomen accepisse ait,

Hinc quoque vestibulum dici reor, unde preciamur

Quæfanur, vestia est, quæ loca prima tenet.

Gellius lib. 16. cap. 5. auctoritate Cæcilius Galli in lib. de significatione verborum, quæ ad jus pertinent, *Vestibulum*, inquit, non in ipsis ædibus, neque partem ædium, sed locum ante januam domus vacuum per quem à via aditus accessusque ad ædes est: cum dextra finitur, aque inter januam teclaque, quæ sunt via juncta, spatium relinquitur: atque ipsa janua procul à via est vacanti intersita. Et quibusdam interjectis, *Qui domos igitur amplas antiquitas faciebant, locum ante januam relinquebant, qui interiores domus & viam medius est.* In eoloque qui dominum ejus domus salutatum venerant, prius quam admittentur, consuebant: & neque in via stabant, neque intra ædes erant. Et eadem propedium scribit, tacito Gellii nomine (ut semper alias) Macrobius lib. 9. Saturn. c. 8. *

C O L E R U S.

* Adde Nonium Marcellum & Isidorum lib. 15. cap. 7. Græci vocant *περιθωριον*. In lauitorum ædibus magnifica & splendida, magnoque aggetto suspensa videbantur vestibula, ut eleganter describit Seneca lib. 12. epist. 85.

si convento opus foret, tempus operiri solebant: ¹ quod quidem prima aut altera diei hora esse consuevit. Fuit enim apud majores non modica laus illis, qui ex claris familiis erant, quam plurimos clientes, non modo catervas togatorum, sed & tenuiorēs amicos habere, à quibus observarentur quotidie & colerentur, cuinque his ad forum deducerentur frequenti comitatu: namque maximi decoris erat, amplos viros illustresque etiam ab infima plebe quotidie salutari, appeti, deduci, reduci & consuli, eisque decedi & assurgi. ² Fiebat enim salutatio more prisco ³ dextram jungendo dextræ: quippe cum referat Varro, omnem antiquorum honorem, dextrarum constitisse virtute, ⁴ nonnunquam osculo, ⁵ plerumque assurgendo,

caput-

TIR A Q U E L L U S.

¹ Quod quidem prima.] Martial. I. 4.
epig. 8. ut jam scripsimus supra c. 21.

² Fiebat enim salutatio.] Servius
enarrans eum locum lib. I. Aeneid.

— Cur dextræ jungere dextram

Non datur? —

Majorum fuit, inquit, haec salutatio, cuius causam dicit Varro, Callimachum sequens,
afferens, omnem eorum honorem dexterarum constitisse virtute: ob quam rem
hac se venerabant corporis parte.

M E R C E R U S.

³ Dextram jungendò dextræ.] Vulgarior salutandi ratio inter familiares fuit, manum advenientes osculari. Plaut. Amphit. Evidem te certo herib advenientem illico & salutavi, & valuisse usque exquisiri mi vir, & manum prehendi, & osculum detulit tibi. Qui mos vulgaris fuit eversa republ. Salutatores autem quotidiani caput ut opinor aperientes, suo quisque ordine mane quidem Ave: vesperi autem Vale, dicebant; Seneca c. 34. l. 6. de Benef. Huic persenire usque ad distingendam libertatem licet, cuius vulgare, & publicum verbum, & promiscuum ignitis Ave, non nisi suo ordine emititur. Non omittebatur nomen ejus, qui salutabatur, quod pluribus, si licet, probarem.

TIR A Q U E L L U S.

⁴ Nonnunquam osculo.] Id de Juda proditore, qui osculo Jesum Christum tradidit Judaeis, ut scribitur Luca 22. Jud. 15, unus ex duodecim appropinquavit Jesu, ut oscularetur eum. Jesus autem dixit illi, Juda, osculo Filium hominis tradis? Perse (ut scribunt Herod. lib. I. & Strabo lib. I. 5. ad fin.) salutationis loco se mutuo, si in via invicem sibi occurrant, osculantur & pares sint. Quod si alter fuerit humilior paup., genas osculantur duntaxat. Vide Plutarch. in problem.

⁵ Plerumque assurgendo.] Sueton. in Augusto, cap. 56. scribit, Augustum acerbe tulisse, quod populus honoris causa assurrexisset filii suis adhuc prætextatis. Sic enim scribit, Eisdem prætextatis adhuc assurrexit ab universis in theatro, & astantibus plausum, gravissime questus. Idem in Tiberio cap. 31. Nec mirum, cum palam esset, ipsum quoque eisdem assurgere, & decedere via. Plutarchus in Pompeji vita, & Appianus de Civilibus Rom. bellis libro I. tradunt, Syllam dictatorem solitum fuisse de sella assurgere privato Pompejo, & equo descendere, & caput aperire. Servius enarrans ilud Virgilii lib. I. Georg.

Tmolus,

Salutandi
mos
apud
vete-
res.

'caputque denudando, quod apud nostrates frequenti in usu est: mansitque observatum, ut salutantes imperatorem, ante quam admitterentur, interiores aulici scrutarentur, sinumque prætentarent, ne quis cum telo esset. Nonnunquam ut valentissimi servi catenis religati, pro ostio aditum custodirent, ne non vocati admitterentur. Laudanturque ^{Imperato-}
^{rem sa-}
^{lutan-}
^{ri.} ^{Ostia-}
^{ri si-.} ^{vi.} Vespasianus, ^{V.} M. Antoninus & ^{V.} Alexander Severus im-
peratores, quod salutarentur patente cubiculo, ministris ^{Sportu-}
admissionalibus remotis. Apud Parthos vero regem adire ^{la cien-}
vel salutare sine munere, nulli licitum erat. Quibus clienti- ^{tibus}
bus ab his quos sectabantur, frequens sportula dabatur, ^{salu-}
^{tanti-}
^{bus da-}
^{pius ta.}

Tmolus, & assurgit quibus & Rex ipse Phaenæus.

Sic ait, *Affurgit significat cedit: quod tractum est à sedentibus, qui in honorem alicuius surgere conseruerunt.*

1 *Caputque denudando.]* Plutarch. problematōn cap. 10. ubi rationem reddit cur deos salutantes caput operiunt: viros autem dignitate præditos & honore dignos, si etiam velati occurrerint, caput aperiunt: Nam Aeneas, prætereunte Diomede, caput operiens, rem divinam fecit. Diximus & in præcedent. ex Plutarcho in Pompeo.

2 *Ut salutantes Imperatorem.]* Suetonius in Claudio, cap. 35. Reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper apposuit, & quidem omnibus & acerbissimos. Herodian. lib. 3. Neque enim temere quisquam à Severo missus ad illum introducebatur, nisi prius deposito militari glaçis, finique excusso. *

C O L E R U S.

* Sic in Vespasiano Sueton. c. 12. Non temere quisvis ad Principes admittebatur. Hinc ortum admissionis illud officium de quo apud eundem Suet. ibid. c. 14. apud Vopiscum in Aurel. mentio est *Admissionum magistri: & apud Ammianum lib. 15. Sed vide de his Senecam lib. 1. de clement. & lib. de Beneficiis 6. cap. 33. & 34.* Erant deinde primæ & secundæ admissiones,

nes, de quibus splendide Senec. lib. 6. de Benefic. cap. 33. & 34.

T I R A Q U E L L U S.

3 *Laudaturque Vespas.]* Suet. in vita illius c. 21.

4 *M. Antoninus.]* Jul. Capitolinus in vita illius.

5 *Alexander Severus.]* Aelius Lampridius in vita illius, *Salutaretur quasi usus de Senatoribus patente velo, admissionalibus remotis.* Admissionales autem dicuntur, qui aulicos admittunt in cubiculum Principis ad eum salutandum. Qui vero ei rei prærant, vocabantur Magistri admissionum, quorum Ammianus Marcellinus mentionem facit lib. 15.

6 *Frequens sportula.]* Juvenalis Satyra 1. conqueritur imminutam esse prioris sportula liberalitatem.

— *Sportula primo*

Limine parva sedet, turbæ rapienda togatæ.

Martialis est distichon in Apophoretis, cuius inscriptio est, *Toga.*

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos,

Mentita veniet sportula multa toga.

7 *Quæ prius centum quadrantes fuit.]* Huc alludit Martialis lib. 1. epigram. 2. ad Flaccum de sportula,

Dat Bajana mihi quadrantes sportula centum,

Inter delicias quid facit illas famæ?

Vocatores. prius centum quadrantes fuit: ¹ deinde rectam dari institutum: ² quare vocatores principis dicti, qui ad cœnandum convivas admittebant: quorum nonnulli mercede accepta, aliquos subditios principum sæpe cœnis advocarunt. ³ Quam Nero ad sportulas revocavit, qui etiam plebi congarium quadragenos nummos viritim dedit. ⁴ Siquidem Imperatoris munus, quod populo dabatur, congarium dictum est: quod vero militibus, donativum. ⁵ Mox

Domini-

bus populo datus. Et lib. 3. epigr. 7. de sportula,
Centum miselli jam valete quadrantes,

Ante ambulonis congarium lassi:
Quos dividebat balnearior elixus.
Quid cogitatis ò fames amico; um?
Regis superli sportula recesserunt.

¹ Deinde rectam.] Idem Martial. lib. 8. epigr. 50. ad Gæsarem Domitianum,

Grandia pollicitis quanto majora dedisti,

Promissa est nobis sportula, recta data est.

Demitianus enim (ut scribit Sueton. in vita illius, cap. 7.) sportulas publicas sustulit, revocata cœnarum rectarum consuetudine. Recta cœna sportula opposita erat, Liberaliores enim divites, civilioresque salutatoribus suis legitimum convivium exhibebant: que recta cœna dicebatur. Sordidi autem & maligniores recta cœna loco sportulam tantum præbebant. Auctor Budæus ex l. si mulier, ff. de don. at. inter vir. & uxorem. *

COLE R U S.

* Sportæ, unde sportulae & sportellæ, calathi erant viminei, quibus ad rem penniariam utebantur. U. p. l. 4. de penu leg. Hinc dictæ sportulae, quæ pro salutationis officio clientibus erogabantur: sive id obsonii aliquid, sive stipes, aut quadrantes essent.

TIR AQUELL U S.

² Quare vocatores Principis.] Plin. lib. 35. cap. 10. de Apelle, sic ait, Subornato fraude amulorum, piano regio in-

vitatus, ad regis cœnam venit. Indignantique Ptolemyo, & vocatores suos ostendenti, ut diceret à quo eorum invitatus esset, ariepio carbone extincto è foculo, imaginem in parietem delineavit, agnoscente vultum plani rege ex inchoato protinus.

M E R C E R U S.

Quare vocatores.] De vocatoribus vide nostrum convivium. Hi enim ad cœnam convivas ex munere vocabant.

TIR AQUELL U S.

³ Quam Nero ad sportulas revocavit.] Suetonius in vita illius, cap. 16. Adhibitus sumptibus modus, publicæ cœnæ ad sportulas iedat. e.

⁴ Siquidem Imperatoris munus.] Cornelius Tacitus lib. 12. Additum nomine eius donativum militi, congarium plbeis. Plinius Junior in Panegyrico laudat Trajanum quod congarium populo dedit, quo locupletata sunt tribus cum donativum accepissent milites. Senec. libro 4. de Beneficiis, Congarium, inquit, munus est Imperatorium, quo donabatur populus, sicut donativo milites. Et ut auctor est Quint. libro 6. cap. 4. de risu, Congarium commure est liberalitatis atque mensura. Alexander Severus congarium, auctore Lampridio, ter populo dedit: donativum militibus ter: carnem populo addidit. Clavarium autem donativi nomen est, ut scribit Tacitus lib. 19.

⁵ Mox Domitianus.] Hoc jam diximus supra ibi, Quæ prius centum quadrantes, cum declararemus locum Martialis.

Domitianus sportulas ad cœnas reduxit, in' qua frequens obsonium panis, oleum & porcina caro dari solita, absque vino. ² Divus vero Julius ad conciliandum populi favorem, frumentum viritim dedit ternos modios, & totidem olei libras, tricenos quoque nummos singulis, & centenos pro mora. ³ Augustus Octavius frumentum plebi gratuitum & menstruum, ⁴ Nero quadragenos nummos viritim congariū largitus fuit. ⁵ Caius vero Cæsar trecenos festertios, & forensia viris & pueris, ac foemini fasias purpuræ & conchylii, nonnunquam pro sportulis panaria cum obsonio. ⁶ Domitianus etiam congariū numinorum CCC. senatui, & equestri ordini panaria, plebi vero sportellas cum obsonio. ⁷ Cato junior novo more tribuit sportulas: Græcis ex trito, raphano, blito & apio, Romanis autem vini amphoras, carnes porcinas, ficus, & ligno-

¹ In qua frequens obsonium.] Scilicet sportula. Juvenalis Sat. I.

Sportula quid reserat, quantum rationibus addat,

Quid facient comites, quibus hinc toga, ea' cu' hinc est,

Et panis sumusque domi? densissima centum

Quadrantes lectica petit, sequiturque maritum

Languida, vel prægnans & circumducta curit uxori.

Ubi Domitius interpres, Ex sportula, inquit, omnia sibi coemebant, que & ad vitium & cultum pertinarent. Unde Martialis lib. 5. epig. 77.

Sportula nulla datur, gratis conviva recumbis:

Dic mihi, quid Romæ Gargiliane facis?

Unde tibi tegula est, & susæ pensio celle?

Unde datur quadrans, unde vir es Chines?

² Divus vero Julius.] Suetonius in vita illius, cap. 38. Populo, præ r frumenti denos modios, ac totidem olei libras, tricenos quoque nummos, quos palliatus olim erat, viritim divisit: & hoc amplius centenos pro mora.*

COLERUS.

* Ibi vide Levinum Torrentium Suetonii interpretem.

TIRATQUELLUS.

³ Augustus Octavius.] Suetonius cap. 42. Sic ne ple's, frumentationum causa, frequentius à negotiis avocare: ut in annum quaternum nesciunt tesseras dare destinavit: sed desideranti consuetudinem veterem, concessit rufus, ut sui cuiusque mensis acciperet. Et capite seq. Frumentum quoque in anno & difficultatibus sepe levissimo, interdum nullo pretio viritim admensur est, tesserasque nummarias duplicevit.

⁴ Nero quadragenos.] Idem Sueton. in Nerone, cap. 10.

⁵ C. vero Cæsar.] Scilicet Caligula ex eodem in vita illius, c. 17.

⁶ Domitianus.] Idem Suet. in vita illius, cap. 4.

⁷ Cato Junior.] Plutar. in vita Catonis Uticensis, Denæ attribuit, Græcis quidem ex porre, & lactuca, & raphano, & blito, & apio: Romanis autem vini amphoras, carnes porcinas, & ficus, & cucumeres, & lignorum fasces.

lignorum fasces. Quamvis apud antiquissimos sextatii la-
etis darentur, vini nunquam, nisi quod à Cornelio Ce-
thego in consulatu mustum rutatum populo datum est. An-
cus vero Martius rex, salis modia sex millia congiarium
populo erogasse fertur, ex quo tantum quisque serebat,
quantum in singulorum capita descriptum erat, ab un-
decimo ætatis anno.² Augustus etiam tricenos & quadra-
genos, nonnunquam singulis quinquagenos & ducente-
nos nummos largitus fuit: ac ne minores quidem pueros
præteriit,³ sicut Trajanus infantes quoque ad sportulas
admisit. Tiberius trecentenos viritim dedit, & prandiu-
m mille mensis.⁴ Galba dedit populo congiarium, & e-
pulum senati & equestri ordini, ac præter epulas foren-
sia viris, foeminis ac pueris fascias purpuræ & conchy-
lii, quibus veteres pro caligis utebantur.⁵ Et mox Nero,
⁶ Domitianus,⁷ Hadrianus⁸ & reliqui Cæsares munc-
ra populo saepe largiti sunt.⁹ Sed Hadrianus novo mo-
re, aroinata, balsama & crocum: nonnunquam du-
plex congiarium, ternis per singulos aureis divisus.
¹⁰ Commodus singulis denarios septingenos vicenos qui-
nos.¹¹ Aurelianus vero ad Parthicum proditurus bellum,

Duplex
congi-
rium.

quum

¹ Nisi quod à Cornelio Cethego.] Plinius lib. 19. cap. 8. Invenio mustum ru-
tatum populo datum à Corn. Cethego, in
consulatu collega Quintii Flaviani comi-
tiis præactis.

² Augustus.] Sueton. in vita illius,
cap. 41.

³ Sicut Trajanus.] Plinius Junior
in Panegyrico laudat Trajanum, quod
in dando congiario infantes quoque
admisisset, ut ira alimentis Principis
crescerent, experirenturque ab infan-
tia parentem publicum in munere
educationis. Nullum est enim magno
Principe, immortalitatemque meri-
turo impedii genus dignius, quam
quod erogatur in posteris. Pauperibus
educandis una ratio est, bonus Prin-
ceps. Dion in Trajano, scribit eum
civitatibus Italæ multa largitum esse

ad educationem liberorum, in quos
magna contulit beneficia.

⁴ Galba.] Tacitus lib. 17.

⁵ Et mox Nero.] Dion in Nerone.

⁶ Domitianus.] Idem Dion in vita
illius.

⁷ Adrianus.] Idem Dion in vita
illius.

⁸ Et reliqui Cæsares.] Ut scribunt
Ælius Spartianus in Septimio Severo,
Lampridius in Heliogabalo & Alexan-
dro Severo.

⁹ Sed Adrianus.] Hæc usque ad
versic. *Commodus*, sunt Ælii Spartiani
in vita Adriani.

¹⁰ *Commodus*.] Lampridius in vita
illius.

¹¹ *Aurelianu*s.] Flavius Vopiscus
scribit, Aurelianum quo tempore pro-
ficicebatur ad Orientem, bilibres co-
ronas

quum bilibres coronas singulis promisisset, & aureas populus expectaret, silagineas dedit novo genere panis, quo deinceps usi fuere: qui tamen populo universo panem, oleum & suillam carnem postea divisit, ¹ vinumque dare statuerat nisi morte præventus fuisset. ² Fuitque observatum, ut principes assumpto imperio, ad conciliandum favorem, ^{Congi-}
 congiarium darent populo, quod annuum plerunque homi- ^{arium}
 nes clarissimi, & suminis honoribus functi, pro officio & ^{sumpio}
 clientela velut stipendium capiebant. Erant ergo hi quos ^{impe-}
 isti sectabantur, illorum patroni & defensores: siique offi- ^{rio.}
 cii ducebant, in fidem illos & clientelam habere, tutelæ- ^{Patro-}
 que suæ ducere, & ope juvare. Quinetiam non foris tan- ^{ni.}
 tum, sed intra domesticos Lares, libertos servosque salu- ^{Clien-}
 tatores comperimus, qui bis in die frequentes aderant: ut ^{Dome-}
 mane salvere, vesperi valere, domino aut patrono dice- ^{stico-}
 rent. ³ Nec non populis & nationibus, ac bonis & fidelibus ^{rums}
 sociis, patronos publice fuisse Romæ homines hone- ^{saluta-}
 stissimos summo loco natos, qui fortunatai propugnato- ^{tiones.}
 res erant, & civitatum defensores non paenitendi, quo- ^{Popu-}
 ru ^{lorum} ^{& na-}
 rru ^{patro-}
 ni.

ronas populo promisisse, si vicitor rediret: & cum aureas populus speraret, neque Aurelianus, aut posset, aut vellet, coronas eum fecisse de panibus, qui nunc silaginei vocantur, & singulas quibusque donasse: ita ut silagineum suum quotidie toto ævo suo & unusquisque reciperet, & posteris suis dimitteret. Nam & carnem porcinam idem Aurelianus populo Rom. distribuit, qua hodieque dividitur.

¹ *Vinumque dare statuerat.*] Idem Vopiscus in Aureliano non multo ant. fin. *Statuerat, inquit, & vinum gratuitum populo Rom. dare: ut quemadmodum oleum, & panis & porcina gratuita præberetur, sic etiam vinum daretur, quod perpetuum hæc dispositione conceperat.*

² *Fuitque observatum.*] Ut patet ex iis, quæ dicta sunt supra in verbo, *Si- quidem Imperatoris munus.* Ubi de Imperatoris munere, & multis seqq.

³ *Nec non populis & nationibus.*] Dionysius Halicarnassæus lib. 2. Plut. in Romulo. Cicero Philipp. 2. *Vexarit Puteolanos, quod C. Caſium, quod Brutus patronos adoptassent.* Mos enim fuit (ut ibi scribit Beroaldus) iste priscorum, ut singulæ nationes, atque adeo populi patronos Roma peculiares haberent, in quorum essent clientela. Sic Sici Marcellos habuerunt: Lacedæmonii in tutela Claudiorum extiterant: Fabius Sanga patronus fuit Allobrogum. * *Quinetiam inunicipes mei Bononienses fuere in tutela Antoniorum, secutique sunt partes Antonianas in bellis Civilibus:* unde fit, ut cum patroni clientibus parentum loco sint, nefas esse videatur Bononiensem quempiam Antoniorum nomen incessere, & Antonios stilo perstringere. *Hæc Beroaldus.*

C O L E R U S.

* *Salust. bello Catilinario.*

rum studio & fide singula negotia in senatu faceſſerent, & promoverent: ¹ ſiquidem Syracufani in clientela Marcellorum fuere, Lacedæmonii in Claudiorum, Puteolani Brutorum, Neapolitani Liciniorum, ² Bononiensēs Antoniorum ³ Allobroges patrono Fabio Sanga uſi ſunt. ⁴ Marius Herenniis, ⁵ Cæſar quoque Græcorum patrocinio plerunque affuit. ⁶ Plebs denique ipſa ſub patriciorum equitumque Romanorum tutela per clientelas diviſa erat, quod à Romulo à primis originibus iuſtitutum ferunt, ut plebeii ſingulos patronos ex patribus legerent, quorum
Plebs
per cli-
entelas
diviſa.
con-

TIR AQUELLUS.

¹ Siquidem Syracufani.] Cic. in 6. in Verrem aet. Itaque ille noſter ciuiſ, ſummiſque Imperator M. Marcellus, cuius virtute capti, misericordia conſervata ſunt Syracufi, habitare in ea parte urbis, que iuſſa eft, Syracufanum neminem voluit. Livius 3. Decad. lib. 6. Legati (Syracufanorum ſcilicet) benigne appellati, ac dimiſi, ad genuaſe Marcelli Cos. projeſcerunt: obſeruantes, ut qua deplorandæ ac levandæ calamitatis cauſa dixiſſent, veniam eis daret, & in fidem & clientelanſe, urbemque Syracufas accepert. Poſt huc Consul clementer appellatoſ eos dimiſit. Aſconius Paſtianus in 1. in Verrem aet. Valerius Maximus lib. 4. cap. 1. Cicero lib Offi. 1. Apud maiores noſtros, inquit, tanto pere iuſtitia culta eft, ut hi, qui ciuitates, aut nationes devictas bello recepiſſent, ea cum pa- troni eſſent more majorum.

² Bononiensēs.] Suetonius in Auguſto, cap. 16. Bononiensibꝫ quoque pu- blicē, quod in Antoniorum clientela antiquitus eſſent, gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus ſuis.

³ Allobroges.] Dionyſius Halicarnassensis libro 2. ubi abunde ſcribit de coniunctionibus clientum & patro- norum, qua nili distabant à neceſſi- tudinibus propinquorum: & quemad- modum clientes patronis indigentibꝫ ſuccurrebant. Appianus libro 2. bellorum Civilium, Legati, inquit, rem

Fab. Sanze annunciant. Erat autem iſ Allobrogum patronus in urbe, ut ceteris populis olim Rome addeſſe moſ fuīt. Saluſt. in Catil. Itaque Q. Fab. Sanze, cuius patrocinio plurimū ciuitas utbatur, rem omniem, ut cognoverant, aperiunt.

⁴ Marius Herenniis.] Plutarchus in Mario, ubi dicit Marium & ejus pa- rentes Herenniorum familię ſemper clientes fuifſe.

⁵ Cæſar quoque Græcorum patrocinio.] Adde & tu quod Getuli fuere in tutela Marii ex Hircio in bello Africano. Ni- ſai Neronum ex Cicerone Epifolar. familiar. lib. 13. epift. 66. ejusdem lib. & omnium 337. Cyprii & Cappado- ces Catoris, ex eodem Cicerone ejus- deſin operis lib. 15. epift. 6. ad eundem Catonem. Locri, ejusdem Cicero. li- bro de legib. 2. Atque etiam Campani, ex eodem in Orat. in L. Pifonem. Mamertini, Q. Claudi Pulchri ex eod. Cicero. in 6. in Verrem aet. Segeſtani, P. Scipionis, ex eadem aet. Magna pars citerioris Hispaniæ, Pompeji, ex Cæſare lib 2. belli Civilis. Samnites, Fa- britii, ex Valerio Maximo lib. 4. c. 3. Tifernates, Plinii Secundi ex eod. Plinius lib. Epift. 4. epift. 1. his verbis, Op- pidum eſt prædiis nigris vicinum, nomen Tifernum, Tiberium, quod me pene adhuc puerum patronum cooptavit.

⁶ Plebs denique.] Hæc uſque ad verba, Præterque, ſunt Dionyſii Halicarnassai, & Plutarchi in Romulo.

confilio & auctoritate niterentur. Praeterque vestibula fuere ¹ cava ædium, ² & peristyla, ad quæ quisque suo jure non vocatus admittebatur. ³ In foribus vero & atriis domorum, ara, focus & Lar familiaris erant. ⁴ namque focus erat ara deorum penatium, quem instar numinis habebant: ⁵ in quibus non deorum modo simulacra, quos singulis ædibus in larario colebant, sed imagines ac expressos vultus illorum qui familiæ decus fuerc & ornamentum, ac principum & patronorum, quos quisque colebat, habere assuerant. ⁶ Quare L. Vitellius, Vitellii pater, Narcissi & Palantidis imagines inter lares coluisse fertur. ⁷ Cæreæ enim

*Cava
ædium
& pe-
ristylia.*

*Infor-
bus &
atriis.*

*Cære-
nes im-
agin-
ariis.*

¹ *Cava ædium.*] Vitruvius lib. 6. c. 3. in princip. ubi ea quinque generibus esse distincta dicit, quæ declarat. Id autem uno verbo *Cavædium* vocat Plinius Junior, Epistolar. lib. 1. epist. ejus lib. 17. omnium 41. non semel.

² *Et peristyla, ad quæ.*] Vitruvius eodem lib. 6. cap. 7.

³ *In foribus autem & atriis domorum.*] Vide quæ sequuntur.

⁴ *Namque focus erat ara.*] Cato de Re rustica, cap. 5. dum loquitur de re divina in foco facienda. Virgil. lib. 12. Aeneidos,

In medicisque focus, & diis communibus aras.

It ibi Servius. Et Ovidius lib. 1. de Tristibus, eleg. 3. ubi describit lachrymas, quas fudit uxor, posteaquam iussit Cesar eum in exilium abire,

Illa etiam ante Lares spatis prostrata capillis,

Centigit extructos, ore tremente, cibos.

Hincque etiam illud Horatii Epodon Ode 2.

Sacrumque vetustis extruat lignis so- cum

Lassi sub adventum viri.

Ubi Porphyron, *Sacrum, ait, dicit, quia ara deorum penatium est focus.* Et *Aeron, Diis, inquit, Penatibus sacer est.* Et illud quoque Plauti in Aululatia act. 2. scena 5.

*Hæc impennentur in foco nostro, lazi,
Ut fortunatas facial gnatæ nuptias.*

⁵ *In quibus.*] Scilicet atriis, ex Plinio lib. 35. c. 2. *Apud maiores in atriis imagines hæc erant, quæ spectarentur: non signa externalorum artificum, nec æra, aut marmoræ. Seneca lib. 3. de Beneficiis. cap. 28. Qui imagines in atrio exponunt, & nerinae familie suæ longo or- dine ac multis stemmatum illigata flexu- ris in parte prima ædium collocant, nisi magis, quam nobiles sunt. Et ad Luciliū epist. 44. Non facit nobilem atrium plenum sumosis imaginibus. Vide infra lib. 6. cap. 14.*

⁶ *Quare I. Vitellius.*] Suetonius in Vitellio, cap. 2. scribit, Vitellium coluisse inter lares aurcas Narcissi & Palantidis imagines.

⁷ *Cæreæ enim imagines.*] Plinius libro 35. cap. 2. ad id, quod nuper diximus, addit, *Expressi cera vultus singulis dispondebantur armariis, ut essent imagi- nes, quæ comitarentur gentilicia funera. Semperque difuncti aliquo totus aderat familia ejus, qui unquam fuerat, populus. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus imple- bantur, & monumentis rerum in magistratus gestarum. Et Ovid. lib. Amorum primo, eleg. 8.*

*Nec te decipient veteris plena atria
cære*

Telle tuos tecum pauper amator avos.

Ima-
gines
familiæ
in
exequi-
alibus
pompis
ad
ducta.

imagines in atriis domorum singulis disponebantur arimariis, quos ita celebabant colebantque, ac si illi quoru[m] vultus exprimebantur viverent. Quas festis diebus, & in summa gratulatione & lætitia, laureis fertis & floribus ornare, illoru[m]que natales dies festa luce celebrare solebant. In luctu vero & gemitu familiæ, tanquam consci[us] doloris essent, & tacita mœstitia funestarentur, deformare: tantoque honore dignos putabant, ut illas cum singulis imaginum titulis, illorum præcipue quorum dignitas maximæque res gestæ fuere, in exequiali pompa & appa-
ratu funeris extra ædes producerent, & longa serie velut familiæ decora repræsentarent, illæque defunctorum exequias, & una funus comitarentur.² Ita tradito more, ut domino aut aliquo ex familia vita functo, illius imago tam circa limina domus, quam pro foribus locaretur, ut defuncti desiderium repræsentata illa species leniret, posterosque ad præclara facinora domi forisque obeunda invitaret.
³ In eisdem quoque atriis & foribus, ac circa domorum limina, hostium spolia, quos quisque vicisset, quoru[m]que viator extitisset, etiam enses & clipei, galeaque & currus, ac devictarum navium rostra, veluti avitæ gloriæ, & fortium factorum ornamenta affigi assuevere: quæ quanto vetustiora erant, tanto plus decoris & majestatis habebant.⁴ Ideo nec vetustate consumpta reficiebantur, nec effracta resarciebantur. Hæc enim omnium ad se vertebant oculos,
quo

Et Juvenalis Satyr. 8.

Tota licet veteres exornent undique ce-
ræ

Atria, Nobilitas sola est atque unica
virtus.

Et in tota hac Satyra insecatatur eos, qui aut majorum gloria, aut falsis for-
 tunæ bonis efferuntur, existimantes vera[m] inde homini[n]is nobilitatem pen-
 dere. Apulejus lib. 6. Metamorph. Et
 depictam in tabula fugæ presentis ima-
 genem, moe donus atrio dedicabo.

¹ Tantoque bonore.] Hæc usque ad

versicul. Ita tradito, sunt Plinii. I. 35. cap. 2. & aliorum, quos longo ordine tibi in eam rem cito in nostro Commentario Nobilitatis cap. 20. num. postrema editionis 150. incip. Id quod eti.m.

² Ita tradito more.] Supra ex Plinio lib. 35. cap. 2.

³ In eisdem quoque atriis.] Plin. ubi supra, Aliæ, inquit, foris & circa li-
 mina animorum irgentium imagines e-
 rant, affixis hostiis spoliis.

⁴ Ideo nec vetustate.] Plut. cap. 36.

¹ Adeo-

quo intuentium animos cogitatio subiret, ut pari ipsi exemplo ad magna facinora, magnasque res invitarentur. Nec solum privatas domos, sed porticus & deorum templa hostilibus spoliis tanquam tropaeis exornare, vetusti moris erat: tantique exempli fuere, ut illa posteris non mediocris stimulatio fuerit, ne degeneres ipsi, neve ignavi tam claros triumphos turpibus factis dictisque fœdarent.

¹ Adeoque hæc propria familiæ ornamenta sunt habita, ut quævis alienatis ædibus novo domino spolia & imagines refigere non liceret. Hasque statuas, quibus splendor &

^{Belga-} vetustas familiæ notabatur, amovere, est habitum nefas:

² Belgarum vero fuit mos barbaricus, cæforum hostium capita postibus tanquam spolia affigere. ³ Qui etiam Galatarum, qui ultra Rhenum incolunt, usus traditur, ut spolia hostium sanguine perfusa, & truncæ capita foribus affigant. ⁴ Gelonorum hostium cutes, ut eæ omnibus spectaculo sint, ac fortius factoriū insigne documentum, & hostibus pertimescendum foret. In Ægypto autem in vestibulis domorum alas vulturum proponere, indicium nobilitatis & vetustatis familiæ censebatur. Apud Phryges pardalis pro foribus affixa (Homero teste) signum immunitatis erat, ne hostium incursibus pateret. ⁵ Alexander vero captis Thebis, ut Pindari domui parceret, illam inscribi jussit.

In parci-
tum.

¹ Adeoque hæc propriæ.] Plinius d. lib. 35. cap. 2. ubi ad illud, quod supra ibi, in eisdem quoque adduximus, subiungit, Quæ nec emptori refringere licet, triumphabantque etiam dominis mutantibus, ipse domus. Et erat hæc stimulatio ingens, exprobribus tellis, quotidianæ imbellem dominum introire in alienum triumphum. Cicero Antoniana 2. Antonii improbitatem arguit ex virtutis insigniis, quibus Pompeji domus erat ornata, quod eam ingredi ausus sit, his verbis, An tu illa vestibula, rostra, spolia, cum affixisti: donum tuum te intrare putas? fieri non potest.

² Belgarum vero.] Strabo de his loquens lib. 4. E prælio decadentes cervi-

cibus equorum hostium capita suspendunt, eaque domum delata, ut sint spectaculo, postibus affigunt.

³ Qui etiam Galatarum.] Diodor. Siculus lib. 6. cap. 9. Capita hostium, in acie cedentium abscissa, equorum alligant collo. Hostium spolia sanguine perfusa, famulis tradunt, in foribus domorum cum cantu atque hymnis affigenda. Vide Strabone lib. 4.

⁴ Gelonorum.] Herodotus libro 4. Plinius libro 7. capite 2. Solinus capite 25.

⁵ Alexander.] Plutarchus in ejus vita, dicit eum pepercisse stirpi Pindari, ut etiam Arrianus de Gestis illius, lib. 1.

¹ In

Pina-
cothe-
ca.

¹ In eisdem quoque atriis pinacothecæ non mediocri para-
tu dispositæ erant: in quibus tabulæ pictæ, cælatum argen-
tum, stragula vestis, signa & ornamenta reponebantur.
² Sicut Græcis fuere cheli &³ cistæ, ⁴ phascoli &⁵ riscus, in
quibus egregia suppellex, & muliebris mundus servaban-
tur. Quæ atria plerunque inaugurate fuere: namque haud ali-
ter in illis senatus cogi poterat, quam si inaugurate templa
fuissent. Non tamen omnes, sed solas palatinas ædes inau-
gurari servatum est, ut habita in his senatus decreta, rata fo-
rent. Eas quidem ædes veluti augustissimas, vestibula rega-
lia habere, cognitum est: atriaque potentiora, ⁶ peristylia
amplif-

¹ In eisdem quoque atriis.] De hu-
justmodi pinacothecis Vitruvius lib. 1.
cap. 2. & lib. 6. cap. 4. & 6. Varro lib.
Rei rusticæ, 1. cap. 2. & 59. & Plinius
lib. 35. cap. 2. post princ. inquit, *Tabulæ
pictorum pinacothecas implent*. Sunt au-
tem pinacothecæ repositoria tabula-
rum pictarum. Ita exponit Beroald. in
Sueton. Aug. cap. 72.

² Sicuti Graci fuere cheli.] Apud Ho-
merum lib. 8. Odyssæ,

Δέλεγο γυναι φέρε χηλὸν ἀετρηπτή
ἵτις ἀεισην.

Id est,

Ἄγε μιλεῖ, σειραν πολυτόνη,
quæ optima.

Et paulo post,

Τίφεξ δι' ἄρ' αἴρεται ζείρω τεκμαλλα
χηλὸν

'Εξέφερεν διαλύματα. —

Id est,

Λιυερα vero Arete hospiti pulchram ei-
stam

Exultit επιθalam.

³ Cista.] Apud Ciceronem in 5. in
Verrem a&io. Quaternos H. S. quos mi-
hi Senatus decrevit, & ex arario dedit,
ego habebo & in cistam transferam ex
fisco. Et Juvenalem satyra 3.

Itemque vetus Græcos servabat cista li-
bellos.

Et Ulpianus Juriscons. in 1. 1 § si cista.
ff. depositi Si cista, inquit, signat. i depo-
fitas sit, ut. um cista tantum petetur, an
& species comprehendenda sint? Has

Græci τάλαρες vocant, de quibus Ho-
merus lib. 4. Odyssæ,

Φυλάρη δι' ἀργυρον τάλαρες φέρε.
Loquitur autem de ornamentis Hele-
nae. Julius Pollux cap. 19. ponit cistas
inter vestium repositoria. *

C O L E R U S.

* Vide & Hesychium. Est autem
Græcum nomen Δην τῆς εἰσαγόγης. Sed
Cista nomen porrigitur etiam ad alia.

T I R A Q U E L L U S.

⁴ Phascoli.] Apud Pollucem lib. 7.
cap. 29.

⁵ Et riscus.] Terentius in Eunicho
act. 4. scena 6.

C. Viden' tu illum Thais? P. ubi sita est?
T. in risco.

Odiosa cessas?

Riscus Donato cista est pelle conte-
cta.* Fenestra dicitur parva in parie-
te, ad rerum repositionem plerunque
relicta. Trojanum est vocabulum, sive
Phrygium. Nonius scribit esse loca in
parietibus angusta.

C O L E R U S.

* De risco quoque Pollux scribit:
sed & hujus significatio latior est. l. ar-
gument. §. mundus. ff. de auro & argent.
legato. & in vet. contractu emptionis:
suppellecilem & cum ea basem, cofinum,
riscum.

T I R A Q U E L L U S.

⁶ Peristylia.] De quibus Vitruvius
lib. 3 c. 1. lib. 5. c. 11. & lib. 6. c. 3. 7. 9.
non semel. & lib. 7. c. 5. & 9.

I Et

amplissima,¹ & conclavia² insigni pavimento:³ tricliniaque⁴ & ampla præatoria,⁵ ac cœnations mira cælatura & arte.⁶ Nonnunquam xysta, colles, nemora, hortos,⁷ piscinas,⁸ euripos, amnes, & aquarum ductus,

por-

¹ Et conelavia.] De his Vitruvius c. 4. & 8. & lib. 7. c. 2. in fin. & c. 3. non semel & c. 5. in prin. & cap. 9.

² Insigni pavimento.] De pavimentorum differentiis & nobilitate videbis apud Vitruvium sçpē, ut l. 5. c. 10. & lib. 7. c. 1. & alibi. Et Ciceronem lib. 3. de Orat. Plinium lib. 36. c. 25. in prin. & Festum lib. 14.

³ Tricliniaque.] De his Vitruvius libro 6. cap. 6. non semel. & cap. 7. 8. & 9. in prin.

⁴ Et ampla præatoria.] Asconius Pædianus in 3. contra Verrem actione, Veteres, inquit, omnem magistratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellaverunt.* Unde & Prætorium tabernaculum ejus dicitur, & in castris porta præatoria, & hodie quoque præfus prætorio. Traquillus in Augusto, cap. 72. Ampla & ope, os præatoria gravabatur. Id est, iniquo animo ferebat Augustus villas quasdam elegantius & sumptuosius extuætas. Et in C. Caligula, c. 37. In extirptionibus prætoriorum, atque villarum omniratione posthabita, nihil tam efficere concupisebar, quam quod posse effici negaretur. Ulpianus in l. plenum ff. de usi & habit. Prætorium urbanam villam appellavit, his verbis, Plinum autem usum halere debet, si & villa & prætorii relictus est. Vide Budæum in l. videamus. ff. loc. & cond.

C O L E R U S.

* Glossa: Prætor σέγηνς.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ Et cœnations.] Budæus in l. si eu-jus rei usus fructus. §. item si domus. ff. de Usu fructu & quemadmodum quis utatur. Sribit Cœnations potentiorum esse, ut cœnaula inquinitorum & pauperum. Citatque illud Juvenalis sat. 7.

⁶ Et algentem rapiat cœnatio solim. De his meminuit Columella lib. 1. c. 6. Plinius Junior lib. 2. epistolarum ejus lib. epist. 17. omnium 41. non semel, & lib. 5. cap. 6. Gustatorium, graviorque cœnatio margini imponitur, hoc est, locus ubi cœnabant. Suet. in Nerone, c. 31. Præciput exnationum rotunda, qua perpetuo diebus, ac noctibus vice mundi circumageretur. Martial. lib. 2. epig. 59.

⁶ Nonnunquam xysta.] Vitruvius libro 5. cap. 11. Hæc autem porticus εὐστός apud Græcos vocatur, quod athletæ per hyberna tempora in teatis studiis exercentur. Facienda autem xystas sic evidenter, ut sint inter duas porticus στύλων, aut flatanones, & in his perficiantur inter arbores ambulationes, isique ex opere significationes. Et lib. 6. cap. 10. Item aliae res sunt similes, uti xystus, prothyron, telamones, & nonnulla alia ejusmodi. Εὐστός enim Græca appellatione, est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Nostri autem hypatibras ambulationes xystos appellant, quas Græci περιστέλλουσα dicunt. Sed & xysti meminit Cicero in lib. de Claris Oratoribus. & lib. Academ. quest. 4. & ad Atticum libro 1. epist. 5. Plinius Junior libro Epist. 2. epist. 17. non semel. & l. 5. epist. ejus operis 6. omnium 102. ad Apollinarem.

⁷ Piscinae.] Plinius Junior in priore illo loco, & l. 5. epist. 6. Varro Rei rust. lib. 3. cap. item 3. Cicero ad Attic. lib. 2. epist. 16. & ad Q. Fratrem lib. 3. epist. 23. Columel. lib. 1. cap. 5. Plin. lib. 8. cap. 16. & lib. 9. cap. 17.

⁸ Euripos.] Vitruvius lib. 7. cap. 5. Cicero lib. 2. de Legibus in prin. Ductus aquarum, quos isti Nilus & Euripos vocant, quis non, cum hec videat, irriserit? Nam & statim hic noster Alexander ductus aquarum subjungit.

¹ porticusque pavimentatas , cultu & laxitate conspicuas,
² sylvasque ³ & ambulationes. ⁴ Siquidem in his publica concilia & judicia , arbitriaque & conventus frequentes fieri consuerant : inque earundem palatinarum ædium vestibulo , & pro foribus regiæ , laurus semper & civica ex quercu, præcipuum insigne clementiæ Cæsarum, affixæ visebantur. ⁵ Quæ quidem atria in primo aditu do-

Matres familiæ in atrii. mus , & proxima ianuis extruebantur, in quibus matres familias degere, ⁶ & lanæ operam dare assuerant: ⁷ quod aliter à Græcis servatum meminimus , quibus andronitis in primis ædibus erat , gynæceum vero ubi mulieres operabantur, in conclavi & recessu intimo , præ pudore & modestia locabantur. ⁸ Ideo non extra, sed ab intus fores pul-sabantur, ne imparatas offenderent: ⁹ quod etiam à Parthis usurpatum , ut gynæconitin in secreto domus à viris seim tam haberent: ¹⁰ quippe cum non modo uxorum, sed pellicum pudicitiam ita suspectam habeant, ut nisi capite operato, & velato vehiculo, illas in publicum prodire sinant, neminiisque proprius accedere liceat. ¹¹ Apud quos reges quo-
que

¹ Porticusque pavimentatas.] Ego admodum decipior , nisi id acceperit à Cicerone in Oratione pro Domo sua, In palatio pulcherrimo prospæctu porticum cum conclarib; pavimentata trecentum pedum concupierat.

² Sylvasque.] Vitruvius d.l.6.c.10. & Plinius in d.epist.lib.2.epist.17. *

C O L E R U S.

* De quibus & Cuiacius Observat.

T I R A Q U E L L U S.

³ Et ambulationes.] Idem Plinius ejusdem operis lib.5.cap.3. Et Julianus Iuriscons. in 1. si cuius rei usus: (quæ olim incipiebat , aequissimum esse) §.fructuarius, versic. Et si forte ff. de usu. Et quemad. quis utatur fruatur. Vitruvius lib.5.cap.11.

⁴ Siquidem.] Scilicet porticibus.

⁵ Quæ quidem atria.] Festus Pompejus lib. 1. ubi dicit unde atrium dicatur, Et vide Vitruvium lib.6.cap.9.

⁶ Et lane operam dare.] Nam Asco-nius Pædianus in Orat. Cicer. pro Milone scribit telas ex vetere more in atrio texi solitas.

⁷ Quod aliter à Græcis.] Paulus Amylius in proœmio vitarum illustrium virorum. Vitruvius lib. 6. c.9. & vide omnino nostras leges Connub. l.10. num. 21. & 22.

⁸ Ideo non extra.] Ad Romanos redit, qui id faciebant , ut tradit Plutar. probl. cap.9.

⁹ Quod etiam à Parthis.] Vide num. seq.

¹⁰ Quippe cum non modo.] Idem proœmendum de Persis scribit Plutarch. in Artaxerxe. Et vereor ne Alexander hic lapsus sit, Parthis tribuens quod Persarum est : præsertim cum nihil tale de Parthis loquitur.

¹¹ Apud quo.] Hoc absque dubio de Persis est intelligendum, ut patet ex Herodoto lib.3.

que in penetralibus regiae occlusi, sub specie majestatis delectantur.¹ Sed tamen triumphales domos hoc amplum habuisse ferunt, ut fores² de via aperiantur, non intus, sicut de Publicolæ familia proditum est. Præter quæ potentiorum domos³ basilicas habere ante vestibulum, magno ornamento duxere, ⁴ in quibus esset tribunal, tanquam plus inesset auctoritatis, quod judicia publica ante ædes darentur: nonnunquam scholasticæ exercitationes & declamationes in his fierent, quippe cum frequens ibi esset auditio-
rii locus: licet basilicas foro conjunctas plerunque legamus, in quibus convenienter negotiatores, & merces ex-
ponerent. Communis tamen thalami descriptio sic erat,
ut primo poneretur loco septum, ubi janua, mox aula,
inde porticus peristylos Soli exposita, postea⁵ prodromus,
Ensilie
ante
poten-
tiorum
domos.
Scho-
laſtie
exerci-
tatio-
nes &
decla-
matio-
nes.
Thala-
mi de-
scri-
ptio.
ultimo

¹ Sed tamen triumphales domos.] Ad Romanos revertitur: idque usque ad versic. Præterque, est Plinius lib. 36. c. 15.

MERCERUS.

² De via aperiantur.] Quid sit id cognoscere ex cap. 27. lib. 13. Observationum Cujacii.

TIRAQUELLUS.

³ Basilicæ.] Cicero ad Atticum libro 2. ep. 29. & in Verrem actione 6. & in Oratio. pro Murena. De Basilicis autem publicis dictum est supra lib. 2. cap. 12.

⁴ In quibus esset tribunal.] Quintilianus lib. 12. cap. 5. ad fin. Seneca lib. de Benefic. Fremiti judiciorum basilicæ resonant. Plinius Iunior Epistola 1. 2. epist. 11. Sequuntur auditores, actoribus similes, conducti & redempti mancipes: conveniunt in media basilica, ubi tam palam sportule quam in triclinio dantur. Et lib. 5. epist. ult. in prin. Descenderam in basilicam Julianam, auditurus, quibus proxima comperendinatione respondere debeam.*

COLERUS.

* Suetonius in Caligula cap. 37.

TIRAQUELLUS.

⁵ Prodromus.] Nescio cur Alexander inter partes ædium prodromum posue-

rit, cuius significatio Latina est præcursor, antecedens, emissarius, de quo Cicero ad Atticum lib. 1. epist. 7. Nam mihi Pompejani prodromi nunciant à parte Pompejum acturum. Et lib. 16. epistol. 3. Prodromi nulli, satis illud opertum. Hinc Aquilones prodromi apud Plinium lib. 2 cap. 47. His verbis, Hujus exortum diel us octo serme Aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. Et fucus prodromi apud eundem lib. 6. cap. 26. in fine, Ficus & præcoce habet, quas Athenis prodromos vocant. Apud Theophrastum libro 1. cap. 1. πρόδρομοι κατέποι, præcoce fructus dicuntur. Et apud eundem Plinium libro 18. cap. 28. Etesiarumque prodromi flatus incipiunt. Columella lib. 1. c. 2. Sexto, inquit, Idus Julias prodromi flave incipiunt. Et hic certe erravit Alexander, vel librarius, quod magis puto: nam prodromus legendum est, non prodromus. Est autem prodromus pars ædium quam Latini vestibulum vocant. De quo Homerus l. 14. Odyssæ parum post prin.

Τὸν δὲ ἀρχὴν προδρόμῳ οὐρανὸν
ἐνθάδι αὐτὸν
‘Τυπλὸν δέδυστο τετραγωνίτην εἰς χώ-
ραν. Id est,

Hanc

ultimo domus, & in posticis ædium hortus.¹ Cœnaculum vero supra ædes erat, scalis ferentibus in publicum, non
Cultus
simplex
à prin-
cipio
urbis. nunquam in ædes versis.² A principio vero urbis tam sim-
plex vitæ cultus, ut rudi cæmento constructas domos, &
scandulis robusteis aut stramenteis coniectam urbeam per
annos quadringentos usque ad Pyrrhi bellum legamus,
³ qui modicus cultus Hispanis, Aquitanis & Lusitanis,
⁴ atque Ægyptiis fuit, quibus in modicis diversoriis degere,
sepulchra vero magnificentissima extruere patrii moris e-
rat.⁵ Non sic Agrigentini & Megarenenses:⁶ nam juxta Pla-
tonis verbum, ædificabant ut semper victuri, epulabantur
ut morituri.⁷ Indi quoque in cultu corporis accuratissimi
erant:

Hunc autem in vestibulo invenit seden-
tem, ubi ei porticus
Alta ædificata erat circumspicuo in lo-
co.

Et lib. 15. ejusdem operis etiam post
principi.

Ἐλέφας ἦν Τελέμαχος, καὶ Νέστορας
ἀγλαύχος,
Εὐδόνιος τε περιθόμενος κυδα-
χίμοιο. Id est,

Invenit autem Telemachum, & Nesto-
ris inclitum filium

Dormientem in vestibulo domus Menelai
lai illius tristis.

Nec tantum domorum privatarum
pars erat: sed & templorum, ex Pollu-
ce lib. 1. cap. 2. post prin.

I Cœnaculum.] Varro lib. 5. de lin-
gu Latina, & dictum est supra lib. 3.
cap. 14.

2 A principio vero urbis.] Hæc us-
que ad versic. Qui modicus cultus, sunt
Plinii lib. 16. cap. 10. post prin. aucto-
ritate Corn. Nepotis.

3 Qui modicus cultus Hispanis.] Iu-
stin. lib. 43.

4 Et Lusitanis.] Diod. Sicul. 1. 6. c. 9.

5 Atque Ægyptiis.] Id usque ad
verba, Non sic, est Diod. Siculi lib. 2.
cap. 1.

6 Non sic Agrigentini.] Ælianus de
Varia historia, lib. 12. cap. 29. Plato,

inquit, filius Aristonis, cum videt
Agrigentinos magnis impensis ædificare,
eodemque modo cœnare: Agrigentini, in-
quit, ædificant, quasi semper victuri: &
comedunt, quasi semper morituri.

7 Nam juxta Platonis.] Id non Pla-
toni, sed Diogeni tribuit Tertullianus
in Apologetico, cap. 39. Plutarchus
probl. 131. Megarensum luxum de-
scribens, sic ait, Megarenensis Theogene
tyranno ejecto, parvum diu in admini-
stranda republ. modestus se & temperatos
præstiterunt. Inde multam, ut ait Pla-
to, & intemperanter libertatem tribunis popularibus ipsis propinantibus,
penitus corrupti, cum exteris in rebus
in locupletes & copiosos insolenter se
gerere coeperunt, tum vero eorum do-
mos invadentes, homines pauperes
splendide, & effuse convivari ac cœ-
nare volebant: idque si negaretur,
omni violentia & petulantia uteban-
tur. Denique factio plebiscito, usuras
a creditoribus, quas antea solvissent,
repetebant: idque Palintociam appellaverunt.

8 Indi.] Strabo l. 15. Indi, inquit,
in tumulis & sepulturis faciendis per-
parci, in cultu corporis nimii. Nam &
aurum gestant & lapillis ornantur, &
sindonem candidissimum induunt, &
umbellas secum portant.

i Gallis

erant: in sepulcris vero extruendis, parci & modici.¹ Gal- *Galli.*
lis domicilia pluteis & cratibus intexere mos erat. ² Bri- *Britan-*
*tannis*³ & Suevis, in tuguriis una cum armentis stabulari: *Suevi.*
⁴ Liguribus montanis, speluncas & vastissimos specus *Liga-*
incolere, aut cubilia modica & subobscura. ⁵ Germani non *res.*
cohærentibus ædificiis habitant, sed suam quisque domum *Ger-*
spacio circumdat. Medi diversoria habent, magnis recessi- *Medi.*
bus circumdata & nemoribus manu consitis: ⁶ alii lateritias *ate-*
fecere domios, quas Euryalus & Hyperbius invencere pri- *ritie*
mi. ⁷ Scythæ⁸ & Nomades, quia fusi per agros sunt, car- *domus.*
ris *Nomad-*
des.

¹ *Gallis domicilia.*] Idem Strabo libro 4. *Domicilia & pluteis & cratibus ad testudinem habent, & quidem permanent, multis impositis lacunaribus.*

² *Britannis.*] Idem Strab. d. lib. 4. non multo post ea, quæ supra adduxi, hec subjungit, cuin de Britannorum moribus & statura loquitur, *Eorum urbes sunt nemora: latissimos enim circos, dejectis obstruunt arboribus, ubi construuntur tuguriis, & ipsi pariter & armenta stabulantur.*

³ *Et Suevis.*] Tacitus in libello de Moribus Germanorum.

⁴ *Liguribus.*] Diodorus Siculus libro 6. cap. 9. non longe ante fin. *Ligures in terra cubant ut plurimum: rari sub tecto, aut in tuguriis jacent: plurim ad cava saxa, speluncasque ab natura fabias, ubi tegantur corpora, divertunt.*

⁵ *Germani.*] Cornelius Tacitus de Moribus Germanorum, Nullas, inquit, Germanorum populis urbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut sors, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem connexis & cohærentibus ædificiis. Suam quisque domum spacio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inficitia ædificandi. Herodianus l. 7. non multo post prin. Rara, inquit, apud Germanos structura è apide ac lateribus coctilibus, densisque potius sylvis, quorum confixis coagamentatisque lignis, quadam quasi tabernacula edificant.

⁶ *Alii lateritias.*] Hæc usque ad ver-
sic. *Scythe*, sunt Plinii lib. 7. cap. 56. Quintus autem Curtius lib. 7. tradit, Parapainisadas, qui Bactrianis ad Oc-
cidentem conjuncti sunt, tuguria la-
tere primo struere, & usque ad sum-
mum ædificiorum fastigium eodem
laterculo uti. Ceterum structuram la-
tiorem ab iino, paulatim incremento
operis in arctius cogi, ad ultimum in
carinæ maxiine modum coire.

⁷ *Scytha.*] Herodotus lib. 4. Strabo lib. 7. ubi de Sarmatis. Iustinus lib. 2. Scytharum mores scribens, ait, homi-
nibus inter se fines nulli, neque enim agrum exerceant, nec domus illis ulla, aut teatum, aut sedes est, armenta & pecora simper pascientibus, & per incultas solitu-
dines errare solitis. Philostratus in vita Apollonii, lib. 7. cap. 12. tradit, Scy-
thas in curribus vitam degere. Idem Nomades à Geographis dicuntur.

⁸ *Et Nomades.*] Strabo lib. 7. No-
mades vocat ἀπαρχότες, id est, plan-
stris ædium vice utentes, his verbis,
Sed qui nunc carros habitant pro domi-
bus, & Nomades, id est, pastores vocan-
tur, qui è pecoribus, lacte que & caseo de-
gunt, præsertim equino. Et idem repetit
l. 11. non procul à prin. Philost in vita
Apollonii, l. 6. c. 12. Illic, inquit, Ä-
thiopes habitant, Nomades appellati qui
civitates in curribus positas habent. Sed
& adde quod Agathyrsi & Sauroma-
ta pro sedibus plaustra habent, teste
Pomp. Melal. 2. c. 1. post prin.

Hyperborei ris quocunque sors tulit, pro tecto & lare utuntur. ¹ Hyperboreis nemora, vcl luci, ac sparsa tuguria domus sunt: nam præaltas sylvas & rupes invias incolunt. ² Dardani foveas sub fimo, & sordidas ædes habent. Phryges olim & Troglodytæ sub effossis tumulis, ⁴ Baleares in saxis concavis, cuniculis ad corporis magnitudinem dimensis: alii ex ulva palustri latibula intexerunt. ⁵ Mardoruim gens specus infodidunt montibus, in quos se, conjuges & liberos receptant. ⁶ Æthiopes ⁷ & Indorum magna pars subterraneas domos habent. Massilienses ex palcis in ⁸ Meroë ex palma, ⁹ Cathromotitæ ex ligno. ¹⁰ Indi quoque ¹¹ Ægyptii & ¹² Britanni, ex arundinibus. ¹³ Ichthyophagi ex

Cathromotitæ.

¹ Hyperboreis.] Pomp. Melam lib. 3. cap. 45. ubi de Scythia. Plinius lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 13. ubi idem dicit de Arympha: uti idem etiam Mela lib. 1. cap. 21. eodemque ult. Solinus lib. 26.

² Dardani.] Strabo lib. 7. Dardani, inquit, natio profus agrestis, adeo, ut sub fimo speluncas defossas incolant, degantique: studio tamen capti musica tibias & fides & id genus instrumenta usurpant.

³ Et Troglodytæ.] Diodorus Siculus lib. 4. c. 3. Strabo lib. 11. ubi eos dicit habitare in cavernis. Plinius l. 5. c. 8. scribit eos specus excavare, & h.e. inquit, illis domus. Et idem propemodum Solinus c. 44. Pomp. Melalib. 1. c. 8. Cyrenaicam describens, dicit eos specus subire aliquæ serpentibus. Et Arianus lib. 8. Nam & hinc ita appellari videntur ἔπος τρεφόντας, id est, specie sive caverna, & Martianus Capella lib. 6. quo loco de Africa loquitur, dicit eos habitare in specubus. Et Ælian de Animalibus, lib. 9. cap. 44. Troglodytæ, inquit, natio hominum in subterraneis degit cavernis, atq; inde hoc nomen sibi vendicant. De quibus est & illud Virgilii lib. 3. Georg.

Ipsi in defossis specubus, secura sub alta Ociâ agunt terra. —

Sed & his adde Sarmatas ob seva hymnis admodum demersis in humum se-

dibus, specus, aut suffossa habitantes, apud Pomp. Melam. lib. 2. cap. 1.

⁴ Baleares.] Diodorus Siculus 1. 6. c. 5. Habitant in saxis concavis, juxtae precipites petr. us. Effossis cuniculis ad corporum tegumenta utuntur, & citæ securitatem.

⁵ Mardoruim gens.] Q. Curtius 1. 5. ⁶ Æthiopes.] Herodotus lib. 3.

⁷ Et Indorum.] Idem Herod. ibi, Æthiopes, eorumque fixitimi, eadem quo Indi Calandie utuntur semine, subterraneaque obtinent domos.

⁸ In Meroë ex palma.] Strabo l. 17.

⁹ Cathromotitæ ex ligno.] Id est, lignorum compage ex Strabone lib. 16.

¹⁰ Indi.] Q. autem Curtius libro 9. scribit, Indos maritimos tuguria conchis & cæteris purgamentis maris instruere. Herod. d. lib. 3. dicit quosdam illorum habitare in palustribus fluminis.

¹¹ Ægyptii.] Diodor. Siculus l. 1. c. 3. & lib. 1. cap. 1. post prin.

¹² Et Britanni.] Et similiter Sardines ex Herodoto lib. 5. & Septentriionales populi ex Plinio l. 16. c. 36.

¹³ Ichthyophagi.] Strabol. 1. 5. de his loquens, Domicilia ex osibus ceterorum: & ostreorum conchis magna ex parte faciunt. Nam trahim & fulcrorum usum costæ præbent, portas maxilla, è vertebris sunt mortaria, in quibus pisces subiunguntur.

ostreis marinis, aut ex piscium ossibus tecta contignant.

¹ Chelonophagi partim ex alga, partim ex testudinum te-
stis, ² gens circa Nasamones & Troglodytas, & ³ Chaldaei
profugi ex sale. ⁴ Spithamæi ex ovorum, putaminibus &
pennis. ⁵ Contra vero Arabes & Sabæi: nam limina, po-
stes, cellas, fulciuentia, parietes & domorum tecta habent
augustissima, ex ebore, auro & argento atque sumptuosso
lapide & sinaragdo, luxu ingenti, laquearia vero citro &
ebore extructa, qualem Alcinoi domum ⁶ Homerus tradit,
auro, argento, electro atque ebore fulgentem. ⁷ Persæ ⁷ Persæ.
quoque magnas gazas, & quicquid est auri, in domibus
ponunt. Regum Indorum regia argenteis imaginibus tota
^{Indo-}
^{runt: re-}
^{dislin-}
^{gia.}

guntur. Et tursus lib. 16. de eisdem lo-
quens, *Hi in sylvestribus habitant: vel tu-
guriis o'ea & ondibus conctis, & trabi-
bus ac tignis ex ossibus ac spinis ceterum
persestis.*

¹ Chelonophagi.] Strabo d. lib. 16. ad ea, quæ proxime adduximus, sub-
jungit, *At Chelonophagi testudinum te-
stis conctezuntur, quæ adeo magne sunt,
ut vel in ei navigent. Nonnulli ex alga
mari egesta ingentes & montuosos cumulo-
los facientes, eos suffodiunt a que inhabi-
tant.* Plinius de testudinibus tantum
lib. 6. cap. 24. Sed & eos, qui Tapro-
banem habitant, testudinum superficie
domos operiebant, ut tradit Martianus Capella lib. 6. ubi de India.

² Gens circa Nasamones.] Hi sunt
Hammaniente, qui sunt inter Nasamo-
nes (quos antea Mesammones Græci
appellavere ab argumento loci medios
inter arenas sitos) & Troglodytas, qui
domos sale montibus si ex iso, seu
lapide, construunt, ut scribit Plinius
lib. c. c. 5. Solinus c. 41. Et vide inte-
rim Herodotum l. 4. & Plinium l. 31.
cap. 7. ubi & de Carthis loquitur, qui
muros domosque massis faciunt. At
ipsa Nasamonum domicilia virgultis
erant compacta, suspensis circa lenti-
scos, & ea quoquo versus versatilia, ut
scribit Herodotus illo lib. 4.

³ Chaldaei profugi.] Strabo lib. 16.
*In intriore, inquit, sinu urbs jacet no-
mine Græba, quam Chaldaei tenebant, à
Bal'onia profugi, loca salsa, & domos
ex sae habitantes, quas cum sali squa-
ma, propter sois ardorem separa &, con-
tinue cadunt, crebro aquis aspergunt, at-
que eo pacto continuant parietes. Sunt
que & alii, qui ex sale domos suas con-
ficiunt, ut Athlantes ex Herodoto li-
bro 4. Et Carthis habitant, oppido
Arabæ, ut diximus supra proxime ex
Plinio.*

⁴ Spithamæi.] Strabo lib. 16. Plinius
lib. 7. c. 2. scribit, Casas Spithamæorum
luto, plumisque, & ovorum putamini-
bus construi. Aristoteles (teste ibidem
Plinio) in cavernis vivere Pygmæos
Spithamæos tradit.

⁵ Contra vero Arabes & Sabæi.] De
utrisque Strabo lib. 16. Nabathæis au-
tem, qui & ipsi sunt ex Arabibus, domos
sunt ex lapide sumptuoso, urbes
sine moenibus, ut idem Strabo tradit
eodem libro non multo ante fin.

⁶ Homerus tradit.] Lib. 7. Odyssæ
non adeo procul à prin. Adde autem
Aphrorum pastoralium domos fuisse
compactas virgultis, suspensis cum
lentiscis, & eas quoquo versus versati-
iles, ex Herod lib. 4.

⁷ Persæ quoq;.] Strabo l. 15. ad fin.
T 2 I Fuit-

distinguitur, eamque ex auro vites percurrunt; fultæ aureis
Lycur-
gi insi-
tutum. columnnis. ¹ Fuitque institutum Lycurgi apud Spartanos,
 ut domorum culmina securi, januas vero serra discindant,
 ne quis insignius altero ædificaret. ² Quare Agesilai do-
 mus ab inopi & privata haud dissimilis fuit: ³ sicut Pompeii
Athe-
n:en-
ses. domus usque ad tertium triumphum. ⁴ Athenienses cum
 antea specus & abditos saltus incolerent, primi lateritias
 ædes calce & cémentis construxere. Postea vero in tantum
 magnitudinis urbis ædificia processere, ut tota ædificiis ex-
 urgens, in quatuor aut quinque contignationes, & multa ta-
 bulata tecta excitarent, maximasque domos maximis do-
Augu-
sti edi-
clum. mibus imponerent, ut orator ⁵ Aristides professus fuit, ita ut
 Augusto Cæsari, ne urbs ruinis laboraret magna mole ædi-
 fiorum, ne quis supra septuaginta pedes sublimius ædifi-
 caret, inhibere necesse fuerit, ⁶ licet ipse modicas ædes inco-
 leret, & toro modicè instrato cubaret. ⁷ Quod & Nero Cæ-
 far

¹ *Fuitque institutum Lycurgi.*] Hæc usque ad versic. Quare Agesilai, sunt Plutar. in Apophthegmatis ipsius Lycurgi, in hæc verba, *Percantibus qui-*
busdam, cur tectum à securi fabrefactum
domibus imponi jussisset: januam autem solum à serra, nulloque aliorum instru-
mentorum: Ut crues, inquir, omnibus in
rebus, quæ in domum inferunt, medio-
critate utantur, & nihil eorum, quæ alii
*chara*sunt, habeant: qualia sunt pocula,
& lechi à mense pretiose.

² *Quare Agesilai domus.*] Plutarch. in Agesilao. Scd & Romuli domus canna, & straminibus composita erat, ex Ovidio de ea loquente lib. 3. Fastorum,

Quæ fuerit nostri, si queris, regia nati,

Aspice de canna straminibusque do-

mum.

In stipula placidi capiebat munera fa-

nni,

Et tamen ex illo venit in astra toro.

Virgilii lib. 8. Æneidos,

Romulesque recens horrebat regia cul-

mo.

Ubi Servius ait, Curiam Calabriam

dici, quam Romulus texerat culmis. Idem Ovid. lib. 1. Fastor. Romuli re-
 giam casam vocavit, ut,

Dum casa Martigenam capiebat pars

Quirinum,

Et dabant exiguum fluminis nivato-

rum.

Hæc postea summa apud Rom. reli-
 gioni fuit.

³ *Sicut Pompeji domus.*] Plutar. in vita illius. Atqui, inquit, Pompejus ipse usque ad tertium triumphum modice atque incomposite habitavit. Pulchrum deinde cum illud theatrum à Rom. lenge diffinatum costruxisset, splendidiorens domum, veluti à theatro appendicem, ædificavit: qua etiam ab invidia intau-
 dus est.

⁴ *Athenienses.*] Plinius lib. 7. c. 56.

⁵ *Aristides.*] Plut. in vita illius.

⁶ *Ita ut Augusto C. e. f.*] Strabo l. 5.

⁷ *Licet ipse.*] Suetonius in Augu-
 sto, cap. 72. & 73.

⁸ *Quod & Nero.*] Cornelius Tacitus lib. 15. Cæterum, inquit, urbis, quæ domus supererant, non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione, nec paßim ere-
 deræ:

far post incensam urbem, diuinis vicorum ordinibus & viarum spatiis, statuit, ne ultra præscriptum ædificia tollerentur. Quare Æmylius Porcina à L. Cassio accusatus, & pæna mulctatus fuit, quod villam nimis sublimem ædificasset. produntque Tyrios adeo editas maximis contignationibus domos aliquando struxisse, ut parum absuerit, . quin tota terræ motu corruerit. Sed quæ sunt instrumenta domus, quæ relictæ domo instruxta ad novum dominum transeant, sæpe quæsum est: ^{Instru-} ^{menta} ^{domus.} ^{Ulpia-} ^{nns in} ^{l. quæ-} ^{sum} ^{§. acc-} ^{tum. ff.} & praeter imagines, & affixa spolia, ista etiam ² Paulus jureconsultus de instructo fundo adnotavit: Specularia, peginata, canales, harpagones, ^{hamos,} centones, siphones, scalas, perticas, spongiasque, quibus instrumentis domus contra vim ignis ad incertos casus defenditur, squalor abluitur, & immunditia purgantur. ⁴ Dixere autem centones, ex villis grassioribus sagula ^{cento-} ^{nes.} intexta

Etsed dimensis vicorum ordinibus, & lati viarum spatiis, cohibita ædificiorum altitudine, ac patescatis areis, additisque porticibus, que frontem insularum protegerent.

1 Et præter imagines & affixa spolia.] De quibus supra dictum est.

2 Paulus Jufise.] Imo vero Ulpianus in l. quæsum est. Si domus, & multis seqq. ff. de fundo instr. & instr. leg.

3 Hamos.] Hamas legendum est, non hamos in hoc loco Jurisconsulti, ut etiam Alciatus lib. 1. Pratermissorum. Quod vel satis probatur ex alio loco Pauli Juriscons. in l. nam salutem, [§] sciendum est autem. ff. de offe præf. evigi. ubi ita scribitur, Sciendum est autem, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere: & oberrare calcatum, cum hamis & dolabris, ut curam adhibeat, omnes iniquilinos admunere, ne per negligentiam aliquam incendiis casus oriantur. Plinius Junior libro Epistol. 10. epist. 34. omnium 293. ad Trajanum, Cum diversam partem provincie circumirem, Nicodemus vastissimum incendium multas privatorum domos, & duo publica opera, quanquam via interjacente, Geru-

siam & Iffen, absumpfit. Est autem latius sparsum, primum violentia venti, deinde inertia hominum, quod satis constat ocos, & immobiles tanti mali spectatores persistisse, & alioqui nullus usquam in publico sipo (aut, ut alii legunt, & verius, sepho) nulla bama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda, & hac quidem, ut jam Principi patabantur. Catellianus autem Cotta memor. incip. Harpago, dicit in hoc loco Juriscons. hic citato ab Alexandro, legendum Amas, sine aspiratione, ut etiam scribitur in Pandectis Florentinis. Sed in iisdem in d. §. sciendum, cum aspiratione legitur. Vide ipsum Cottam.

4 Dixere autem centones.] De his Sisenna libro quarto Historiarum apud Nonium Marcellum, Toppis acto madefactis centonibus integruntur, quos supra perpetua claspi suspensa cilicia obtenduntur Plaut. in Epidico act. 3. sc. 4. Quin tu alium quaras, cui centones farrias.

Id est (ut interpretatur Erasmus Chiliad. 2. cent. 4.) quem tu gloriois mendaciis & consarcinatis fabula- mentis

intexta vilioribus pannis: quibus domorum tecta, tabulata aut ligneæ machinæ militares, adversus incendia, si ignis major vis ingruat, muniuntur. ¹ Siphones vero, fistulas follibus junctas seu machinas hydraulicas, quibus agitatis, ad superiora ædium exhauriunt aquam, qui etiam ² organa pneumatica dicti. ³ Harpagones, ferreas manus, seu asse-

res

Siphones.

Harpagones.

mentis expleas. Cato Rei rusticæ, cap. 2. Funes veteres, novosque fieri: Centones, eculiones familiarian oportuisse sibi sarcire. Et capite 59. Quoties enique tunicam aut sagum dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant. Caesar libro 2. belloram Civilium, de obsidione Massiliæ loquens, Centonesque insuper injecerunt, ne aut telatormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Et paulo post, Coria autem, ne rursus igni ac lapidibus corruptantur, centribus conteguntur. Et lib. 3. tradit milites aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas sibi fecisse, quibus tela vitarent. Columel. lib. 1. cap. 8. Cultam vestitanque familiam magis utiliter quam delicate habeat, munitanque diligenter à vento, frigore, pluviaque, quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis: centonibus confectis, vel sagis cucullis. Juven. sat. 6. de Messalina loquens,

Intravit calidum veteri centone luppenar.

Ex quibus locis facile intelliges non unam esse hujus vocabuli significacionem, præter eam qua significat opusculum structum variis de locis, sensibusque diversis carminibus: cuius scilicet structura ita solidatur, ut coeant in unum, aut cæsi duo versus, aut unus, aut sequens cum medio. Nam duos junctim locare ineptum est, aut tres una serie, meræ nugæ, ut tradit Ausoniis, qui & ipse Centonem consuit ex solis poëmatis Virgilii, uti etiam Falconia opus alterius argumenti: unde & Virgilii centones, atque ex Homero centones dicti, de quibus D. Hieronymus in præfatione veteris Testamenti.

I. Siphones.] De his quoque Cornelius Celsus. Columella lib. 3. c. 10. Naturali enim spiritu omne alimentum viventis, quasi quedam anima per medullam trunci, veluti per siphonem, quem Diabetem vocant mechanici, trahitur in sumnum. Et lib. 9. cap. 14. de apibus loquens, Optimum est per aditum vestibuli siphonibus dulcia liquamina immittere, & ita pinuram temporum sustinere, dum Arturi ortus, & hirundinis adventus commodiores pollicentur futuras tempestates. Plinius lib. 2. cap. 65. ad fin. de aqua in summa juga erumpente, Quo spiritu acta, & pondereterræ expressa, siphonum modo emicat. Et lib. 22. cap. 10. Ergo fugientia ora fornicibus praecidunt, ac veluti siphonibus desinit sanguis, paulatimque morientium capita se contrahunt, nec relinquuntur. Et Juvenalis sat. 6.

— Micturunt hic,

Effigiemque deæ longis siphonibus implant.

Et Plinius Junior quo loco citavimus supra in verbo, Hamos. Indeque diminutivum *Siphunculus* apud eundem Plinium Juniores lib. 5. epistol. ejus lib. 6. omnium 101. In hoc fonte crater, circa siphunculi plures, qui miscent jucundissimum murmur. Rursusque, Estibadio aqua, velut expressa cubantium pondere, siphunculis effluit, excavato lapide suscipitur, gracili marmore continetur.

2. Organæ pneumaticæ.] Plinius l. 19. cap. 4. Si minus, è puto pertica, organisve pneumaticis, vel telleonum hausturigandos. Ita enim dicuntur, tinquam de caspitalia, quæ scilicet, si flatu, vel spiritus aliquid hauriunt, vel attrahunt.

3. Harpagones.] Livius 3. Decad. lib. 10. Afferes, inquit, ferreco naco prefixi

res ferro unco præfixo, quo igni furenti obviam irent,
¹ quos ab Anacharse Scytha inventos nonnulli volunt.
² Pegmata vero compactam machinam ex ære, marmore
 vel ligno, tum ornatus, tum commodi causa, instar illo-
 rum quæ in pompa apparatu producuntur, quibus etiam
 intra ædes uti assuerant.³ Addit Paulus horologium æreum
 domi non affixum, & prothyrum, relicta domo instructa
 ad dominum transire.⁴ Est autem prothyrum instar vesti-
 buli, plerunque opertum, quod ante ædes & ostium fit:
 quod non esse vestibulum merito nonnulli putant, sed
 ligneam structuram in isto vestibulo ante fores: qua ob-
 stante quasi repagulo apertis januis, que intus sunt, non ap-
 parent, sumpsitque nomen à πρό quod ante significat, ἡγε-
 autem janua, unde hypothyra valvarum illa hians cavitas
 dicta.⁵ Censuitque Pomponius jureconsultus ex auctori-
 tate

fixi (harpagonas vocant milites) ex
Punicis navibus injici in Romanas cæpti.
Cæsar bellum Civilis libro 1. Antesignani
*centuriones, Cæsar ei classi attribue-
 runt, qui sibi id munera depoposcerant, hi
 manus ferreas atque harpagones paraver-
 rant. Hirtius de bello Hispaniens, Se-
 cumque extulerat calcatas ad fossas
 complendas, & harpagones ad casas, que
 fragmentis à nostris hybernorum casis ad-
 dicatae erant, dirundas & incenden-
 das. Dicuntur autem θύραι τοις ιπποταῖς, id est, rapere. A quo etiam verbum
 harpagare in eadem significatione u-
 surpavit Plautus in Aulularia act. 1.
 scen. 4.*

— *Heimisero miki,*
Aurum mili iintus harpagatum est.
 Et in Bacchidibus actus 4. sc. 4

— *Nullus fugi*
Esse potest homo, nisi qui bene & male
facie tenet improbus
*Cum improbus sit, harpaget, suiibus fu-
 retur, quod queat.*

¹ *Quos ab Anacharse Scytha.]* Pli-
 nius libro 7. cap. 57.

² *Pegmata.]* Seneca ad Lucilium,
 epist. 88. aperte ac diserte declarat,
 quæ & qualia sint hujusmodi pegmata,

ubi videre poteris: uti etiam Joseph.
 de bello Judaico, lib. 7. cap. 1. Festus
 autem tradit, pegmata esse ex ære, ant
 marmore armamenta: quæ, ut plurimi-
 um, in atrii, quandoque in portici-
 bus aulisque affigebantur, majorum
 aliorumque fortium vlorum gesta
 certius, quam pictura, ostendentia. Et
 de his quoque Cicero ad Atticum l. 4.
 epist. ejus lib. 8. omnium 77. Plinius
 libro 33. cap. 3. Sueton. iii Claudio,
 cap. 34. Juvenalis sat. 4. Martialis in
 Amphitheatro Domitiani Cæsaris e-
 pigram. 2. & lib. 8. epig. 33. ad Pau-
 lum.

³ *Addit Paulus horologium.]* Imo
 Ulpianus in d. l. quæstum. §. Papinius
 ff. de fun. instr.

⁴ *Est autem prothyrum.]* Vitruvius
 lib. 6. cap. 10. Prothyra Graece dicun-
 tur, que sunt ante in januis vestibula, &
 subdit, Nos autem appellamus, prothyra,
 que Graece dicuntur ἡγεμονία. *

COLERUS.

* Vide potius Cujacium libro 14.
 Observationum cap. 1.

TIRAQUELLUS.

⁵ *Censuitque Pomponius.]* In l. sta-
 tua, que est penul. ff. de verb. signif. *

tate Labeonis, prothyra ejusmodi, si pro ædibus sint affixa, ædium partem esse, tamen si facile demi possint & reponi: sicut ligneam structuram, quæ æstate tolli, hysme reponi solet, ædium esse Labeo putavit, quoniam perpetua causa parata forent: itaque alienata domo, prothyra ejusmodi una cum domo ad emptorem transire voluit. Verba vero Pomponii jureconsulti de verborum significatione, hæc sunt, Idem Labeo ait, Prothyrum quod in ædibus fieri solet, ædium est.

Et ibi Alciatus eo nomine intellexit,
quæ ex tabulis conficiuntur, ad arcen-
da, dum valvæ aperiuntur, irrumpen-
tia frigora: aut, tabularum vice, appo-
sitios ostiis taperas, sive aulæa.

C O L E R U S.
* Et l. quasitum. §. Papinianus de in-
strum. vel. instr. leg. Aliud est Prothy-
rum in Novell. Leonis, hoc est, pars
& sequella ædium, l. arbor. §. de vestib.

C A P U T X X V.

*In extis inspiciendis quæ prospera, quæve dira sint, &
quæ boni, quæve mali prænunciae.*

QUI augurum disciplinam observarunt, quique illo-
rum præscita perscrutati sunt in fibris extisque inspi-
ciendis, inter ea quæ dira aut secunda essent, multum in-
terfuisse volunt: licet alii alio modo illa interpretari, &
eorum eventa prædicere solebant. ¹ Et tamen si in extis
contineri cor, cerebrum, pulmonem, stomachum, lienem,
hepar, seu jecur, communi opinione receptum fuit, ² quas
Græci Φρενὰς dicunt, incredibili fabrica convincta, quoru[m]
ex habitu & colore, salubritatis & pestilentiae signa osten-
duntur: tamen nullum discriminem veheminentius fuit, ³ quam
si ca-

T I R A Q U E L L U S.

¹ Et tame[si] in extis.] Cicero l. 1.
de Divinarione. Plinius lib. 11. c. 37.
Exta homini ab inferiore viscera parte
separantur membranis, quæ præcordia
appellant, quia cordi prætenduntur, quod
Græci appellant phrenas. Festus lib. 5.
dicit, Extæ dictæ, quod ea diis prosecen-
tur, quæ maxime extant, eminentque.

² Quas Græci φρενὰς.] Supra in præ-
cedenti ex Plinio.

³ Quam si caput jocinoris.] Cicero
lib. 1. & 2. de Divinat. Livius 3. De-
cad. lib. 7. & 10. post princ. & 5. De-
cad. lib. 1. ubi de Cneo Cornelio, &
Q. Petilio Coss. Plinius d. lib. 11. ca-
pite 37. Plurarch. in Cimone ad fin. &
in Alexandro Magno non multum
procul à fin. Jul. Obsequens Prodi-
giorum cap. 76. & 126. Appianus li-
bro 2. bellorum Civilium, ubi de pro-
digis mortis Cæsaris.

si caput jocinoris , ¹ vel ipsum jecur in extis defuisse, ^{Capite}
² quod caput extorum dicitur, tunc omen exitii malo- ^{jocin-}
rumque fuisse, fuhestinque & magni terroris, nisi in solici- ^{nois}
tudine & metu, quia curas tunc perirem ³ putarunt. ^{non in-}
que hepar ex non puro sanguine sit, quia sanguis purus cogi- ^{vento}
tur circa cor: tamen in hepate sedem vaticinii esse, & præ- ^{inter}
sagium futurorum, periti haruspices opinati sunt. Quo inen- ^{Seles}
se Claudio Cæsar veneno interceptus fuit: sacrificanti ^{vatici-}
jocinoris caput defuisse constat, ⁶ quod & Cajo principi ^{mii in}
evenisse memorant: ⁷ quæ exta pestifera dicta fuere. ⁸ Si ^{Exta}
vero in jecore extremum ⁹ quod fibra dicitur, ita locare- ^{pesti-}
tur, ut ab ima fibra jocinora intrinsecus replicata essent, ^{fera.}
¹⁰ aut si geminum jecur foret, per hæc lata & magna por-
tendi,

¹ Vel ipsum jecur.] Livius Decad. 5. lib. 1. Cneus Cornelius evocatus à viato-
re, cum templo egressus esset, paulo post re-
dist confuso vulnus: & expulsit patibibus
conscriptis, bovis sacerdos, quem immola-
visset, jecur defluxisse, id se victimario
nuntianti parum credidit, iussu aquam
effundi ex olla, ubi ex ea coquerentur, jecu-
sse, & vidisse ceterum integrum par-
tem extorum, jecur omne inenarrabiliter
absustum.

² Quod caput extorum dicitur.] Ex
Plinio ubi supra id sumptum videtur:
qui tamen id dicit. Hæc enim sunt
ipsius verba, *Jecur in dextra parte est:*
in eo quod caput extorum vocant, magna
varietatis.

³ Putarunt.] Plinius d. I. II. c. 37.
⁴ Cumque hepar.] Hæc usque ad ver-
ba, *Quo mensa*, sunt Apollonii Ty-
naxi apud Philostratum in vita illius,
lib. 8. cap. 3. non multo ante fin. cu-
jus hæc sunt verba, *Hepar, in quo va-*
ticinii sedem esse dicunt artis periti, ex
non puro sanguine constat: totum enim
sincerum purum sanguinem continet cor,
cumque per venas in universum corpus
diffundit. Sed miror quod Alexander
hic ponere videtur jecur & hepar ut
diversa, cum idem sunt alterum au-
tem Latinum, alterum Græcum.

⁵ Claudio Cæsar.] Plinius lib. II.
cap. 37.

⁶ Quod & Cajo Principi.] Idein Plinius ibi.

⁷ Quæ exta pestifera dicta sunt.] Fest.
Pompejus lib. 14. Pestifera, ait, auspi-
cia esse dicebant, cum cor in extis, aut
caput in jecore non fuisset.

⁸ Si vero in jecore.] Plinius ubi su-
pra, *Divo, inquit, Augusto Spoleti sacri-*
*fiati primi potestatis sua die**, sex vi-
timarum jocinora replicata intrinsecus
ab imafibra reperta sunt: responsumque,
duplicaturum intra annum imperium.
Eadem ferme scribit Tranquillus in
Augusto, cap. 95.

COLERUS.

* Id evenisse Augusto, quo die bel-
lum sibi contra Antonium, una cum
potestate Prætoria, decretum intel-
lexit, scribit Dion lib. 46.

TIRIQUELLUS.

⁹ Quod fibra dicitur.] Servius in
10. lib. *Aeneidos in eum locum,*
Cui pecudum fibra, cœli cui sydera pa-
rent.

Fibra, inquit, jecoris extremitas.

¹⁰ Aut si geminum jecur esset.] Plin.
ubi supra ita de hac re loquitur, ut ne-
sciam an de gemino jecore, an de ge-
mino capite jecoris intelligat: nam ad
ea, quæ

Omen
felici-
tatis
ex in-
specto
joci-
nare.

Inſti-
citatia-

tendi, argumentaque felicitatis esse nemo dubitavit.¹ Autem jecoris caput aut duplicatum, nimis lætum auspicium facere, sicut exta duplicata magnas facere accessiones, prolationemque finium & triumphum portendi voluerunt.² Et tametsi circa Briletum & Thermen in Thracia, & in Chersoneso juxta Propontidem tradat Plinius bina jocinora leporibus inesse, & si alio transferantur, alterum interire: tamen id non esse prodigium, omnium opinione receptum est.³ Syllæ immolanti jecur extrema sui parte speciem laureæ coronæ præ se tulit, mirabili ostento felicitatis futuræ. Si vero lividum esset aut vitiosum,⁴ vel si in coquendo distabuit,⁵ aut sanies purulenta efflueret,⁶ caputve fibrarum pustulas haberet, piaculare esse, & magna facere infortunia, constans opinio fuit.⁷ Idcirco denuo augebantur victimæ, donec iterum cæsis hostiis litatum

ea, quæ ex eo adduximus supra ibi, Claudio Cæsar, addit continuo, M. Marcello circa mortem, cum periit ab Hannibale, desuit jecur in extis: Sequenti deinde die geminum repertum est. At Valerius Maximus libro 1. cap. 6. scribit, M. Marcello sacrificanti jecur victimæ sine capite inventum fuisset, cum proxima victimæ jocinoris duplex caput habuisset, quibus inspectis aruspex respondit, non placere sibi exta, quæ prima truncæ, secunda nimis lata apparuerint. Sed sive fuerit duplex jecur, sive jecoris caput duplex (ut scribit Valer.) id fuit inauspicatum Marcello, contra quam hic dicit Alexander ab Alexandro.

¹ *Auctum jecoris caput.*] Vide præced. Sed ita ut non omissas quod Livius 3. Decad.lib. 7. de codicim Marcello loquens, in hunc modum scribit, *Immolasse eo die quidam memorie prodidere Cos. Marcellum: & prima hostia cæsa, jecur sine capite inventum: in secunda omnia comparuisse, qua affolerent. Auctum etiam visum in capite: nec id sane aruspici placuisse, quod secundum truncæ & turpia exta, nimis lata appa-*

ruissent.

Ex quo loco hæc Alexander accepisse videtur. Plutarchus in vita illius, scribit, Marcellum sumptuote imolasse. primaque hostiæ jecur sine capite fuisset: secundæ quam immensum caput apparuisse.

² *Et tametsi.*] Plinius d. libro capite 37.

³ *Syllæ.*] Plutarchus in vita illius.

⁴ *Vel si in coquendo distabuit.*] Livius 5. Decad.lib. 1. *Dum de his rebus in Senatu agitur, Cn. Cornelius evocatus à viatore, cum templo egressus esset, paulo post reditum confuso vultu: & exposuit Patribus conscriptis, bovis scenaris, quena immolavisset, jecur defluxisse: id se viatimario nuncianti parum credentem, ipsum aquam effundi ex olla, ubi exta conquerentur, iussisse, & vidisse ceterum integrum partem extorum, jecur omne inenarrabiliter consumptum.*

⁵ *Aut sanies purulenta.*] Cicero libro 2. de Divin. Jul. Obsequens Prodig. cap. 64. in princ.

⁶ *Caputve fibrarum.*] Cic. d. lib. 2.

⁷ *Idcirco denuo.*] Vide omnino nostros Commentarios in l. boves. §. hoc sermone.

tatum foret. ¹ Ex corde quoque unde sanguinis origo manat, licet à principio auspicia sumere minimè solerent, posteaquam in extis corda timari cœperunt, quo tempore Pyrrhus post multiplices clades Italia pulsus fuit, hoc observarunt haruspices, ² ut si cor silens jaceret, neque palpitaret, ³ aut in extis defuisset, calamitates portendi & magnas fortunæ minas crederent. ⁴ Divo Cæsari, dum rerum potiretur, iminolanti cor defuisse dicitur, tristissimo eventu: namque haud multo post conspiratione conjunctissimorum cæsarius occubuit ⁵ Quod de Pertinace proditum est, ut qua die morte sublatus fuit, sacrificanti non modo cor victimæ, sed hepar decesset. Si autem in summo corde ⁶ pinguedo foret, aut solito majus, raptumve ab aquila aut avibus fuisset, nimium propitos deos ostenderunt. ⁸ Dum Hermocrates diis sacra ficeret, raptum cor victimæ, & à corvo elatum in sublime, felix auspicium fecit, quo Cardiam urbe in ad Corinthum auspicatissime condidit. ⁹ Sicut avo Galbae fulgur procuranti, cum aquila exta rapuisset, &

in

¹ Et corde quoque.] Hæc usque ad versic. Hoc observarunt, sunt Plinius lib. 11. cap. 37.

² Ut si cor silens jaceret.] Cicero in lib. 2. de Divinatione.

³ Aut in extis defuisset.] Cicero lib. 2. de Divin. Plinius lib. 28. c. 2. Val. Max. lib. 1. cap. 6. ubi de Pomp. Plutarch. in Cæsare inter mortis prodigia. Festus Pompejus lib. 14. ubi de pestiferis. Vide in lœq.

⁴ Divus Cæsare.] Cicero lib. 1. de Divin. Maximo est argumento, quod paulo ante interitum Cæsaris contigit, qui cum immolaret illo die, quo primum in sella aurea sedet, & cum purpurea ueste processit, in extis brvis opimi cor non infuit. Et libro secundo ejusdem operis hanc reperit historiam. Meminit & Plinius d. libro 11. cap. 37. Cæsari Dictatori, quo die primum ueste purpurea processit, atque in sella aurea sedet, sacrificanti bis in extis cor defuit. Ovidius Metam. l. 15. enumerans prodigia qua C. Cæsaris

cædem præcesserunt; ait, Cæsumque caput . eperitur in extis. Ubi Raphaël interpres. Extæ fine capite significant mortem alicui inimicinere.

⁵ Quod de Pertinace.] Jul. Capitol. in vita illius, Eadem die (qua scilicet cæsus est) immolante Pertinace, negatur in hostia cor repertum: & cum id vellet procurare, caput extorii non deprehendit.

⁶ Pinguedo faret.] Plinius lib. 11. cap. 37. In corde summo, pinguedo est quedam latiss extis.

⁷ Raptumve ab aquila aut avibus.] Ut ex sequentibus videbitur in verbo, Sicut avo Galbae.

⁸ Dum Hermocrates.] Imo Hermocrates ex Stephano, qui hæc de illo scribit, in libro de Urbibus.

⁹ Sicut avo Galbae.] Suetonius in Galba, cap. 4. Avo quoque ejus fulgur procuranti, cum exta de manilus aquila rapuisset, & in frigiferam querum contulisset, summum, sed serum imperium portendit familiæ responsum est.

I Finit-

in sublimem quercum detulisset, imperium portendit.

Cordis ¹ Fuitque animadversum, cor quibus prægrande esset, *pa-*
pre-
grandis *vidos* facere: quibus exiguum, aspectu formidabili, & au-
vel exi-
gut in-
dicium. daces: quare Hermogenis summini rhetoris, & qui præco-
ciissimi ingenii fuit, mortui dissecto corpore; hispidum cor
Inveniunti inventum est. ² Tametsi tradatur apud eruditos, eos qui
Her-
moge-
nis &
Ari-
stome-
nis cor-
dahib-
spida.
Ex sel-
te. hebeti essent sensu, corde duro & spissō: qui vero ingenio
valerent, molli fuisse: ³ id quod Plinius de Aristomene Mes-
senio, & ⁴ alii de Lyfandro, cuius defuncti cor pilosum
Inveniuntum esset, meminere. Fel quoque in extis augurium
facere proditum est, quod sub hepate angusto ore, & fun-
do ampliore apparet, ut purum illud clarumque reddat.

⁵ Si tamen geminum reperitur, licet prodigium sit, tamen
magnæ spci fortunam portendit. ⁶ Quo enim tempore
Augustus apud Actium profligato Antonio victor fuit, eo
ipso victoriæ die, geminum fel in extis invenisse traditur.
⁷ Arato quoque sacrificanti, cum geminum fel haruspex
inspe-

¹ *Fuitque animadversum.*] Plinius lib. 11. cap. 37. Brutæ existimantur animalia, quibus cor durum, riget: audacia, quibus parvum est: pavida, quibus prægrande. Aristoteles de Partibus animalium lib. 3. cap. 4.

² *Tametsi tradatur.*] Aristoteles ubi supra, *Quæ sensu*, inquit, hebeti sunt, *cor* habent durum & spissum: *quæ autem sensu* valent, nelliūs.

³ *Id quod Plinius.*] Hæc oratio non recte hic ponitur, sed poni debuit ante præcedentem, continuo post verbum, *Inventum* cfr. Estque Plinii d. lib. 11. cap. 37. cuius verbalibuit adscribere, quia notata digna, *Hito corde gigi-*

quosdam homines proditum, neque alios fortioris esse industrie, sicut Aristomenem Messenium, qui trecentos occidit Lacedæmonios. Ipse vulneratus & captus, semel per carnem latomiarum evasit, angustos vulpium aditus sequutus. Iterum captus, sospitis custodibus somno ad ignem advolutus, lora cum corpore exusit. Tertio capto, Lacedæmonii pectus disseccare can-

sa videndi, hirsutumque cor repertum est.

⁴ *Et alii de Lyfandro.*] Et de Leonide Lacedæmonio Plutarchus in Paralællis cap. 7. auctoritate Aristidis primo rerum Persicarum libro. Homerius lib. 2. ad finem Catalogi, Pylæmenium vocat hirsutum corde,

Παρλαγόνων δι' ἡγετο πυλαιμένες
ράστον κύρ. Id est,
Paphlagoniulus autem Pylæmenius ha-
bens densum cor.

Sed id alio spectat, neque enim is mortuus erat: sed ad animum, ni fal- lor, referebatur.

⁵ *Si tamen geminum.*] Quod patet exemplo sequenti.

⁶ *Quo enim tempore Augustus.*] Plinius lib. 11. cap. 37.

⁷ *Arato.*] Plutarchus in vita illius, Dicitur non multo ante Arato sacrificaienti, in jecore duos felles extitisse, eadem pinguedine obvoltos: vatem quoque consultum dixisse, quæ capitalissima odio dissiderent, ea per brevi inter se firmiſſima amicitia coitura.

inspexisset, quæ capitali odio dissiderent, mox syncera fide conciliari, societatesque & foedera jungi prædixit, quod verissimo eventu postea consequutum est. Fuitque disciplina augurali traditum, ¹ ut fel Neptuno perpetuo dicatum sit, *Fel Ne-*
velut humoris auctori. ² Quod si in extis prægrande fel in-^{pluno} *dica-*
veniretur, prodigii loco est habitum. Sed quamvis prodi-^{tum.}
giosum, magna semper & felicia portendit. ³ Fert tamen Aristoteles in Naxo prægrande fel pecoribus innasci: ⁴ circa Chalcidem Eubœa, ⁵ & in Ponto, pecori nullum esse:
⁶ cervo quoque & damae, equo, mulo & asino, camelio atque apro, usque defuisse. ⁷ Sicut perdices in Paphlagonia bina corda habere, ⁸ & in Bisaltia lepores bina jecora. Et in agro Cretensi pecora circa Gnoson splenem habere tradunt, circa Cortynam non habere. Vel quod idem tradit in ⁹ Seripho insula, ¹⁰ & in Acantho Macedoniae ¹¹ & apud Cyre-

¹ Ut fel Neptuno.] Plinius d. lib. 11. cap. 37. de felle loquens, *Arsiphices*, inquit, *id Neptuno & humoris potentie dicavere.*

² Quod si in extis.] Vide quæ sequuntur.

³ Fert tamen Aristoteles.] Lib. de Historia animalium 1. cap. 18. *Fellis privationem, vel in victimis non usquam percipi certum est: quippe cum parte quadam agri Chalcidici Eubœa fel nunquam pecori sit: aut in Naxo omnibus ferme quadrupedibus adeo grande, ut qui sacra fecerint advene stupescant: rem scilicet, prodigii loco, sibi arbitrantes, non tamē esse naturam terre illius quadrupedum.* Et idem Arist. lib. 2. de Partibus animalium, cap. 2. Plinius libro 11. capite 37. At Ælian. lib. Animal. 11. cap. 29. scribit duplice felle in Naxo fues esse.

⁴ Circa Chalcidem.] Plinius & Arist. ubi supra.

⁵ Et in Ponto.] Ælian. de Natura animal. lib. 11. cap. 29. At Plinius ubi supra, non id dicit simpliciter, sed eo carete, qui absynthio vescuntur in Ponto.

⁶ Cervo.] De his omnibus idem Plinius ubi supra.

⁷ Sicut perdices.] Plinius ubi supra, Theophrastus apud Cellium libro 16. cap. 15. Ælian. de Animal. lib. 10. cap. 35.

⁸ Et in Bisaltia.] Gellius, ubi supra auctoritate Theopompi, & Ælian. de Animal. lib. 1. cap. 27. Aristoteles, aur quisquis is est, Mirab. Auscult. cap. 118. Plinius autem d. lib. 11. cap. 37. sic scribit, *Bina jocinora leporibus circa Eatilem, & Tharmen, & in Cherroneo ad Propontidem, ubi de Bisaltia non meminit.*

⁹ In Seripho insula.] Plinius lib. 8. cap. 58. Mutæ sunt, inquit, rane in Seripho, unde extat proverbium, *Rana Seripha.* de quo Erasmus Chiliad. 1. cent. 5. cap. 31.

¹⁰ Et in Acantho Macedonia.] Plin. lib. 11. cap. 51.

¹¹ Et apud Cyrenam.] Plinius lib. 8. cap. 58. Cyrenis mutæ fuere ranae, illatis è continente vocalibus durat genus eorum. Aristoteles d. lib. de Mirabilib. auctoritationibus cap. 64. scribit, *In Cyrenæ ranas mutas & sine voce esse.*

Cyrenem ranas non coaxare.¹ Et in Emathia Macedoniae sues unungulos nasci:² atque in Cappadocia mulas fœtus parere,³ & in Eleo agro mulos non educi, neque

Ex pul-
none. propterea ominosum aut prodigium videri. Pulmo vero sub corde est,⁴ spirandi officina: is incisus & geminus, tempus dirimere,⁵ & diem differre traditur.⁶ Si vero simplex esset & solidus, continuare temperum curricula, nullasque cunctiones & moras afferre, opinati sunt.⁷ Si vero pulmonis fibra lateret, aut cum corde & jecore conjunctus foret, vel si parvo distinguitur intervallo, miseros causas portendere voluerunt.⁸ Lien adversus jecur, sinistra in parte est: siquidem ventriculo annexatur in intestino: ut jecur purum reddat. Quod si in dextram vergeret, ferale auspicium & praedicere quæ magno malo luuntur, haud dubium esse:⁹ qui tamen abundans, homines decolores facit.

Ex lie-
ne. ¹ In Emathia Macedonie.] Plinius lib. 11. cap. 46. & Aristot. d. lib. 8c cap. In Macedonia Ematheolicis suis bus solidas ungulas esse scribit.

² Atque in Cappadocia.] Aristot. d. lib. cap. 65. Plinius libro 11. c. 44. auctoritate Theophrasti, scribit in Cappadocia vulgo mulas parere: sed esse id animal ibi sui generis.

³ Et in Eleo agro.] Pausanias Eliae corum priore lib. qui 5. est, sic scribit, Rhedam trahebant muli jugales bini, invento neque prisco, neque eleganti: & alioqui antiquitus inter portenta Eleis muli fuere, atque adeo, ut animal id intra fines ali religio esset.

⁴ Spirandi officina.] Verba sunt Plini lib. 11. cap. 37. sic scribentis, sub eo, corde scilicet, pulmo est, spirandi officina, attrahens acreddens animam, idcirco spongiosus, ac fistulis inanibus cavus. Aristoteles lib. 3. de Partibus animalium cap. 6. Pulmo igitur spirandi officio delegatus est, qui originem quidem sui matus accipit ex corde: sed sua tum amplitudine, tum inanitate, aditum spiritui patescit: cum enim attollitur, insinuit spiritus: cum contrahitur, effluit. & non multo post in ejusdem cap. fin. Pul-

mo igitur, inquit, spirandi gratia datus omnino est, sed exanguis. Idem Arist. in lib. de Spiratione, loquens de Cordulo pisce, qui pedibus subnititur, & branchias gerit, sic tradit, Hujusc rei causam illam ponimus, quod pulmones adjunguntur causa refrigerationis, quanu flatus ipse præstaturus est. At spirabile quidem visceris, propterea Pneumon, hoc est, pulmo appellatus videtur, quod pneumatatos, id est, flatus receptaculum: si præbeat.

⁵ Et diem diff. re traditur.] Cicero lib. 1. de Divinatione.

⁶ Si vero simplex esset.] Cic. eod lib.

⁷ Si vero pulmonis fibra lateret.] Idem Cicero ibid.

⁸ Lien.] Hæc usque ad ea vetba, Qui tamen, sunt Plini d. lib. 11. c. 37. Aristot. de Historia animalium lib. 1. cap. 18. Lien à levo aequo in omnibus, que membra ista disposita habent per Naturam, non prodigiose. Nam enim legitimum illum locum in nonnullis quadrupedum lienem cum jocino e permutas se visum est. Ventrili en annexatur, quæ omentum obducit.

⁹ Qui tamen abundans.] Vide infra ibi, Unde verbum Stratonii.

¹⁰ Quare

facit. ¹ Quare in terra Caria Caunios, quod sub gravi cœlo degunt, mirum in modum lienosos dicunt esse. ² Unde verbum Stratonici citharœdi, illic ambulare mortuos quod omnes mirifice pallerent facie tabifica. In fordicidiis ^{Fordi-}_{crisis}, ³ quibus hostias quæ uterum ferunt, immolare præ-^{cidia-}_{sacra.} cipitur, si foetus biceps aut mancus in utero esset, ⁴ vel in-
teraneis exulceratis appareret, exta ejusmodi imminentium malorum nuncia esse, creditum est. ⁵ Dracones in extis ^{Draco-}_{apparuisse}, lætum fecere auspicium, ⁶ contra Graccho sa-^{nes in}_{extis} crificanti, ad exta irrepsisse adeso iocinere, necem futuram ^{appa-}_{ruisse.} & imminens fatum portenderunt, quæ mox subsequuta sunt. ⁷ Extæ quoque de sacrificantibus manu ab aquila fuisse rapta, tam efficaci auspicio fuere, ut nullum præsentius aut ^{ab a-}_{quila} felicius ^{raptæ.}

¹ Quare in terra Caria Caunios.] Plinius d. libro 11. cap. 37.

² Unde verbum Stratonici.] Strabo lib. 14. de Cauno civitate loquens, Cum regio, ait, valdefelix sit, omnes tam enī confitentur, urbem & astatæ & autumno gravem esse, propter aestus ac pomorum copiam. Unde hujusmodi quedam narrantur, quod Stratonicus citharœdus videns Caunios colore admodum viridi, dixit hoc illud esse, quod poëta (Homerus libro sexto scilicet) inquit,

Οἴηπερ φύλαων γῆμεν, τάνδε καὶ ἀρ-
σφῶν.

Id est,

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.

Cum vero illum incusarent, quod urbem, ut morbidam, carperet: Ego (inquit) eam morbidam dicere ausim, ubi mortui am-
bulant.

³ Quibus hostias quæ uterum.] Vatro lib. 5. lingua Latina. Festus Pomponius lib. 6. non longe à princip. Fordicidiis, inquit, boves fordæ, id est, gravidae immolabantur, dictæ à foetu. Ovid. 4. Fastor.

Forda, serens bos est: secundaque, dicta serendo:

Hinc etiam factus nomen habere pu-
tant.

Et Columella lib. 6. cap. 24. Post u-
num coitum fordæ non admittit taurum.

⁴ Vel interaneis.] Hæc superius ex-
plicata.

⁵ Dracones in extis.] Plinius lib. 11.
cap. 37. Cecinnæ Volaterrano dracones emicuisse de extis lato prodigo traditum.

⁶ Contra Graccho sacrificanti.] Titus Livius 3. Decad. lib. 5. Tib. Graccho, inquit, priusquam ex Lucanis moveret, sacrificanti, triste prodigium factum esset. ad exta sacrificio perpetrato, angues duo ex occulo allapsi, edere jecur, conspectique repente ex oculis abierunt. Id cum aruspicum monitus sacrificium instauraretur, atque intentius exta referata serua-
rentur, iterum ac tertium venisse tradidit, libatoque jocinore intactos angues abiisse. Cum aruspices ad Imperatorem id perti-
nere prodigium premoniissent, & ab occultiis caerundum hominibus, consiliisque: nulla tamen providentia fatum imminens moveri potuit. Ubi non de dracone, sed de angubus, loquitur. Alter Plutarch. in Gracchis. Alia autem ex dracone auguria, id apud Homerum lib. 2. Iliados, & Plutarchum in Crasso, ubi de Spartaco loquitur.

⁷ Extæ quoque de sacrificantibus.] De aquilæ auguriis supra cap. 13. diximus.

*Extat
manu
lappa.* felicius fuerit. ¹ Si tamen è manu decidissent vel viscera
cruore infecta essent aut livida, nigrisque distincta maculis,
vel si omentum & membrana viscera continens, hians fo-
ret, aut sanguine suffusa, indubiam necem & fatale exi-
*Capita
hostia-*
*ru præ-
cisa*
sum
*sanguini-
nem*
*lam-
bentia.* magnæ calamitatis. Præcisa vero hostiarum capita suum
sanguinem aut exta lambere, ³ Pyrrho sacrificanti obitum
luetuosum & fœdos eventus designarunt. ⁴ Iidem Cimo-
ni formicarum catervas sanguinem victimæ corripiuisse, ad-
notarunt. Ferunt tamen divinandi periti, sanguinem victimæ
Crassi in Crassum & calidiorem, efficaciorum vim portende-
aut tenuis re: qui verò tenuior esset & frigidior, majorem habere in-
sanguini telligentiam. Estque inter exempla, præcissum caput victimæ
in victricis in fluctu maris absorptum, atque exta non comparuisse,
ris in dictio. ⁵ Callicratidi Lacedæmonio interitum vitæ attulisse. Subit
tamen

¹ Si tamen è manu decidissent.] Plutarchus in Crasso, cum Crassus, ut moris erat, sacrificio instituto lustraret exercitum, porrecta ab aruspice viscera è manibus cecidere: quod cum graviter omnes, qui adstabant, perturbasset, arridens Crassus, Talius nobis, inquit, incommoda senectus adserit: attamen arma nunquam è manibus cedderunt. Hujus celebris dicti meminit Erasinus in Apophthegmatis M. Crassi.

² Quale Crasso evenit.] Appianus in libro, qui Parthicus inscribitur, postremo, inquit, cum solito more lustraret exercitum, & mactatis hostiis augur exta illi porrexisset, decidere è manibus. Qua in re cum præsentes subtristari cerneret, risu edito, hujusmodi, inquit, senectus est: sed nec armorum ulla è manibus effugient nostris. Quod jam supra ex Plut. dictum est.

³ Pyrrho.] Plinius lib. 11. cap. 37. Et profecto nihil incredibile fit, existimantibus, Pyrrho Regi, quo die periit, præcisa hostiarum capita repulsa, sanguinem suum

lambentia.

⁴ Iidem Cimoni.] Plutarch. in vita illius ad finem, cum vates de more victimam cedisset, id sanguinis, quod jam humi congelatum erat, formicarum caterva paulatim corripientes ad Cimonem deportabant, & circa pedis pollicem extenedentes, diu huic rei intentæ singulos latuerunt.

⁵ Callieratidi.] Plutarchus in Apophthegmatis illius, Facto sacrificio, cum ex vate audisset, extis exercitui victimam portendi, sed Imperatori mortem: nibil expavescerat, Haud penes unum (inquit) sunt res Spartæ: me siquidem mortuo, nihil deterius habitura est patria: sed si hostibus cesserò, aliquid decedet patriæ. Itaque cum Cleandrum pro se ducem designasset, navali prælio cum hostibus congregatus, fortius pugnans vitam cum morte commutavit. Non tamen declarat eorum extorum formam. Xenophon Remarca Græcarum lib. 1. tradit illum navis excussum in mari decidisse. Quod proxime accedit ad prodigium hic ab Alexandro relatum.

tamen illa reputatio, veteribus tradi monumentis,¹ gallinaceorum fibras maxime diis gratas videri,² sicut talparum magi verissima dicunt, illisque haud secus quam solenni victima pulcherrime litari. Hæc enim sunt exta argutissima, in quibus divina mens inesse creditur. Fuisseque Cy- priorum inventum, ex suillis extis fieri divinationem, quod- que nisi ex sana victimâ, neque litari, nec futura prænoscî poterant. Ea vero exta quæ nihil habent divinationis, quæque expianti non litant, tanquam sine nutu, nulloque afflatu divino,³ muta dicuntur, quibus non esse litatum no- tabatur. Quæ autem multum felicitatis & fortunæ polli- centur,⁴ regalia dicta sunt. Apud magos vero, talparum exta⁵ & ranarum, eventus fortunatos, nonnunquam mag- nos casus prædicere crediderunt. Cumque cætera viscera, detractis extis, postquam litatum erat, aræ imposta igni darentur, ipsa tamen exta nunquam elixa: sed veru deco- ñta apponebantur: sola tamen arietis exta aqua elixa sacris epulis apponuntur.⁶ Neptuno vero & fluitibus quum sa- cra faciunt, mare ingressuri, aliquando ipsam hostiam non- nunquam cruda exta in mare projiciunt, & vina infundunt. Illud utique non ab re fuerit meminisse, quod periti rerum literis

¹ Gallinaceorum fibras.] Cicero l. 2. de Divinatione. Plinius lib. 10. c. 21. de Gallis, & quo modo castrantur lo- quens, *Hi, inquit, maxime terrarum imperio imperant: extis etiam fibrisque hand aliter, quam opime victimæ diis grati.*

² Sicut talparum.] Plinius l. 30. c. 3. ³ Muta dicuntur.] Festus Pompejus lib. 11. Muta exta appellabant, ex quibus nihil diminutionis animadvertebant.*

COLERUS.

* Scaliger sic: Muta exta dicuntur, quibus nihil divinationis, aut responsi elicetur. Ut contra Adjutoria, quæ certum aliquid indicant, aut ab incendio, aut à veneno talique re certum instare periculum portendunt, aut finium diminutio- nem.

^{Ex gal-}
^{linaceo-}
^{rum fi-}
^{bris.}

^{Ex tal-}
^{parum.}
^{Ex ful-}
^{lis ex-}
^{titis.}

^{Sanans}
^{willi-}
^{mam}
^{esse o-}
^{porten-}
^{bat.}

^{Extia}
^{muta.}
^{Rega-}
^{lia.}

^{Extia}
^{que}
^{appo-}
^{nerean-}
^{tur in}
^{victi-}
^{mis.}

^{Neptu-}
^{no &}
^{fluiti-}
^{bus sa-}
^{cifi-}
^{candi}

^{ratiæ.}

TIRAQUELLUS.

⁴ Regalia dicta.] Pompejus lib. 16. Regalia, inquit, exta appellantur, quæ potentibus insperatum pollicentur honorem, privatis & humiliores hereditates, si. of familiæ dominationem.

⁵ Et ranarum.] Nam ex ranæ visceraibus, hoc est, liene: jocinore, corde, lingua & ossiculo, multa beneficia posse fieri, tradit Plinius lib. 32. c. 5. Hinc illud Juvenal. sat. 3.

— Ranarum viscera nunquam
infexi. —

⁶ Neptuno vero & fluitibus.] Livius 3. Dec. lib. 9. post Scipionis precatio- nem, hæc scribit, Secundum eas preces cruda exta, easa victimæ (utimós) in mare proiecit.

^{sua} literis adnotarunt, singulis visceribus hominum suam viam
^{quibus} & affectus innatos fuisse: idcirco ¹ homines splene ridere,
^{que vi-}
^{sceribus} ² felle irasci, ³ jecore amare, ⁴ corde sapere ⁵ & timere.
^{vis.}

¹ Homines splene ridere.] Persius Sat. 1.

Quid faciam? sed sum petulantissimae cœbino.

Id est, lascivo & in risum prurienti. Nam, ut scribit Plin. lib. 11. cap. 37. Splen, sive lien, risus atque jocorum sedit est. Et Serv. in illud Virg. lib. 8. Aeneid.

Hic vero Alcidæ furiis exasperat atro

Felle dolor.

Quo, inquit, ita irascimus, & secundum Physicos, ut splene ridemus. Hinc illud perulgatum,

Splen ridere facit, cogit amare jecur.

² Felle irasci.] Plinius lib. 11. c. 37. & lib. 28. cap. 9. Fellis naturam & usum describens, inquit, Inter omnia autem communia animalium, fel praestans in effectu. Est enim vis ejus excalcare, mordere, scindere, extrahere, dissecare. Et hinc illud Virgilii citati in præced.

³ Jecore amare.] Supra in verbo, Homines splene ridere.

⁴ Corde sapere.] Plinius d. lib. 11. cap. 37. dicit, mentem in corde habitare.

⁵ Et timere.] Laetantius lib. 6. c. 15. de affectibus loquens, sic scribit, Quod si, ut medie dicunt, letitiae affectus in splene est, ira in felle, libidinis in jecore, timoris in corde: facilis est interficere animal ipsum, quam ex corpore aliquid evellere: quod est animantis naturam velle mutare.*

C O L E R U S.

* Huic capiti addere non disconveniens erit, quæ interpres Euripidis de ratione divinandi ex Cauda victimæ assert: si repanda, inquit, & recurvata esset in igne, difficultas, & eventus belli periculus. Si vero pretensa, & dorsum vergens, clades & calamitas. Si in sublime & altum elevatur, victoria portendebatur. Idem alibi ait; Ritum fuisse aruspiciis in sacris, vesicam obturata lana victimarum, vincitamque igni injicere. Itaque ex crepita & ejaculatione urinæ, cum rumperetur, conjectarunt & divinarunt. Hæc in Phœnissis.

C A P U T X X V I .

Conualia, equitia, & ludi Apollinares, quando à Romanis fierent, quo modo Diti sacra siant,
& quo tempore.

^{Con-}
^{ualia.} **R** Omulum ¹ urbis conditorem, pace cum finitimis parta, Neptuno equestri solennes fecisse ludos, Consualiaque

T I R A Q U E L L U S.

¹ Romulum.] Dionysius Halicarnassus lib. 2. Cum multæ ac validæ gentes Rom. essent finitimæ, unica nulla, volens eas conciliare sibi per connubia (qui mos contrahendit societatis antiquis habebatur firmissimus) cogitansque alias civitates aspernaturas

novos convenas, nec opibus potentes, nec rebus gestis nobiles: nullam tamen ex adverso contentionem fore, si viam excusat necesse sit: ex consensu Naunitoris avi sui cepit consilium, raptis non paucis simul virginibus connubium querere. Quæ sententia postquam placuit, primum Conso Deo, consilio-

liaque appellasse, in quibus Sabinas rapuit, auctores me-
morant. ² Fuit enim Consus consilii deus, cuius ara in cir-
co ma-

Consus;
atque
cujus tē-
plum.

consiliorum occultorum presidi, vo-
vit, si conatus succederet, solenne fe-
stum & sacrificium: deinde re cum
Senatu communicata, illis quoque
comprobantibus, indixit celebritatem
festumque Neptuno diem, dimissis
circum finitimas urbes, qui invitarent
ad conventum & certamina, qui tunc
instarent, tum vitorum, tum equorum
varia. Titus Livius ¹. Dec. lib. 1. pau-
lo videtur dissentire à Dionysio, cum
inquit, *Fam̄es Romanae adeo erat vali-
da, ut cuiuslibet finitimarum civitatum
bello par esset: sed penuria mulierum, ho-
minis etatē duratura magnitudo erat:*
*quisque quibus nec domi spes prolixi, nec
eius finitimi connubia essent. Tum ex
consilio patrum Romulus legatos circa vi-
cinas gentes misit: quis societatem connu-
biunque novo populo pateret. Nusquam
benigne legatio audita est: adeo simul
omnes spernebant, simul tantam in medio
crescentem molem sibi ac posteris metue-
bant. Egei id Romanae pñiles passa: &
hanc dubie ad vim spectare rescepit, cui
tempus locumque aptum, ut daret Romu-
lus, agitudinem animi dissimilans, ludos
ex industria parat Neptuno equestri so-
lennes: Consualia vocat. Plutarchi. in
Romulo etiam huius historiae memi-
nit. **

C O L E R U S.

* Tertullianus lib. de Spectac. c. 1.
Et nunc aya Consu illi in Circō adfūsa est
ad primas metas, sub terra cum inscrip-
tione hujusmodi: **CONSUS CONSI-
LIO, MARS DVELLO, LARES
CVM ILLO POTENTES.** Nescio cui
rei interpretetur Vetus Glossarium,
Consul Iſidis filium.

T I R A Q U E L L U S.

¹ In quibus Salinas ¹ Halicarnas-
seus ad ea quæ dicta sunt in præced.
adjungit, Facto, inquit, deinde ad eam
celebritatem confluxi plurimorum
hosptium cum uxoribus, simul & libe-
ris, peractisque sacris Neptuni & cer-
tainib[us] extrema ludorum die, cum

jam solvenda esset celebritas, mandat
juvenibus, dato signo, rapiant virgi-
nes, quæ spectatum venerant, quam
cuique fors obtulerit, serventque castas
illam noctem, postridie vero ad se ad-
ducant. Tum juvenes catervatim di-
visi ubi quod convenerat signum clat-
um viderunt, discurrunt ad rapiendas
virgines, magno tumultu, ac vociferatione
hosptium, majus aliquod malum
suscitantium. Sequenti vero luce
adductarunt virginum inceſtia deje-
ctos animos Romulus consolatus est,
rapinam eam non ad injuriam specta-
re, sed ad conjugium dicētans. Post
hac comperto puellaruin sexcentaruum
octoginta trium numero, delegit totidem
viros cœlibes, quibus eas in mar-
rimonium dedit ritu cuiusque patrio,
ignis & aquæ societatem inter conju-
ges pactus. Tit. Livius & Plutarchus
ubi supra. Cornelius Nepos, si is est,
lib. de Viris illustribus, cap. 2. Præ-
terea Varro lib. 5. de ling. Latina,
Consualia à Consu dicta sunt, quæ tum
seriae publicæ ei Deo, & in circō ad ar-
am ejus ab sacerdotibus sunt ludi illi,
quibus Virgines Sabinae raptae.

² Fuit enim Consus.] Dionysius Ha-
licarnassœus ubi supra. Ovidius 3. Fa-
storum,

*Fest[a] para Consu, Consus tibi extera di-
cet,*

Illo festa die dum sua sacra canes.
Festus Pompejus lib. 3. inquit, Con-
sualia ludi dicebantur, quos in honorem
Consu faciebant, quem Deum consiliipu-
tabant. Servius in eum locum lib. 8.
Æneidos,

— *Magnis Circensibus actis.*
Raptæ, inquit, sunt Sabinae consualibus,
hoc est, mensē Martio. Consus autem est
deus consiliorum: qui ideo templum sub
teclo in Circō habet, ut ostendatur teclum
debere esse consilium: Hinc est quod &
fidei penno velata manus sacrificabatur:
quia fides tecla esse debet, & velata.
Ideo autem dicateo Consu simulacro, ra-
p[er]cunt

Vici-
ma in
Con-
fusia-
bus.

co maximo, undique aggesta humo, abdita erat, quod arcanum esse consilium putarunt: 'quam aram cum ludos celebrant, omnibus adire fas est, reliquo anni tempore non est licitum: ² in qua Romani sacrificiis igneis aliisque solennibus festos agere dies assuerant, quae feriae publicæ dictæ sunt, ³ in quibus sacris victimæ erat mulus, quoniam id genus quadrupedum primum vehiculo junctum fuisse credunt, eo quod ⁴ Lunæ vehiculum traherent, ⁵ equosque & asinos coronis fertisque exornare, & feriari, nequé illos labori admittere mos erat, quod instituta navigatione, quum

oin-

puerunt Sabinas, ut tegeretur initium de raptu consilium. Arnobius lib. 3. adversus Gentes, Salutaris, inquit, & fida consilia nostris suggestis cogitationibus Consus: & in contrarios exitus cur assidue vertitur placitorum inopinata mutatio? Dionysius lib. 1. ait, Neptuno equestri templum ab Euandro in Latio erectum, diemque festum statutum, quem illi in propria etate, Larini Consualia nominant, quo die cessabant ab opere equi & muli fertisque redinebantur. Divus Augustinus lib. 4. cap. 11. Ipse sit Deus Consus, probando consilia: & ipsa dea Sentia, sententias inspirando.*

COLERUS.

* Arnobius lib. 3. Salutaris & fida Consilia nostris suggestis cogitationibus Consus. Ejusdem meminit lib. 8. Ausonius in Eclogario, ubi agit de feriis Romanis.

TIRAQUELLUS.

¹ Quam aram.] Plutarchus in Romulo, inquit, Fama vulgata ab eo primus est, cuiusdam Dei aram conditam sub terra invenisse, eique Deo Consus nomen indiderunt, sive à consilio, quod consiliarius foret, sive Neptunus equestris. Nam aram in circu maximo posita, que reliquum quidem tempus latet: in equestribus autem certaminibus aperitur.

² In qua Romani sacrificiis igneis.] Dionysius Halicarnassus d. lib. 2. &

ex eo Lilius Gyraldus Historiæ deorum, Syntagmate 5. sic scribit, Sacratam autem illam solennitatem nunc etiam Rom. celebrant, & Consualia vocant, in qua etiam ara subterranea constructa juxta Circum maximum, circumfusata terra, sacrificiisque & igneis solennitatibus colitur, cursusque eorum junctorum agitur, & non junctorum, Consus à Romanis, quem quidam interpres in lingua Græcam, ποσθόνα, & σφράγιδα esse dicunt, hoc est, Neptunum & Terriques- fatorem: ac propterea subterranea coli ara eum tradunt, quod hic Deus terram haleat.

³ In quibus sacris.] Festus Pompejus lib. 11. ex quo Alexander hunc locum, ni fallor, accepit, id non ita dixit: sed ejus hæc verba sunt, Mulis celebra- bantur ludi in Circu maximo Consuales: quia id genus quadrupedum primum pueratur capitem curvi, scilicet in quo adjungi. Hæc ille, quibus nihil de immolatione dicit: sed his, non equis, hos ludos celebri.

⁴ Lunæ vehiculum traherent.] Idem Pompejus continuo ante id quod supra proxime ex eo adduximus, Mulus, inquit, vehiculo Lunæ habetur, quod tam ea sterilis sit, quam mulus: vel quod ut mulus non suo genere, sed equis creetur, sic ea Solis, non suo fulgore inceat.

⁵ Equosque.] Diximus supra ibi, Fuit enim Consus, ex Halicarnassi lib. 1. Plutar, probi c. 47.

1 Vel

omnium generum merces navibus advehantur, oculum quodammodo jumentis & remissio data sit: ¹ vel quod equos primum Neptunus domuerat; & equitandi artem invenerat, ^{Neptun-}
^{nus e-}
^{quorum}
^{domi-}
^{tor.}
^{Con-}
^{fusalia}
^{quan-}
^{do cele-}
^{brata.}
^{Iudi}
^{forme}
^{in Con-}
^{sueli-}
^{bus.}
^{Sabi-}
^{narum}
^{raptar-}
^{rum}
^{rapta-}
^{nun-}
^{russ.}
^{Equi-}
^{tia.}
^{inun-}

quare Hippius dicebatur. Huic ² Sextili mense, die octavo post decimam, equestres ludos Romulum instituisse ferunt, quarto ab urbe condita anno, qua die raptas Sabinas volunt: ³ tametsi mense Martio primum Consualia instituta, coque tempore raptas Sabinas nonnulli testati sint. ⁴ Plerique diis Laribus, dum Romani ludos celebrant, Romulum Sabinas rapuisse dicunt. ⁵ Erat ergo is ludus, ut equi & muli juncti & soluti in circo maximo, in magno spectantium studiò current. ⁶ Qui vero fuerit raptarum numerus, inter auctores discrepat. Quidam non ultra triginta fuisse tradunt, quæ curiis nomina dedere: nonnulli quingentas, plerique septem & viginti, ut Valerius Antias: alii sexcentas & tres supra octoginta. Præterque ludos Consuales, Marti quoque in Martio campo idem Romulus ludos instituit, quos ab equorum cursu ⁷ Equitia nuncupavit: ⁸ qui, si quando alluvione Tiberis inun-

¹ Vel quod equos primum Neptunus.] Pausanias in Achaicis, qui 7. lib. est.

² Quare Hippius dicebatur.] Pausanias ibi, & in Arcadicis. Festus Pompejus libro 8. rationes hujus nominis tres addit in hac verba, Hippius, id est, equester Neptunus dictus est, vel quod Pegasus ex eo & Pegaside natus sit: vel quod equuleus, ut putant, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devararet: vel quod tridentis istu terra equum excierit, cui ob hoc in Illyrico quaternos equos jaciebant nonq; quoque anno in mare.

³ Sextili mense, die octavo.] Plut. in Romulo.

⁴ Tametsi mense Martio.] Servius lib. 8. quo loco supra citavimus.

⁵ Plerique diis Laribus.] Asconius Pedianus in 2. in Ver. Ciceronis act.

⁶ Erat autem is ludus.] Vide supra ibi, In quibus sacriss.

⁷ Qui vero fuerit numerus raptarum.] Plutar. in Romulo eadem, sed diversis verbis, scribit, quæ hic Alexander, qui sic ait, Raptas esse quidam triginta tantum tradunt, à quibus & curiis nuncupatas esse. Valerius autem Antias quingentas viginti & septem. Juba autem (& Dionysius lib. 2.) sexcentas octuaginta tres.

⁸ Equitia.] Equiria legendum ex Varro. lib. 5. de ling. Lat. Ovid. lib. 2. Fast. ad fin.

Itemque due restant noctes de mense secundo,

Marsque citos junctis curribus urget equor.

Ex vero positum permanefit. Equiria non men,

Quæ deus in campo perspicit ipse suo.

⁹ Quis si quando alluvione Tiberis.] Ovidius lib. 3. Fastorum,

Alteraque gramineo spectabilis Equiria can-

inundasset campum, in Cælio monte, ubi Martialis campus erat, colebantur.¹ Sicut vi fluminis inundato circa maximo, extra portam Collinam ad ædem Veneris Erycinæ

Apol-
linares.
ludi.
Apoll-
linares
quo die
cele-
brati.

Apollinares celebrariunt. Erant enim ludi Apollinares ex prædicto Martianorum carminum, quibus Cannensis clades scripta fuit, bello Punico secundo victoriæ causa instituti. Alii à Cornelio Sylla prætore urbis ex responso lib. 3. c. 12. sup. Martianorum fratrum, à quibus fata Romanorum præscripta erant, inventos dicunt fuisse. In quibus decemviri Apollini boye aurata & duabus capris auratis, Latonæ que bove aurata, sacra Græco ritu facere assuerant, quos prætore præsidente, populuin laureatum spectasse, Apollini pro cuiusque copiis stipe data, Titus Livius auctor est.
Cumque antea incerto die fierent, Publius Licinius Varus

Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.

Qui tamen ejcta si forte tenebitur unda,

Celins accipit pulverulentus equus.
Festus Pompejus lib. 5. *Equiria*, inquit,
ludi, quos Romulus Marti instituit per
equorum cursum, qui in campo Martio
exercebantur. Et lib. 11. Martialis cam-
pus in Cælio monte diciunt, quod in eo E-
quiria solebant fieri, si quando aquæ Tibe-
ris campum Martium occupassent. *

COLERUS.

* Tertullianus de Spectac. cap. 1.
dehinc Equiria Marti Romulus dixit.
Ausonius:

Nunc etiam veteres celebrantur Equiria
ludi,

Prima hæc Romanus nomina circus
habet.

TIRAQUELLUS.

1 Sicut vi fluminis.] Livius 3. Dec.
lib. 10. Inter quæ etiam aquarum insolita
magnitudo in religionem versa: nam ita
abundavit Tiberis, ut ludi Apollinaris,
circo inundato, extra portam Collinam
ad ædem Erycine Veneris paratisint.

2 Erant enim ludi Apollinares.] Li-
vius ejusdem Dec. lib. 5. Macrob. lib. 1.
Satyr. c. 17. Servius in lib. 6. Æneid

in eum locum,

— Festosque dies de nomine Phœbi.
Ludos Apollinares, inquit, qui secundum quosdam, bello Punico secundo, instituti sunt, tempore Syllano, ex responso Marti annum fratrum, quibus Sibylla prophe-
taverat, quorum extabant, ut Sibyllina responsa. *

COLERUS.

* Tertullianus: Megalenses & Apollinares, item Cereales & Neptunales & Latiales & Florales in commune celebantur.

TIRAQUELLUS.

3 In quibus decemviri.] Hæc usque ad vers. Cumque, sunt Livii 3. Decad.
lib. 5. & Macrobii ubi supra, & Festi Pompejii libro 1. Hincque extat illud Ovidii lib. Metam. 7.

— Indutaque cornibus aurum
Vtima, vota facit.

Et ejusdem operis lib. 10.

— Et blandis indutæ cornibus aurum,
Concederant icte nivea cervice juvence,
Thuraque funabant.

Ubi Raphæl Regius interpres, inquit,
Cornua victimarum inauraris solebant.

4 Cumque antea.] Hæc usque ad versic. In quorum celebritate, sunt Livii 3. Decad. lib. 7.

rus prætor urbis legem tulit, ut dies ante tertium Nonas Quintiles his ludi status foret: isque in perpetuum sacer haberi cœptus est.¹ In quorum celebritate, matronas spectatæ pudicitia in propatulo epulari, omnique cæremoniarum genere festum diem agere produnt, puerosque manibus amplexos psallere, & hymnos Apollini canere,² sicut Dianae virginis.³ Quæ quidem Equititia singulis annis duodecimo calendas Majas in circo maximo celebrarunt, qui dies Cerealibus incurrebat, in quibus post equos, vulpes stipulis alligatae, accensa flamma, cursitabant.⁴ Præterque aram Consi, quæ in circo fuit, ab accessu hominum semota, etiam ara Ditis & Proserpinæ in loco abdito in Martio campo ad Tarrentum colebatur, locum denominatum, quod ibi Tiberis ripas tereret, qui⁵ Rumon propterea dictus⁶ & Serra, ad quam rarus erat accessus hominum.⁷ Diis enim

Equitia quando celebantur Ara Ditis & Proserpine.

Terram arae sub terra.

¹ In quorum celebritate.] Livius 3. Decad. lib. 5. Hec est, inquit, erigo Ludorum Apollinarium, victorie non valetudinis ergo, ut perique rentur, votorum. Factosque populus coronatus spectavit, matrone supplicavere, vulgo apertis Janis in propatulo epulati sunt: celebre dies omni ceremoniarum genere fuit. Macrob. ubi supra.

² Sicut Dianae virginis.] Titus Livius 3. Decad. lib. 7. scribit, Tum septem & viginti virginis longam induitæ vestem carmen in Junonem Reginam canentes ibant. Sed an ad rem faciat, vide.

³ Quæ quidem Equitia.] Supra diximus ex Ovidio.

⁴ Præterque aram.] Festus Pompejus lib. 18. Terentum, inquit, locus in campo Martio dictus, quod coloco ara Ditis patris terra occultaretur.* Sed hic & apud illum legendum est Terentum ex his, quæ dicam in seq.

C O L E R U S.

* Festus Scaligeri: Terentum, in campo Martio locum, ait per d dicendum fuisse Verrius, quod terendus sit secularibus Ditis patris ludis: & ter-

tut ab equis quadrigariis, quorum agilitas æquiparet motus ipsos Lunæ. Quod quam aniliter relatum sit, cuivis manifestum est.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ Rumon.] Hæc eadem Gyraldus Syntagmate 17. nullo auctore laudato. Sed hæc sunt Servii enarrantis illud Virgilii lib. 8. Æneidos,

— Egison pleno quemq[ue] gurgite cernis
Stringente ripas, & pinguis culta se-
cantem,
Cœruleus Tibris, ex quo gratissimus am-
nis.

Stringentem, inquit, id est, radentem, imminuentum: Nam est Tiberini fluvii proprium: adeo ut ab antiquis, Rumon dictus sit: quasi ripas ruminans & exedens. Etiam in sacris Serra diebat: unde ait,

— Et pinguis culta se-
cantem.

In aliqua etiæ urbis parte, Terentum dicitur, eo quod ripa sit terat. Hæc ille.

⁶ Et Serra.] Vide præcedentia.

⁷ Diis enim inferis.] Festus Pompejus lib. 1. paulo ante fin. Altaria ob altitudine dicta sunt, quod antiqui diis su-

nim inferis aram non à terra sublimem, sed sub effossa humo statui decere putabant, ad quam ex præcepto Sibyllini carminis, altero & quinquagesimo anno ab urbe condita, sacra & ludos institutos memorant, ad eamque ter annis singulis accessum placandis manibus patere: videlicet postride Vulcanalia, & ante sextum Idus Noverbris, & ante tertium Nonas Octobris.

*Sacra
Ornamenti
ad arā
Ditis
Proserpi-
ne.
Pluto-
nis tem-
plum.
Eumeni-
dium tem-
plum.*

¹ Apud Eleos vero Plutonis templum semel tantum patens, & quamvis patens, nulli introire licitum est. ² Sicyonii quoque semel annis singulis Eumenidum prope Asopum diem agunt, & sacrum faciunt. ³ Cumque humanis capitibus prius Ditem placarent, postea ab Hercule admoniti, hominum simulacula victimas dederunt. ⁴ Observa-

tum-

peris in adiicitiis à terra exaltatis sacra faciebant, diis terrestribus in terra, diis infernalibus in terra effossa.

¹ *Apud Eleos.]* Gyraldus de Diis Gentium, l. 17. nullo quoque auctore citato, sed id est ex Pausania lib. 6. qui de Elianis est, non longe à fine. *Fam* vero (inquit Pausanias) *Sumanum ambitu* ² *et* ³ *ad eadem* (utrumque enim Elei Sunano dedicarunt) *semel quotannis aperiunt*, neque tunc intrai et cuiquam, pueri terquam sacrificulo, satis est. *Soli omnium ex cognitis gentibus*, Elei Ditem patrem ob hujusmodi causam venerantur. *Cum exercitum ad Pylen*, que in Elide est, *oppugnandum Herculem adduxisset*, opem ei ferente Minerva, presto etiam sibi ad secundum auxilium Sumanum suisse dicunt, quod ei honores habuissent, ut qui in Herculem offensione animo essent.

² *Sicyonii.]* Idem quoque Gyraldus, ubi supra, quod est Pausanias l. 2.

³ *Cumque humanis capitibus.]* Idem Gyraldus ibi, ex Macrobio lib. 1. c. 7. cuius in eam rem verba adduxi, Cumque diu humanis capitibus Ditem, & virorum victimis Saturnum placare se crederent propter oraculum, in quo erat,

Καὶ κτιφαλάς Αἴδη, καὶ τῷ πατέρει πέμπεις φῶτα.

Herculem ferunt postea cum Geryonis pecore per Italiam revertentem, suassè illorum posteris, ut faustis sacrificiis infusa mutarent, inferentes Diti non horinum capita; sed oscilla ad humanam effigiem arte simulata: Et aras Saturnias non mactando viros, sed accentis luminibus excolentes: quia non solum virum, sed & lumina φῶτα significant.

⁴ *Observatumque fuit.]* Idem Gyraldus ubi supra. Virgil. Æneid. 6. ostendens exeremonias factorum, quæ diis inferis siebant,

*Quattur hic primi migrantes terga
juveness
Constituit, frontique inspergit vima sa-
cerdos,
Et summas carpens media inter cornua
fetas,
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Vice vocans Hecaten ex quoque Ereboque
potentem.*

Et paulo post:

*— Ipse atrii velleris aquam
Æneas matri Eumenidum, magnaque
forori
Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina
vaccam.*

*Tum Stygio Regi nocturnas inchoat
aras,*

Et

tumque fuit, ut sterilibus pecudibus & juvencis, ac vino, ^{Quibus} melle, lacte & sanguine Diti sacra fiant: ^{viti-} Quanquam Nu- ^{mis} mæ legibus inferis diis vina libare vetaretur, his verbis: Vi- ^{Diti} no rogum ne respergito. ^{sacrificab-} Eas quidem aras, quæ plerum- ^{etur, &} que ^{qua ca-} geminæ fuerunt & pares, duin sacra faciunt, sicut re- ^{remo-} liquias inferorum, nigris vittis aut cœruleis ornant, & cu- ^{nia.} presio. ⁴ Cumque pecudes immolant, spiranteim cruorem in effosiam terram mittunt: vinumque, lac & mel una infundunt, visceraque cœsæ victimæ ter circum aras du- ^{Manes.} cunt, igne accenso, hoc piaculari sacro inferos evocari arbitati. ⁵ Invaluitque mos, ut infernis diis facturi sacra, pa- ^{res} victimas, easque sinistra immolent: ⁶ & quum manes ex- piandi sunt, pocula libent, rogumque vino, aut sepul- chrum conversa manu inspergant, in quibus litasè piacu- lum erat: nigrasque hostias immolent, vinaque effundant, vaseaque in ignem mittant, visceraque igni apposita olio in- spergant, quippe Diti sacra exhibentes, cui omnia perdere proprium est: lignaque sterilia è sepulchris eruta, atro igni apponant: neque oriente luce, ut superis, sed noctu, vel meridie, aut decrescente die, hostiam iminolare conve- nit, capite ita constituto, ut terram non cœlum spectet.

Cum-

*Et solida imponit taurorum viscera
flamnis,*
*Pingue superque oleum fundens ardenti-
bus exitis.*

Tibullus lib. 3. eleg. 5. in fin.

*Interea nigras pecudes premitti e Diti,
Et nivei lactis pocula mixta nuro.*

Horatius lib. 2. Carm. Ode 1.4.

*Non si tricenis, quodquot eunt dies,
Amice places illachrymabilem
Pluvona tauris.*

¹ Quanquam Numæ legibus.] Plinius lib. 14. c. 12. Numæ Regis, inquit, Pest- humia lex est, Vino rogum ne respergito, datque hujus legis rationem.

² Eas quidem aras.] Idem Gyraldus ubi supra.

³ Geminæ fuerunt & pares.] Vide infra in verbo, Invaluitque mos.

⁴ Cumque pecudes immolant.] Virg.

5. Aeneid. parentalia Anchise describens, ait,

Hic duo rite merolibens carchesia Baccho,
Fundit humi duo laicle nato, duo sa-
guine sacro,

Purpureoque jacit flores, &c.

⁵ Invaluitq. mos.] Plutar. in Numa, ubi & illud dicit, Superis imparia li- tari. Quod &c observans Servius in il- lud Virgilii lib. 6. Aeneidos, post justa Miseno peracta,

*Idem ter socios pura circumtulit unda.
&c.*

Aut sepius, aut re vera ter. Liceat enim à funere, contraxerit pollutionem: tamen omnis purgatio ad superos pertinet, unde & ait, imparem numerum: aut quia hoc ratio exigit lustrationis.

⁶ Et cum manes expiandi sunt.] Li- lius Gyraldus ubi supra.

¹ Cuinque in deorum sacris qui rem divinam facit, corporis prius ablutione purgetur: inferis qui funebria exhibaturus est, omissa ablutione, levi tantum spargitur raimo.

² Est tamen Fabii Serviliani pontificis maximi disciplina

Manibus atro die parentare nefas. Ludi seculares. traditum, ut atro die manibus parentare non liceret, ne infesti manes fierent: quia quum in his sacris Janum & Iovem præfari necesse sit, quem atro die advocare piacula re est, eo die solemnni precatione uti, & inferis sacrum facere vtabantur. ³ Hi tamen ludi ad Tarentum seculares dicti, qui non statu die, sed à prima origine singulis centum annis: ex præcepto Sibyllinorum carminum siebant, quorum ⁴ auctor Valerius Publicola fuit, qui primus cæsis atris

¹ Cumque in deorum sacris.] Et idem quoque Gyraldus ubi supra, nullo item auctore citato: sed id ipsum scribit Serv. in enarratione ejus loci l. 4. Æn.

Dic corpus properet fluviali spargere lympha.

In eum locum trahens & illum ejusdem operis lib. 6.

Spargens rore levi, & ramos felicis olive.
Et illum lib. 2. ejusdem operis,

— Donec me flumine vivo

Abluero. —

Quia sacrificantes, ut Servius ait, diis superis abluiebantur.

² Est tamen Fabii Serviliani.] Gyraldus ubi supra. Macrobius à me ante citatus lib. 1. Satur. c. 16. Sed & Fab. Servilianus Pont. in l. 11. negat opertore atro die parentare: quia tunc quoque Janum, Jovemque præfari necesse est, quos nominari atro die non oportet.

³ Hi autem ludi ad Tarentum.] Tarentum legendum est, ut supra diximus, & docet Martialis l. 4. epig. 1.

Hic colat ingenti redeuntia secula lustro

Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.

Et lib. 10. epig. 63.

Bis mea Romano spectata est vita Tarento,

Et nihil extremos perdidit ante regos.

Et Statii Sylvarum lib. 1. syl. 4.

Nec tantum induerint fatis nova secula crimen,

Aut insurati peccaverit ara Terenti.
Et Ausonii in Grypho ternario,

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo:

Qualia bis genito Thebis Trieterica Baccho.

Vide tamen Valerium Maximum, qui de his loquens Tarentum vocat l. 2. c. 1. ubi de Valesio quodam loquitur, viro locuplete & rustica vita, qui duobus filiis ægrotantibus & filia ad desperationem usque medicorum laborantibus, aquam calidam iis à foto petens, genibus innixus, lates familiares, ut puerorum periculum in ipsius caput transserrent, oravit: orta deinde vox est, Habiturum eos salvos, si continuo flumine Tiberis devectos Tarentum portasset.

⁴ Auctor *Valerius Publicola.*] Plut. in vita illius. Et ei, quod de Trinoctio dicit, astipulatur Valerius Maximus, & Ausonius ubi supra, & Horatius de his ludis loquens in carmine seculari,

*Certus undenos decies per annos
Orbis, ut cantus, referat que ludos,
Ter die claro, totiesque grata*

Nocte frequentes.

Nam, ut dicit Acron interpres ibi, Ludi seculares ternis diebus & noctibus agebantur, pro cultu Salis die, & nocte Lunes.

atris bobus, Diti maribus, Proserpinæ fœminis, trinoctio ludiōs ad Tarentum fecit. Proditur tamen decretum inter Pontifices, ut si defuncto cadaveri justa quispiam exhibere vult, & an humatum esset, in dubium veniret, satis habebant, si quibusdam sacris precationibusque exhibitis, glebam absenti cadaveri, aut terram injicerent, terque injecto pulvere, à labe erroris cadaver, manesque expiatos ducent: atque si operto huino cadavere, os exceptum fuisset, donec purgetur, inhumatum videri.¹ Est quoque notatum, in æde Libitinæ, ea quæ humandis corporibus usui sunt, Romanos venditare, qui nisi mense exacto, & vesperi ac Februario mense, mortuis dare inferias solebant.² Delphi vero apud aram Epitymbiæ Veneris manes evocabant, & defunctis parentabant: Græci autem paucis à morte diebus feralia litabant defunctis obsequia: observatumque ut reliquo corpore combusto, plerumque digitum, membra in ve, aut crines seponerent, quibus tanquam cadaveri justa persolverent & parentarent. Exteris vero gentibus diversa parentatio fuit.³ namque apud Platæenses manibus peremptorum civium dabantur inferiae, ut præcedente tibicine, vehicula multa lauro & myrto fusca, cum coronis sequantur, mox lactis, vini & olei libationes succedant: deinde purpuram indutus Princeps, cuius ductu res geruntur, exclusis servis, mactato ante pyram taurō, ubi Iovem & Mercurium adorasset, manes illorum qui pro patria ceciderant, ad cœnam advocet: postea craterem merum libans, se defunctorum manibus propinare asseveret: hoc modo illos, velut claro præconio excitos, expiari opinati. Achillis vero manes in Sigæo nisi nudos & unguentis delibutos circa sepulchrum decurrentes, nudos expiare

¹ Est quoq; notatum.] Plut. Probl. 22.

libationes, & elicere, & evocare consueverunt.

² Delphi vero.] Plutar. d. prob. 22. sic scribit, Delphis enim Epitymbiæ Veneris exigua sane statut posita offenditur, ad quas manus ad parentationes &

³ Namque apud Platæenses.] Id totum usque ad versic. Achillis vero, est Plutarchi in Aristide.

Albanii. piare compertum est. ¹ Apud Albanos, manibus defunctorum parentare, aut justa persolvere, nulli permittitur, quod defunctos humana ope putabant non egere. ² Eſſedones, purgatum defuncti caput inaurant, illique quotannis hostias mactant, & justa persolvunt. ³ Augilæ, qui ultra Cyrenem sunt, nullos deos, præter defunctorum manes, putabant, ab illis ubi tumulis incubuere, per somnia responsa accipere opinati. Ægyptii dum manibus defunctorum parentant, post preces oppleti lacrymis, tumulum amplexantur & coronant: ⁴ quibus mos erat, in insula quæ Abatos dicitur, ut si quo mersum in flumine cadaver non appareret, centum annis illi funus facerent & ita manes expiarent. ⁵ Delphi cum Pyrrhi tumulum nullo honore
Egypti.
Delphi. antea

¹ *Apud Albanos.*] Strabo libro Geographiæ 11. corum mores describens, sic ait, *Albani præcipue senecluſtem venerantur, non parentum modo, sed etiam cæterorum. Mortuorum curam habere, aut meminisse nefas est: nam cum mortuis pecunias defodiunt. Idecirco pauperes viriunt, cum patrimonium nullum habent.*

² *Eſſedones.*] Herodotus in Melpomene, ralibus eos moribus uti tradit, *Quoties pater alicui deceſſit, omnes ejus propinqui pecora adducunt, quæ ubi maledixerunt, concideruntque, concidunt & mortuum patrem inter illius, à quo convicio accipiuntur, commissisque carnibus convivium exhibent. Caput tamen defuncti denudatum, purgatumque inaurant, eoque pro ſiruſa chro utuntur, agentes illi quotannis maiores hostias ceremoniasque. Non diversa ab his tradunt Solinus c. 25. Pomponius Mela in princ. Geographiæ lib. 2.*

³ *Augilæ.*] Pompo. Mela Geographiæ 1. cap. 8. ubi Cyrenaica describit, *Augilæ, inquit, manes tantum deos putant, per eos dejevant, eos ut oracula consulunt precatique qua volunt, ubi tumulis incubuere, pro responsis ferunt summa. Solinus c. 44. quæ de Augulis scribit, sumpſit ex c. 8. lib. 5. Plinius.*

⁴ *Quibus mos erat.*] Servius in illud Virgilii l. 6. *Ancidos.*

Sic demum lucos Stygijs, regna iniziæ viris, Aspicias.

Seneca, inquit, de sacris Ægyptiorum scribens, refert, juxta Syenem, extremo Ægypti locum esse, quas Philas, id est amicas vocant: quia illic placata est Isis irata, quod membra Osiris mariti, non inveniebat: quæ inventa, quum sepelire veller, elegit vicinæ paludis, tutissimum locum, quem ad transiitum constat esse difficilem. Liuosa enim est palus, & papyris referta, ultra hanc brevis insula inaccessa hominibus: dicta ab hoc *Ægæa*. Hinc Lucan l. 10.

Hinc Abatos, quod nostra ruscat veneranda vetustas.

Hæc palus Styx vocatur, quod tristissimam transeuntibus affert: sane ad illam insulam, ab iis, qui sacris imbuti sunt, certis transitur diebus. Vicini autem populi cadavera suorum ad alteram regionem transferunt: sed, si quis in fluvio pereat, nec ejus inveniatur cadaver, post centum ei annos persolvunt officia. Hinc tractum est,

Centum errant annos, volitantque hæc littora circum.

⁵ *Delphi cum Pyrrhi.*] Pausanias in Atticis.

antea coluissent, postea cum didicissent illum contra Gallos pro Delphis adfuisse, Pyrrhi manibus in posterum parentarunt: Delii vero pueri & puellæ, Hyperborcis virginibus vita functis, tonsis crinibus parentasse dicuntur, quos fusis involutos, supra illarum monumentum puellæ deponunt, pueri vero in sepulchris. Getarum lex erat, *Getæ.* manes viri defuncti non aliter nisi morte uxoris expiari.

¹ Ad Terei sepulchrum si qui parentant, aut immolant, *Paren-*
tatio ad
Therei
sepul-
chrum.
² Romani vero floribus ornare sepulchrum, & sacrificio atque epulo defunctis parentare solent, nonnunquam thure & mero supplicare, *Roma-*
³ sine tibicine, quibus in acie cæsis, fuit tam ara quam annua parentatio constituta. Et tametsi mense Februario mortuis dare inferias consuissent, ⁴ Decius tamen & Brutus, contra majorum instituta, Decembri mense parentabant. Proditurque memoriam Trajanus imperator, in eadem domo qua Alexander Macco in ore sublatus fuit, ejus manibus parentasse, & sacrum fecisse. Maxima vero manuum evocatio ⁵ (Homeri testimonio) apud Avernū traditur finisse, in quo cæsis victimis, & carmine effuso, manes defunctorum ab inferis per diras execrationes eliciunt: *Mavii*
evoca-
tio ad
Aver-
nūm.

¹ *Ad Terei sepulchrum.*] Idem Geraldus supra sepius, nullo auctore laudato. Id autem est Pausaniae in Attica.

² *Romani vero.*] Ovidius lib. 2. Fastorum,

Est honor & tumulis animas placare pa-
ternis,

Parvaque in extrectas munera ferre
pyras.

Parva petunt manes, pietas pro divite
grata est

Munere, non avidos Styx habet ima-
deos.

Tegula porrectis satis est velata coro-
nis,

Et sparsæ fruges, parvaque mica salis.

Inque mero mollita Ceres, voleque so-
lute:

Hac habeat media texta relicta via.

Nec majora vero: sed & his placabilis
umbra est:

Adde preces positis & sua verba fa-
cies.

³ *Sine tibicine.*] Servius l. 11. Æn.

in funere Pallantis ibi,
It cœlo clamorque viuā, clangorque tis-
barum.

Ante enim, inquit, mortui ad tubam de-
ducebantur, citatque illud Persii sat. 2.

Hic tuba, candela, tandemque beatulus
alto Compositus lecto. —

⁴ *Decius tamen & Brutus.*] Textor in officina, Sacrificiorum & victimarum genera describens, cum Parentalia definit, sic ait, *Decius & Brutus pa-*
rentabant Decembri mense: quia Saturnus
consecratus est hic mensis, quem habent
in numero deorum inferorum,

⁵ *Homeri testimonio.*] Odyss. lib. 11.

I. Notæ

mox tenuissima effigie, & hominis simulacro sub noctem apparente, responso excepto super quo consulturi venerant, è conspectu imago in auras puncto temporis dilabatur.

Apibus in manum sacraribus & cœnis. Notatumque & illud, in deorum manium saceris & feralibus cœnis, præter lentes & offas, apium apponi, quibus qui sacris intererant, vescebantur. Neque solum spectacula & ludos, sed deorum sacrificia & manium parentationes, si quando minus rite exhibita, aut si non omnia justa & solennia servata essent, ex levibus omisis causis, aut plus justo servatis, secundo & tertio ac sèpius veteres instaurare & reficere confuesse.

¹ Notatumque illud.] Plinius libro 20. capite 11. Plutarchus in Titemone.

² Neque solum.] Hic omnino vide, quæ scripsi in Commentariis in 1. boves §. hoc sermone.

C A P U T X X V I I .

Quæ sacra expiationis causa à Romanis servabantur, & quibus ex causis fuerent, quæve apud exterios.

Sacra solennia & stata.

Intr plurima sacra quæ vetus religio habuit, ¹ quædam solennia & stata fuerunt, quæ eodem stylo modoque indici semper & servari, solita sunt, quorum ritus & cærimonias

T I R A Q U E L L U S.

¹ Quædam solennia & stata fuerunt.] Stata sacrificia sunt, quæ certis diebus fieri debent. Cato in ea, quam scribit de L. Vesturio, de sacrilegio commisso: cum ei equum ademit, apud Festum Pompejum, Tu, inquit, quod in te fuit, sacra stata, solennia sancta deseristi. Cicero lib. 1. Tuscula. quæst. Cum enim illud ad solenne & statum sacrificium currū webi ius esset. Et in Orat de Aruspicum responsis, Majores stata solennisque ceremonias. Ovid. l. 1. Fast.

Cum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur, inquit

Musa, quid à Fastis, non stata sacra petis?

Liuvius 3. Decad.lib. 10. Statius lib. 1. Thebaidos,

— Inde hæc sacra stata quotannis Solennes recolunt epn'æ. —
Særa stata (inquit Laëntius interpres) constituta, quæ differri nefas est: Stata ab eo quod stent, neque mutentur, neque differri possunt, ut Virgilijus 1. 8. Ænæidos.

Interea sacra hæc, quando hue venistis amici,

Annuæ, que differre nefas, celebrate faciun'es

Nobiscum, & jam nunc sociorum assutæ mensis.

Macrobius Satur.lib. 1.c. 16.

¹ Nulli

monias transgredi aut omittere,¹ nulli fas erat: ² siquidem si lapidibus pluisset, Novendiali semper sacro expiatum fuit. Hoc enim sacrum³ novein dies celebatur, ⁴ quod vel prætor urbanus,⁵ vel pontifex maximus ex senatus decreto indicebat.⁶ Idque vel cœlesti voce in Albano missa,^{Expixatio ubi lapi-}
 vel aruspicum monitu.^{dibus} Si vero cœlestes minæ terroresve,^{Ubi ex cœlo o-}
 aut tetra renunciarentur prodigia formidinesque, vel si terribilis species,^{stentia} aut quid novum & inopinatum oblatum es-^{appa-}
 set,⁷ ut cum duo visi soles,^{ruis-} facesve de cœlo colluxissent,^{sent.}
⁸ aut crinita sidera insigni novitate, vel igneus turbo, atque info-

¹ Nulli fas erat.] Ut patet ex eo loco Catonis, qui L. Veturio equum ademittit, quod ea sacra deseruisset.

² Siquidem si lapidibus pluisset.] Livius 1. Decad lib. 1. & 3. Decad.lib. 1. paulo ante fin. & iterum lib. 2. scribit, Præneste ardentes lapides cœlo cecidisse, iterum 3. 5. 6. 7. & 10. ubi ita scribit, Et in palat:o lapidibus pluit, id prodigium, moe patrio, novendiali sacro expiatum. Et 4. Decad.lib. 4. 5. 8. 9. Et 5. Decad. lib. 4. & alibi spe. Julius Obsequens Prodigiorum cap. 3. 33. 51. 52. & 54. & alibi spe. Appianus lib. 4. bellorum Civilium, Imbris lapidei è cœlo misi, continua fulmina in templis statuasque deciderunt.

³ Novensi dies celebatur.] Livius 1. Decad.lib. 1. Festus Pompejus lib. 12. ubi de Novendialibus feriis.

⁴ Quod vel prætor urbanus.] Sueton. in Claudio, cap 22. *

C O L E R U S.

* vide Gellium lib. 10. cap. 24. & Macrob. lib. 1. c. 4. & cap. 16. Nec tantum Prætor urbanus, sed etiam Consules pro arbitrio potestatis ferias indicere solebant: quinetiam Dictator aliquando feriarum constituendarum causa dictus fuit, teste Livio lib. 7.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ Vel Pontifex maximus, &c.] Livius 1. Decad.lib. 7.

⁶ Idque vel cœlesti voce.] Livius 1. Decad. lib. 1. Romanis quoque eodem prodigio Novendiale sacrum publice su-

scepsum est: seu voce cœlesti ex Albano monte missa (nam id quoque traditur) seu Aruspicum monitu: mansit certe solenne, ut quandocunque idem prodigium nunciaretur (scilicet cum lapides cœlo caderent) feriae per novem dies agerentur. Jul. Obsequens c. 3. eadem scribit. ⁷ Ut cum duo visi soles.] Liv. 3. Dec. lib. 8. Et Albæ duos soles visos referebant, & ejusdem Dec. lib. 9. cx 5. Dec. lib. 1. tres simul soles effulsiisse tradit. Julius Obsequens Prodig. cap. 41. 43. & 72. & tres simul apud cundem cap. 66. 127. & 129. Et Capena duas interdiu lunas orras tradit idem Livius 3. Decad. lib. 2. post princ. Obsequens cap. 30. Arimini tres lunas distantibus coeli regionibus exortas memoria prodidit. Appianus 1. 4. bello. Civil. Circa solem insolita apparuere signa.

⁸ Faceſve de cœlo colluxiſſent.] Livius 3. Dec. lib. 3. & 5. Decad. lib. 1. non ſemel, & iterum lib. 3. & 5. & 8c alibi spe. Jul. Obsequens cap. 69. 88. 113. & 127. Ovid. Metam. lib. 15. Sape faceſ viſe mediis ardere ſub aſtris.

⁹ Aut crinitaſydera.] Plinius 1. 2. cap. 25. Obsequens c. 127. Sueton. in Julio Cæſare cap. 88. Stella crinita per ſeptem dies continuo fulſit, exorienſ circa undecimam horam. Et Maro in laudein Cæſaris, illud videtur ceciniffe ecloga 9. quæ Mœris inscribitur.

Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum. Idem Suetonius in Nerone c. 36. Ner-

insolita mundi facies fulsisset, strepitusve armorum de cœlo auditus, & ingentibus procellis effusus imber foret, vel mixto sanguine Tiberis fluxisset, tectaque publica ædesve

minore sevitas seris, & in exte os grappa-
cū est. Stilla crinita, que summis poten-
tibus exitum portendere vulgo putatur,
per continua noctes oriri cōperat. Sene-
ca lib. Naturalium questionum 7. eo-
demque ultimo in quo agitur de Co-
metis, cap. 21. tradit hæc, Sex mensi-
bus hic cometes, quem nos Neronis princi-
patu lactissimo vidimus, spectandum se
præbuit in diversum illi Claudiu circumactum. Cornelius Tacitus lib. 14.
Sydus cometes effulgit, de quo vulgi opinio
est, tanquam mutationem Regis perten-
det. & lib. 15. Fine anni vulgariter pro-
digia imminentium malorum nuncia: Vis
fulgurum non alias crebrior, & sydus co-
metes sanguine illustri semper Neroni ex-
piatum. Dion in Vespasiano, Iis, in-
quit, qui de comite nescio quid inter se
colloquebantur, ait, Non mihi sed Par-
torum Regi mortem portendit: ille co-
matus est ego calvus sum. οὐαὶ γε το-
ποῦ, οὐαὶ δὲ φαλαρέες εἴητι. Albertus
Magnus lib. 1. Meteororum ubi hujus
rationem reddit. Lucanus lib. 1.

*Ignita obscuræ riederunt sydera noctes,
Ardentemque polum flammis, cœloque
volantes*

*Obliquas per inane faces, crinemque ti-
mendi*

*Syderis, & terris mutantem regna co-
nacten.*

Cicero lib. 2. de Natura Deorum,
Tum facibus vissis cœlestibus, tumstellis
bis, quas Graeci cometas, nostri ciuciunata-
tas vocant, que nuper bello Octavianoo
magnarum fuerunt calamitatum præ-
vincie. Virgil. lib. 2. Georg. in fin.

*Non alias, cœlo ceciderunt plura se-
reno*

*Fulgora, nec dili toties arfere come-
tae.*

*I Strepitusve armorum.] Virgilius
lib. 1. Georgicōn,*

Armarm sonitus toto Germania cœlo

*Audiit, insolitis tremuerunt metibus
Alpes.*

Ovidius lib. 15. Metamorphoseon e-
numerans prodigia, quæ ante eadem
Julii Cæsaris apparuerunt, inquit,

*Arma ferunt nigras inter crepitantia
nubes,
Terribileisque tubas, auditaque cornua
cœlo*

*Præmonuisse nefas: Solis quoque tristis
imago*

Lurida fullicitis præbebat lumina terris.
Appianus lib. 4. bellorum Civilium,
scribit hominum immanes voces au-
ditas, armorum strepitus, equorum
cursus, inspectante nemine, auditos.
Julius Obsequens cap. 105. scribit fre-
mitus armorum ex inferno auditos.

*2 Et ingentibus procellis.] Livius 1.
Dec. lib. 5.*

*3 Vel mixto sanguine.] Virgil. libro
Æneid. 12.*

*— Recaient nostro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes of-
fibus albent.*

Et idem de aliis fluminibus & lacu-
bus, ex Livio 3. Decad. lib. 2. post
princip. Nunciatum est, inquit, aquas
Cærete sanguine mixtas fluxisse, & 4.
Decad. lib. 3. scribit flumen Amiterni
cruentum fluxisse. Et 3. Decad. lib. 7.
de aqua Albana, que cruenta fluxit. &
eodem lib. Vulfinis sanguine lacum
manasse, & non multo post, Minturnenses,
terribilis quod esset, adjiciebant:
Sanguinis rivum in porta fluxisse. Et Ob-
sequens c. 30. ubi de fluvio Piceni.

*4 Tectaque publica.] Liv. 3. Decad.
lib. 4. scribit, atrium publicum in Ca-
pitolio, tectum de cœlo fuisse. Et ejus-
dem Dec. lib. 6. Murus ac porta tacte,
& Aritia etiam Jovis ædes de cœlo ta-
ctas fuerat, & lib. 5. murus turesque que-
dam Cumis non ita modo fulminibus, sed
etiam decussa.*

¹ ædesve deorum de cælo tacta essent, ² aut alia terribilia monstra & prodigia cælestia ostentantia minas apparet, his avertendis terroribus piacularibus sacrificiis factis ad placandas iras, ³ vel feriae indicebantur, ⁴ aut lectisternia tribus stratis lectis, ⁵ Jovi, Vulcano & Minervæ (siquidem hi jaëtus fulminum possidebant, ⁶ nonnunquam ludorum celebritate, decreto pontificum procurabantur.

⁷ Fiebant enim supplicationes cum solenni precatio*nibus* tota, circa omnia delubra phanaque & pulvinaria, in quibus honos diis dabatur: senatoresque & patricii ⁸ cum conjugibus & liberis, ⁹ plerumque coronati, nonnun*remoribus* ¹⁰ *sicut* *fieri* *rent*.

I. Aedesque deorum.] Idem Livius 3. Decad. lib. 1. ad fin. Aedem Spei, quæ in foro Olitorio est, fulmine iætam, & lib. 4. Aedem in campo Vulcani de cœlo tactam, & lib. 7. Minturnis ædem Jovis, & lib. 8. & 4. Decadis lib. 2. & 7. & lib. 9. ubi de æde Opis, & alibi sepiissime, & Obsequens cap. 71. de æde Saluris.

2. Aut alia terribilia.] Livius 3. Decad. lib. 10. post princ. & sape alias, aut si pestilentia grassaretur ex eodem 4. Decad. lib. 10. Aut si lacte plueret, ex eodem 3. Dec. lib. 7. Aut si luce tenebrae obortæ essent. 4. Decad. lib. 8. Et apud Obsequentem cap. 30. Aut stellæ per diem perpetuo apparerent, aut stellæ in longum productæ medio quasi aëre suspensæ, ex Herodiano lib. 1.

3. Vel feriae indicebantur.] Livius 4. Dec. lib. 10. Senatus consuit & Coss. edixerunt, ut per totam Italiæ triduum supplicatio & feriae essent. Et 5. Decad. lib. 2. Horum prodigiorum causa, res divinæ factæ, & supplicationum unum diem, feriaeque habita. Et 5. Dec. lib. 1.

4. Aut lectisternia.] Livius 1. Dec. lib. 5. ubi primum lectisternium factum est, & lib. 7. post princ. & 3. Dec. lib. 1. ad finem, & lib. 2. post princ. & de hujusmodi lectisterniis vide eundem 4. Dec. lib. 6. in princip. Et Valerium Maximum lib. 2. cap. 1. ubi de Valegio quodam loquitur. Et de P. Va-

lerio Publicola, qui primus Coss. fuit cum Bruto, fecitque lectisternium per trinoctium. Vide præterea Servium in 12. lib. Aeneid Virgilii, in eum locum, — *Et diri sacraria Ditis,* ubi sic ait, *Ieclisternia dicuntur, ubi in templo hominis sedere consueverunt.* Divini Augusti lib. C. vitatis 3. c. 17. & Censorium de die Natali.

5. Jovi, Vulcano, & Minervæ.] Livius 3. Dec. lib. 2.

6. Nonnunquam ludorum celebritate.] Livius 3. Dec. lib. 7. Et cum vis morbi nec humanis consiliis, nec ope divina levare, viciis superstitione animis, ludis quoque scenici, nova res bellicos populo (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia cœlestis ira placantis infirmi dicuntur. Et ejusdem Dee. lib. 7. ubi, ut prodigia, quæ nunciata erant, procurarentur, decretum fuit, ut C. Hostilius prætor ludos Apollinis, sicut his annis voti factique erant, voveret faceretque, & iterum eodem libro 7. & ejusdem Dec. lib. 10.

7. Fiebant enim supplicationes.] Livius 3. Decad. lib. 1. ad fin. & 4. Dec. lib. 10. & sape alias, & Julius Obsequens cap. 54.

8. Cum conjugibus & liberis.] Livius 3. Dec. lib. 2.

9. Plerumque coronati.] Livius 4. Decadis libro 4. cuius verba affremus infra & 1. 6. & 10. & 5. Dec. 1. 3.

quam omnes tribus & ordines, præcunte pontifice maximo, aliquando duumviris, præcedentibus pueris ingenuis & libertinis, ac virginibus patrimis & matrimis coronatis, vel² lauream tenentibus manu, ³ voce modulata pronunciantibus carmen, prælata pompa, frequentes supplicare, & pacem deum exposcere solebant. Græci vero si quando territi malis supplicabant, vetustum carinen inter vota precesque cani jubebant, hoc tenore: Beatorum antiquissima sanitas, in omni tempore tecum sum. ⁴ Quæ quidem pulvinaria apparatæ lecticæ divisorum erant, in quibus numina pro maiestate juxta aras sublimia extabant, ⁵ quibus fasciculi ex verbenis (struppi vocati) pro capitibus locabantur. Hæ quoque supplicationes, si quod justum bellum in exterias nationes indicetum, aut si pro aris focisque & deorum templis, ac solo patrio pugnandum foret, ut ea res populo Romano sociisque ac nomini Latino bene & feliciter eveniret, utque bonis auspiciis ac diis bene juvantibus arma suumerent. ⁶ Ac victoribus bello viris, ob res feliciter ductu

P. 1 Patrimis & matrimis.] Livius 4. Decad. lib. 7. post princ. Supplicatio earum religionum causa fuit, quibus Diis Deceniviri ex libris ut fieret, ediderunt. Decem ingenui, decem virginis, patrimi emnes, matrimique omnes, ad id sacrificium exhibiti, & Deceniviri laetentibus nocte rem divinam fecerunt. Patrimi & Matrimi dicuntur, qui patrem, aut matrem adhuc viventem habent. Julius Obseq. cap. 55.

2 Lauream tenentibus manu.] Liv. 4. Decad. lib. 10. Majores duodecim annis omni scionati, & lauream in manu tenentes dupliceverunt.

3 Voce modulata pronunciantibus carmen.] Livius 3. Decad. lib. 7. quo loco infra citabimus, & 4. Decad. lib. 1. Carmen præterea ab ter novenis virginibus cani per urbem jusserunt: donuimusque Junoni Reginæ fori.

4 Quæ quidem pulvinaria.] Servius libro 3. Georgicō ad finem, Pulvina-

ria, inquit, pro templis ponimus, cum sint proprie lectuli, qui sterni in quibusdam templis confuerant. Acron in Horatium lib. 1. Carm. 17. *Pulvinaria*, ait, dicebantur aut lecti deorum, aut tabulata, in quibus stabant numina, ut eminentiora videbantur. Solebant Rom. vel devictis hostibus, ut vidimus, vel quovis alio modo rep. bene gesta, & periculo propulsato, ad omnia pulvinaria deorum supplicationem decernere, atque aliquor dies festos latitia publica celebrandos indicere. Sic Cicero Catil. 3. *Quamobrem Quirites quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est, celebratote illas dies cum conjugibus & liberis vestris.*

5 Quibus fasciculi ex verbenis.] Festus Pompejus lib. 17. non adeo longe à fin. *Struppi*, ait, vocabantur in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus ponebantur.

6 Ac victoribus bello viris.] Quod exemplis postea probaratur.

ductu eorum gestas, in quibus grates diis agebant,¹ mulieresque eximios cultus, viri prætextas atque amplissima ornamenta sumebant, à senatu maximi muneris loco sæpe tributæ sunt,² modo plurium dierum, modo paucorum, prout magnifice gesta & prosperi successus poslubabant.³ Divo Julio in expeditione Gallica, contra quos supplicio multipli clade dimicatum est, ob claras pugnas quindecim dierum supplicatio decreta fuit.⁴ Et D. Brutus ob profligatum Antonium bello Mutinensi (quod antea contigit nulli) quinquaginta dierum supplicationes meruit,⁵ to.

⁵ Cicero quoque in senatu C. Octavio ob res feliciter gestas, per omnia tempora phanaque pariter quinquaginta dierum supplicationes decrevit.⁶ In quibus grandes natu matres manibus amplexæ, atque viri semotim coronati procedere, & cum bonis precationibus & faustis ominibus ad tempora convenire, & diis gratias agere solebant. In his quoque præcipue cives latari,⁷ quod vitu-

¹ Mulieresque eximios cultus.] Livius 3. Decad. lib. 7. & 8. dicit amplissima veste omni solutas metu, cum liberis, diis immortalibus gratias egisse.

² Modo plurium dierum.] Livius 1. Decadis lib. 3. ubi de supplicatione decreta ob victoriam L. Valerii & M. Horatii Coss. & lib. 5. ubi de supplicatione etiam decreta ob Vejos captos, & alibi sæpe, & videbis etiam ex seq.

³ Divo Julio.] Plutarchus in vita illius, Hec ubi Senatus renunciata sunt, per sacrificia indictasque secessantes, quindecim dierum supplicatio, quantum ulla in victoria nunquam superiori tempore obtigerat, diis immortalibus decreta est. Caesar lib. 2. belli Gallici in fin. Ob easque res ex literis Caesaris dies quindecim supplicatio decreta est: quod ante id tempus acciderat nulli. Sed & eidem supplicatio viginti dierum à Senatu decreta est, ut & idem scribit lib. 4. ejusdem operis in fin.

⁴ Et D. cius Brutus.] Legendum Decimus ex Appiano Alexandrino, qui id

refert lib. bellorum Civilium 2. & 3.

⁵ Cicero quoque in Senatu C. Octavio.] Cicero Antoniana 14. nomine trium Imperatorum Octavii Cæsaris, Hirtii & P. n. sc. Consulum, quinquaginta dierum supplicationes decrevit ob res in Antonium gestas. Appianus bellorum Civilium lib. 3. supplicationes ob res in Antonium gestas 50. dierum anniversariis Senatus habendis censuit, quod nec unquam bello Celtico, aut aliis in præliis decrevere Rom.

⁶ In quibus grandes natu matres.] Liv. 1. Dec. lib. 5.

⁷ Quod vitulæ dixerat.] Macrob. lib. 2. c. 2. auctoritate Titii & Vatronis. Nonius Marcellus, Vitulantes, inquit, veteres gaudentes dixerunt, dum abone vita commode: sicuti qui nunc est in summa letitia, vivere cum dicimus. Nonius Lyceugo, Ut in venatu vitulantes ex aviis locis nos mittant pœnis decoratos feris. Hæc Nonius. Festus lib. ultim. à vitulis deducit, qui summa in pratis lascivia exultant. Vitulans, inquit, latans

Vitulari. vitulari dixere, ¹ delubra patere, ² aras sacrificiis sumare, ³ honoreque ac donis cumulari, ⁴ nonnunquam vi-
Suppli- cationis num ⁵ & thus publiice dari legimus. Fuitque supplicatio aliquando prærogativa triumphi: nam quibus ob res bene gestas supplicationes decretæ sunt, haud multo post feliciter confectis bellis, à senatu speciosos triumphos datos comperimus. Observatumque ut quoties obsecrations, supplicationsque aut lecti sternia indicebantur, ⁶ à jurgiis & litibus temperarent, ⁷ vincitisque vincula demerent: & tametsi ob rei militaris facinora aut partam victoriam supplicatio

tans gaudio, ut prato vitulus. * Ennius, Habet is eorum vitulans victria. Quibus adde Plautum in Persa aet. 2. sc. 3.
Opes, spes boni, copias, commandanti tulens, vitulosque marito.

C O L E R U S.

* Reête, Sic Varro quoque sentit. Sic Græci dicunt μοχίαν.

T I R A Q U E L L U S.

1 Delubra patere.] Supplicationem solennem Romæ scribit Livius 3. Dec. lib. 2. Item 4. Dec. lib. 10. Ritus supplicationis in pestilentia describit Virgil. lib. 4. Æneid.

Principio delubra adiungit pacemque per aras

Exquirunt. —

Ubi Servius, *Delubrum*, inquit, dictum est, ut supra propter locum, in quo manus ablunatur, vel propter tectum conjunctum, aut lignum simulachrum, delubrum dici mus libro, id est, rafoligno factum: quod Græce ξύλον, dicitur. Macrobius lib. 3. cap. 4. Varronis auctoritate scribit, *Delubrum* alios existimare locum effe, in quo, prater ædem, si area assumpta: alios, in quo Dei simulachrum de dicatum sit. Ita dictum, quod in eodii ponantur: sicut candelabrum dicitur, ubi candela figurit. Cicero lib. 3. de Natura Deorum *Est mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris.*

2 Aras sacrificiis sumare.] Servius

in cum locum Virgilii ecloga 1.

— *Quastamnis*

Biffenos cui nostra dies altaria sumant.
3 Honoreque ac donis cumulari.] Liv. 3. Decad. lib. 7. Vide Gyralduin hist. Deor syntagmate 17. ubi de supplicationibus & lectisterniis.

4 Nonnunquam vinum.] Liv. 1. Decad. & lib. 10. Averuncorum causis supplicationes in biduum Senatus decrevit: publice vinum ac thus prebitum.

5 Et thus.] Plinius lib. 22. c. 24. ad fin. scribit thure & costo supplicari. Livius ubi supra.

6 A jurgiis & litibus.] Apud Ciceronem lib. 2. de legibus: *Iex est, Ferriis ju, gja amovento, easque in famulis, operibus paratis halent.* Sic lib. 1. de Divinat. se ira explicat, *Rebusque divinis, que publice fieri ent, ut saeverent linguis imperalatur: inque ferriis imperandis, ut lieibus & jurgiis se abstinerent, quod ad omnia pertinet.* Hincque illud Ovidii loquentis de sacrificiis lib. Fa storum 1.

Prosperalux oritur, linguisque annisque
que frvte:

Nunc dicenda bene sunt bona verba die.

Lite vacent aures, insanaque protinus absint

Jurgia, differ opus livida turba tuum.

7 Vnclisq; vincula demerint.] Livius 1. Decad. lib. 5. ubi de lectisterno primum Romæ facto loquitur.

1 Uni

plicatio decerni soleret duci absenti,¹ uni tamen Ciceroni *ciceroni.*
togato & præsenti, quod rempubl. è conjuratorum ma-
nibus eripuerat, & cives conservarat, supplicatio decreta
fuit. Estque animadversum, plerunque à matronis qui-
bus viri essent, Junoni supplicatum, primum in Capitolio, *Juno-*
deinde in mari proximo, unde hausta aqua templum & si-
mulacrum inspergebant.² Post aliquot vero ætates, de-
fluxis moribus, & collapsa disciplina militari, ob levif-
sumas sæpe causas & quæ ad rempubl. vix pertinerent, *ni.*
supplicationes decretas invenimus:³ quippe Neroni ob *Suppli-*
recitationem carminum in theatro, vel ob fugas civium *n. r. e. b.*
infandas, & ob publicas clades, quod sævitum esset in no-
xiorum bona, & levibus de causis, sæpe decrevit supplica-
tionem senatus. Nam quoties fugas aut cædes jussi et
Nero, toties diis grates habitas auctores referunt. Fuitque
ista vaga popularis supplicatio. Græcis autem ob prospe-
ros successus, & partam de hostibus victoriam, rarenter
supplicatio, sæpius epulum per singulas tribus publice dari,
& ludi indici solebant. Si cui tamen supplicatio pro insigni-
bus factis dabatur, apud Athenienses servatum est, ut vasa *Athen-*
aurea & argentea in pompis efferrent, & sacra decerne-
rent, quasi hoc magnificum laudationis munus foret.⁴ Si
vero

¹ Uni tamen Ciceroni.] Ciccr. in Catil. Orat. 3. Atque etiam, inquit, supplicatio diis immortalibus pro singula- ri eorum merito, meo nomine deo, et a est, Quirites: quod mibi primum post urbem conditam togato contigit: & his decretis verbis est, Quid urbem incendiis, eade cives, Italiam bello liberassim. Que supplicatio, si cum ceteris conseratur, Quirites hoc intersit, quod exstare bene gesta, hæc una conservata Republ. constituta est: Et in Pisonem, Mibi togato Senatus, ut multis bene gestæ, sed ut nemini, conservare Reipubl. singulare generis supplicationis deorum immortalium tempora patefecit. Et Antoniana 2. & 14. item in Catilin. Orat. 4. item pro Sylla.

² Post aliquot ætates.] Id pro-

bat ex sequentibus.

³ Quippe Neroni.] Hæc usque ad versic. Fuitque, sunt Cor. Taciti lib. 14. sæpe, & præsertim in fin.

⁴ Si vero seminatus.] Livius lib. 4. Decad. 1. obsecenos animalium, & errantes in alienos naturæ fœtus scribens, ait, Ante omnia abominati semi-mares, iusisque in mare extemplo deportari: sicut proxime C. Claudio, M. Livio Coss. deportatus similis prodigijs fœtus era: nihilominus Decemviri adire libros de portento eo iusserunt. Decemviri ex libris res divinas easdem, que proxime secundum id prodigium factæ essent, impetrarunt. Carnem præterea ab iter novenis virginibus cani per urbem iusserrunt, donecque Junoni Regine secesserit. Et lib. 9.

A a 3

Sub

Ubi monstra edita effent. Os bu-bonem aut lu-pum cellam Jovis ant Ca-pitol. ingres-sum. vero semimares, aut insoliti animalium partus, & alia monstra informia edita essent, jussu fœtu exportari, & in mare vel fluimen dejici, à ter novenis virginibus carmen per urbem canebatur, donum deinde Iunoni serebatur. ¹ Quod si bubo ² vel lupus cellam Jovis, aut Capitolium intraset, propter id prodigium, tedaë aut victimæ, nonnunquam sulfuris & ³ aquæ lustratione urbem aut Capitolium expiarunt, & lustrarunt, ⁴ quæ victima Amburbialis dicta. Licer singulo ⁵ perfecto quinquennio, per censores urbem lustrari

Ambur

bialis victimæ. Sub idem tempus & ex Umbria nunciatum est, Semimarem duodecim ferme annos natum inventum. Id prodigium abominantes, arceri Rom. agro, ne carique quam primum jusserrant. Semimares autem appellat his locis Androgynos, siue Hermaphroditos, qui scil. ambiguus, sive utriusque sexus sunt, ut declarat ipse Livius illo priore loco. Nam & hi primum pro prodigio & monstrorum habitu sunt, ut tradit Cicero lib. 1. de Divinatione, Quid ortus Adrogyni? nonne fate' e quoddam monstrum fuit? Plin. lib. 7. c. 3. Gignuntur & utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis halios, rursum vero in deliciis. Quod & ipsum iisdem verbis repetit Gellius libro 9. cap. 4. in fin. Nam & hos partus prodigiosos fuisse constat ex eodem Livio 3. Decad. lib. 7. ubi inter alia quedam prodigia id ponit. Et si nusse natum ambiguo inter marem ac foeminae sexu infensem, quos Androgynos vulgus, ut p'eraque facil' ore ad duplice verba Greco sermone app. ll. Et lib. 7. de simili partu loquens, Id vero aruspices ex Illetruria acciti, sedum ac turpe prodigium dicere: exirem agro Rom. p' ocul terræ cinta' tu alto mersendum, vicum in arcu condidere, proze. Elunque in mare projeccerunt. Decrevere item P'ntifices, ut virginis ter novene per urbem euntos carmen canerent. Et Julius Obsequens capite 81. Luna, inquit, Androgynus natus, precepto aruspicum in mare deportatus. Post-

ea vero desit id prodigium haberi necarieque, sed in deliciis haberit, ut diximus ex Plinio: hincque coepit est quæri, Utrum mas, an foemina existimandi sint: responsumque est, Ejus sexus esse existimandum, qui in eo prævalet. l. quæri. ur. ff. de statu hominum.

I Quod si bubo.] Plinius libro 10. cap. 12.

2 Vel lupus.] Livius 1. Dec. lib. 3. Lupos, inquit, in Capitolio visos ferunt & canibus fugatos: ob id prodigium lustratum Capitolium esse.

3 Et aque lustratione.] Ut infra in verbo, Sulphur, & iterum in verbo, Ova, & in duobus seqq.

4 Que viüima Amburbialis dicta.] Festus Pompejus lib. 1. Amburbialis, inquit, bestie diceb' intur, que circum terminos urbis Roma ducebantur. Gyraldus de Hist. Deorum syntag. 17. *

C O L E R U S.

* Idem Festus: Amtermia qui circa terminus Provinciae manent. Unde amicire, amburbium, ambarvalia, amplexus diela sunt. Sed Festi vindex Scal. ibi aliter legit, quem vide.

T I R A Q U E L L U S.

5 Perfecto quinquennio.] Asconius Pædianus 1. in Verrem act. quæ divinatio dicitur, Censores, inquit, completo quinquennio urbem lustrabant, & Solitaurilia sacrificia de sue, ova, tauri faciebant. Et de hujusmodi Solitaurilibus Cato rei Rusticæ cap. 141. non semel, ubi suovitaurilibus (sic enim ea sacra nominat)

Iustrari sue , ove & tauro, aut verre , & tauro , & ariete, qui circunducebantur , quæ Solitaurilia vocantur , inve-^{Soli-}
 niamus. In quo fuit constitutum , ut mensis Februario^{tauri-}
^{lia &} quo tempore urbs iustratur , ² Februo (qui iustrationi^{cornu-}
 præst) in primis litarent , & sacrum facerent: mox censor^{item}
 in magna ordinum frequentia deos imperii præsides solen-^{c.e.c-}
 ni precatione advocaret , ut rem Romanam , urbes , tem-^{monie.}
 pla , fines , aquas perpetuo servarent incolumes , & prospe-
 ros successus darent , dubiisque conatibus adessent: mala-
 que averruncarent , votaque in sequens iustum promit-
 terent : circumque urbis pomorum sereno cœlo pontifi-
 ces , flaminis , & omnes augures , sacrificuli & vates , Ve-
 stales virgines , galli sacerdotes , septem viri epulonum ,
 quindecim viri sacrorum , & salii , sequentibus patribus &
 omni

nominat) dicit immolari porcum , agnum & vitulum : docetque sacrificii ritum Varro lib. quoque rei Rusticæ 2. cap. 1. Et quod , inquit , populus Romanus cum iustratur , Sicut auribus ei cum- aguntur veres , aries , tauri . Dionysius Halicarn. Solitauribus , inquit , hostiæ tauri , aries , & bicus ter circumducte circum exercitum , Marti maclatæ sunt . Livius 1. Decad. lib. 8. Qui Julianus lib. 1. cap. 10. Festus Pompejus lib. 17. non longe à princip. tradit Solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem significare , tauri , arietis , verris : quod omnes ex solidi integrique sunt corporis . Pomponius Latus de Magistrat. Rom. Diomedes autem Charissius lib. 1. Artis Grammaticæ , Solitaurilia , ait , quidam putant dicenda à victimis sue , ove , & tauro : sed Valgini de rebus per epistolam quæfisis , Solitaurilia dicta ait esse , & à solis manibus sumptum esse : Hæc Diomedes. Glossarium : Solitaurilia dicitur è verbis κείνη ταῦρος . ubi legendum , en oves , κείνη .

I Quo tempore urbs iustratur .] Ovidius 1. 2. Fastorum statim post princip . Et Festus Pompejus lib. 6. ubi de Fe-

bruatio mensis . Varro lib. 5. de lingua Latina . Macrobius lib. 1. Saturnal . cap. 13.

2 Februo .] Macrobius ubi supra . Censorinus de die Natali , cap. 8. Divus Augustinus lib. 7. cap. 7. Civitatis Dei , Ideo , inquit , terminalia eodem mensis Februario celebrari dicunt , cum sit sacrum purgatorium , quid vocant Februums : unde mensis nomen habet . Ovidius loco supra proxime citato ,

Februa Romani dixerit piamina patres : Nunc queque dant verbis plurima signa fidem .

& paulo post , Denique quodcumque est , quo corpora nostra piariantur , Hoc apud intenses nomen habebat avos ,

Mensis ab his dictus : sancta quia pelle luperci

Omne solum iustrant , idque piamen habent .

Aut quia placatis sunt tempora plura sepulchris ,

Tunc cum ferales præteriere dies .

Omne nefas , omnemque mali purgamine causam ,

Credabant noſtri tollere possentes .

omni plebe,¹ Gabino ritu cum solenni precatione procederent. Cuinque in precationis carmine, quum lustrum conderet, antea rogaretur, ut dii immortales rem Romanam volentes propitiique propagarent, & ampliorem facerent: postea aucto propagatoque late imperio ad summum culmen, Scipio Æmylianus censor, in condendo lusto, non ut ampliorem facerent, sed tantum ut rem Romanam servarent incolunem, rogari jussit, tanquam ad ultimum amplitudinis proiecta esset. Mansitque diu mos, ut in omni precatione quam pro populo facerent, pro senatu quoque & Quiritibus precarentur: neque fas esset, in solenni prece sine altero alterum nominare: ² sicut Athenienses (ut refert Theopompus) quum vota diis effundarent, Chiis & sibi prospera precabantur, & in Panegyris, quæ singulis quinquenniis fiebant, per praecōnem sibi & Platæensibus bona precari usurparunt. ³ Deinde Philippo subirati, propter continuas clades & belli mala decreto sanxerunt, ut quoties sacerdotes prospera Atheniensi populo, sociisque & exercitui precabantur, toties Philippum, liberos, terrestres navalesque copias, atque omnem Macedoniam, exitiali carmine & diris imprecationibus dete-

¹ Gabino ritu.] Livius 1. Dec. lib. 8. devotionis faciendæ ritus scribens, de Decio Cos. ait, *Ipsè incinctus cinctu Gabino, armatus in eum insiluit: ac se in medios immisit.* Lucanus Pharsalia lib. 1. Romanorum morem in urbis lustratione graphicè describens, sic inquit,

Mox jubet, & totam pavidis à civibus urbem

Ambiri, & seculo purgantes mœnia lustro,

Longa per extremos pomœria cingere fines.

Pontifices sacri, quibus est permissa pontestas,

Turba minor sequitur ritu succincta Gabino:

Vestalemque chorum dicit vittata sacerdos,

Trojanum felicem cui fas vidisse Minervam.

² Sic! Athenienses.] Herodotus lib. 6. scribit, Athenienses sibi & Platæensibus bona precari solere.

³ Deinde Philippo.] Livius 4. Decad. lib. 1. De Atheniensibus loquens, Sacerdotes, ait, publicos, quotiescumque pro populo Atheniensi, sociisque & exercitibus, & classibus eorum precarentur, toties detestari atque execrari Philippum & liberos ejus, regnumque, terrestres navalesque copias, Macedonum genus omne, nomenque. Nec hic omittendum quod etiam de Lacedæmoniis tradit Plutarchus in antiquis eorum institutis, illos suis precibus adjicete solitos, ut injuriis quoque affici possint. Preces autem ipserum esse, ut ex bonis actionibus bona darentur, & nihil aliud.

detestarentur.¹ Nero tamen dum Isthmi opus auspicatur, ^{Nero.} in præfationis carmine sibi tantum & populo Romano bona precatus fuit, dissimulata senatus mentione.² Utque ^{In lu-}
^{stros pu-}
^{blicus} luctum fieret, publicus luctus populo minueretur,^{luctus}
^{quia in publica lætitia illuvie & luctu fœdari non decebat.} ^{minnu-}
^{tus.}
³ Sulphur quoque lustrationibus adhiberi plerique volunt.^{Sulphur}
^{fuit enim religiosum, maximeque valuit procurandis reli-}
^{gionibus, ad expiandas suffitū domos, quæ lustratio in re-}
^{bus pluribus siebat ob incolumentem:} ⁴ nam vitula præ-
^{cedente, aut agna coronata, messis, ager, fundus, terra,}
^{grex vel pecus} ⁵ ter circunlustrabatur, prosequente agre-
^{stium turba cum fistula solennique psaltatu & clamoribus,}
^{deum deamve cui sacra fiunt, invocante, uti morbos, va-}
^{stitudinem, calamitates & intemperies prohiberent, fru-}
^{mentaque grandire & bene venire finerent, pastores peco-}
^{raque servarent.} ⁶ Quod quidem ambarvale sacrum etiam ^{ad tu-}
^{tutan-}
^{Ambar-}
^{russe}
^{sacrum}
^{ad tu-}
^{tandū}
^{impe-}
^{riūm.}

¹ Nero tamen.] Corn. Tacitus I. 16.

² Utque cum lustrum fieret.] Fest.

Pompejus lib. II. Minuciatum, inquit, populo luctus edis dedicatione, cum à Censoribus lustrum condebatur, cum votum publice suscepimus sollebatur.

³ Sulphur quoque lustrationibus.]

Dioecorides lib. - cap. 78. Plinius libro 35. cap. 15. auctor est, sulphur habere in religionibus locum ad expiandas suffitū domos. Proclus nobilis Platonicus scribit in lib. de sacrificiis, Sacerdotes in purificationibus, uti solitos sulphure, atque asphalto, hoc est, bitumine, aqua marina aspergentes: quoniam (*ut ille inquit*) purificat sulphur propter odoris acumen, aqua vero marina propter igneum portionem. Apuleius triplicem in sacrificiis purgationem signat. Ibidem, inquit, simulachris rite dispositis, navem faberrime factam, picturis miris circumscripta variegatam, summus sacerdos teda lucida, & ovo, & sulphure, solennissimas preces de casto præfatus ore, quam purissime purificatam, deo nuncupavit dedicavitque.

Ovid. Metam. lib. 7.

Terque semen flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.

Tibullus lib. I. eleg. 5.

Ipsèque ter circumlustravi sulphure puro,

Carmine cum magico preceinuisset annus.

Et Propertius lib. 4. eleg. 9.

Imperat & totas iterum mutant lacer-

nas,
Terque meum tetigit sulphuris igne caput.

Juvenalis satyra secunda, quem infra citabimus, cum de triplici animarum purgatione agetur. Et diximus etiam in nostris Commentariis Nobilitatis, cap. 21. num. 199. incip. & cum sulphur. & vide etiam infra ibi, Ovo. ubi de ovo & duobus seq.

⁴ Nam vitula præcedente.] Servius in Virgil. eclogam 3. ibi,

Cum faciam vitula pro frugibus, ipse ve-

nito.

⁵ Ter circum lustrabantur.] Supra in verbo, Sulphur quoque.

⁶ Quod quidem Ambarvale sacrum.]

Supra lib. 3. c. 12.

tutandis imperii finibus fiebat. Primus enim imperii finis, festi locus, ad quintu[m] sextu[m] lapidem ab urbe nota-
 batur: mox Lavini, ubi diis patriis Romani reges pro salu-
 te urbis sacrum facere asluerant. Postea Anco regnante,
 usque ad mare imperium prolatum. Ostiaque in ora Ti-
 beris condita. Tempore deinde procedente, longe dilato-
 au[er]toque imperio, post magnos progressus aliis in locis,
 ubi fines Romani imperii erant, Pontifices uno simul tem-
 pore velut in patrio solo sacrum concelebrarunt, & ambar-
 valem victimam fecerunt: ² donec Romani imperii termi-
 nus à Gadibus ad mare rubrum & Oceanum, & ab oriente
 ad Euphratēm, quo Lucullus processit, & Oluros, quo du-
 ctu[Pompeii Magni] Romana signa illata sunt, imperii ter-
 minus propagatus fuit: à meridiano vero ad tractum Li-
 byæ, & à Septentrione ad Rhenum & Istrum, qui quidem
 latius processerunt, ³ quam Cyri imperium fuisset traditur,
 cujus regnum terminos habuit ab oriente mare rubrum, à
 Septentrione Pontum Euxinum ab occidente Cyprum &
 Ægyptum, à meridie vero Æthiopiam. ⁴ Si tamen ager
Agric. lustrandus foret, ita lustrabatur, ut Iunoni & Iano vina li-
 barent prius, mox Martem patrem, ut sciens volensque
Graeci. propitius adesset sibi & familiæ, advocarent, agrumque
Catulli. perfecto sacrificio lustrarent. ⁵ Apud Græcos urbs exem-
 ple Epimenidis lustrabatur, ut binas oves nigri & candidi
 velleris ex urbe pagove, quo ire vellent, liberas diuinitte-
 rent, subsequitis custodibus, qui illas ubiunque accubuis-
 sent, benefacienti deo immolarent. ⁶ Gallis vero lustran-
 di ur-

¹ Ab urbe notabatur.] Strabo li-
 bro 5.

² Donec Rom. Imperii.] Appianus
 in Proœmio historiæ Libycæ.

³ Quam Cyri Imperium.] Xenon-
 phon Pædix Cyri lib. 8.

⁴ Si tamen ager lustrandus foret.] Id
 Catonis est rei Rusticæ cap. 141. Vir-
 gil. 1. Georg.

Et cum lustrabimus agros.

⁵ Apud Graecos.] Gyraldus Syntag.

17. nullo auctore citato.

⁶ Callis vero.] Idem Gyraldus eo-
 dem libro nullo item auctore citato:
 sed est ex Luctatio interprete Statii
 lib. 10. Thebaidos in eum locum,

— Et tandem matri data flere poten-
 tes:

Lustralemne feris ego te puer inclyte
 Thebis,

Devotumque caput, vilis ceu mater ale-
 bam?

Lustrare

di urbem usus erat, ut hominem purioribus cibis anno saginarent, ac festo die urbe tota circunducuntum, extra pomœrium educerent, eumque mox lapidibus obruerent.

¹ Si autem oves lustrarentur, observatum est, ut pastor summo diluculo aqua illas inspergeret & sulphure, herbaque Sabina & lauro igne succensis, circum ovilia suffunigaret: cumque sacro carmine, milio & libo cum lacte & sapa Pali sacra ficeret: quo suffitu pecora expiari, & morbos depelli, ac diras tabes exterminari putarunt. ² Quod si exercitus lustrandus esset, is instructus, præcedente sue aut hircu, ove & tauro, in campo Martio lustrabatur, armatosque milites, pedites equitesque lauro coronatos rem divinam & lustrale sacrificium facere oportebat ³ sub divo, ut fuit à Servio institutum, qui hoc lustrationis genus invenit prius: ⁴ quem diem Arnilustrum nuncupant: ⁵ in quo id magnopere

Exercitus.

Arni-
lustrum.

Lustrare civitatem, inquit, humana hostia Gallicus mos est: nam aliquis de gentissimis pollicebatur premiis, ut se ad hoc venderet, qui anno toto publicis sumptibus alebatur purioribus cibis: denique certo & soenni die per totam civitatem duetus ex urbe, extra pomeria saxis occidebatur à populo.

¹ Si autem oves lustrarentur.] Idem Gyraldus ubi supra, sed nullo auctore citato verum hæc usque ad versi. Quod si exercitus, sunt Ovidii l. 4. Fast.

Pastor oves saturas ad prima crepuscula lustrat:

Unda prius spargat, virgaque zerrat humum.

Frondibus & fixis decurrent ovilia ramis,

Et tegat ornatas longa corona fores.

Cerulei siant puro de sulphure sumi,

Tectaque sumant sulphure balet ovis.

Ure marii rores, tidiisque hirbasque Sabinas,

Et crepet in mediis laurus adusta foci.

Libaque de milio millii fiscella sequatur,

Rustica precipue est hic dia leta cib.

Adde dapes multramque suas, dapi-

bisque refectus

Sylvicolam tepido lacte precare Palam.

Ad id quoque pertinet quod Tibullus lib. 1. eleg. 1. scribit,

Hic ego pafloremque meum lustrare quotannis,

Et placidam soleo spargere lacte Palam. Et ad id quoque quod de sapa etiam hic dicitur, est ipsius Ovidii non adeo longe ab his, quæ ex illo supra diximus.

Quæ precor, eveniant: & nos faciamus ad unum

Pastorum dominæ grandia lib. 1. Pali. His dea placanda est, haec tu conversus ad ortus

Dic quater, & vivo perlue rose manus.

Tunc licet apposita veluti craterem camelat,

Lac nitrum potes, purpureamque sapam.

² Quod si exercitus lustrandus esset.] Gyraldus ubi supra. At id est Livii 1. Decad. lib. 1. in regno Servii Tulli, & Dionisi Halicarnassæ lib. 4.

³ Sub divo.] Plutar. in Bruto.

⁴ Quem diem. Arnilustrum.] Varro libro 4. lingua Latine hoc nomen ab ambitu lustri dictum existimat, quod ibi circunferetur pompa & equi curserent.

pere servatur, ut qui hostias ducunt, elegantur bonis nominibus, inde certa omnia & felices successus toto exercitui captantes. ⁶ Mansitque constitutum, ut quum exercitus & castra lustrabantur, triticum militibus pro cuiusque contubernio daretur, & singulis drachmæ, muneraque & donatiuum, votaque in proximum lustrum exolvenda duces promitterent. ⁷ Macedonibus vero inter divisam hostiam, priorem ad dexteram, posteriorem ad laevam viæ, aut discissæ canis viscera, armatas copias & exercitum traducere, instructo paratoque milite præcedere, & simulacrum pugnæ edere: cumque cohorte regia, & omni beli apparatu, arma ab ultima origine regum proferre, & sacrum particulare facere, lustrandi mos fuit. ⁸ Xerxes autem milite detrectante militiam, in duas partes dissesto, exercitum traduxit, & hac victima execrabilis milites lustravit, & crimina expiavit. ⁹ Si vero classes navalesque copiæ lustrantur,

rerent. Aliter Plutarchus in Romulo. Adde Paullum apud Festum, & ejus castigatorem doctissimum Jos. Scaligerum. Glosse: *Armilustrum ὁ τολματικὸς, ἐπηρεαστικός.*

⁵ In quo id magnopere servatur.] Cicero I. 1. de Divinatione, in lustranda colonia ab eo qui eam dederet: & cum Imperator exercitum, Censor populum lustraret, bonis omnibus, qui hostias adducerent, elegabantur.

⁶ Mansitque constitutum.] Plutarch. in Bruto.

⁷ Macedonibus vero.] Id usque ad veric. Xerxes autem est Livii 4. Dec. lib. 1. & Quinti Curtii lib. 1. Macedonum, inquit, Reges ita lustrare soliti erant milites, ut discissæ canis viscera ultimo in campo, in quem deducetur exercitus, ab utraque abjecerentur parte. Intra id spatum armati omnes starent, bine milites, bine equites, illinc phalanx.

⁸ Xerxes autem.] Herod. lib. 7. scribit quod cum Pythius Lydius, cœlesti ostento perterritus, à Xerxe petiisset inilitia vacationem pro suo filio natu-

maximo: is ob id admodum indignatus, jussit eundem filium discindi medium: ejusque discissi dimidium ad dexteram viæ, & dimidium ad sinistram disponi, illaque exercitum transire.

⁹ Si vero classes.] Idem Gyraldus ubi supra, & in libro de Navigijs. Sed id est ex Livio 3. Decad. lib. 9. sic scribente, Ubi illuxit: Scipio è pratoria nav., silencio per praenarratio, Dii deinceps, inquit, qui maria terraque colitis, vos precor quesoque, que in meo imperio gesta sunt, geruntur, postque gerentur: ea mibi populo, plebique Romane, sociis, non minique Latino, qui populi Romani, qui que meam sectam, imperium, auspiciorumque terra, mari, amibusque frumentur, bene certant: taque vos omnia bene juvetis: bonis auxiliis auxitis: sed vos in columnaque viæ perduillionibus, victores spoliis decoratos, præda onustos, triumphantesque mecum domos redites statim: inimicorum hostiumque uelserndorum copiam saxis, queque populus Carthaginensis in civitatem nostram facere molitus est, ea ut mibi populoque Rem. in civitatem.

rentur, disposita classē in litore, aram quae mari abluebatur, construere convenit: in qua sacerdotes victimas cæderent, mox circumstante exercitu, cæsam victimam atque exta per classem in litore dispositam naviculis circumferrent, cum solenni carmine & precatione, ducibus una insidentibus in scaphis: divisæque hostiæ partem in mare cum visceribus porricerent, partem vero flammis adolerent, e modo classem lustrari, & calamitates depelli opinati.¹ Rogus quoque militari more lustrabatur, ut instructæ armataque acies ter circum incensam pyram, ubi defunctos in acie creimabant, arma quatentes cum luctu & lamentibili carmine, nunc frena & balteos, nunc galeas & cristas, sappiuses & arma spoliaque in ignem mitterent, & cum

tripu-

vitatem CARTHAGINENSIA exempla edendi faciunt detis. Secundum eas preces cruda exuta casa victimæ (uti mos) in mare proiecit, tubaque signum dedit proficiendi. Ita enim vulgo legitur: sed ego non proiecit legendum puto, sed porricit: per ea, quæ alibi de porriciendi verbo diximus. Sed & de hujusmodi classium lustratione. Appianus I. 5. bellī Civilis, Caesar classis exercitum hoc modo purgavit, Altaria primum maris in littore sita alludentur undis, multitudo omnis circumquaque magno silentio per naues assidet: Sacerdotes in mari considentes sacra faciunt, terque per exercitum scaphis circumvesti, purgamina sacra deferrunt, ducibus una adnavigantibus & purgamina extollentibus, ut ab exercitu infelicia quaque depellant. Dividentes deinde ea, parrem in mare porriciunt, partem altaribus impositam flammis adolerent, ac protinus multitudo omnis ea benedicit. Sic Romani lib. 5. Aeneidos,

Dit quibus imperium felagi, quorum
a quara curvo,
Pobis letus ego hoc carentem in littore
taurum
Constitutam ante aras votireus, extaque
salsos

Porricias in fluctus, & vina liquentia fundam.

I. Rogus quoque militari more lustrabatur. Hec omnino sunt Virgilii I. II.

Aeneidos, cuius hæc verba sunt,
Ter circum accensos cincti fulgentibus
armis

Decurrere rogos, ter maxtum funeris
ignem

Lustravere in equis, ululatusque ore de-
dere.

Spargitur & tellus lachrymis, spargun-
tur & armæ.

It cœls el. morque virum, clangorque tu-
barum.

Hinc alijs spolia occisis direpta Latinis
Conjiciunt igni, galeas, ensesque decoros,
Frænaque, serventesque rotas: pars, mu-
nera nota,

Ipsorum clypeos, & non felicia tela
Multæ brum circa maclantur corporæ
morti.

Setigerisque fues, raptaisque ex omnibus
agris

In flamman jugulant pecudes: tum lit-
tere toto

Ardentes spectant socios, seminataque
servant

Busta: neque avelli possunt, nox humida
donec

Inverrit cœlum stellis ardentibus a-
ptum.

tripudiis decurrerent: hostiisque ad rogum immolatis, inferias occisorum manibus darent: flammaque extincta, occisorum cineres multo arenæ aggere cumularent, quium tot urnæ singulis non sufficerent. ¹ Curias quoque & populum purgari accepimus, ut excerptum vitulum ex fordæ bovis immolatae utero (² sicut in Fordicidiis mos est) per vestalem natu grandiorem igni comburerent, exque illius cinere, & equi sanguine, adustisque fabarum stipulis suffimen fieret, quo populus & curiae Palilibus purgantur: quod quidein in templo Vestæ præcipua cura ad dubios casus & incerta fortunæ servabatur, hoc modo ab infortuniis populum universum expiari putantes. ³ Præter quæ, Tubulustria veteres celebrarunt, diebus quibus Martio mense tubæ sacrorum in atrio Saturio lustrabantur. Somnia fascinantia. quoque meticuloſa & curas, fluminis ablutione purgari, & fascinationes, ⁴ saliva jejuna repellri, veteri superstitione creditum est. ⁵ Apud Athenienses & Lydos sacrum pia culare fit, ut conciones, theatra & populum minutis porcellis lustrent per peristarchos, & ita calamitates averte-

rent

¹ Curias quoque & populum purgari.] Supra c. 25. ex Varrone. Ad illas aurem lustrationes adde & domorum lustrationem fieri solitam aqua pura & olivæ frondibus, ut satis colligitur ex illo loco Virgilii lib. 6. Æncidos, Spargens rore levì & ramo felicis olivæ.

Iustravitque domos. —

Ubi & id annotavit Donatus, ubi & hac lustratione dicit homines & claves, & cætera omnia purgari & expiari. De urbis lustratione diximus supra ex Lucano.

² Sicut in Fordicidiis.] Diximus supra cap. 25. non adeo longe à fin.

³ Præter quæ, Tubulustria.] Varro lib. 5. de ling. Lat. *Tubilustrum*, inquit, appellatur, quod eo die in atrio futurio sacrorum tubæ lustrantur. Ovidius lib. 3. Fastorum,

Summa dies è quinque tubam iustrare canoram

Admonet, & fortis sacrificare deæ.

Et l. 5. legend. *tubilustria* dicunt. quod supra etiam indicavi. Vide Sealign. ad Festum.

Proxima Vulcanilux est, quam lustræ dicunt:

Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Festus Pompejus lib. 18. Ex quibus intelliges nonnullos hæc *Tubilustria* vocare. Et de his quoque diximus supra lib. 2. c. 22. ad fin. & iterum l. 3. c. 6.

⁴ *Saliva jejuna repellri.*] Plinius libro 28. cap. 4.

⁵ *Apud Athenienses.*] Cælius Rhodiginus lib. 6. cap. 12. & lib. 27. c. 17. ubi sic scribit, *Morem quippe Athenis suisse prolunt, conciones expurgandi atque theatra, & omnino quemlibet populi conventum. Id vero minutis fiebat porcellis, quos nominabant Catharsia. Ejusmodi obibant munus, qui dicebantur à collustratione Peristiarchi.*

⁶ *Et Lydos.*] Herod. lib. 1.

¹ *Siqui-*

rent & averruncarent. Sed quod est de sulphure dictum, idem de lauro & verbena compertum est: <sup>Sulphur
in sa-</sup> siquidem ver-
^{benas.}
bena & laurus suffitionibus frequens fuit, propter religio-
nem animo incusam, quod qui aliquo esent piaculo pol-
luti, saepius sulphure, nonnunquam aqua, ^{Lau-} ovo, igni,
^{rus.}

ver-

1 *Siquidem verbena.*] Terentius in Andria act. 4. scena item 4.

— *Ex arabi fine verbenas tibi,
Atque eas substerne.* —

Ubi Donatus interpres, *Verbenæ quasi herbenæ, redimicula sunt ararum.* Et paulo post, *Verbenæ sunt omnes herbæ, frondesque festæ ad aras coronandas: vel omnes herbæ frondesque ex aliquo loco purro deceptæ.* Et Virg. eclog. 8.

Verbenæ adole pingues, & mascula thura,

Et lib. 12. Aeneid. ibi,

— *Et verbena tempora vindi.*

Ubi Servius, *Ablusive Verbenas vocamus omnes frondes sacras, ut est laurus, oliva, vel myrtus: citatque illud Terentii supra adductum. nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit. Et Horatius lib. 1. Cat-minum Ode 19. de Glyceria,*

*Hic virum milii cespitem, hic
Verbenas prieri posite, thuraque
Binis cum patera meri,*

Macrata veniet lenior hostia.

Ubi Acron, *Verlena, inquit, aut terra virens, aut cespes ad sacrificium.* & Ode 11. lib. 4.

— *Ara castis*

*Vincta verbenis avet immolato
Spargier agno.*

Ubi idem Acron, *Verbenæ sunt omnes herbæ, frondesque festæ ad aras coronandas: dictæ quasi herbenæ.* Est autem Verbena (ut scribit Plinius l. 22. c. 2.) gramen ex arce cum sua terra evulsum. Hac utebantur legati cum ad hostes clarigatum, id est, res raptas clare repetitum, mittebantur. Hac Jovis mensa verrebatur, domus purgabantur, ac lustrabantur, ut scribit idem Plin. lib. 25. c. 9. Dioscorides autem ante Plinium lib. 4. cap. 56. dicit quod iegæ

Colârū dicta est. id est, sacra verbenæ. quod scilicet, ut omnes tradunt, ad amuleta & expiations commendetur. Sed & ex Aulejo Apolog. 1. & Metam. lib. 11. perspicue intelligitur Verbenæ usum esse in sacris. Quintus Curtius lib. 4. scribit, Verbenas in auguris manu præferti dum litaret, his verbis, *Alexander non alias magis teritus, ad vota & preces Aristandrum vocari jubet.* Ille in candida veste verbenas manu præferens, capite volato precebat preces Regis, *Jovem, Minervam, Victoria* & propiciantis.

2 *Et laurus.*] Plinius lib. 15. cap. 30. eodemque ult. & Festus Pompejus libro 10. ubi loquitur de laureatis militibus & Juvenalis quo loco quem tibi infra citabo.

3 *Nonnunquam aqua.*] Virg. d.l. 12.

— *Alii fontemque ignisque firebant.* Ubi fontem pro aqua posuit, ut & ibi annotavit Servitus.

4 *Ovo.*] Ova adhiberi in lustrationibus, sacrificiis & expiationibus, multorum testimenti docemur. Ovidius lib. 2. de Arte,

Et veniat, que lustraret annus leclumque locumque:

Præferat & tremula sulphur & ova manu.

Et Juvenalis sat. 6.

Grande sonat, metuique jubet Septembri & Austri

Adventum, nisi se centum lustraverit ovis.

Hincque Lucianus in dialogo, cui titulus est, *κατάπλευ τοπογραφίαν*, dixit τὰ ἐν τῷ καταποτῶν ὥα, id est purgationum ova: ostendens ova esse. Apulejus libro 11. dicit, sumimum sacerdotem Isidis teda lucida, & ovo, sulphure, solemnislimisque precibus in navis expiatione

Tres purgandi species. verbena & lauro expiantur,¹ Tres enim istæ species veteribus fucro usu frequentes: aut enim teda & sulphure purgari, vel aqua ablui, vel aëre ventiali solebant,² quod Homeri testimonio à Græcis servatum legimus: apud quem Ulysses cædem procorum igne & sulphure expiari jussit.
Odyss. 21. circa saec. ³ & Orestes aqua, quæ septem fluminibus confundebatur, ablutus, dimisit furorem:⁴ quam marinam esse convenit, quum propter vim igneam magnopere purgationibus contentanea putetur: nanque mari sæpe expiantur quæ violata sunt.⁵ Troëzeni quoque ut à materna cæde Orestem expiarent, ex Hippocrene aquam adhibuerunt. Inter reliquas vero expiations proditur rarum expiandi genus, ut qui deos sibi iratos & nunquam propitos cerneret, linteatus lucernam & laurum manu tenens, genibus obrepere debeat,

piatione usum fuisse quod jam supra diximus. Cælius lib. 27. cap. 17. hujus rationem reddit.

I. Tres enim istæ species.] Hæc usque ad vers. *Quod Homeri.* sunt Virgilii libro 6. Æneidos, ubi Anchises de animarum purgatione poëtice respondet Æneas filio,

— Aliæ panduntur inaneis

Suspense ad ventos: alit sub gurgite vaso

Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Nam, ut scribit Servius ibi, *In sacris omnius triplex est hominis purgatio:* aut teda purgantur & sulphure, aut aqua abluntur, aut aëre ventilantur. quod erat in sacris Liberi. Hoc enim est quod inquit Virg. lib. 2. Georg.

Et te Bacche vocant per carmina leta, tibique

Oscilla ex alta suspendunt mollia pī- mu.

Nam, ut ibi inquit Servius, per oscilla genus purgationis, quod maximum est, intelligimus. Id autem quod apud Iuvenalem tangitur sat. 2.

— *Quoties hic talis ad illos*

Umbras venit, cuperent lustrari, si qua darentur

Sulphura cum tedi, & si foret humida laurus.

Subditque Servius Virgilium in illo loco bonum ordinem executum fuisse: ut ante aériam, inde aquam, post ignis diceret purgationem. Sed & idem Servius enarrans d. locum lib. 2. Georg. dicit, *Sacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere.* Omnem item purgationem, aut per aquam, aut per ignem, aut per aërem fieri.

2 Quod Homeri testimonio.] Lib. sci-lit 22. Odyssæ ad fin.

Oīσες δέεισν γέννα κακῶν ἀντίσ., οἵσε δέ μετ πῦρ,

"Οφεξ δεειών μέγαρον. Id est, Porta sulphur annus malorum medelam, porta au' em mibi ignem. — *Ut sufficiat donum.* —

3 Et Orestes aqua.] Pausanias 1.2.

4 Quam marinam esse convenit.] Cicero in Oratione pro Sexto Roscio, Mare, inquit, quo omnia, que violata sunt, expiari putantur. Et vide omnino, quæ de hoc scripsimus in nostris Comnenariis de Nobilitate cap. 31. num. posterioris editionis 589. incip. *Præfertim autem.* & num. seq.

5 Troëzeni.] Pausanias d. lib. 2. qui Corinthiaca inscribitur.

I Ipsam

debeat, & vocibus acclamare, numinaque sibi irata palam profiteri. ¹ Ipsam vero laurum, quin suffitionibus & magicæ adhiberetur, accendere & igni admovere convenit: quæ si admota sonantius crepat, haud dubie propitia numina designavit: si vero nullo murmure tacet, infelicitatem.

² Aliter in prophanis usib[us] oleam aut laurum comburere, infandi auspicii erat: ³ præterque laurum etiam myrtum suffitionibus addiderunt. Oleumque & bitumen marina in spersum aqua, admisto sulphure, atque æs, in lustrationibus expiationibusque adhiberi compertum est, maxiinaque dabatur opera, ne quibus diebus urbs populusve excidium aut calamitatem insignem passi fuissent, lustrum quoquo modo fieret, quia foedo exitu & gravi strage omnia casura putabantur. Quod si bovem aliudve animal loquutum, aut hoc genus portenta nunciata forent, veteris instituti erat, sub divo senatum & patrum concilium haberi, quod expiationis genus putarunt. Fiebat enim senatus non in Rostris, neque in curia, ⁴ ubi habetur frequens: sed in loco aprico, & patenti cœlo, ab auguribus tamen inauguato, ne irritum senatus consultum fieret. ⁵ Si vero terra tu. ^{Myr-}
^{tus.}
^{Oleum,}
^{bitumen}
^{& æs}
^{cum}
^{sulphu-}
^{re lu-}
^{stratio-}
^{nibus}
^{adhibe-}
^{ri soli-}
^{tum.}

ingenti

¹ Ipsam verolaurum.] Eustathius in lib. 1. Iliados Homeri. Et hinc illud Tibulli lib. 2. eleg. 6.

Ut succensa sacris crepitet bene laurea flammis,

Omine quo felix, & sacer annus eat.

Laurus ubi boni signa dedit, gaudete coloni:

Distendet spicis horrea plena Ceres.

Et Propertius lib. 2. elegia 27. ad Iovem pro amica ægrotante,

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi,

Et facet extinctio laurus adusta foco. Claudianus de ea lib. 2. de Raptu Proserpinæ,

Venturi p[ro]ficia laurus

Fluctuat.

Et 3. Panegyri Fatidicam eam vocat,

vel quod Apollini fatidico Deo dicata est: vel quod ex ejus cremata strepitu

futura colligebant, ut iam probavimus. sic autem ait Claud.

— Que numine tanto

Litora fatidicas attollunt Delia lauros. Quinquam & hac posteriora loca ad aliud referri possunt ex Antiphone, Philochoro, Artemone, Serapione, & Ascalone, ut eos refert Fulgentius Placiades lib. 7. ubi loquitur de lauro.

² Aliter in prophanis usib[us].] Plinius lib. 15 cap. 30. eodemque ultimo, sic scribit, Adeoque in prophanis usib[us] polluit laurum & oleam, non est, ut ne propiciandis quidem numinibus accendi ex his altaria areæ debeat.

³ Præterque laurum etiam myrtum.] Plinius eod. lib. 15. c. 29. & l. 16. c. 32.

⁴ Ubi habetur frequens.] Livius 1. Decad. lib. 5. ad finem.

⁵ Si vero terra ingenti concussi motu.] Livius 4. Decad. lib. 4. non adeo procul

ingenti concussa motu aut urbs agrive contremiscerent, quod raro evenire, & magna portendere dixerunt, saepius supplicationem in triduum decrevere, duumviris praeuentibus: nonnunquam ut ex una familia omnes coronati supplicarent, vel ferias praetor urbanus agris levandis mentionibus indiceret concione advocata.² Nomen vero Dei cui sacrum fieret, suppressebat,³ utque jurgiis & litibus temperarent, adinonebat.⁴ Fuitque animadversum, nunquam urbem Romain tremuisse, quin alicujas futuri mali prænuncium esset: utque semel motu terræ enunciato, pro quo feriae indictæ, conceptæve erant, alium tetræmotum eadem die nemo enunciaret, quod foedum & magni criminis foret.⁶ Cur autem dei nomen cui sacrum fieret, suppressebant, illud causæ traditur, quod cum telluris motorem certum deuin, qui eam vim haberet, veteres

non

cul à fine, *Principio*, inquit, anni, quo *L. Cornelius, Q. Minutius Coss.* fuerunt, terra motu ita crebri nunciabantur, ut non rei tantum ipsius, sed feriarum quoque ob id indictarum homines trederet. nam neque Senatus haberet, neque respubl. administrari poterat, sacrificando expiandoque occupatis *Consilibus*. Postremo decenarius adire libros iustis, ex responsu eorum supplicatio per triduum fuit coronati ad omnia pulvinaria supplicaverunt.

¹ *Vel ferias prætor urbanus.*] Suetonius in Claudio, cap. 22. Oferuntque sedudo, ut quoties terra in usque movisset, ferias advocata concione, praetor indiceret.

² *Nomen vero Dei.*] Gellius Noctium Attic. lib. 2. cap. 28. Veteres, inquit, Rom. cum in omnibus aliis ritu & officiis, tum in constitueris religionibus, atque in diis immortibus animadverterentur castissimi cautissimique, ubi terram moveisse senserant, nunciaturve erat, ferias ejus rei causa editio imperabat. Sed Dei nomen, ita uti solet, cui servari ferias oportaret, statuere & edicere quiescebant, ne alium pro alio nominando sal-

sa religione populum alligarent. Eas ferias si quis polluisset, piaculoque ob hanc rem remotus esset: hostiam, si deo, si deo, immolabant. Idque ita ex decreto Pont. observatum esse M. Varro dicit: quoniam & qua vi, & per quem deorum dearum terra tremere, incertum esset.

³ *Utque jurgiis & litibus temperarent.*] Cicero lib. 2. de legib. & lib. 1. de Divinatione. & dictum est supra hoc eodem cap.

⁴ *Fuitque animadversum.*] Plinius lib. 2. cap. 84. in fin. Nusquam urbs Romam tremuit, ut non fuisse eventus aliquis id prænuncium esset.

⁵ *Utque semel motu terræ enunciato.*] Livius 4. Decad. lib. 4. ubi his, quæ ex eo adduximus supra ibi, si vero terra ingenti. hæc subjunxit, Item ex auctoritate Senatus Coss. edixerunt, ne quis quod die terræmotu nunciato, ferie indictæ essent, eo die alium terræmotum nunciaret.

⁶ *Cur autem Dei nomen.*] Hæc sunt Platonis in Philebo, Æschyli Agamemnonem, Euripidis apud Clementem Alexandrinum libros Stromatōn, Catulli in hymno ad Dianam, & Gelii d.lib. 2. cap. 28.

I. Illud

non dignoscerent, illum qui huit rei præcesset, nuncupare pontificales veterunt libri: & ne ancipiæ estimatione fermentur, aliumque pro alio deo colerent, aut non offenditum numen placarent, satius duxere, dei nomen cui sacra fierent; supprimere, quam illum frustra aut perperam nominare.¹ Illud vero non est ab re dixisse, quod apud Athenienses servatum legimus, ut si qua enunciarentur monstra, quæ expiatione egerent Agyis, id est, vestibulariis diis, in semitis viarum sacra exhiberent:² quare Agyeus Appollo colebatur eximie, ut si id bene & feliciter casu-rum esset, prosperos successus darent, & promissa firma-rent atque admitterent: si vero moles aliqua instaret mali, aditu inhibito & obsepto averterent & avertirent.

¹ Illud vero non est ab re dixisse.] In terpres Aristophanis. Sed quod hic auctor noster interpretatur Agyis, id est, vestibularius, reprehenditur, nomine tamen suppرسio, à Lilio Gyral. de diis Gent. l.7. ubi de Agyeo Apol-

line loquitur: ubi tu, si libet, videto.

² Quare Agyens Apoll.] Horatius libro 4. Carm. Ode 6. & ibi Acron & Porphyrius, & Pausanias in Arcad. & Eleorum lib. 1. & Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 9. Gyrald. ubi supra.

CAPUT XXVIII.

Quæ affinitas cum Sexto Tarquinio Superbi filio, & quæ Collatino cum Bruto, & Lucretiae cum utroque fuerit.

Super Ovidii Nasonis versu de Fastis secundo, ubi Lucretia Sextum Tarquinium Superbi filium singulari scelere & audacia, domi exceptit, hostem pro hospite, quem illius stuprandæ mala eum libido cepisset, dum inquit:

Comiter excipitur, sanguine junctus erat.

Quo jure cognationis Lucretia Sexto Tarquinio jungetur, & quid Junio Bruto, qui Tarquinium regno ejecit, affinitatis cum Lucretia fuerit, apud studiosos, animo tunc ocioso & remisso inter circulares jocos quærebatur, supervacua tunc forsitan disputatione. Cumque nonnulli ob incertam cognationem Tarquinii, Collatini & Egerii,

Ovidii
locus in
Fastis.

ancipiūt estimatione ferrentur: nos in re obscura ob vetustatem, dum cognationis gradum per omnia exempla

Junius colligimus, invenimus Junium Brutum Tarquinia sorore
L. Lucretius superbi regis natum, utpote ex sorore genitum, Superbo
Tarquinii Superbo nepotem fuisse. Collatinus vero, cui Lucretia nupta fuit,
nepos. quium Egerii filius foret, sive (ut nonnulli tradunt) nepos:
 ipseque Egerius cum Tarquinii Prisci frater fuerit, nihil
 ambigitur, quod si Tarquinius Priscus Superbo avus exti-
 tit, quin Collatinus nepos Egerii, frater patruelis Super-
 bo, & Sexto avunculus fiat. Quod si Egerium Collati-
 no patrem dicamus fuisse, prout frequens opinio est,
Collatinus haud dubie Collatinus Superbo non frater, sed velut ex
natum fratre avi natus, major avunculus foret, invicemque Sex-
Superbo tus Tarquinius Collatino pronepos fieret: Lucretia vero
cognatio. eo gradu quo Sextus Tarquinius Collatino sanguine jun-
 ctus erat, eodem affinitatis jure Sextum attingeret. Quod
 si Collatinus & Brutus ex duabus Tarquinii sororibus editi
 sint, prout alii censem, nulla controversia est, quin Col-
 latinus & Brutus arctissimo gradu conjuncti fiant, ipseque
 Sextus Lucretiae nepos sit. Si autem Tarquinius Priscus
 Superbo non avus, sed pater fuit, ut multi exequuti sunt,
 Collatinus Egerii filius; & Superbus, velut ex duobus
 germanis prognati, fratres patruelis erint, Lucretiaque
 Collatini uxor, nulla dubitatio foret, quin Sexto avuncula
 censeatur, interque Sextum & Lucretiam jura sum-
 mae necessitudinis forent. ² Hic est enim ille Brutus om-
 nium sermone celebratus, qui legum & libertatis summus
 auctor & vindicta, cum furere se simulasset, latentem ani-
 mum nimium diu reconditum, suo tempore detexit:
 magnificaque oratione, non vecordis & dementis, avunculo imperium abrogavit: populisque Romanus auspi-
 cium imperiumque sequenti suum, ex gravi servitio & do-
 minatu

TIRAKQUELLUS.

¹ *Sexto avuncula.] De Lucretia lo-*
gatur, quam Sexti Tarquinii avuncu-

Iam esse dicit, &c. nove, ut arbitr.

² *Hic est enim ille Brutus.] Livius I.*
Decad. lib. 2.

¹ *Idem*

minatu regio se in libertatem vendicavit. Sed quod de Junio Bruto, qui Tarquinium regno ejecit, ¹ idem de Decio Bruto, qui conspirans cum Cassio, necem Cajo Cæsari intulere, ducesque & assertores Romanæ majestatis suere, factum comperimus. ² siquidem hic propiore affinitate Cæsari, quam Junius Brutus Tarquinio junctus fuit: non enim nepos, ut ille, sed filius esse creditus est. ^{Collati- ni C. Brutii cognat. Junius Brutus. Decius Brutus. Junia Brutii soror.} Nam quum Servilia soror Uticensis, materque Bruti fuerit, cum qua adolescens Cæsar consuetudinem non sine probro habuisse fertur, cumque eo tempore Brutus ex Servilia natus foret, haud dubie Cæsar's filius vulgo habitus est. ³ Quod ipsum Cæsarem die cædis suæ, quum ininde infestis mucronibus appeteretur, dixisse ferunt. ⁴ Iunia vero tertia soror Bruti, Cassio nupta fuit. ⁵ Porcia autem Cato- ^{Portia Catonis filia.} nis filia, mulier non muliebris spiritus, quum Bruto nupsisset, eum miris modis, & super omnium amorum ardores amasse fertur, ⁶ ex qua Bibulum tulit. ⁷ Quæ cum post afflictas fortunas Bruti necem audisset, quum mori animo destinasset, inque fixum statutumque haberet, & ne vim sibi afferret, vetita arma fuissent: ea præsentia animi fuit,

ut

¹ Idem de Decio Bruto.] Legendum Decimo, ut præced. cap. admonuimus. quanquam non is est de quo loquitur, sed M. Brutus, ut videre licet apud Suetonium in Cæsare, cap. 82. Plutarchum in vita ejusdem Cæsaris, Appianum bellorum Civilium, lib. 2.

² Siquidem hic propiore affinitate.] Suetonius, Plutarchus & Appianus ubi supra.

³ Quod ipsum Cæsarem.] Suetonius ubi supra, Et si, inquit, tradicerunt quidam M. Bruto irruenti dixisse, ut cu' texerit; Et tu fisi.

⁴ Iunia.] Plutarchus in Bruto.

⁵ Porcia autem.] Plut. ibi. Valerius Maximus lib. 3. cap. 2. ubi quod hic dicit, non muliebris spiritus: alter, minime muliebris animi dixerat.

⁶ Ex qua Bibulum tulit.] Hic memoria lapsus est Alexander: Nam Por-

cia non ex Bruto, sed ex priore marito hunc Bibulum susceperebat, ut tradit Plutar. ubi supra.

⁷ Que cum post afflictas fortunas.] Valerius Maximus lib. 4. cap. 6. Plutar. in Bruto in fine, Porcia, inquit, cum mori statuisset, & nemo amicorum assentiebat: imo diligenti cura id prohibebant, ex igne ardentes prunas arripuisse, atque bibisse: deinde os claudenter sic vitam extinxisse. Martialis lib. 1. epig. 99.

Conjugis audisset fatum cum Porcia Brati,

Et subtrahit sibi quereret arma dolor.
Non dum fecitis, ait, mortem non posse negari:

Credideram satis hoc vos docuisse patrem.

Dixit, & ardentes avido bibit ore saillase.

In nunc & ferrum turbamolefa nega.

ut clauso cubiculi ostio, ne cuius interventus facinus moraretur, incenso carbone, & sibi in fauces indito memor generis & Romani nominis, necem sibi ipsa consivit: tantus vigor animi ingeniique fuit, tantique spiritus mulier, admonitu patris, qui pariter manus sibi mortifero vulnere intulerat, fuisse credita est.¹ In qua quidem re subit recordatio, veteribus literis & annalium monumentis exapud tare, quod tametsi apud varias gentes vim sibi afferre, & necem sua sponte consciscere, dignum laude & magni fuerit habitum: apud Thebanos tamen qui mortem sibi consivit, nulla fuit laude dignus: quin potius id criminis dabatur & probro, eoque facinore pudendam inscitiam & imperitiā coarguebat suam, velut sui carnifex, immanisque naturae foret.² Athenienses vero cum necem quisquam sibi manu consivisset, defuncto cadaveri manum tanquam facinorosam abscindunt: illamque divisam à corpore, inhumatam relinquunt, reliquum vero cadaver humo tegunt.³ Quod Platonis documentum fuit, qui censuit optimū quenque infracto animo vim fortunae & cursus calamitatum potius ferre, & nisi cum dies promis-
Plato-
nis sen-
tentia
de mor-
te sibi
non con-
scisen-
da.
 tis adven-
erit, neminem injussu Dei mortem sibi consciscere, aut ante tempus fatō fungi oportere: idque magnificientius præclariusque videri.

¹ In qua quidem re.] Vide omnino quæ scripsimus in nostris Commentariis Nobilitatis, cap. 31. num. 501. incip. Ex quo illud. & seq. & iterum inc. Præterea & eos qui sibi. & multis seq.

² Athenienses.] Aschines in oratione adversus Ctesiphontem.

³ Quod Platonis documentum.] Tum in Phadone, tum in lib. 9. de legibus.

Eadem de re disputat Augustinus l. 1. de Civitate Dei. Aristoteles egregie l. 3. Ethic. τὸ δὲ ἀποθνήσκειν φέρεται πενίαν; οὐδέποτε δὲ τὸ λυπηρόν, εἰς αὐτούς τοις μετανοίας δράμει, Μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα. Et Martialis habet Epigramma in hanc sententiam:

Rebus in adversis facile est contemnere vitam.
Fortiter ille facit qui miser esse potest.

ALEXANDRI AB
ALEXANDRO,
JURISPERITI NEAPOLITANI,
GENIALIUM DIERUM
LIBER SEXTUS.

C A P U T I.

*Locus ex tertio Ciceronis de Officiis, quid venditor emptori
præstare tencatur, cum Sigismundo in
suburbano discussus.*

SUM Sigisimundo Fulginatus, viro docto, & multarum rerum cognitione claro, vetus mihi à prima adolescentia consuetudo fuit. Is quam multis rerum actionibus, pluribusquæ muneribus apud pontifices magno usui foret, si quando tamen negotiis pauca fieret, (quod vix illi contingere poterat, ut in tanta mole rerum ab immodico labore conquiesceret) id quod ocii dabatur, lectioni clarorum viorum, aut suorum temporum scribendis annalibus, rebusque vel pace vel bello gestis, perlubenter exhibebat. Nonnunquam in suo prædiolo in monte Ianiculo; miro prospectu & collibus amœno, ubi ædicularas habebat, cum amicis se recipiebat, ibique lepidis jucundisque sermonibus, id quod erat laxamenti, una familiarissime conferebat. Præstabat nonnunquam nobis ipse cœnulam, ut non nimis insolentem, sic profecto sobriam & modestam, ac temporibus consentaneam: & ut erat ipse comis, facilisque natura, ita facilem nobis victum, non exquisitis valde obsoniis apparabat, siquidem asparagos altiles acido vino & pipere conditos cum juscule tepidulo, ac ferculum cucurbitæ,

cum immatura uva ibidem expressa, & decocta largo succo, quibus perlubenter vescebatur, obsonia nobis exhibebat: addebat etiam pyrum pomumque persicum miro odore fragrantia. Post cœnulam vero, si quando ocium erat à negotiis, ut animo vacaret, illius sermonibus & congressus spectatæ virtutis ac pacis artibus & ingenio clari viri diutius perfruebat. Forte autem quum æstivo anni tempore postmeridianis horis, ejus rogatu accessitique ad eum ventitaremus, eundem ad aquulam perspicuo liquore & frigore manantem per rosata, arbusculasque undique topario opere dispositas, perque hortensia ablaqueata, & latissima vireta nocti sumus: aderant ibi complures honesti adolescentes, Latinæ Græcæque eloquentiæ professores, cum quibus de literarum studiis perquam libenter sermocinabatur, quos ipse minutis quæstiunculis variaæ eruditioñis diversimode exercebat. Inter quos adolescentis quispiam indolis bonæ, libellum Ciceronis de officiis tertium lecitabat, præterque multa ad edictum ædilium pertinentia, quæ ex fide bona emptori venditorem præstare oportere censuit, hæc legebantur: *Si pestilentes aedes quis vendat, quæ salubres habebantur, aut in quibus serpentes sint, teneiri venditorem ex dicto ædilium, id quod dolo vendiderat recipere, emptori que precium reddere.* Idem, *Si in annone caritate frumentum aliquo advexerim, solusque ego sciam multos illuc frumenta advecturos, ita ut illorum adventu inopiam paulo post levaturi sint, illa me etiam nota facere, neque subicendum, ut taciturnitate mea capiantur, plurisque quam æquum sit, frumentum ego vendam:* omnia denique quæ venditor sciat, ne emptor ignoret, in distrahendis rebus ex bona fide præstari oportere, & pleraque hoc genus perjucunde lecitabat. Cumque hæc & multa in hanc sententiam ille legisset: *Quoniam, inquit Sigismundus, istud accidat modo, ut venditor ea quæ diversa & longe aliena sunt, in distrahendis mercibus præstare teneatur, equidem ignoro, nam ut in re quam distrahere quispiam vult, quid morbi vitiique sit,*

Ciceronis
locus.

sit, emptori palam facere debeat, puto ad edictum ædilium pertinere, ut si servus fur errove sit, aut equus calce, vel bos cornu petere soleat, aut quod nunc Cicero dixit, ædes pestilentes sint, habeanturque salubres, vel quid occulti vitii latentisque morbi sit, illud enunciari debere, facile, inquit, assenserim: quæ vero extrinsecus manent in casu posita, illa per venditorem prædicti, ad eaque edictum ædilium legesve ulla extendi, nequaquam inquit, mihi quispiam persuadet. Ideo se mirari Ciceronem, qui tanquam aliquid morbi vitiique inesset in re vendita, perinde id quod postea eventurum, & in casu & fortuna situm esset, per venditorem prænunciari voluerit. Cumque ex his qui assistebant, quidam ætate gravis, & in literis satis proficiens, sc̄ arbitrari respondisset, quod sicut quædam ad morbum vitiumque rei venditæ vix pertinent, sed tamen quovis modo profutura sunt, nosc̄ ædiles, ne emptores capiantur, à venditoribus enunciari & palam fieri i mandaverunt, ita hoc quoque jussisse: Sicut (inquit) vetus edictum ^{Edictum} ædilium fuit, ne veteranus servus pro novitio veneat, etiam ^{vetus} si nullo morbo vitioque affectus sit: utque si mulus castratus ^{ædilium.} sit, tametsi æque bonus, emptorem non latere voluerunt: ita si sciam aliquos in summa frumenti inopia, paulo post annonæ caritatem levaturos, illa à me prænosciri debere, ne fraudis occasio detur, pariter censuerunt, atque ex æquo & bono jusserunt, ut quod proscribenti liquet, etiam si forte eventuruim sit, enunciari debeat, ne quod venditor sciat, emptor ignoret. Nunquam (inquit Sigismundus) id mihi in mentem venire posset, neque quisquam mihi argumentis defendet, ut edictum ædilium hoc comprehendere sentiam, ut eventa negotiorum, quæ temere & fortuito futura sunt, per venditorem prædicti debeant, quæ si reticeantur, redhibitioni propterea locus sit, quum istud assicerere, summae mihi videatur improbitatis & inficitia. Cumque ex me quid mihi probaretur exquireret, respondi magni referre, in re de qua agitur, quid morbi vitiique eslet enun-

ciare, an quæ casu futura sint, prædicere & divinare. Quæ enim insunt in re quæ distrahitur, & ad ipsius pertinent notionem, quam venditor ante præsensit, ut si quo morbo vitioque laboret, vel labe afficiatur, ex edicto ædilium nota facere jubemur emptori: quæ vero pendent à casu & fortuna, & diversa sunt, nullis nos legibus aut edictis cogi enunciare. Quid enim interest mea, si navis ex Asia veniens, huc merces allatura, & paulo post arctissimam annuinam levatura sit, dummodo in re de qua agitur, nihil dolo malo factum sit? Alioqui dicendum foret, an frumenti, olei & vini, quod distrahere quispiam volet, annonam vel caritas eo anno futura sit, vel si cancri sidere, aut vastitate, seu alia frugum peste, aut ira deum, sata interitura, vel hostium strage, vel chasmate, ea res deperitura sit: quod (ut videtis) non est in re de qua agitur, sed in casu positum: & illa prædicere, profecto ridiculum foret. Nam quod edicto ædilium cautum est, ut præstetur à venditore, ne quid in re proscripta vitii lateat, neve quid veri reticeatur, aut fictum quid accersitumve aliquid sit aliunde, & quod stetur pacti & conventi formulæ, satis esse lege prospectum, ne quid vitii latentis supprimatur, quod ipse sciat, emptor ignoret. Alioqui ipsum redhibituro judicio teneri certum est, idque non adeo severe & restrictive jure civili traditum esse, sed parce & molliter: quippe si quid venditor dixit commendandæ suæ mercis causa, illud præstari ædiles non coegere, ut si servum frugi, dicto audienteum esse venditor dixerit. quæ enim commendandæ mercis causa in venditionibus dicuntur, venditorem non obligant: neque enim constituta auctione ita quis proscribit, fundum sterilem aut domum pestilentem vendo. At si dicat servum literatum, artificem, nomenclatorem, arithmeticum, fabrum aut textorem, quo pluris veneat, id præstare præculdubio cogitur. Præterea in re modica decipi emptorem posse, etiam jure consulti voluere. Non enim redhibitorio judicio teneri dixerunt eum, qui pluris aliquantore

rem distraxit, quam quanti aestimata sit: siquidem res bona fide vendita, propter minimam rem incempta fieri non debet. Sed ubi ita immenso mercatur quispiam, ut magnam pati jacturam necesse habeat, tunc redhibitioni locum fore, edicto ædilium cautum fuisset. Quod si ita est, huic sententiae convenit, hocque arguento convincimur, ut neque eum qui navem hunc frumentum advecturam, cuius adventus annonæ caritatem & arctos commeatus levaturus sit: neque eum qui frumenta diripi, agros vastari, vel annum adversum frugibus, longe ante præsen-^{tir}
^{bunus.}serit, & minime enunciarit, redhibitorio judicio teneri arbitrer: cum haec non insint in re quæ proscribitur, sed in eventu fortunæ. Et quod nunc Cicero inquit, eum qui rem distrahit, debere etiam quæ aliunde futura sunt, enunciare, ut si navem huc frumentum advecturam sciat, quo vilitas annonæ consequutura, aut venditæ merces viliores futuræ sint, emptori prædicere, profecto eo pertinere crediderim, ut præcipi intelligamus, ab eo qui ex intimo artificio virum bonum instituit, & ita instituit, ut ne minima quidem in re quovis prætextu contra jura legesque, contraque humani generis societatem aliquid admisurus sit: non eum qui de civilibus actionibus, quantumque moribus legibusque permissum sit, inquirat. Quæstioni diu res fuit, quid virum bonum, quid civilem & politicum deceat. Viro enim bono hoc datur, ut ubique sanctus, ubique castus, honesti cultor, pius & integer sit, cuius ne erratum quidem minimum fuerit, ne dicam vitium: qui nullo malo perterritus, nulla calamitate vietus fortunæ cedat, nihil expetat, nihil dicat, nihil faciat in vita, nisi summa cum laude & dignitate, in nulla re delinquit, nullius rei pœnitentia, servetque foedera humani generis ita inviolata in magnis minimisque rebus, ut ne minima quidem conscientiae labore detineatur. Civi- ^{civilis:} lem vero dixere hominem, qui legum judiciorumque metuens, quantum moribus legibusque tributum est, id tanto

tanto temperamento agit, ut quoad fieri possit, nihil perperam aut inconsulte admissurus sit, qui sua providentia, religione, fide, quantumque ratione provideri potuit, reipublicæ & civium saluti consulat, legibus parcat, patriam tueatur, proximos amet, refrenet libidines, & indomitas cupiditates, verecundiam servet, atque etiam si in aliquo delinquit, id tamen agit, ut civilia officia, humani generis fœdera, quam minimum lœdat: quippe quum nos optimū dicimus, cui pauciora desunt. Quæ cum ita sint, non fuit ab re, ut sanctus iste homo tam defœcato animo & tam integer, quem nos magis fingimus quam invenimus, non modo si quid esset in re viti, sed & si quid aliunde futurum putaret, ut nullam officii partem deserat, quamvis minimum prædicere teneatur. Hæc nos cum Sigismundo Fulginate, ingenii magni & spectatæ virtutis viro, flagrante diei æstu, incredibili suavitate disserebamus.

C A P U T II.

*Quæ maxima fuerint oracula, * quæve templo celebria
apud plerasque gentes; in magna reli-
gione & cultu.*

*Delphi-
cum
oracu-
lum.
Del-
phos.* **I**NTER oracula quæ apud Græcos Aphrosque præcipuo cultu fuerunt, ad quæ homines ventitabant, ² Delphicum in terris clarissimum fuisse cultu, & religione longe excellens, uno omnium testimonio traditum est. Fuit enim Delphos totius orbis ³ umbilicus, commune humani gen-

C O L E R U S.

* Varia oracula recenset Tertullianus libro de anima cap. 27.

T I R A Q U E L L U S.

1 Inter oracula.] Horum omnium demones auctores esse tradit Eusebius Preparationis Euangelicæ, lib. 1. c. 3. in fin. & Demonstrationis Euangeliæ, lib. 5. cap. 1. post prin.

2 Delphicum.] Hujus oraculi memi-

nit Homerus lib. Odysseæ 8. cum scribit Agamemnonem ab illo responsum petuisse,

Ὥς γάρ οἱ ξεινῶν μυθίσατο φοῖς Θόπολαν

Πυθεῖν ἡγεμόνην. —

Et ii, quos infra citabo.

3 Umbilicus.] Auctor Priaporum, Delphos Pythius orbis umbilicum.

Strabo lib. 9. In medio namque quodammodo

generis oraculum, 'in monte Parnaso excuso & praerup-
te alto sita civitas, nullis incenibus, sed tantum abruptis <sup>nassus
bicolor</sup> rupibus saxisque munita, arduo & difficulti ascensu, in quo ^{lis.}

Nysa

modo Gracie, & intra & extra Isth-
mum, imo & totus orbis confidere v. de-
ba. ur: unde & telluris umbilicum ap-
pellab. ant. Et ante hos Pindarus, & En-
nius apud Varro lib. 3. aut alio-
rum supputatione 6. lingua Latinæ, O
sancte Appollo, qui umbilicum te rurum
obtines. Id quod etiam citat ex poëta,
quem non nominat, Cicero lib. 2. de
Divinatione, Nam umbilicum (inquit
Varro) dictum ajunt ab umbilico nostro,
quod is medius locus sit terrarum, ut um-
bilicus in neb. : quod utrumque est fal-
sum. Neque hic locus est terratum me-
dius, neque noster umbilicus est ho-
minis medius. Itaque pingitur, qui
vocatur *ixhiv* à Pythagora, ut media
eceli ac terra linea ducatur infra um-
bilicum, per id, quo discernitur homo
mas, an foemina sit, ubi ortus humanus
similis, ut in mundo. Ibi enim omnia
nascuntur in medio, quod terra mundi
media. Præterea si quod medium, id
est umbilicus, ut pila terræ: non Del-
phæ medium, & terræ medium non
hoc, sed, quod vocant, Delphæ in æde
foramen adlatum est quiddam, ut the-
sauri speciem, quod Græci *μητρὸν*
umbilicum dixerunt. Vitruvius autem
libro de Architectura, 3. cap. 1. Item,
inquit, corporis centrum medium natura-
liter est umbilicus. Nanque si humo collo-
catus fuerit superius, manibus & pedibus
pansis, circinique collectatum centrum in
umbilico ejus, cui conagendo rotundatio-
nem intratur: que manuum & pedum di-
giti linea tangentur. Hæc ille, quibus do-
cet umbilicum hominis esse medium
torius corporis: non ut par sit distan-
tia ab eo ad verticem capitis & ad pe-
des ipsius, sed ut passus manibus & pe-
dibus fiat similis rotunditas. Idem cen-
set Galenus lib. 2. de Placitis Hippo-
cratis, & Platonis, & lib. 15. de Usu
partium. Ex quo fit, ut umbilicus pro
medio in quaunque re ponatur. Ci-

cero in 6. in Verrem actione, Ennian,
civitatem Siciliæ, vocat ejus insulæ
umbilicum. Raptam, inquit, Liberam,
quams candens Proserpinam veant, ex
Ennenissim nemore arbitrantur, qui locus,
quod in media insula est situs, Siciliæ um-
bilicus nominatur. Livius 4. Dec. lib. 5.
Iam priuum Ætolos, qui umbilicum Græ-
ciæ incoerent, in armis cum inventurum,
antesignanos ad asperrima quæque beli
paratos. Sicuti Italix umbilicus in Rea-
tino agro ponitur Plinio lib. 3. cap. 12.
& Solino cap. 8. uterque Varronis au-
toritate. Ante hos Plaut. in Menach-
mi actu 1. scen. 2.

Dies quidem jam ad umbilicum est di-
mediatus mortuus.

Scio autem alias umbilicum usurpati
pro fine. Horat. Epop. Ode 14.

Deus, deus nam me vetat,
Inceptos olim, promissam carmen, jam
bos

Ad umbilicum adducere.

Id est, absolvere, finire. Solebant enim
veteres illi librorum suorum tegu-
menta umbilicis ornare. Aur (ut in-
quit Porphyrius) in fine libri umbilici
ex ligno, aut offe solent ponit. Catullus ad
Varum,

Novi umbilici, lora rubra, membrana
Desecta, plumbo & punice omnia
æquat.

Et Martialis ideolibrum quartum hoc
epigrammate clausit,

Ohe jam satis est, ohe libelle,
Iam pervenimus usque ad umbilicos,
Tu procedere adhuc & ire queris,
Nec summa potes inscheda teneri.

Et lib. 5. epig. 6.

Nunquam grandia nec molesta poscit,
Que cedro decorata, purpuraque
Nigris pagina crevit umbilicis.

Et alibi sape.

I In monte Parnasso.] Hæc descri-
ptio maxima ex parte est Strabonis li-
bro 9.

Nysa civitas Libero consecrata, Cyrra vero ad montis radices juxta mare.¹ Erat autem Parnassus Phocidis mons in Bœotia, in duos divisus colles, Thitorea & Hyampeum, quorum alter Libero, Apollini alter dicati fuere,

Cythaeron *Sparticarum* *nympharum* *antrū.* ² Helicon vero Musis. ³ In Cythæronis autem vertice Sparticarum nympharum antrum colebatur, qui mons juxta Olympum situs erat, supra quem Olympi editissimus vertex decein fere stadiis attollebatur. Qui ejusdem nominis mons⁴ & in Macedonia,⁵ & in Thessalia,⁶ Mysia,

⁷ Cilicia,⁸ Elide,⁹ & Arcadia excelsus quidein attollitur.

Templi Apollinis locus apud Delphos. ¹⁰ Templum vero intra urbis ambitum fuit, quod pariter non manu extructa, sed nativa præcipitia munivere aditu difficulti & angusto, quippe quem ex quinque lapidibus tantum, velut mole objecta, obstructum ferant, in medio autem exigua planities, & in ea hiatus, ex quo ventus & acer spiritus manans, mentes vatum in recordiam verit. Eoque spiritu ex infimo specu edito, quasi divino afflato Phœbas in tripode stans, mente furibunda, statis diebus, qui-

¹ Erat autem Parnassus.] Herodotus lib. 8. ubi & hos colles ira ut hic appellat. Servius l. 10. Aeneidos in eum locum,

Pandite nunc Helicona deæ, cantusque moveete.

Parnassus mons, inquit, Thessaliæ juxta Bœotiam qui in duo finditur iugæ, Cithæronem Liberi, & Heliconem Apollinis & Musarum. Hanc Servii opinionem sequitur Lactantius Grammaticus primo Thebaidos Statii.

² Helicon vero Musis.] Servius & Luctatius ubi sup. & ante hos Strabo lib. 10. Qui, inquit, Musis Helicona consecratur, Thraces fuere, Bœotie accolæ. & lib 9. Helicon mons Bœotiae juxta Thebas, atque Phocidi vicinus, non procul à Parnasso, eique æmulus & altitudine & circuitu, qui & ipse Apollini facer est & Musis. Plinius lib. 4. c. 7.

³ In Cithæronis autem vertice.] Pausanias in Bœoticis, ubi nymphas has Cithæronidas vaticinatas priscais tem-

poribus sermone hominum vulgatum fuisse scribit. vocat autem eas Sphragidas, non Sparticas.

⁴ Et in Macedonia.] Varro lib. 6. de lingua Latina, & Servius in lib. 4. Aeneidos.

⁵ Et in Thessalia.] Ut dictum est ex Servio supra in verbo, In monte Parnasso. Mela lib. 2. c. 3.

⁶ Mysia.] Strabo lib. 12. Prusa urbs est, in Olympo Mysæ sita. Et eodem lib. Proponiti imminent Olympus Myseus. & Id. Vide etiam Herodotum 1. 1.

⁷ Cilicia.] Idem lib. 14.

⁸ Elide.] Idem Strabo lib. 8.

⁹ Et Arcadia.] Pausanias in Arcadicis, qui est liber octavus. Ad levam Heræ licetum mons est, quem olympum etiam : Sacrum alii arcadum jungunt nuncupant.

¹⁰ Templum vero.] Justinus lib. 24. Strabo lib. 9. Diodorus Siculus lib. 16. cap. 6. ubi hujus oraculi rationem describit. Plinius lib. 24. c. 43. ad fin.

quibus farū licet, consulentibus responfa canit: ' licet ferant Apollinem sex mensibus apud Lycios, sex apud Delum vaticinari, reliqua vero oracula aliquando Idibus, nonnunquam calendis: nunc die oriente, nunc desinente, responfa dabant: quæ à mulieribus tantum, quæ erant templi vates, vaticinantis in modum ferebantur.³ In quo id præcipuum fuit, ut qui oraculum consulit, brevi admodum oratione quid velit exposcat,⁴ utque nullum Latine edatur oraculum, neque edi priusquam ab imo, dum sacrificant, tota viætima contremiscat: nec capitis commotionem satis esē, sed omnibus illam partibus quatì oportere.⁵ In quo proditum

¹ Iacet ferant Apollinem.] Hæc usque ad versic. Quæ à mulieribus, sunt Servii tum lib. 4. in enarratione ejus loci

Qualis, ubi hybernam Lyciam, Xanti- que fluenta Desirit, ac Delum maternam invisit Apollo. Aliud, inquit, agens, aliud ostendit. Nam Apollo sex mensibus hyenalibus, apud Pataram Lycie urbem: & sex astris, apud Delum dat responfa. Tum lib. 6. statim post prin.

Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.

Et huic quod de Lyciis dicitur, adstipulatur, quod Homerus lib. 4. Iliados, Apollini nomen dedit.

⁶ Εὐχεὶς δὲ Ἀπολλωνι τούτην φυεῖ καὶ νοτο-

τοῦτο.

Id est,
Vox autem Apollini Lycegeni, glorioſo in arcu.

Lycium quoque eum appellatum fuisse constat ex Pausania in Atticis & Corinthiacis, Diodoro Siculo lib. 6. c. 17. Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 17. Propertio lib. 3. eleg. 1. & aliis. Et quod in Lycia fuerit Apollinis oraculum, tradit Festus Pompejus lib. 10. Ex quo & Lycia sortes Virgil lib. 4. Aeneid.

Italiam Lycie jussere capessere sortes. & paulo post,

Nunc Lycie sortes, nunc & fore missus ab alto

Interpres divinam fert horrida jussa per auratas.

Et Statio lib. 3. Thebaidos.

— Lyci, que parent contendere sortes.

² Quæ à mulieribus tantum.] Strabo lib. 9.

³ In quo id præcipuum fuit.] Philostratus in vita Apolloni lib. 6. cap. 5. de oraculo Delphico loquens, inquit, Ibi, ut tu ipse nosti, qui ab oraculo aliquid poscit, brevi admodum oratione, quid poscat exponit.

⁴ Utque nullum Latine edatur oraculum.] Quanquam apud Apulejum lib. Asini aurei 4. Apollo Milesius, Græcus & Ionicus propter Milesiae conditorem, sic Latina sorte respondit,

Montis in excelsi scopulo desiste puellam,
Ornatam mundo suuerei thalam,

Nec sphaerae generum mortali stirpe crea-

tron,

Sed sœrum atque ferum, & iperenumque

malum.

Qui pennis volitans super æthera cuncta

fatigat,

Flammaque & ferro singula debilitat.

Quem tremit ipse Jovis, quo numina

terrificantur,

Fluminaque horrescunt & Stygiæ te-

nebra.

⁵ In quo proditur memor. c.] Plutar- in Alexandro, sic scribit, Földens, Ale- xander scilicet, illius gratia expeditio- nis, divinum consule e oraculum, Delphos venit. Tum forte nefasti dies agebantur, in qui-

Alexander ditur memoriam, cum infasto die Pythiam reluctantem & Pythiam invitam Alexander cogeret, illam vi coactam, quod esset cogit invictus respondisse: quod pro omnine acceptum veridicato vaticinari. ^{Pythia} præfigo, futuræ magnitudinis prænuncium fecit. In Python. eo quidem templo, Apollinis simlacrum fuit humana effigie: ^{Pythia} 'in Delo, Draconis: ² in Lycia vero lupi. ³ Quam festa. Pythii urbem Python, ob imperfectum Pythonem, dictam comludi. perimus: nam ⁴ & Pythius Apollo, ⁵ & Pythia festa, & Pythia. ⁶ ludi Pythii, ⁷ & ipsa vates Pythia dicta, & ⁸ Pytheum theum. oraculi

in quibus nefari quidem illi mos est oracula. Quamobrem cum ipsum primo vatem reluctantem, seque lege tuuentem cras- set, ipse invictam trahens templum ascen- dit. Ea vero studio ac hominiis importuni- tate vitta, Invictus es, inquit, fili. Qua voce accepta Alexandri, haud alio sibi opus esse vaticinio dixit, verum assequun- tum se, quod ab ea cupiebat, oraculum. Nec multo ante, scilicet anno sexto Philippi patris Alexandri (ut scribit Diedorus Siculus lib. 16.) Philomelus Pythiam uti aliquid sibi de patriæ re- bus prædiceret, monuit. & cum vates eam ipsius patriam sibi videri respon- deret, minari & cogere eam, ut tripo- da incenderet, coepit Philomelus. Ad cuius vim inferentis asperitatem of- fensa mulier, cum dixisset, Tibi quidem quodlibet permititur: latus plurimum, verbum id, ut pote oraculum rebus suis aptissimum, accepit Philomelus, quod tamen tandem ei cessit pessime.

¹ In Delo, Draconis.] Strabo lib.9.

² In Lycia vero lupi.] Pausanias in Corinthiacis.

3 Quam urbem Python.] Pausanias
lib. 10.

4 *Et Pythius Apollo.*] Propertius
lib. 2. cap. 29.

*Deinde inter matrem Deus ipse, inter-
que scrorem*

Pythins in longa carmina veste sonat.
Pausanias libro 2. & 5. Ita autem dictus à Pythona serpente, Terra genito, quem Appollo, adhuc puer sagittis suis confecit, apud Ovid.lib. I. Metam.

cuius haec verba sunt,
 *Illa quidem nollet, sed te quoque maxi-
 me Python
 Tum genuit populisque novis incognite
 serpens
 Terror eras, tantum spatiis de monte te-
 nebros.
 Hunc Deus Arcitenens, & nunquam
 talibus armis.
 Ante, nisi in damis, capreisque fugaci-
 bus, usq;
 Mille gravem telis exhausta penae phare-
 tra.
 Perdidit, effuso per vulnera nigra ve-
 neno.*

Arnobius contra Gentiles lib. 3. & 8.
5 Et Pythia festa.] Ovid. lib. 1. Metamorph.

*Instituit sacros celebri certamine ludos
Pythia perdonat & serpentis nomine di-
ctos.*

6 *Ludi Pythii.*] Strabo lib. 9. & vide sup. lib. 5. f. 8.

7. Et ipsa vates Pythia.] Strabo dict.
lib. 9. Diqd. lib. 16. supra citato.

8 Et Pytheum oraculi locis.] Herod.
lib 6. Sunt autem Pythii, qui Delphos
ad consulenda oracula mittuntur, qui-
que publice cum regibus paucimur.
Tertull. Apolog. c. 45. Tu homo, tantum
nomen si intelligas, te vel de titulo Pythia
discens. Intelligit ibi reor Tertullianus
τὸν μῆβον τε καὶ τὸν, quod erat templo
Delphis inscriptum.

oraculi locus. Spartæ quoque Pythios nuncupant, qui ^{Pythii}
 Delphos ad consulendum oraculum mittebantur, qui pu-
 blice cum regibus cibaria habent, & vescuntur una.^{Spar-}
 rum.
 ex omni orbe prava religione incussa, qua se hominum
 vanitas confundebat, viri principali dignitate insignes, fre-
 quentes consultum ibant, caque ex omnibus vera & lon-
 ge clarissima oracula habita sunt. Quare regum populo-
 rumque amplissimis donis, muneribusque, & inultarum
 urbiuum thesauris refertum templum fuit: inter quos Agil-
 linorum & Spincensium non in postreinis gazæ fue-
 re.^{Agilli-}
^{norum}
^{& Spi-}
^{nensium}
^{gazæ in}
^{templo}
<sup>Quod quidem cancta oracula antiquitate excelle-
 bat. Proximum huic fertur³ Dodonæi Jovis oraculum.</sup>
^{nenfius}
<sup>Apolloni-
 us Del-
 phici.</sup>
^{Dodo-}
^{nemus}
^{oracu-}
^{lum.}
^{Epirus,}
⁴ Dodona enim ampla in Epiro civitas, & satis florens ha-
 bita. Epirus autem Molosiorum regnum erat. Templum
 vero juxta nemus Iovi sacrum, in quo arbores responsa da-
 re dicebantur, omnibus circa populis sanctum, à Pelasgis
 constructum, & paludibus circumfusum,⁵ quercusque vo-
 cales illic fuisset, fama vulgavit, ad quas ut in dubiis casi-
 bus responsa acciperent, capti superstitione homines reli-
 giose

¹ Huc ex omni orbe.] Strabo lib.9.

² Quod quidem cancta oracula.] Nam & id antiquitate dicit insigne Strabo d. lib.9.

³ Dodonæi Jovis.] Ut etiam tradit Servius in l.3. Aeneid. quo loco statim citabimus.

⁴ Dodona enim ampla in Epiro.] Herodotus 1.2. non semel. Strabo 1.5.7. & nonnihil lib. 16. Livius 1. Decad. lib. 8. Pomponius Melalib.2. cap.3. ubi de Macedonia. Plinius in Praefatione lib. 4. Probus in lib. 1. Georg. Virgilii. Solinus cap.22. Stephanus de utibus in Dodona, Laestantius, Statii interpres lib.3. Theb.ibi,

Et nemorum Dodona parentes.

Scribit Dodonæum oraculum fuisset in Epiro, ubi de quercu columba omnibus responsa dabat. Ipse autem Strabo d. lib.7. non multo ante fin. dicit hoc oraculum, quemadmodum & cetera,

quodammodo derelictum esse.

⁵ Quercusque vocales.] Ex quo illud Homerii loquentis de hujusmodi ora-
 culo lib. Odyssæ 19.

Tὸν δὲ ἀσεβῶν φάτο βίμφων,
 ὅφει Θεοῖς

Ἐπὶ ἐρυθρίκουσσοι δίὸς βαλκέ
 ἵππακέστη.

Hunc autem in Dodonæm dicebat ire, ^{ne} Dei

Ex quercu alta Focis consilium audi-
 ret.

Illud Hesiodi apud Strabonem lib. 7.
 non procul à fine,

Διοδώλη φηγήτε πηλοσογῶν ἔδεσσεν
 θεόν.

Id est,

— Atque habite Grajæ oracula quer-
 eas.

Et ibi Probus & Servius interpres,
 & idem Probus in lib.1. ejusdem ope-
 ris.

giose accedebant.¹ Fuitque proditum memoriae, quercui Dodonæ famulantes, divinandi facultatem accipere:
² solisque Boeotiis, si quando consulto opus foret, viros responfa dare,³ primamque fagum & columbam Dodonæ vaticinatam: quotiesque oraculum edebatur,⁴ lebetes æneos ad numerum, sive casu, sive consulto, tinnitus edere canoros.⁵ In quo Deucalion & Pyrrha desinentibus aquis, post diluvium confedisile, & numen consuluisse perhibentur.⁶ Subinde Alexander Epiri rex eodem oraculo monitus, ut urbem Pandosiam & amnem Acherusium, tanquam fatalia loca vitaret, in responsis habuit, oraculi sortem de his quæ in Thesprotis essent, intelligere arbit-

¹ *Fuitque proditum.*] Herodotus libro 2. hanc historiam copiose explicat. De hac ipsa re etiam plura, & quidem docte, cogessit Janus Parrhasius priuio Raptus Proserpinæ super illud,

Unde datæ populis fruges, & grande relicta.

Cesserit inventis Dodonia quercus aris.

² *Solisque Boeotiis.*] Strabo lib. 9. ubi ejus rei rationem reddit.

³ *Primamque fagum & columbam.*] Herodotus dicit lib. 2. Id ramum fabulosum esse aurum ait Strabo lib. 7. paulo ante fin. Vide tamen Dionysium Halicarnassum l. 1. & Probum in d. l. 1. Georg. Servim in 9. eclog. Virgilii paulo post prin. In Epiro, inquit, dicitur nemus fuisse, in quo responfa dabant columba: quod ideo fingitur, quia lingua Thessala Peliades & columbae & vaticinatrices vocantur. Ovid. Metam. 13.

Vocalemq[ue] suaterram Dodonida queru.

⁴ *Lebetes æneos.*] Erasmus Chil. 1. cent. 1. c. 7. Dodonæum ex tam apud Grecos, quam Latinos in proverbiū cessissè de homine improbae & importunæ loquacitatise diversis scriptoribus ostendit. In Dodona duæ fuerunt sublimes columnæ, in altera pelvis ærea, in altera pensile pueri simulachrum, flagellum æreum manu tollentis. Quoties autem ventus vehe-

mentius flasset, fieri consuevit, ut scutica impulsa crebrius lebetem feriret. Is autem percussus tinnitus reddebat, multum temporis durantem. At Suidas tradit ex quodam Damone, Iovis Dodonæ oraculum lebetibus æreis undique septum fuisse, ita conjunctim collocatis, ut invicem sece contingerent. Itaque necesse erat fieri, ut uno aliquo lebetum percusso, vicissim omnes resonarent, sonitu mutuo contactu ab aliis ad alios succedente. Durabatq[ue] in longum tempus tinnitus ille, videlicet in orbem redeunte sono. Ad has pelves respexit Virg. lib. 3. Æneid. commemorans hospitalia dona, quæ priscorum consuetudine Æneas digressuero, tum hospiri, tum civi suo, Helenus, Epiri, post Pyrrhum, Rex, & Andromachæ maritus, donarit, his verbis,

Ingens argentum, Didonæque lebetes.

⁵ *In quo Deucalion & Pyrrha.*] Par-nassus, sicut Stephanus narrat, olim Larnassus vocari erat solitus, propter ea quod Deucalionis illuc appulit λέπραι, hoc est linter contextus, sive arca, quam Deucalion ædificavit consilio Promethei patris. Ludo. Vives in c. 10. lib. 18. Civitatis Dei.

⁶ *Subinde Alexander Epiri Rex.*] Hæc usque ad versicul. quod quidem templum, sunt Strabonis lib. 6. & Iustini lib. 12.

I Quod

arbitratus : qui quum infestissimas gentes in Brutiis armis petit, & belli jure vastat, apud ejusdem nominis loca, ^{Tem-} infanda strage victus, oraculi fidem veram implevit. ^{plures}

¹ Quod quidem templum Philippus Macedo (velut immi- ^{Apol-}
nus prædo) sicut pleraque omni rapinarum genere vastavit, ^{linis}
& incendit: vasaque & que preçiosa erant, immisso exercitu ^{Del-}
diripuit. ² In eo quoque fons sacer visebatur, qui quum fa- ^{phici d.}
ces accensas extingueret, admotas procul accendit. ³ Ter- ^{vasta-}
tum. ^{Fons in}

tium temple.

¹ Quod quidem templum Philippus Macedo.] Sed Aetoli hujus templi porticus omnes demoliti sunt: ornamenti, quæ maximo studio atque impensa adhibita fuerant, dejectunt: neque solum superiorum partem incendio concremarunt, verum etiam incœnia ipsa funditus crux. Everterunt flatus numero ultra duo millia, quamplurimas etiam fregerunt, ab his duntaxat abstinentes, quæ vel figuræ, vel inscriptions deorum habebant, ut scribit Polybius lib. 5.

² In eo quoq[ue] fons sacer.] Pomponius Melalib. 2.c. 3. In Eipo Dodonei Jozis templum, & fons ideo sacer, quod cum sit frigidus, & immersas faces, sicut cæteri, extinguat: ubi sine igne procul admoveatur, accedit. Hujus fontis meminit Solinus cap. 12. Plinius c. 103. lib. 3. In Dodone, inquit, Jozis fons cum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinguitur, accedit. Idem meridic semper deficit, qua de causa Anapuomenon vocant. Mox incresens ad medium noctis exuberat, ab iuvvus sensim deficit. Lucretius hunc fontem describens, in 6. causam cur id accidat, conatur ostendere. Ejus versus, quod elegantes sint, adscriptimus,

Frigidus est etiam fons, supra quem sita
sepe

Stuppa jacit flamas, concepto protinus
igni,

Tedaque consimili ratione accensa per
undas:

Colleget, quoq[ue] natans impellitur auris,

Nimirum quia sunt in aqua permulta
vaporis

Semina, de terraque necesse est funditus
ipsa

Ignis corpora pertotum consistere fon-
tem,

Et simul expirare foras, exireque in an-
ras,

Non tam viva tamen, calidus queat ut
fieri fons.

Divus Augustinus lib. 2 r. cap. 7. Civitatis Dei, Prodigiosis hujusmodi na-
tura operibus raro aliam rationem
læctesi ait, quam quod talis eorum sit
natura.

³ Tertium vero Dindymæ Apollinis.] Hæc sunt Herodotilib. 1. Strabonis lib. 11. & 14. non multo post prin. Pomp. Melæ lib. 1. cap. 17. ubi de Io-
nia in prin. Post Basileicum, inquit, Io-
nia aliquæ se ambagibus sinuat, & pri-
num à Posidio Promontorio inflexum in-
choans, cingit oraculum Apollinis, di-
clum olim Branchideæ, nunc Didymæ. &
Plinii l. 5. 29. Statius l. 3. Thebaidos,

— Patriaque æqualis honori

Branchus. —

Ubi Luctatius Placidus, ejusdem Sta-
tii interpres, Terentiani versus sic citat,

— Branchiadæ Phœbo cantasse Je-
vique

Pastorem Branchum, cum captus amore
pudico,

Fatidicas sortes docuit depromere Pœan.
Branchus Thessalus fuit dilectus Apollini,
ut Hyacinthus, quem acriter intelle-
ctum doleñs, templo & sepulchro conser-
vavit. Hæc Luctatius. Legendum esse
autem Didymæus, non Dindymæus, au-
toritatibus supra citatis patet.

Oracu-
lum Ae-
pollinis
Dindym-
mai.
Branchus.

tium vero Dindymæi Apollinis oraculum antiquissimum,
& multi nominis habetur, quod Branchidarum nuncupant.
Branchus enim Thessalus fuit Apollini dilectus, & filius
habitus, quem imperfectum dolens, templo & divinitate
sacravit. ¹ Is autem Apollo Milesius dictus. ² Est autem
Miletus totius Ioniæ caput. Templum vero ad decem
& octo stadia ab urbe, à litore autem viginti aberat,
maxima mole & profusis sumptibus extructum, auctum
que amplissimis donis; ³ quod Xerxes deorum hominum
que contemptor, dum innumerabilibus copiis Græciæ
bellum parat, nulla religione aut deum verecundia, sicut
multa, incendiis & ruinis deformavit, templumque &
aras evertit. ⁴ Annis deinde intercedentibus, Milesii ora-
culo moniti, uberiori impensa illud omnium maximum &
dignum tanto numine restaurarunt, ita ut ob magnitudi-
nem fastigio extruendo nullæ contignationes sufficerint.
⁵ Quartum in urbe Bruti Latone oraculum inclytum divitiis

me-

¹ Is autem Apollo Milesius.] Nam & hunc Milesium appellat Apuleius Metam. lib. 4. Dei, inquit, Milesii ve-
tustissimum percontatur oraculum, quem postea Apollinem esse dicit. Hujus etiam oraculi Milesii meminit Apul. lib. 5. Metam. & Sozomenus in histo-
ria, ubi de Licinii interitu agit, hujus oraculi ita meminuit. Denique etiam Greci dicunt, tunc eum expertum suisse divinationem Milesii Didymæi Apollinis, eique consulent de bello, respondisse Deum per hos Homerii versus,

O senior, servat juvenis te miles in ar-
mis.

Te dure excipiet senium, & tua vita
solita est.

In vulgaris Sozomeni excerptis pro Milesii & Didymæi Latinus interpres parum hoc tenens, Miletii & Gemini interpretatus est, ut scribit Gyraldus historiarum Deorum syntagm. 7.

² Est autem Miletus.] Plinius lib. 5.
cap. 29. Miletus, inquit, Ioniæ caput,
Legeatis ante & Pityusa & Anatolian

nominata, super 80. urbium per cuncta maria genitrix. Mela d. I. i. c. 17. ubi de Ionia.

³ Quod Xerxes.] Strabo lib. 14. post prīnc. de Didymo Milesio, sic l̄c̄ribit, Post Posidium Milesium est ora-
culum Apollini Didymo sacrum apud Branchidas ad decem & octo stadia af-
fidenti: id à Xerxe incensum est, quem ad modum cetera templa omnia Epheso excepto. Branchidae autem Dei thesaūris Perse traditis, cum eos fugientes abscesserunt, ne preditionis & sacrilegii p̄tēas penderent.

⁴ Annis deinde intercedentibus.] Idem Strabo ad ea subiungit, Postea Milesii templum construxerunt omnium maximum, quid propter magnitudinem remansit sine telo, variis antiquarum artium donis sumptuosissime ho-
noratum.

⁵ Quartum in urbe Bruti Latona.] Herodotus lib. 2. in duobus locis. Strabo lib. 17. Sed hic ex iis legendâ est Euti, non Bruti.

I Oracu-

memorant. Urbs autem Bruti in Ægypto contra Nili ostium, quod Sebeniticum dicitur. Templum vero media in urbe situm, omnibus circa populis sanctum, & cæmoniis sacrum erat, porticum habens decem passibus altam, in quo oraculum Cambysi redditum est, in Ecbatanis illum decessurum, ambiguo nomine decepto, cum alteræ apud Syros, alteræ in Medis essent. ² Delii quoque ^{Delii} sortes & oracula, indubia semper habita sunt. Fuit autem ^{sortes.} Delos una ex Cycladibus, cui nomen ³ Ortygia: ⁴ ædes vero mari imminebat, à qua proximus in Eubœam trajecus erat: quinque enim passuum millibus ab ⁵ Tanagra aberat. Tanacra autem in Eubœa vetus traditur civitas. ^{Tanagra} In quo quidem templo ipsum Apollinem natum & alium fabulantur, ⁶ tantæ religionis, ut ne Persæ quidem cum innumerabilibus copiis bellum parant, & omnia belli jure vastant, violentas aut sacrilegas admoveare manus ^{Templi} ^{Apollinis in} ^{Delo} ^{bonas.}

ausi

¹ *Oraculum Cambysi redditum.*] Herodotus in Thalia, qui tertius liber est, Sed cum fuisse jam antea Cambysi redditum ex urbe Butti oraculum, eum in Ecbatanis decessurum, ipse interpretabatur se in Ecbatanis Mediæ ubi res ejus omnis erat, secum vita sancturum: at oraculum in Ecbatanis Syria loquebatur.

² *Delii quoque sortes.*] Servius in lib. 3. Aeneidos, ibi,

Sacra mari colitur medio gratissimaten-

lus

Nereidum matri. —

Dieta est insula, Delos scilicet, primo Ortygia, quia Graeci ὅπτης dicitur contumix: & quia postea emergens apparuit, Delos. Nam δῆλον, manifestum dicunt. Vel, quod verius, quia Apollinis oracula, quæ ubique obscura sunt, illuc manifesta dantur. Plinius cap. 12. lib. 4. *Ipsa, inquit, longe clarissima, Cycladum media, templo Apollinis & mercatu celebrata Delos.* Aristoteles apud eundem Plinium δέ τοι πάσαις, quod opera aquis repente apparuerit. vide & Pausan. in Arcad. Tertullianum de Pallio, & Apologetico.

³ *Ortygia.*] Strabo lib. 12. Solin. cap. 17. &c 18.

⁴ *Ædes vero mari imminebat.*] Livius 4. Decadis lib. 5. et finem, *Templum, inquit, est Apollinis Delium imminens mari, quinque millia passuum à Tanagra abest, minus quatuor millium inde in proxima Eubœa est mari trajecus.*

⁵ *Tanagra autem in Eubœa.*] Ptolemy lib. 3. cap. 15. Tanagra est oppidum Boeotiae Mediterraneæ.

⁶ *In quo quidem templo.*] Cicero in 3. in Verrem act. de eo templo loquens, est enim tanta apud eos ejus sari religio atque antiquitas, ut in coloco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur.

⁷ *Tantæ religionis, ut ne Persæ quidem.*] Cicero in ea ipsa oratione paulo post ea, quæ nuper ex eo diximus, de eodem templo loquens, Tantaque ejus ardentitas religione & est, & semper fuit, ut ne Persæ quidem cum bellum toti Graecie, diis hominibusque indixissent, & nulle numero nazivum classem ad Delium appulissent, quicquam conarentur, aut violare, aut attingere. Hanc historiam abunde scribit Herodotus lib. 6.

CC 3 1 Quare

ausi fuerint: in cuius ara nullum immolari animal proditum est: quare morbo & pestilenti contagione coacti Delii, id decreto sanxerunt, ne homines defunctos ibi cremarent, neve sepelirent,² neque in Delo canes alcarent, scilicet ut ab omni cede insula immunis foret.³ Cumque oraculo moniti Athenienses Delum expiarent, hoc expiationis genus invenere, ut cadavera sepulchris condita inde eruerent: atque edixere ne quis in Delo moreretur, neve quis homo nasceretur: sed morituri & parituræ mulieres, in Rhenam insulam Delo proximam transmigrarent.⁴ Cujus aræ hoc proditum mirum & monstrificum,

In Delo
nemo
vel na-
scen-
tur vel
morie-
bus.

ut ex

¹ Quare morbo & pestilenti.] Thucydides lib. 4. scribit in Delo nec parere, nec sepelire, nec canem alere fas fuisset. Strabo lib. 10. *Hand enim*, ait, *inter Delon mortuos aut sepelire, ant e-
mancfas est.*

² Neque in Delo canem.] Strabo d. libro ad ea subiungit, *Canem etiam in Delo alere nefas.*

³ Cumque oraculo moniti, &c.] Strabo d. lib. 10.

⁴ Atque edixere.] Plutarchus in *Apophthegmatis Pausanias Cleobroti* scribit, Mulieres ex lege, qua apud Delios erat, neque parere, neque mortuos sepelire. Et Pausanias lib. 2. idem de *Aesculapii* luco dicit, ait enim, *Aesculapii lucum circunquaque montes cingunt, intracibus ambitum mori nequaquam aut nascire religio est, eodem scilicet ritu, qui & in Delo insula servatur.*

⁵ Cujus ara.] Id Plutarchi est in libello, quo differit, utra animalia prudentera sint, an aquigena, an vero terrigena. Verum idem in *Theseo* de ara in Delo scribit, non quidem ex dextris, sed ex sinistris tantum cornibus compactam, quem *κερατων βα-
μην* appellant, id est *corneam aram*. Sed utcunque sit, Ovidius non exprimens ex utris sit, in epistola Cydippes ad A-

continuit hæc de ea re scribit,

*Minor & innumeris structam de corni-
bus aram,*

Et de qua parient arbore nixa dea est.
Quin & Callimachus poëta in Apollinis hymno, quadrimum adhuc Apollinem scribit ex cornibus Cynthiadum caprarum, quas soror Diana in ventu occiderat, aram compiegisse, fundamentaque item & parietem è solis struxisse cornibus. Ipsius autem sunt haec verba,

*Τέλεσθε τὰ πρῶτα δεμεῖνα Φοῖος
ἔπικε
Καλὴν ἡ ὄρλυζην, τεινγέσθαι εὐδόθι λίμ-
νης,
Αἴρτεμις ἀγράσσοντα καρπαλα σωμα-
τῆς αἰγῶν
Κυνθιδίων φορέσσεν, ὅσην ἔπλευσε βω-
μὸν Αἴρόλων,
Δεῖπνο τῷ καρχαρίν ιδεῖθαι, πῆγε τῷ
βαρύν
Εἴ τε περίθων, καρπάς τῷ πίρις ὑπεβάλλε-
τω τοῖχος.*

*Quadrinus primafundamenta Phœbus
jecit,*

*Pulchra in Ortygia orbiculari in lacu.
Diana venata cornua aspidine caprarum
Cynthiadum tulit, ipse vero comexuit
aram Apollo,
Extruxit quidens cornibus fundamenta,
compegit autem aram.
Ex cornibus, corneos vero circunduxit
parietes.*

*Laertius quoque Diogenes ceratinæ
aræ, hoc est, è cornibus factæ, mentio-
nem nonnullam facit in Pythag. vira.*

I Sicut

ut ex dextris cornibus animalium mira arte compactis ere-
 Æta fuerit, ¹ sicut Thebis aram Apollinis Spodii ex sacri- Ara
 fiorum cineribus constructam ferunt, unde cognomen ^{Apollinis}
 tulit, ² quam nonnulli inter orbis miracula adnumerant: ^{Spodii.}
³ ad quam quum accessisset Pythagoras, ipsum ob religio- .
 nem adorasse fertur: ⁴ & ne aram sanguine sedaret, ho-
 stiam immolare miniue voluit, sed frumento, hordeo, at-
 que placenta, sine igne sacrum fecit. ⁵ Quæ insula tantæ Rhene
 sanctitudinis habita est, ut ad eam quotannis Athenienses ^{insula}
 tacti religione, variis mercibus onustam navim mitterent, ^{sancti-}
 tudo. quo tempore quenquam vinciri, aut suppicio affici, reli-
 gioni fuit, donec rediret navis. ⁶ Cumque cætera responsa Delii
 Apollinis sub nubilo verborum & sensu ambiguo redde- oracula
 rentur, ⁷ sola Delii oracula nullo tegimento exposita atque ^{aperta.}
 aperta fuere. ⁸ Etiam in Attica ara Iovis supremi exemplo Ara
 Jovis
 haud in Attica.

¹ Sicut Thebis aram Apollinis Spodii.] Pausanias lib. 9. qui de Bœoticis est. Supralapidem, inquit, Sophronistera est Apollinis ara, cognomento Spodii, è victimarum cineribus concreta.

² Quam nonnulli inter orbis miracula.] Calliodorus autem lib. 7. Variarum epistola incip. Roman. inter septe in orbis miracula id minime ponit.

³ Ad quam cum accessisset Pythagoras.] Diogenes Laertius in vita ipsius, & Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 6. post princ. Constat enim (sicut Cloatius Verius Ordinatorum lib. 2. docet) esse Deli aram, apud quam hostia non ceditur, sed tantum solenni Deum prece venerantur. Verba Cloatii hæc sunt, Delii ara est Apollinis Τεύτρα, in qua nullum animal sacrificatur: quam Pythagoram, velut inviolatam, adorasse produnt. Ubi Macrobius Apollinem Τεύτρα, id est genitorem, non Spodium vocat. Spodos autem sive Spodium, cineris genus est, quod ex fornacibus ærariis fultum evolat, atque inde recidit in pavimentum.

⁴ Et ne aram sanguine sedaret.]

Laërtius ubi supra. Vide Censorinum de die Natali.

⁵ Quæ insula.] Herodotus lib. 6. Erat enim Atheniensium in Sunio biremis quedam quam Delum jam inde à Theseo quotannis mittebant.

⁶ Cumque cætera responsa.] Herodotus lib. 1. in Graecorum oraculis & alibi sape. Eusebius Preparationis Euangelicæ lib.

⁷ Sola Delii oracula.] Id ex Servio supra diximus hoc eodem cap. 2. ibi, Delii quoque fortæ. &c ad ea adjungit idem Servius, quod quanvis quedam oracula Apollinis obscura sint, tamen semper vera sunt. Philostratus item in vita Apollonii lib. 6. tradit Apollinem Delium, nullis portentis præmissis, quæ sibi videntur respondere.

⁸ Etiam in Attica ara Jovis supremi.] Deorum enim supremus est Jupiter. Pausanias lib. 1. qui de Atticis est, In vestibulo Jovis supremi ara est, ad quam victimas non cedunt: sed libenter. et atque apponunt, ac vino quo minus uantur religione probantur. Et de hujusmodi quoque Jove Hypato, id est, altissimo, supreimo, idem Pausanias l. 7.

haud dissimili traditur, ad quam nihil convenit animatum imminolari: sed variis libamentis & bellariis absque vino sacrificatur.¹ In Paphiæ quoque Veneris ara, licet ex cæsis hostiis captentur auspicia, illuc tamen sanguinem effundere non decebat. Igne enim puro & precibus tantum altaria adolentur, in cuius sacris certissima hœdorum fibris fides habita semper.² In Patara quoque Lyciæ oraculum Apollinis & delubrum magnæ felicitatis fertur, in quo sex anni mensibus responsa dantur, quæ Lyciæ fortes dictæ.³ Eo enim excellentiæ crevit, ut opibus ac fide Delphico haud absimile fuerit.⁴ Præter quæ, Amphiarai & Trophonii oracula, Græcis inclytæ religionis fuerunt.

qui de Bœoticis est. Gyraldus Historiæ deorum syntag. 11. Orphei carmen citat his verbis,

Xaip̄ ἀνα περιπτωπ̄ ζύς ἔρθιτ̄,
χειρ̄ ἵπατε ζεῦ.

¹ In Paphiæ Veneris ara.] Cornelius Tacitus lib. 18. Titus *Vespasianus*, oram Achæa & Afiae, ac lava maris prætervectus cum in Cyprum insulam pervenisset, cupido illum incessit adeundi vi-sendique templum Paphiæ Veneris in-clytum per indigenas advenasque. Tantum Cinarades sacerdos consulitur. Hos-tilie, ut quisque vorisset, mares deliguntur. Certissima fides hœdorum fibris. San-guinem aræ effundere vetitum, precibus & igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus, quanquam in aperto, madescunt. Simulachrum deæ nos effigie humana. Continuus orbis latiore initio, tenuem in ambitum, metæ modo exuengens.

² In Patara quoque.] Pomp. Mela lib. 1. cap. 15. de Lycia. Unde *Patara* Apollo dictus Horatio lib. 3. Car. Ode 4.

— Qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalemque sylvam,
Delius & Pataraeus Apollo.

In Patara (ut diximus ex Scrv. supra in verbo incip. Licit seruant Apollinem.) sex mensibus hyenalibus Apollinis dabantur responsa. Statius lib. 1. Thebaid. ad fin.

Phœbe parens, seu te Lyciæ Patara-nivofis

Exercent dumeta jugis. —

Festus Pompejus lib. 10. scribit, Lyciæ Apollinis oraculum in Lycia maxime claritatis fuisse ob luporum interfectionem. *Lux* enim lupus est.

³ Eo enim excellentiæ.] Pomponius Mela, ubi supra proxime, de Patara, Lyciæ oppido, loquens, air, illam no-bilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus, & oraculi fide Delphico simile.

⁴ Præter quæ Amphiarai.] Cic. I. 1. de Divin. Atque etiam ante hos Amphiaraus & Tiresias non humili es, & ob-scuri, neque eorum similes, ut apud En-nium est, qui sui qualius causa fauila susci-tant sententias: sed clari, & prestantes viri, qui avibus & signis admoniti, fu-tura dicebant: quorum de altero etiam apud infiros Homerus ait solum sapere: ca-teros unbrarum vagari modo. Amphiaraus vero sic honoravit fama Græcia, Deus ut haberetur, atque ut ab ejus sole, in quo est humatus, oracula peterentur. Amphiarai rempli meminit Strabo li-bro 9. & Val. Max. lib. 9. c. 16.

⁵ Et Trophonii.] Herodotus lib. 1. Cicero Tusculan. quæst. lib. 1. Livius 5. Decad. lib. 5. Strabo lib. 9. Plura Erasin. scribit Chil. 1. cent. 7. cap. 77. parœmia, In antro Trophonii vaticinatius est.

I Cui

re: ea enim vetustate & fide præcipua habita sunt. Fuit enim Amphiaraus divinus vates,¹ cui Oropii divinos honores decrevere, ædeinque illi candido marmore dedere: quem tanto cultu studioque Græcia honoravit, ut² inter deos illum reciperet: in eoque solo ac sede ubi humatus sepultusque est,³ certissima responsa daret,⁴ quæ quidem in somnis edebantur. nam post purgationem & sacrificia diis, quorum nomina in ara insculpta erant, mactato ariete, pellem substernebant, in qua incubantes, somnia captabant, illorum significatus & eventa mox interpretati.⁵ Eratque publica constitutione sancitum, ut in Amphiarii templo nullus Thebanus obdormiceret, aut vaticinaretur.⁶ Fons ^{Fons in} Amphiarii ^{templo.}
quoque in eo visebatur, ad quem qui accepto oraculo morbo levabantur, argentum & aurum signatum mittere tenebantur.⁷ Apud Canopum quoque in templo Serapis,⁸ & in phano Pasiphaës,⁹ & in Pergamo Æsculapii:
atque

¹ Cui Oropii.] Strabo d. lib. 9. Pausanias lib. 1. In deorum, inquit, numerum Amphiaraum princi omium Oropii retrulerunt, quos reliqui Græci sequuntur. Et paucis interiectis, Apud Oropios templum Amphiaraos, & eidem è candido lapide signum dedicationis, &c.

² Inter deos illum reciperet.] Cicero loco nuper citato ibi, Præter que Amphiarii. & seq.

³ Certissima responsa daret.] Cicero d. loco. Statius lib. 7. Pausanias d. lib. 1. & 2. Amphiaraum conjectandi somnii solerissimum fuisse ostendit his verbis, Constat illum somniorum divinatione tradita, tum demum in deorum numerum relatum. Consulendi quidem causa qui accedunt, lustrantur omnes. Propriaculo res divina est, quam cum Amphiara ipsi faciunt, tum ceteris, querunt in eadem ara inscripta sunt nomina. Deinde arietem immolant, cujus substrata pelle dormientes, nocturna visa expectant.

⁴ Que quidem in somnis.] Pausanias lib. 1. Et hujus quoque incenit Hesiodotus lib. 8. & Philostratus in vita

Apollonii lib. 2. cap. 14. ubi sacerdotes eos, qui responda accipere volunt, integrum diem à cibo, à vino autem triduo jubent abstinere, ut pura expurgataque anima ostensorum rationes colligere melius possint.

⁵ Eratque publica constitutione sancitum.] Herodotus d. lib. 8.

⁶ Fons quoque in eo visebatur.] Pausanias d. lib. 1. Est etiam, ait, apud Oropios fons templo proximus, quem Amphiarii nuncupant: ad quem neque divinum rem faciunt, neque aut ad lustrandum, aut ad manus lavandas, aqua ea uifas putant. Solum, qui morbo, oraculi monitu, levati fuerint, signatum aurum, argentumve, mere majorum, in fontem abscindunt.

⁷ Apud Canopum quoque in templo Serapis.] Strabo lib. 17.

⁸ Et in phano Pasiphaës.] Plutarchus tum in vita Agidis, tum Cleomenis.

⁹ Et in Pergamo Æsculapii.] Pausanias lib. 4. Nim & hic Pergameus & Pergamenus dictus est. Martial. lib. 9.

^{Ara} atque in Narbaca apud Hyrcanos oracula pariter ex somniis edebantur, ²& apud Troëzenos Ardali ara, in qua Somino & Musis immolabatur: quique responsa accipiunt, integrum diem à cibo, à vino autem triduum abstinere convenit. ³ à quibus edita fors olim Mardonio fuit, qua contra Spartanos in acie pugnans occubuit. Quibus quidem oracula populi omnes cæca opinione ducti, tantum fidei dedere, ut eorum responsis moniti, fævientes tempestates & prælia vitasse credantur. Quod quidem ⁴ Amphiarai templum in Attica: ⁵ Trophonii vero apud Thebas Bœotia fuit, ⁶ à Cadmo (ut dicitur) conditas, ⁷ Bacchi & Hercules.

epig. 17. de coma Earini,

*Consilium forme speculum, dulce que cæ-
pillos*

Pergameo posuit dona sacrata D:o.

Statius de eadem Earini coma loquens Sylvarum lib. 3. sylva 4.

*Pergameas intrasse domos, ubi maxi-
mus ægrys*

*Auxiliator adeſt, & festinantis fistens
Fata, salutifero mitis Deus incubat an-
guis.*

Et Q. Serenus Sammonicus statim post princ.

*Tuque potens artis, reduces qui tradere
vitias*

*Nostri, atque in cœlum manes revocare
sipultos,*

*Quæ colis Ægæas, qui Pergama, quique
Epidaurum.*

1 Atque in Narbaca apud Hircanos.] Strabo lib. 11. Hic etiam Narbaca civitas est, in qua oraculum est eorum, qui ex insomniis respondent.

2 Et apud Troëzenos Ardali ara.] Pausanias lib. 2. qui de Corinthiacis est. & Stephanus in lib. de Urbibus.

3 A quibus edita fors olim Mardonio.] Plutarchus in Aristide.

4 Amphiarai templum in Attica.] Pausanias l. 1. qui Attica inscribitur.

5 Trophonii vero apud Thebas Bœotiae.] Herodotus lib. 8. Strabo lib. 9.

6 A Cadmo, ut dicitur, conditas.] Diodorus Siculus lib. 5. cap. 2. in prin-

cip. & lib. 6. cap. 11. & Laetantius Placidus in lib. 7. Thebaidos Statii. Et hinc illas Cadmeas vocat Homerus Iliados lib. 5.

*Αγελαὶς Θεβαῖς πολιάς μὲν καδ-
μειωρας.* Ide est, Legatus ad Thebas multos inter Cadmeos.

Et Propertius lib. 1. eleg. 7. in princip. ad Ponticum poëtam,

*Cum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice
Thebae,*

Armaque fraternæ tristia militiae.

Alii ab Amphione, ut Strabo lib. ultimo. Solinus cap. 12. sic scribit, Bœotia Thebis enitet. Thebas condidit Amphion, non quod lyra faxa duxerit, neque enim par est id ita gestum videri) sed quod assatus suavitate homines rupium incolas, incultis moribus rudes, ad obsequii civilis pellecerit disciplinam. Alii denique ab Ogyge Rege, ut Varto Rei Rustica lib. 3. c. 1.

7 Bacchi & Herenlis patriam.] plautus in Amphitryone. Diodorus Siculus d. lib. 6. c. 12. & Solinus d. c. 12. ad hæc quæ in præced. citavimus, subiungit, Urbs ista numinibus apud se ortis gloriantur, ut perhibent, qui sacris carminibus Herculem & Liberum celebrant. Unde à Seneca in Hercule furente, Ferrax deorum terra vocatur. Plinius lib. 4. c. 7. Hincque Theocritus ipsum Herculem Bœotium vocat.

culis patriam, ¹ quas Alexander Macedo diruit, civibus sub corona venundatis, ² quæ ἐπὶ πυλαῖς dictæ sunt; quæ civitas juxta Magnesiam & Thessaliam haud longe à mari sita est: ubi Trophonii oraculum multi nominis, qui quum à Boeotis de Thebano bello consultererunt, ibique res divina fieret, ³ gallos gallinaceos perpetim cecinisse ferunt, quo concentu Thebanis insignis victoria prædicta fuit. ⁴ Aliæ vero Thebæ in Ægypto fuere in regione Thebaida ⁵ ἐν Καμπυλαι, ⁶ quas nonnulli Heliopolim, plerique Thebas

¹ Quas Alexander Maceulo diruit.] Plutarchus in Alexandro, & Demosthene. Arrianus quoque in vita Alexandri libro 1. Polybius lib. 5. & Q. Curtius lib. 2.

² Quæ ἐπὶ πυλαῖς dictæ sunt.] Id est, septem portarum. Homerus lib. 4. Iliados,

Hūis n̄ Οἰκεῖς εἴη τοις εἰπειν ἐπὶ πυλαιοῖς. Id est,

Nos etiam Thebarum fidem cepimus
septem portarum.

Ovidius lib. 13. Metam. de eadem,
Urbs erat & septem posses ostendere por-
tas,

Hæ pro nomine erant, & quæ foris illa
docebant.

Et Pindarus saepetum in Nematis, Ode 9. tum in Isthmiis Ode prima ad fin. & Hesiodus lib. 1. Operum & die-
rum,

— E' φ' ιταπύλαι φίλην καθμηδί-
γαν.

Ovidius lib. 2. Tristium eleg. 1. ea-
demque ult.

Cur tacni Thebas & mutua vulnera
fratrum?

Et septem portas sub duce quamque
fuo?

Et Statius lib. 3. Thebaidos, volens
ostendere Niobem quatuordecim fi-
lios habuisse ait,

— Miseroque tumulu

Bina per ingentes stipabant funera por-
tas.

Et tursum paulo ante,
— Tunc visalaveri

Culmina, septenaque jugo concurrere
portæ.

Luctatus in lib. 7. Thebaidos Stat.
Apulejus lib. 4. Metamorphos. Vix
enim Thebas Heptapylus accessimus, quod
est huic disciplinae primarium studium
Pausanias lib. 9. septem portarum no-
mina ponit.

³ Gallos gallinaceos.] Cicero lib. 1.
de Divinatione, & Plinius l. 10. c. 21.

⁴ Aliæ vero Thebæ in Ægypto.] Plinius lib. 36. cap 8. &c. 14. ubi tra-
dit hoc rotum oppidum penile fuisse.

⁵ Εν Καμπυλαι.] Id est, centum
portarum. Homerus lib. 9. Iliados.

— Οὐδὲ οὐτα Οἰκεῖα
Αἰγυπτίας έθι πλεῖστα δόμοις εἰ κλί-
ματα κέντητα.

Αἴδης οὐκανόπυλοι εἰσι. Id est,

— Nec quanta Thebas
Ægyptias, ubi multæ in domibus opes
jacent,

Quæ centum portarum sunt.

Et ex eo Strabo lib. 17. Diodorus Si-
culus lib. 1. cap. 2. Juvenalis Sat. 15.
statim post princ.

Atque vetus Thebæ centum jacet obruta
portis.

⁶ Quas nonnulli Heliopolim.] Dio-
dorus Siculus lib. 1. cap. 2. & lib. 3. c. 1.
Herodotus autem lib. 2. dicit Heliopoli-
mum distare à Thebis Ægyptis spa-
cio quatuor millium octogintorum &
sexaginta stadiorum: verum Strabo d.
lib. 17. non Heliopolim, sed Diopolim
vocat. Et de his Thebis vide præterea
Pomp. Melam lib. 1.

bas dixerunt, ¹ quæ civitas à Busiri condita, stadiorum centum quadraginta ambitu ferebatur. ² Aliæ in Thessalia juxta Amphissum annem, ³ quæ Phthioticæ dictæ. Et in ⁴ Lycia aliæ Thebæ, patria Andromedes. ⁵ Aliæ juxta Miletum: ⁶ in Ionia quoque, ⁷ in Syria, in Attica, Catao-nia, ⁸ & in Italia apud Lucanos Thebæ fuisse traduntur. ⁹ præter quod fuit Trophonii Jovis oraculum in Lebadia

Bœo-

¹ Quæ civitas à Busiri.] Id usque ad versic. Aliæ in Thessalia, est Diodori Siculi lib. 1. c. 2.

² Aliæ in Thessalia.] Apud Solin. lib. 13. aut aliorum comput. 14.

³ Quæ Phthioticæ.] Apud Livium 4. Decad. lib. 3. Thessalorum, inquit, genti præter libertatem concessam, Achæi Phthiotæ dicti Thebis Phthioticis & Pharsalo excepto. Et ejusdem Decad. lib. 9. Thebas Phthias unum maritimum emporium fuisse quondam Thessalis que-stusum & frigiferum. Et 3. Decad. 1. 8. Incolebant uilem eam profugi ab Thebis Phthioticis. Et apud Strab. lib. 9. Thessalis apud Plinium lib. 4. c. 8.

⁴ In Lycia aliæ Thebæ, patria Andromaches.] Unde illam Thebanam vocat Ovid. lib. 4. Tristium, eleg. 3.

Nec cruciere nimis, quam cum Thebana eruentum

Hectora Thessalico vidit ab axe rapi. Hx θωτλαχιν dictæ sunt Homero lib. 6. Iliados, unde scribit, Andromacham Hectoris uxorem & Astyanactis matrem, natam esse ex Eetione Cilicensibus imperante. Ex quo intel-ligis hic Cilicia, non Lycia legendum esse. Versus Homeri hi sunt,

Αὐδρεπάχη δυσάτηρ μεγαλάνης. — οντιανοί.

Hētōr, ος ἔνειπεν θωτλαχιν ιδεντην, Οντην θωτλαχιν, Κιθινεος αὐδρεπάτηρ ιδεντων. — Id est,

Andromache, filia magnanimi Eetio-nis:

Qui quidem Eetion habitab. ut in Hypo-placo sylvoſo,

Thebis in Hypoplaciis, Cilicus viris imperans.

Et paulo post,

Ἐκ τούτου πέρσεν Κιθινον εῖ ναι-τώσαν

Θινον οψίπυλον. καὶ δι' έκτανεν ιε-νίων.

Id est,

Et civitatem devastavit Cilicum bene habitatam: Thebas ecclisias interfecit autem Eetionem.

Ut interim non omittas eundem Homerum lib. 1. ejusdem operis, Ωχέμεθ ἐς Θινον ιεπλω πόλιν ιενίων.

Id est,

Ivinis in Thebeni sacram civitatem Eetionis.

Sed & de Thebis Hypoplaciis Strabo lib. 13.

⁵ Aliæ juxta Miletum.] Vide Stephanum in lib. de urbibus.

⁶ In Ionia.] Hx, ni fallor, sunt Thebæ Dirceæ, vel Asopix, de quibus Strabo lib. 8.

⁷ In Syria.] In Attica & Catao-nia.] Stephanus in libro de urbibus.

⁸ Et in Italia apud Lucans.] Cato hanc interiisse tradit, & ex eo Plinius lib. 3. cap. 11. Fuere & alia Thebæ Corsicæ cognominatae apud Iones juxta Heliconem Plinio lib. 4. cap. 3. Aliæ item à Libero conditæ in Aphrica Di-vi Hieronymo in epistolam Divi Pauli ad Galatas, quas nunc dicit Thebe-bestem vocari. Aliæ item in Pamphylia Straboni lib. 14. Stephanus autem in libro de urbibus novem Thebas annumerat.

⁹ Præter quod fuit Trophonii Jovis oraculum in Lebadia.] Herodotus lib. 8.

Strabo

Bœotia, in hiatu subterraneo, tetro & horrido, imo & angusto recessu, ad quem scalis descensus erat: quo consulentes magnis difficultatibus descendere nudos, aut in veste alba, & lino vel purpureo amiculo, placentasque lemuribus offerre oportebat, ne quo periculo forent aut noxæ, haustoque oraculo, per alium terræ hiatus ad superiora niti. ¹ In quo illud proditur mirum, cum qui post consultum oraculum inde digressus foret, animo semper afflito & jacenti, nunquam ridere solitum esse: ² juxta quod duo fontes visebantur, alter Lethæ, cuius aquam descentri si haurirent, omnium daretur oblivio: alter Memo-
Ex Tras-
plani
antro
revera
semper
tristes.
Lethæ
fons.
riæ, ex cuius haustu, omnium quæ unquam vidisset, recor-
datio subiret. ³ Sicut Thasiis duo vini genera pro-
Me-
marie
fons.
Thasiis-
rum
vina.
Theopha-
nijs flae-
raman-
duntur, alterum quod somnum conciliaret, alterum quod fugaret. ⁴ Ipsius vero statua non in templo, sed in tumulo nimis edito visebatur, quæ ferreis obeliscis obsepta erat. Fuitque quoque ultra Cyrenem in extimo finu' apud Ga-
raman-

Strabo lib. 4. Pausanias in Bœoticis. Livius 5. Decad. lib. 5. Maximus Tyrius Sciron. 26. post princ. sic scribit, Sed in antro quoque Trophonii (nam & huius herois oraculum est circa Lebadiam urbem) qui d. monem adire velit, amictu' induitur lino, talari purpureoque, tibaque in manibus habens, supinus angusto ingreditur hostiolo: ubi vel visa vel auditu' consequitur, ut quum inde eripserit, sibi ipse interpres vatesque fiat. Plutarchus in Sylla, Philostratus in vita Apollonii lib. 8. cap. 8. ex quo maxima pars horum, quæ hic Alexander dicit, sumpta est.

¹ In quo illud proditur.] Imo vero Pausanias in Bœoticis scribit, digressos ab antro resipiscere paulo post, & proximam mentein cum risu recipere.

² Juxta quod duofontes.] Hæc usque ad versic. Sicut Thasiis, sunt Plinii lib. 31. c. 2. Pausanias loco proxime citato hæc scribit, Sunt fontes duo inter se proximi. Eibenda illuc est Lethes, quæ

dicitur aqua, quæ cunctorum ei, quæ memoria complectebatur, oblivio contingat: Memoriæ fynes deinde, id est, Memoriæ, aquas potat, ut ne mens effluat, quomodo, quæ intra ea penetratia viderit omnia memoria contineat.

³ Sicut Thasiis.] Theophrastus Historiæ plantarum lib. 9. c. 20. ad finem, Apud Thassum, inquit, vinum somnificum arte quadam conficitur, & aliud, quod potum vigilantis facit. Plinius lib. 14. cap. 18. Thasiis duo genera vini facere proditur; Unum quo somnus concilietur, alterum quo fugetur.

⁴ Ipsius vero statua.] Redit ad Trophonium: idque est ex Philostrato & Pausania ubi supra.

⁵ Apud Garamantes.] Unde Garamantius dictus est Silio Italico libro 14.

Fer pater afflictis, fer, ait, Garamanti-
ce vates

Rebus opem: inque Italos da certa ef-
fondere tela.

¹ Ibis

Jovis Ammonii oraculum. ramantes' Jovis Ammonis augustissimum & antiquissimum oraculum, in vastis solitudinibus & campis torridis, siccitate sterili, ac nudo solo; ad quod sole exurente, æstu flagrantissimo, ² per immensas arenarum moles, vastamque planitatem calore & siti infestam, vix iter cuiquam tolerabile fuit: siquidem ventus eas sicut fluctus nunc huc, nunc illuc agitare, & campos velut maria infestare solet: nubes enim pulveres vehit, & foeda tempestate vexat. Post quæ, nemus frequenti sylva oleaque, & proceris arboribus, ³ fontibusque passim manantibus amoenum, in mediis arenis & situ arido haud plus quadraginta stadiorum oraculi septa cladebat: ultra vero late deserta regio, vestigio ^{a:q: ejusdem mago.} humano inaccessa. Circa vero Ammonii passim loca incolunt. ⁴ Ipse vero Ammon hircino capite & pelle amictus multis

¹ *Jovis Ammonis.*] De hujusmodi Ammone Herodotus lib. 2. & lib. 4. Diodorus Siculus lib. 4. cap. ult. Strabo lib. 17. qui scribit hoc oraculum suo tempore omnino defecisse. Pomponius Mela lib. 1. cap. 7. ubi Cyrenaicam describit. Lucanus lib. 9.

Ventum erat ad templum Libycis quod gentibus unum

In culti Garamantes habent: stat corniger illuc

Jupiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans,

Aut similis nostro: sed tortis cornibus Ammon.

Silius Italicus lib. 3. in princ.

Qua sublimè sedens Cyrrhus æmulus antris

Inter anhelantes Garamantis corniger Ammon

Fatidico pandit venientia secula luco.

Et in fine ejusdem libri,

*Hic ubi nunc aras lucosq; videtis opacos, Ductore electo gregis (admirabile di-
au)*

*Lanigeri capitis media inter cornua per-
stans,*

Marmaricis ales populis responsa canebat.

Solinus cap. 40. Plutarchus in Alexan-

dro. Quintus Curtius lib. 4. Arrianus lib. de Gestis Alexandri 3. Servius in 4. lib. Aeneid. Virgili ibi,

Hic Ammone fatus rapt'a Garamantide nymph'a.

Luctatius Placidus in lib. 3. Thebaid. Statii ibi,

*Chaonias senuisse tibi: licet aridus Am-
mon Invideat.* —

² *Per immensas arenarum moles.*] Nam, ut inquit Servius loco nuper citato, inde nomen sumpsit, quia æmulus arena est.

³ *Fontibusque.*] Hæc sunt verba Q. Curtii d. lib. 4.

⁴ *Ipse vero Ammon.*] Herodotus tum lib. 2. tum lib. 4. Macrobius lib. 1. cap. 21. Festus Pompejus lib. 8. Eustathius in Dionysium de Situ orbis. Servius in eum locum lib. 4. Aeneid.

*Protinus ad regem cursus detorquet
Hiarbam.*

Qui locus in memoriam revocat id, quod scribit Plinius lib. 37. cap. 10. Lapidem quendam vocari, Hammonis cornu inter sacratissimas Athiopias gemmas, aureo colore, arietini cornu effigiem reddentem, prominentemque prædivina somnia representare.

⁵ *Hunc*

multis cæmoniis colebatur.¹ Hunc sacerdotes, quum responsa petunt, aurato navigio vectare, & patrium carmen canere, coque propitiato, potentibus responsa dare solebant, quæ non verbis,² sed nutu signisque subobscu-
ris ab Aminone edebantur. Quod quidem ad tantæ ma-
jestatis fastigium venit, ut illuc post Cambysem, Alexan-
drum Macedonem, per ingentes æstus, omni tractu si-
tiente, penetrasse, pro miraculo fuerit.³ In Ægypto quo-
que Apis oraculum omnium sermone celebratur, erat e-
nim bos, qui & Serapis dictus, corpore niger, candida
fronte, in teriore alba nota ingens, duplicibus pilis in
cauda, & lingua cantharo notatus, quem certos vitæ annos
excedere non licebat. Hunc in lacum demersum Ægyptii,
indicto justitio, veste abscissa, & laceratis crinibus defun-
ctum plangebant: invento vero, mirifice latabantur. Re-
 sponsa autem dare non ut reliqua oracula solitus, sed si ma-
nu oblatum pabulum sumpsisset à consulentibus, secundos
eventus, atque omnia prospera decernebat: si vero abnue-
ret, in dubio malo & memorandis cladibus casura divi-
nabat. Ideo quum à Germanico pabulum oblatum renuis-
set, funestum omen & indubiam necem, quæ paulo post
sequuta est, prænunciavit. A Tenediis vero servatum est,<sup>Tene-
dit.</sup> prægnantem vaccam enutrir, cui veluti puerperæ famulan-^{Aethio-}
tur.⁴ Apud Æthiopes gens est (Nubas vocant) & in A-
phrica

¹ Hunc sacerdotes.] Curtius d. 1. 4. Hunc, inquit, cum responsum petitur, navigio aurato gestant sacerdotes, cum multis argenteis pateris ab utroque navigilatere pendentibus. Sequuntur matrone virginesque, patro more inconditum quoddam carmen canentes, quo propiciari Jovem credunt, ut certum edat oraculum.

² Sed nutu signisque obscuris.] Strabo lib. 17. Hinc Servius ubi supra, dicit illius simulachrum capite arietino fuisse.

³ In Ægypto.] Strabo lib. 17. Plinius lib. 8. cap 46. Statius lib. 3. Thebaidos, ibi,

Niliacumque pecus, patroique aequalis honori
Prænibus. —

Et ibi Lucretius interpres, Apim, in-
quit, dicit taurum lunatum Iidis, quod
Ægyptiis motu corporis sui, & quibusdam
signis futura prædictit. Solinus in Po-
lyhistore cap. 45. Pomponius Mela li-
bro 1. cap. 9. ubi de Ægypto.

⁴ Apud Æthiopes.] Älianuſ Histo-
riæ animalium, lib. 3. c. 17.

⁵ Et in Aphrica Ptoëmbari.] Plinius
lib. 6. cap. 30. At ex Aphrica parte
Ptoëmbari, Ptoëmbana, qui canem pro
Rege habent, metu ejus imperia angu-
res.

phrica Ptoëmbari, quibus regis vice, canis dominatur, bari. quem mirifice observant, ex illius motu & nutu imperia, Persie. & quæ sint placita augurantes. ¹ Persis quoque (ut auctor est Aristophanes) aliquando gallus regis vice præfuit & imperitavit. Sed præter hæc oracula, quæ augustissima Templa & sancta habita sunt, tempora quoque divitiis & sanctitate inclyta præcipua celebrantur: ² in Græcia, Olympii: ³ in Arabia, Triphili: in Cydonia, Dictæ: in Alexandria, Jovis Sinopitæ: in Libya & Andro Dionysii: ⁴ in Epidauro, Æsculapii: ⁵ in Isthmo & ⁶ Tænaro,

Sumio

tes. Solinus cap. 43. His proximi, inquit, summam regie potestatis cani tradunt, de cuius motibus quidnam imperitet, anguantur. Cicero autem lib. 1. de Legibus, tradit gentes esse que canem, ut Deum colunt. Vide eundem libro 1. de Natura Deorum.

¹ Persis quoque, ut auctor est Aristophanes.) In Fabula, cui titulus ὄρνες, id est, de Avibus,

Οὐς δὲ ἡ Θεὶ τοῖν τῶν ἀνθρώπων
ὑπέχον τὸ παλαιὸν

Αἱρ ὄρνες, καβατίλουν πολὺ ἵστ
τεκμήρια τεπων,

Αἰτίης δὲ ὑμῖν πρῶτ' ἐπιδείξω
ἀλεκτρύον' αἱ ἐπιεργάνει,

Ηχεὶ Περσῶν πρῶτον πάντων, Δαρεῖο
καὶ Μελαχύζα,

Οὐς τε καλεῖται Περσικὸς ὄρνις; Καὶ πότε
ἀρχῆς ἐτένινος.

Id est,

Quod autem non Dei igitur hominibus
imperavit antiquitas,

Sed aves & regnabant, multa sunt signa
haec:

Statim autem vobis primum ostendam
gallum, qual regnabat,

Imperabatque Persis primum omibus,

Dario & Megabyzo,

Quare vocatur Persica avis, à domina-
tione adhuc illa.

² In Græcia, Olympii.] Vide paulo infra.

³ In Arabia, Triphyli.] Diodorus Siculus lib. 6. cap. 10.

⁴ In Epidauro Æsculapii.] Plinius

lib. 4. cap. 5. In Saronico, inquit, Epidaurum oppidum, Æsculapii delubro celebre. Strabo lib. 8. Epidaurus non parum insignis est civitas, presertim ex Æsculapii claritate nobilitata, quem varia morborum genera curasse somniati sunt homines. Erat vero templum ægrotantium multitudine usquequaque reservatum, pendebusque tabellis, in quibus sanati languores erant inscripti. Solinus cap. 2. Epidauro deus est Æsculapii sacerdus, cui incubantes ægrotinum remedia capessunt de monitis somniiorum. Meminit Aristophanes in Pluto, & Plautus in Circumlo, actus 2. scena 1. in princ. his verbis,

Migrare certū est jam nunc è phuno foras,

Quando Æsculapii ita sentio sententiam:

Ut qui me nibilis faciat, nec salvum velet.

Valeudo decrescit, accrescit labor:

Nam jam, quasi zonu, liene cinctus ambiulo:

Geminus in ventre babere videor filios.

Hinc Epidaurius dictus est Ovidio l. 15. Metamorph.

Æquore placato patrias Epidaurius aeras

Linguit. —

⁵ In Isthmo.] Unde Isthmus dictus est, Strabo lib. 8. Ad Scheruntem portum angustissima Isthmi tellus est, qua navigia transvectantur, ubi est Neptuni pharum Isthmi. Et eodem lib. In Isthmo Ne-

¹ Sumio Euboæ, ² atque Attica ³ & Calabris, Neptuni
⁴ in Acarnania, ⁵ Apollinis Actii: ⁶ in Claro, ⁷ Actio
& Leu-

mo Neptuni, quem Isthmum vocant, tem-
plum eminet, piecærum arborum lucocir-
cundus, ubi Isthmisi ludos celebratos,
Corinthii celebore soliti sunt. Solinus
cap. 12. Pausanias in Corinthiacis, &
Laconicis.

⁶ Et Tenero.] Unde *Tenarius* Ne-
ptunus dictus, ut Suidas tradit. Est au-
tem *Tenarus* auctore Servio in lib. 4.
Georg. promontorium Laconia, circa
finem Malex, ubi inferorum dicitur
esse descensus. Virgil. d. lib. 4. de de-
scensu Orphei ad inferos,

*Tenarias etiam fauces, alta ostia Di-
tis,*
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manesque adiit Regemque
tremendum,
*Nesciaque humanis precibus mansuece-
re corda.*

Hinc igitur *Tenarius* Deus Neptunus
dictus Propertio lib. 1. eleg. 13. ad
Gallum,

*Non sic Æmonio Salmonida misfus Eni-
peo*

Tenarius facili presit amore Deus.

Unde *Tenarium* malum in proverbium
abiit, de quo Erasmus Chiliad. 3. cen-
tur. 7. cap. 85.

¹ Sumio Euboæ.] Herodotus lib. 7.
Polymnia, scribit templum Neptuni
cognomine Liberatoris in Euboicis
ad Artemisium stratum esse.

² Atque Attica.] Pausan. lib. 1.
qui de Atticis est.

³ Et Calabris Neptuni.] Plutarchus
in Demosthenem, scribit, Demosthe-
nem confusissim in Calabriam ad tem-
plum Neptuni. Quod & ipsum ante
scriperat Pomp. Mela lib. 2. cap. 7.
ubi de Mediterranei maris insulis. At-
tamen adverte quod plerique omnes
codices Plutarchi & alias viri minime
indocti Calabriam Ægei referunt, pro
Calauria falso: puntoque hic legendum
Calauria ex Pausania in Atticis, Stra-
bone libro 8. Ovidio lib. Metam. 10.
& Mela hoc loco posteriore, cuius hac

Tom. II.

sunt verba. Trozenio Calauria interig-
nobiles, alias leto Demosthenis nobilis.

⁴ In Acarnania Apollinis Actii.]
Stephanus de Urbibus.

C O L E R U S.

⁵ Apollinis Actii.] Vide Strabo-
nem lib. 7.

T I R A Q U E L L U S.

⁶ In Claro.] Posset videri Alexan-
drum debuisse dicere in Colophone, ubi
est Clarii Apollinis oraculum apud
Plinium lib. 2. cap. 103. in cuius Clarii
specu lucana est, cuius potu mira
redduntur oracula, bibentium brevio-
re vita. Solinum cap. 43. aut aliorum
supputatione 53. Non longe Epheso Co-
lophon civitas nobilis oraculo Clarii Apol-
linis. Vide tamen Pomponium Melam
lib. 1 cap. 17. de Ionia. Plinium lib. 5.
cap. 29. & Jamblichum de Mysteriis
Ægyptiorum. Et de hoc quoque ora-
culo est illud Virgilii lib. 3. Æneid.

*Qui tripodas, Clarii lauros, qui sydera
sentis.*

Ubi Servius dicit, Clarium oppidum est
in finibus Colophoniorum: unde Apollo
Clarius: & per lauros oraculum intelli-
git. Id quod facit pro Alexandro: nisi
quod pro Claro, Clario debuit dicere:
nisi hic mendum sit, quod magis credo:
nam postea Clario dicit. Et de hoc
quoque Statius lib. 8. Thebaidos,

*Nec Clarius haec lucefores, Didymæaq*u*
quisquam*

Limina. —

Caterum Strabo lib. 14. scribit ante
Colophonem, civitatem Ionicam Apol-
linis Clarii, lucum esse: moxque
Claram, non Clarium vocat locum ip-
sum, ut proinde intelligas Claram &
Clarium indifferenter vocari. Apollo
apud Ovidium Metamorph. lib. 1. artificiose potentiam suam commemo-
rans, ait,

— *Mili Delphicatellus*

*Et Claros, & Tenedos, Patavæaque re-
gia servit.*

⁷ Actia.] Actæ Apollinis oracu-

Dd

lura

¹ & Leucade, ² Lycia & ³ Selenuntia Apollinis: ⁴ in Cappadocia, Bellonæ: in eademque, & ⁵ Ionia ⁶ atque Epheso,

lum memorat Strabo lib. 13. Et hinc
Actius Apollo dictus Virgilio libro 8.

Actius baccernens arcum tendebat A-
pollo

Desuper. —

Et Propertius lib. 4. eleg. 6. de Pugna Actiaca navalı, qua totam historiam complexus est, quæ apud scriptores est celebratissima,

Actius binc traxit Phœbus monimen-
ta, quid ejus

Una decem vicit missa sagittarates.

Callimachus apud Hyginum, de Argo, in finibus Magnesiae ad Actii Apollinis templum, quod Argonautæ proficiscentes statuisse existimantur, Argon constructam fuisse dicit. Cæterum Actium (auctore Dione Romana historiæ lib. 50.) Apollinis templum est è regione portuum, qui sunt apud Nicopolini, ante fauces sinus Ambracii situm: qui sinus per angustias longe sese effundens, ipse, & qui ante eum positi sunt loci, appellendis navibus, statio[n]ique sunt commodatissimi. Hoc templum Cæsar Octavius, ut idem Dion scribit lib. 51. in princip. majus extruxit, & ludos Musicos & Gymnicos, & equestre certamen cum sacro quinquennali, eidem Apollini constituit, & navium genera usque ad decirem ex captis navibus consecravit.

¹ *Et Leucade.*] Idem Apollo à Leucade promontorio Leucadius Deus dictus est. Propertius lib. 3. eleg. 10. tit. Fœminas imperare amantibus, in fine.

Leucadine versas acies memorabit A-
pollo:

Tantum operis belli sustulit una dies. Ovidius lib. Tristium 3. eleg. 1. reddens rationem cur Augusti janua lauro velaretur, & ea Augustus coronaretur,

An quia perpetuos meruit domus ista
triumphos?

An quia Leucadio semper amata Deo
est?

Et lib. 5. eleg. 3.

Vel rapid.e flammis urar patienter in
Ætnæ,

Vel feta Lencadii mittar in alta Dei.

Et Sappho apud Ovidium,

Phœbus ab excelsō, quantum patet,
aspicit æquor:

Actuum populi, Leucadiumque vo-
cant.

Strabo lib. 8. scribit, Corinthios Leucade in insulæ formam redigisse: & habere Apollinis Leucata phanum, ibique saltum fieri, qui ad sedanos amores valere creditur. Quo in loco Sappho prima dicitur, superbe ab excelsa se dejecisse petra, stimulante Cupidine. Insula hæc Leucata, mutato nomine, Lencada vocata est: redditque rationem ibi idem Strabo.

² *Lycia.*] Ut supra dictum est.

³ *Et Selenuncia.*] Strabo lib. 10. post princ. Fuit & Selenuncii, inquit, Apollinis oraculum. Verum Hellopienses Istia transtulerunt, & urbem amplissimam reddiderunt, violentius ingruente tyranno Philistide, post reni apud Leuctram gestam. Alia Apollinis oracula videbis infra in fin.

⁴ *In Cappadocia, Bellonæ.*] Strabo lib. 12. non multo post princ. ubi de Cappadocia loquitur, sic ait, *In Antiantaro convales sunt profundi & angusti.e, in quibus sunt Comana civitas memoratu digna & Bellonæ fanum, quod illi Comana vocant.*

⁵ *Et Ionia.*] Pausanias in Achaicis.

⁶ *Atque Epheso Diana.*] Solinus cap. 53. Epheso decus templum Diana, Amazonum fabrica adeo magnificentum, ut Xerxes cum omnia Asiatica templo igni detret, hunc uni pepercere. Plinius l. 36. cap. 14. templum hoc Diana ita describit, *Magnificent.e vera admiratio extat templum Ephesta Diana ducentis viginti annis factum à tota Asia. In solo id pa-*
lustris fecere, ne terra motus sentiret, aut
hiatus timeret. Rursus ne in lubrico atque
instabilis fundamenta tantæ molis locaren-
tur.

so, Dianæ: 'in Halicarnasso, Minervæ: ² in Papho, Veneris: ³ in Bosphoro, Apaturiæ: ⁴ in Cypro, Acreæ Veneris: ⁵ in Locris, Proserpinæ: ⁶ in Achaia ⁷ & Catina, Cereris: ⁸ in Samo, ⁹ Argis, ¹⁰ Metaponto, ¹¹ & in Lucania,

Junon-

tur, ante calcatis ea substravere carbonibus, de in zelleribus lance. A quibus autem & qua materia constructum sit, scribit idem Plinius cap. 40. lib. 16. & alibi. Fuisse etiam ab Amazonibus conditum auctor est etiam Mela l. 1. cap. 17. Ibi Ephesus & Diana clarissimum templum, quod Amazones Asia potita consecrassæ traduntur. quod confirmat Justinus libro 2. Meminit etiam hujus templi D. Lucas Auctorum cap. 19. Adde & Ortygia insula ipsius Diana ex Diodoro Siculo lib. 6. cap. 2. post prin. Diana, inquit, in Syracusis insulam à diis accepit Ortygiam ab ea, tum oraculorum responso, tum voce nominatam.

¹ In Halicarnasso, Minervæ.] Herodot. lib. 13.

² In Papho, Veneris.] Cottnelius Tacitus lib. 18. quem locum jam adduximus supra hoc eodem cap. ubi de Veneris Paphiæ ara. Suetonius in Tito, cap. 5. Ad coquæ, inquit, Paphiæ Veneris oraculo, dum de navigatione consuluit, etiam de imperii spæ confirmatus est. Virgil. lib. 1. Æneid. de Venere loquens,

Ipsa Paphum sublimis abit, sidaque revisit,

Leta suis, ubi templum illi, centumque Sabaco

Ture calent aræ, fertisque recentibus habant.

Strabo lib. 14. non procul à fine, Paphum & Palæpaphum celebrat, Paphum quidem ab Agenore conditam: Palæpaphum vero vetustiorem, Veneris templo illustrem.

³ In Bosphoro, Apaturiæ.] Scrabit Pausanias in Corinthiacis Ætram compressam à Neptuno: Eam ob rem Æthiram Minervæ Apaturiæ delubrum, quasi Fallacis dixeris, dedicasse, insulamque Sphæria, quæ ante dieebatur, Sacram nominasse: Instituisse

candem, ut Troëzeniorum virgines ante nuptias zonam Apaturiæ Mineruæ dicarent.

⁴ In Cypro, Acreæ Veneris.] Strabo l. 14. de Cypro loquens, scribit, Montis sumnum Olympum dici, ubi Veneris Acreæ templum est, quod nec videre, nec adire mulieribus licet. De Junonis autem Acreæ oraculo videbis postea in fin.

⁵ In Locris, Proserpinæ.] Titus Livius 3. Decad. lib. 9. in egregia illa Locrensum oratione, *Fanum est apud nos Proserpinæ*, de cuius sanctitate templi crebro aliquam fiamam ad vos peruenisse Pyrrhi bello: qui cum ex Sicilia rediens Locros classe præ:recheretur, inter alia fœda, quæ pri opter fidem nostram ei: ga: vos in civitatem nostram facinora edidit, thesauros quoque Proserpine intactos ad eam diem, spoliavit: atque ita pecunia in nave impostra, ipse terra est prectus. Quid ergo evenit P. C? classis postero die fœdissima tempestate lacerata, emnesque naues, quæ sacra pecuniam habebant, in littora nostra ejectæ sunt: qua tanta clade edictus tandem deos esse superbissimus Rex, pecuniam omnem inquisitam in thesauros Proserpinæ: eserri iusfit. Valerius Maximus lib. 1. e. 2. de Neglecta religione. Laetantius lib. 2. e. 8.

⁶ In Achaia.] Plutarchus in Iside & Osride, & aliis, quos statimeitabo.

⁷ Et Catina. Unde Catinensis Ceres dicta ab oppido Siciliæ Ætnæ propinquo, ut ostendit Laetantius lib. 2. cap. 4. Cuius tanta fuit religio, ut adire templi ejus secreta penetralia nefas esset.

⁸ In Samo.] Diodorus Siculus l. 6. cap. 11. Pausanias in Achaicis. Tertullianus in Apologetico, cap. 24.

⁹ Argis.] Pausanias in Atticis & Corinthiacis.

¹⁰ Metaponto.] Plinius lib. 14. cap. 1.
Dd 2 Meta-

Tem- Junonis. Sed quod est de Olympio dictum, hoc templum
 plum in O- in agro Pisano fuit, haud procul ab Elide, ante quod Lu-
 lympio. cus agresti olea consitus, & stadium omnium maximum,
 Colum- juxta quod Alpheus præterfluens ex Arcadia, mare ingre-
 nain- ditur. ² In phano autem Jovis Triphili, columnæ ex so-
 templa- lido auro multo ævo vetusta, cum titulis rerum gestarum
 Jovis Tri- sacrata visebatur, quam ipsum Jovem statuisse ferunt.
 philii. ³ Acrcæ vero Veneris templum mulieribus nec videre,
 Templū ⁴ nec adire fas est. Sicut Eunosti phanum in Tanagra adeo
 Acrcæ mulieribus interdictum fuit, ut si quo infortunio aut va-
 Veneris ⁵ stitate Tanagræi opprimerentur, diligenter inquirerent,
 & Eu- ne qua mulier consulto aut casu templo appropinquasset.
 nostri mulie- ⁶ Castabalis Persicæ Dianæ phanum tantæ fuit religio-
 ribus adire nes. nis, ut illic dicatae virginis (quod vix credi potest) super
 Persicæ ⁷ Diane prunas nudis pedibus ambulent innoxiae : sicut in templo
 pha- Fero-
 num.

Metaponti temp'um Junonis vitigineis
 columnis stetit. De hoc etiam paulo post
 dicetur in verbo, Metapontinæ Juno-
 nis.

II. Et in Lucania, Junonis.] Strabo lib. 6. in prin. & Plutarchus in Pompejo.

1. In agro Pisano.] Strabo lib. 8.

2. In phano autem Jovis Triphili.] Diodorus Siculus lib. 6. cap. 10. in fin. dicit, Jovis Triphili sacerdotes scripta ostendere quædam ab Jove relata, quo tempore templum construxit, scribit præterea patriam illam resertam esse auro, argento, ære, stanno, ferro: quorum nil extra insulam asportari licet: & alia multa. Sed nihil de Columna aurea. Verum Laetantius Di-
 vinarium institutionum lib. 1. cap. 11. hujus columnæ meminit, his verbis, Antiquus auctor Eubumerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Jovis & exercitorum, qui dii putantur, collegit, historiamque contexuit ex titulis & inscrip-
 tionibus sacris, que in antiquissimis templis habebantur, maximeque in phano Jovis Triphili, ubi auream columnam

positam esse ab ipso Jove, titulus indica-
 bat: in qua columnæ gesta sua prescrifit, ut monumenta essent posteris rerum sua-
 rum.

3. Acrcæ vero Veneris templum.] Di-
 ctum est supra ex Strab. lib. 14. non
 multo ante.

4. Sicut Eunosti phanum.] Plut. Pro-
 blem. 153. Sed & in Italia olim sacro
 Herculis mulieribus interesse non li-
 cebat, ex Macrobius lib. 1. c. 12.

5. Castabalis Persicæ Diana pha-
 num.] Strabo lib. 12. non adeo multo
 post prin. Castabalis, inquit, est Diana
 Persicæ phanum, ubi dicunt sacras mulie-
 res illas nudis pedibus super prunas in-
 g. edi.

6. Sicut in templo Feronie.] Strabo lib. 5. Sub monte autem Soractæ urbs est Feronia, quo nomen & dea quædam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore. Eodem in loco ipsius templum est mirificum sacri genus habens. Nam qui ejus numine af-
 flantur, nudis pedibus prunas, & copiosum inambulant sub hac dæmone, nulla laxione, cinerem.

Feroniæ super ignem afflati numine incedebant: ¹ & ad montem Soractis, familiæ, quas Hirpias vocant, super incensam struem insultabant impune, ² quibus perpetuo senatus consulto vacatio munerum data est. ³ In Achajæ ^{Fons in} autem Cereris templo fons manet cæremoniis sacer, in ^{Achajæ Ce-} quem graviore morbo impliciti introspicientes, speculo in ^{ceris} fontem demissio, eventa valetudinis internoscant: ⁴ sicut ^{templo.}

Tral-

1 Et ad montem Soractis, familiæ, quas Hirpias vocant.] Plinius l. 7. c. 2.
Haud procul urbe Roma in Eatisco, uno agro familiæ sunt paucæ, que vocantur Hirpiæ, quæ sacrificio annuo, quod sit ad montem Soractem Apollini, super ambulam̄ ligni struem ambulantes non aduruntur. Et ex Plinio Solinus c. 8. sic scribit, Per paucæ familiæ sunt in agro Faliscornm, quos Hupios vocant. His sacrificium annuum ad Soractem montem Apol. in faciunt. Idque operantes gestulationibus religiosis impune exultant, ardentibus lignorum strubus, in honorem divinae rei flammis parentibus. Cujus devotionis ministerium munificentia Senatus honoratum, Hirpis perpetuo omnium munerum vacationem dedit. Hanc rem cecinit Virgil. lib. 11. Æneidos his versibus,

Summe déum sanctis custos Soractis Apollo,

Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo

Pascitur, & medium freti pietate per ignem

Cultores multa premissus vestigia pruna. Super quo loco plura Servius ad hujus rei notitiam docte tradit, inter quæ hæc scribit, Varro ubique expugnator religionis, ait, quum quoddam medicamentum describeret, Ut solent Hirpi, qui ambulaturi per ignes medicamento plantas tingant. Silius Italicus de eadem res sic lib. 5. cecinit,

Tum Soracle satum, præstantem corpore, & armis

& quorum noscens patrio cui ritus in arvo

Cum pius arcitenens accensis gaudet acervis,
Exta ter innocuos letum portare per ignes,
Sic in Apollinea semper vestigia pruna
Invictata teras, victorque vaporis ad aras
Dona serinato referat vestigia Phœbo.

Strabo l. 5. scribit ea sacra non Phœbo, sed Feroniæ celebrari solita, ut diximus in præced. Hirpi autem Sabiorum lingua lupi vocantur. Lege Seruum ubi supra.

2 Quibus perpetuo Senatus consulto.] Plinius ubi supra ad ea, quæ nuper adduximus subjungit, Et ob id perpetuo S. C. militiæ, omniusque aliorum munerum vacationem habent. Solinus d. cap. 8.

3 In Achajæ autem Cereris temple.] Achææ legendum est ex Herodoto in Terpsichore. Paulanias in Achajis, Pro Cereris æde, inquit, fons est, qui à templo lapideo pariete secluditur: ad cum fontem per exteriorem transitem descenditur. Ibi oraculum maximè veridicum est. Cognoscuntur ex eo noui rerum omnium sed morborum duntaxat eventus. Speculum tenui suspensum filo demittunt, ut in fonte omnino non mergatur, sed imo ambitu summa aquam contingat. Ubi odores adoleverint, & rite deam precati fuerint, inspiciunt in speculum, & ex eius imaginibus periturus ne an viturus is ager sit, de quo consuluerunt, divinavit. Neque latius hujus aquæ divinatio patet.

4 Sicut Trallibus in antro Charonio.] Strabo lib. 14.

Trallibus in antro Charonio, ¹ & apud Ægyptios in Isidis, ² in Melopidae semideæ templo in Bubasto, ab ægrotis valetudinis remedia insomniis præsciuntur. Fuitque mos, ut hi qui morbis levari meruissent, remedia, & qua curatione levarentur, ³ in æde Æsculapii velut in albo proponerent, ut essent sempiterno in monumento, & cæsacrum. teros exemplo juvarent. ⁴ Contrariæ vero religionis Samiæ tinensis Cereris, quam Achaiæ, sacrarium fuit. ad istud enim viris accedere non licet, sacra vero per mulieres ministrari, & virgines præfici solebant: cuius simulacrum non modo tangere, sed ne videre quidem homini fas. ⁵ Samiæ autem Iunonis dignum sua amplitudine templum, inter septem orbis miracula adnumeratur, quod ab urbe haud plus viginti stadiis aberat. ⁶ In Laciniaë Iunonis ara miracula affingunt, ut cineres in ara perflantibus ventis immobiles maneant, ⁷ sicut ara Veneris Paphiæ sub palustri cælo nullis pluviis humectatur. ⁸ Metapontinæ Iunonis templum hoc pro miraculo habuit, ut vitigineis columnis fulciretur. In Libya Liberi patris templum & oppidum ab uno eodemque bis inveniri negant. ⁹ Ephesiæ autem Dianaë supra omniuin seculorum memoriam celebratissima &

¹ Et apud Ægyptios Isidis.] Diodor. Siculus l. 1. c. 2. tradit Isidem in somnis opitulari palam eis, quos censuerit dignos.

² Et in Melopidæ.] Vide Jamblichum de Mysteriis Ægyptiorum.

³ In æde Æsculapii.] Strabo lib. 8. de eo loquens, Erat vero templum ægrotantium multitudine usquequaque reservatum, pendentibusque tabellis, in quibus sauti languores erant inscripti. Et de eo dictum est supra.

⁴ Contraria vero religionis Catinenensis Cereris.] Lactantius l. b. 2. cap. 4. ubi & hanc Cererem Eunnensem quoque vocatam dicit.

⁵ Samiæ autem Iunonis.] Hujus templi Samiæ Junonis meminit Diod. Siculus lib. 6. c. 11. Lactantius l. 1. c. 17.

ubi Varro insulam Samum prius Partheniam nominatam scribit.

⁶ In Laciniaë Junonis ara.] Livius 3. Decad. lib. 4. post princ. de templo Junonis Laciniaë loquens, ait, Fama est aram esse in vestibulo templi, cuius cinerem nullus unquam moveat ventus. Valerius Maximus lib. 1. cap. 8. de Miraculis. Plinius lib. 2. c. 107.

⁷ Sicut ara Veneris Paphiæ.] Plinius lib. 2. cap. 96. Celebre phanum habet Veneris Paphos, in cuius quandam aream non impluit.

⁸ Metapontinæ Junonis.] Plinius libro 14. cap. 1. post prin.

⁹ Ephesiæ autem Dianaë.] Strabo libro 14. Plinius lib. 6. c. 40. & lib. 36. cap. 14. & jam diximus supra multo ante.

ima & augustissima ædes fuit, magnis effusionibus & profusissima impensa à tota Asia constructa, septem stadiis ab urbe, nudo & palustri solo: in cuius festo annuo juvenes primo flore ætatis, & virgines cultu excellenti procedere ad templum prælata pompa, & festum diem agere, sponsaliaque invicem inire consuerant.¹ Delubrum vero Neptuni in Achaja, Erechtheum cognominatum, hoc memorabile habuit, ut aqua in puteo flante austro fluctuaret, cæteris vero perflantibus ventis jaceret immota: cui compar Aristoteles tradit de Pythopoli urbe ad Ascaniam puto, iudem, cujus putei hyeme exsiccantur, æstate vero ad superficiem redundant.² & apud Gades in Herculis templo apud Pytho- polim. puteum inundante Oceano exsiccari:³ Quod vero de Clario dicimus, est animadvertissum, in Claro Jovem, Neptunum & Plutonem, mundum suisse fortitos, qui inox nungis innumeris orbem impleverc.⁴ Et Colophone in Apollinis delubro vates multa aqua epota, ex subjecta lacuna spiritu divino tactos responsa dare:⁵ sicut apud Ligiræos in Thracia, ex intimi adyto Libero consecrato, plurimo inero exhausto, veluti numine afflatos vaticinari.⁶ Fuitque animadversum, in Clario Apollinis, non fœminam, ut vates Delphis, sed certis è familiis sacerdotes, aut ex Miletio accitos, plerunque literarum ignaros, hausta fontis aqua, vati-

¹ *Delubrum vero Neptuni.*] Pausanias in Atticis qui primus liber est.

² *Et apud Gades in Herculis templo.*] Strabo lib. 3. ubi mulras ejus rei rationes reddit ex aliis auctoribus. Et Plinius lib. 2. c. 97. ad fin.

³ *Quod vero de Clario dicimus.*] De hac divisione vide omnino quæ scripsi in nostris Commentariis Primigeniorum.

⁴ *Et Colophone in Apollinis delubro.*] Plinius lib. 2. cap. 103. Tacitus lib. 2. de Clarii Apollinis oraculo Colophone, ait, *Non fœmina illuc, ut apud Delphos, sed certis è familiis & ferme Miletio accitus sacerdos, numerum modo consul-*

tantium, & nomina audit: tum in specum digressus, hausta fontis arcana aqua, ignarus plerunque literarum & carminum, edit responsa, versibus compositis, super rebus, quas quis mente concepit. & serebatur, Germanico per ambages (ut mos oraculis) maturum exitium cecinisse.

Et ad id quod de aqua epota dicit, vide Macrob. I. 1. Saturn. c. 18. post princ.

⁵ *Sicut apud Ligiræos.*] Lege Ligyræos ex Macrobio, qui id dicit d. lib. Sat. 1. c. 8. ad prin.

⁶ *Fuitque animadversum, in Clario Apollinis.*] Hæc usque ad versic. Et in Andro, sunt Cor. Taciti ubi supra ibi, Et Colophone in Apollinis.

vaticinia referre. ¹ Et in Andro, in templo Liberi patris
 manare fontem, qui Nonis Ianuarii vini saporem habeat:
 quod siè conspectu templi auferatur, rursus in aquam trans-
 eat. Nec defuere qui crederent ² apud Heleos in Bacchi
 festo quod *θύαι* vocant, tres lebetes in templo sua sponte
 repleri vino. ³ Et in Bisaltia templum Dionysii est, in
 quo cum sacra persolvuntur, si grata deo sunt, mira lux
 effunditur: contra vero, miræ tenebræ. ⁴ Atque in Ægi-
 ra, nisi sanguine tauri epoto, sacerdotem non vaticinari.
^{sacra}
^{Dionysii}
^{in Bi-}
^{saltia.}
^{Ægi-}
^{renses.}
^{Hiera-}
^{polis}
^{antrū.}
^{Fons}
^{apud}
^{Pot-}
^{nias.}
 Cui compar miraculum fertur Hierapolis antrum esse,
 quod quum mortiferum exhalet, in eo intereunt omnia,
 nisi execta, & quæ virilitatem amisere. ⁵ Et apud Potnias
 Bœotiae manare fontem, ex quo equæ indigenæ hau-
 rientes, concitentur in rabiem. ⁶ Mirum quoque quod cir-
 ca Halicarnassum antistiti Minervæ evenire traditur, ut
 quoties Amphictyensibus, qui ea loca incolunt, aliquid
 adversi casurum foret, grandis illis nascatur barba, quasi
 eo portento futuras illis calamitates respondere, ⁸ sicut in
 terra

¹ *Et in Andro.*] Plinius l. 2. c. 103.

² *Apud Heleos in Bacchifesta.*] Eleos scribendum est ex Pausania, qui hæc de illis sribit lib. 6. qui de Eliacis est, non longe ante fin.

³ *Et in Bisaltia templum Dionysii.*] Herodotus lib. 7.

⁴ *Atque in Ægira.*] Plinius lib. 28. cap. 9.

⁵ *Cu i compar miraculum fertur Hieropolis.*] Strabo libro 13. ad finem, scribit, Gallos gallinaceos exectos ad aquam, quæ apud Hieropolim est, & Plutonium os, illæsos accedere, ita ut etiam usque ad os appropinquant & introspiciant, & iminergantur, quounque possint spiritum continere: reliqua vero animalia, si introrsum progrederiantur, statim mori.

⁶ *Et apud Potnias Bœotia.*] Paulo aliter Plinius lib. 25. cap. 8. Circa Abderam, inquit, *οριζόμενη*, qui Diorgedis vocatur, equi pasti inflammantur rabie, circa Potnias vero asini.

⁷ *Mirum quoque quod circa Halicarnassum.*] Herodotus l. 8. Incolunt Pedenses super Halicarnassum: apud quos hoc rci fertur contingere, ut quoties Amphictyensibus (qui circa eam urbem habitant) aliquid adversi certum intra tempus est eventurum, tunc antistiti, quæ illic Minervæ est, grandis barba nascatur: quæ res bis apud eos accidit.

Sicut in terra Caria.] Sed hic adde alia multa oracula præter ea, quæ ab Alexandro in hoc capite relata sunt: scilicet, in Hysia civitate Bœotiae templum Apollinis dimidiata sui patre perfectum erat: Sacer præterea puteus, de quo bibentes vaticinabantur. aut & Pausan. l. 9. qui de Bœoticis est. Et in Meroë Jovis oraculum apud Herodotum lib. 2. Et Laji oraculum apud eundem lib. 5. Et Bacchidis apud eundem lib. 7. & 8. non admodum longe à principio. & Pausaniam libro 4. Et oraculum Martis apud eund. lib. 2. & Mylos.

terra Caria, mulieribus templo dicatis, pilos in genis aut mento innasci, futuræ divinationis signum erat.

CAPUT

Myso Thraces, eodem teste eod. l. 7. Et in Matiera oraculum Martis antiquissimum, non absimile illi Dodonae celebrato in fabulis, nisi quod illic in sacra quercu sedentem columnam dicunt varicinari solitam. Apud Aborigines avis divinitus missa, quam picum vocant, Graci dixerunt Thes nominant, idem faciebat in columna lignea, auctor Dionysius Halicarnassus. Et Dionysii apud Sattras, Thracæ populos, oraculum in editissimis montibus ex Herod. l. 7. Et Apollinis Ptolemaio in phano ipsius sito supra paludem Copaidem, ante montem, proxime Acræphiam, ex eodem Herodot. lib. 8. Et Jovis Ithomita Thucydidi, & Archegeta eidem lib. 6. & Menesthei. l. 3. Et Palicorum Macrobius lib. 5. Saturn. cap. 19. Et Amphilochi in Mallo urbe Cilicia, quod Pausanias lib. 1. scribit sua aetate fuisse omnium verissimum. Et de eo quoque nonnihil Justinus martyr Apologia 2. ad Antoninum Pium, & Livius 5. Decad. lib. 5. ubi id templum dicit esse in Oropo, ibique ipsum Amphilochum colli pro Deo. Est & oppidum Abydum (ut scribit Ammianus Marcellinus lib. 19.) Thebaidis parte situm extrema. Hic Besæ Dei localiter appellati, oraculum quoddam futura pandebat, priscis circumiacentium ceremoniis solitum colli. Et Theagenis apud Thasios oraculum, de quo Pausanias lib. 6. Et Arioste Proconnesii & Cleomedis apud Astypalaeos Plutarcho in Romulo. In Telluris, Pansanix in Eliacis. Et Carmeli Dei, si verum dicit Suet. in Vespasiano, cap. 5. & Nicephorii Jovis Spartiano in vita Adriani post principium, ex libro Apollonii Syri Platonici. Et Fanni apud Virg. lib. 7. Aeneidos, ubi docet oraculus Fauni admonitum Latinum, ut generum externum sibi asciscat,

At Rex sollicitus monstris, oraculo Fauni

*Fatidici genitoris adit, lucosque sub alta
Consulit Albuncæ, nemorum que maxima sacro
Fonte sonat, savamque exhalat opaca
nephitim.*

Et Orphei, Apollinis concessu in Lefbo, de quo Philostratus in vita Apollonii lib. 4. cap. 4. Et Fortunæ Prænestinae, de quo Cicero lib. 2. de Divin. Suet. in Tiberio, cap. 6. & in Domitiano, cap. 15. Propert. lib. 2. eleg. 3c. ad Cythiam,

*Nam quid Prænestis dubias ò Cynthia
sortes,*

Quid peris Achæi mœnia Thelegoni?

Et Statius lib. Sylvarum 1. sylva 3.

Et Prænestinae poterant migrare sorores. Et Geryonis oraculum in Italia juxta Patavium, Suctonio in Tiberio, c. 14. Et Fortunæ Antianæ eidem in Caligula, cap. 57. Macrobins in 1. Saturn. c. 23. apud Antium simulacula Fortunorum fuisse, quæ proinovebantur ad danda responsa, Martialis l. 5. epig. 1. ad Ces. Domitianum,

*Sentua veridice discunt responsu soro-
res,*

Plane sub urbani qua cubat unda fieti.

Et apud Orobiam ubi veracissimum oraculum, ut tradit Strabo lib. 17. post princip. Et Abæ, quæ sunt circa Phrygiæ Apollinis delubrum locuples & thestauris donariisque compluribus exterratum: in quo ut tunc ita nunc redduntur oracula, Straboni lib. 9. Herodo o. 7. & 8. Est & in Colchia regione Lenothæxphanum, quod Phryxus condidit, atque illius oraculum, ubi aries nouus arietatur, olim dives, aetate Strabonis à Pharnace, paulo post à Mithridate Pergemeno direptum. auctor Strabo l. 17. Autolyci in Sinope, Stenidis opus, eid. lib. 12. Et in Cilicia Diana Sarpenodis phanum & oraculum, ubi numine perciti responsa dabant, eidem lib. 14. Est & in agro Saunio, circa tumulum, quem Drion vocant, Basilica

Basilica Calchantis in summo vertice, cui petentes oracula nigrantein immolant arietem, & strata in pelle dormiunt, apud eundem lib. 6. Et in Averno Homerica defunctorum vaticinia fuisse ferunt, ibique oraculum extitisse, eodem teste lib. 5. Et Menestei quoque oraculum apud eundem lib. 3. Et Tauropolæ, apud eundem lib. 16. Et Musæi, Herodoto lib. 8. Et Junonis Accæ oraculum apud Corinthios inter Lechæum & Pagas Herodoto l. 8. Est & Sena in Britannico mari Osifmisis aduersa litoribus, Gallici nominis oraculo insignis, cuius antistites, perpetua virginitate sanctæ numero novem esse traduntur apud Pomp. Melam lib. 3. c. 6. Et Erinnym oraculum apud Herod.lib. 4. Et alia Apollinis oracula, scilicet, Tegyris apud

Plutarchum in Pelopida, & in Gynaæ Myrineorum oppido ex Strabone l. 13. Et Servio in eum locum lib. 4. Æneid.
Sed nunc Italiam magnam Gynaæ Apollo.

Juxta Clazomenas, ait, urbem Asiae, nemus est Gynæum, ubi Apollo colitur, inde igitur sumit epitheton Gynæi, licet in Delo acceperit oraculum. Hæc ibi. Ex in Daphne urbe Syriæ Straboni l. 16. Et in Hiera Livio 3. Decad. l. 8. Æsculapii in Ægis Philostrato in vita Apollonii, lib. 1. c. 5. Et apud Argivos Apollinis Diradiotæ, ubi singulis mensibus agna noctu immolatur, mulierque fatidica, cui viri consuetudo interdicta est, viætim sanguine libato, furore divinitus afflatur. Pausanias l. 2. Fuere & oracula in Iismeno, & Abis apud eundem lib. 2. & 4.

CAPUT III.

Qui fuerint legati consulum vel prætorum, quæve jurisdicçio aut illorum potestas sit.

Singuli consules legatum sibi adsciebant. **C**onsules¹ designatos cum primum provincias sortiti essent, legatos sibi nominare, velut comites expeditionis, & adjutores negociorum, quorum ope consilio que niterentur, quique ipsorum vices gererent quoties abesse contingere, vulgo notatum est: qui, sicut duo erant consules, ipsi duo pariter fuere, quos vel præsentes legebat senatus, magna prudentia viros, summis honoribus functos, vel absentes nominabat: quibus post consules totius provinciæ legionumque atque exercitus curatio mandata est. ² Tametsi nonnullos à consulibus nominatos, ut pari voto & una mente rempubl. administrarent, ex decreto

TIRAKQUELLUS.

¹ *Consules designatos.]* Dictatores. Consules, & Proconsules legatos habuisse scribunt Titus Livius lib. 4. l. Decadis, & multis aliis in locis. & Florus epitome Livii lib. 70. Pomp. Lætus lib. de Magistrat. Rom.

² *Tametsi nonnullos à Coss. nominatos.]* Nam & Cor. Scipio Consul tres

sibi legatos nominavit, Sex. Dexitium, L. Ampustium, & C. Fabritium Lusciniun, teste Livio 4. Decad. lib. 7. non procul à princip. Et Q. Cicero frater duos optimos legatos sibi legit, Tuberonem, Halienum & Gratidium, ut setibit ipse Cicero Epist. ad Q. Fratrem 1. epist. 1. *Quanquam, inquit, Legatos habes eis, qui ipsi pér se habituri sint*

creto senatus s^epissime legationis munere functos legamus. Unusquisque ergo consul suum legatum habebat, quo praecipuo consultore ac ministro consiliorum, ^{Legati consu- tum à consili- bus} in rebus gerendis, delectuque habendo, totaque administranda provincia utebatur, quorum consilio & auctoritate vel praelia suscipiebant, vel bello abstinebant: qui etiam decreta consulum, & arcana consilia s^epissime exequuntur. ^{confi- tuta.} Consulibusque functis consulatu, & finito magistratu, legatos velut legationis munere functos, honore abire oportebat: ^{Quales legati consu- lum eli- gebantur.} qui quidem plerumque ex plebe aut patribus, ^{bus} nonnunquam prætorii aut consulares fuere. Etiam prætores urbis, ⁴ qui que antea consulatum gessissent, & magnos bello viros, ⁵ functos honoribus & triumphis, homines fidos acceptosque, legationis munere fungi comperimus: illorumque procura- ^{Legati torum consu- lum of- ficia & aucto- ritas.} tione & cura, provincias ab hostili incursu defensas; & saepe in officio retentas fuisse: quorum etiam auctoritas tam in administranda provincia, quam ducendo exercitu, acie- que instruenda, & quando essent admoturi copias, tanti fuit, ⁶ ut absentibus vel impeditis consulibus, summam impe-

sint rationem dignitatis sua: de quibus honore & dignitate, & etate præstat Tubero, quem ego arbitror, præsertim cum scribat historiam, nullos ex suis annalibus posse deligere, quos velit & possit imitari. Halienus autem noster cum animo & benevolentia, tum vero etiam imitatione vivendi. Nam quid ego de Gratidio dicam? quem certo scio ita labore & de ex- istimatione sua, ut propter anorem in nos fraternum, etiam de nostris laboret.

¹ Consulibusque functis Consulatu.] Fenestella in lib. de Magistrat. Rom. tit. de Leg. Procos.

² Qui quidem plerunque ex plebe.] Ut C. Marius, Metelli legatus Arpinas erat, secundum Plutarchum in Matio, & Sallustium in Jugurtha.

³ Nonnunquam Prætorii.] Nam & Q. Fabius Max. Rutilianus quinque Consulatibus, summa cum gloria per-

actis, omnibusque & virtutibus, & vi- tæ emeritis stipendiis, legatus ire Fa- bio Gurgiti filio ad bellum difficile & pericolosum, conficiendum gravatus non est, teste Val. Maximo lib. 2. c. 1. de More, quem majores observabant in urbe. Et lib. 5. cap. 7. in prin. & Plu- tarchus in vita ipsius Fabii Max. paulo ante fin. & in apophthegm. ejusdem, & ante hos Livius lib. 4. 3. Decad. non adeo procul à fine.

⁴ Quique antea consulatum gessi- sent.] Supra in verbo, Nonnunquam Prætorii.

⁵ Functiones honoribus & triumphis.] Nam & Q. Fabius, de quo jam diximus, antequam filio legatus fuisset, triumphos clarissimos ex infestissimis hostibus reportaverat, ut tradit Plut. in vita ipsius.

⁶ Ut absentibus Coss.] Aut etiam Di- statore,

imperii tenerent. Consiliorum & fortium factorum, ac meritæ virtutis & ignaviæ cujusque qua cura, qua fide & diligentia, quaque disciplina militari, duces exercitui & castris præfuerint, si quid fictum vanumque aut parum integra veritate afferrent, locupletissimi testes erant: soli denique gesta consulum diligentæ estimatione perpendere & pensitare debebant.¹ Tum consilibus laborantibus, aut morbo implicitis, vel fato persunctis, ipsi superest, & munia obire poterant: nanque ipsorum erat officium fiduciariam reipubl. operam dare, post consulem prætoremve,

Iegati munus. non tamen idem juris & potestatis habere, ne imperatorias sibi partes vendicarent: siquidem legati munus est, omnia ad præscriptum imperiumque consulis agere: imperatoris vero, summae rei consulere, & liberum tenere imperium, eo consultore & ministro.² M. Claudius legatus contra literas L. Cornelii consulis de pugna adversus Bojos ad senatum magnifice scriptas, privatim de consulis negligentia pluribus per literas significavit, quæ illi mox exitio criminique fuerunt: nanque illum criminando effecit, quo minus L. Cornelius de Bojis triumpharet: ipsiusque denegati triumphi, testimonium legati præcipua causa fuit.³

Iegaturum triumpbus. Quanquam Cn. Manlius, contradictibus decem legatis, in crimen adductus, acta per se causa in senatu, criminis absolitus, de Gallogræcis magnifice triumphavit.

Etatore, & Magistro equitum, ut vide-
re licet ex Dionysio Halicarnasio l.6.
ubi loquitur de T. Ebutio Helva Ma-
gistro equit. A. Posthumii d'Etatori,
& M. Valerio ipsius legato. Et ex Li-
vio 1. Decad. lib.8. ubi de eodem M.
Valerio legato.

¹ Tum Cos. laborantibus.] Ita etiam fecit C. Sulpitius Legatus L. Genutii Cos. in bello adversus Hernicos, oc-
ciso ipso Consule, apud Livium 1. De-
cad. lib.7.

² Non tamen idem juris.] Cæsar l.3.
belli civil. de P. Sylla Legato Cæsar
loquens sic scribit: *At pluriq[ue] existi-*

*ment, si acrius insequi voluisset, bellum
eo die potuisse finiri: cuius consilium re-
prehendendum non videtur. Aliæ enim
sunt legati partes, atque Imperatoris. Al-
ter omnia agere ad præscriptum, alter li-
bere ad summam rerum consulere debet.
Sylla à Cæsare castris relictus, liberatis
suis, hoc fuit contentus, neque prælio de-
certare voluit: quæ res tanen fortasse
aliquem recipere casum, ne imperatoris
sibi partes sumpsisse videatur.*

³ M. Claudius.] Livius 4. Dec. 1.5.
non multo post principium.

⁴ Quanquam Cn. Manlius.] Livius
ejusdem 4. Decad.lib. 8. & 9.

¹ Quin-

rit. ¹ Quinetiam siquid per legatos in provincia absentibus consulibus, & dum eorum vice in gerunt, fortiter ac dignum laude & triumpho gestum foret, poterat sine consule solus legatus suo jure & merito triumphare. ² De Partibus & Pacore Ventidius M. Antonii legatus, sine Antonio, licet novo exemplo, triumphavit. ³ Caius etiam Marius legatus Metelli consulis, ipsum criminando, effecit, ut posthabito Metello, de Jugurtha triumpharet; ⁴ ante cuius currum cum duobus filiis ductus est in triumpho. ⁵ Quinetiam patrem filio legatum fuisse, ⁶ & fratrem fratri, saepissime compertum est. ⁷ Q. Fabium Maximum, Q. filio consuli legatum adversus Samnites ad Suessulam obviam prodiisse: & cum experiri vellet an sciret consulem agere, iussum ab eo obsequium praestitisse, & equo descendisse, auctores memorant. ⁸ P. que Scipionem,

¹ Quinetiam siquid, &c.] Ut patet exemplis sequentibus.

² De Partibus & Pacore Ventidius.] Plutar. in Antonio. Gellius l. 15. c. 4. Dion in historia ipsius M. Antonii. Et vide Plinium l. 7. cap. 43. & infra c. 6.

³ C. etiam Marius.] Plutar. in vita illius, Paulus Orosius lib. 5. cap. 14. Sallustius autem in Jugurtha in fin. dicit illum Calendis Januariis magna gloria Consulem de Jugurtha triumphasse.

⁴ Ante cuius currum.] Paulus Orosius d. lib. 5. cap. 14.

⁵ Quinetiam patrem filio.] Hoc mox probat Q. Fabii Maximi exemplo. Sed adde è diverso filium patri aliquando legatum fuisse: ut fuit Titus Vespasiano patri, ex Paulo Orosio lib. 7. cap. 5. in fin. & Gordianus filius Gordiano patri Procos. Aphricæ, teste Julio Capitolino in Gordianis non semel.

⁶ Et fratrem fratri.] Id quod probat exemplo Scipionis Aphricani ibi, P. que Scipionem.

⁷ Q. Fabium Max.] Livius 3. Dec. lib. 4. His procuratis (inquit) ex decreto Pontificum, proscelli Coss. Sempronius in

Lucanos, in Apulum Fabius. Pater filio legatus ad Suessulam in castra venit, cum obviis filius progredetur, licet resque verecundia maiestatis ejus taciti anterirent non summoventes patrem, prater undecim fasces equo praecinctus senex, ut Consul, animadvertere proximum licet item iussit: & is ut descenderet ex equo, inclamavit: tum derum desiliens, Experiri, inquit, volui fili, satin' seires Consulente esse. Val. Maximus lib. 2. c. 1. ubi de More, quem majores observabant in urbe, ut diximus supra.

⁸ P. que Scipionem.] Livius 4. Dec. lib. 7. post princ. sic scribit, Cum res aut nova, aut vetustate exemplorum memoriae jam exoleta, relata expectatione certaminis Sonatum erexit, P. Scipio Aphricanus dixit, si L. Scipioni fratris suo provinciam Gracian decreverissent, se legatum iturum. Haec vox magno offensu audita suscitavit certamen. Plutar. in vita ipsius Scipionis. Gellius lib. 4. cap. 18. Plinius Secundus, si is est, de Viris illustribus, cap. 49. & 53. Appianus in Syrico, Florus lib. 2. cap. 8. Sed cui adde Spurio Furio Consuli alterum Furium ipsius fratrem ei datum legatum, apud eundem

nem, cui Aphricano fuit cognomen, Scipioni fratri adversus Antiochum consuli destinato, legatum venisse: tantumque auctoritate effecisse, ut victo Antiocho, & pace Eumeni concessa frater cuius legatus venerat, de Antiocho & omni Asia triumphavit, ob Asiamque à se victam, Asiatici cognomen reportarit. ¹ Iliud quoque notatum est, quo-

Legati munus prorogatum. ties consuli prorogatum fuisse imperium, etiam legati munus ad id tempus diffundi s^epe & prorogari. ² Animadversumque & illud, à primis originibus legatum procon-

Legatus prorogatus. fulis sine equo ingredi consuesse: postea vero à Severo institutum, ut in vehiculis federent, & sive morte obita, sive casu legatus in provincia esse desisset, legationis munus solum consulem sine senatu dedisse: ipsumque consulem

Legati imperatorum. aut senatum ³ unum pluresve legatos imperatori impedito, qui vicem suam gererent, & rebus gerendis sufficerent, s^epius creavisse, comitesque expeditionis dedisse. C.

⁴ Cæsari imperatori, cuius in re militari præcipua virtus fuit, dum contra efferas gentes bellum parat, decem legatos consilii socios decrevit senatus, quibus adjutoribus & ministris magnas res gessisse fertur. ⁵ Pompejus quoque bello piratico, contra tot prædones & communes hostes omni genere rapinarum grassantes, quum solus superesse nequiret, quinque & viginti legatos accepit, ⁶ tametsi aliquando solus ipse legati munus obiret. ⁷ Q. etiam Fulvio consuli gravi vulnere affecto, quin exercitui & castris præesse nequiret adversus Hannibalem, ex patruim decreto

tres

eundem Livium 1. Decad. lib. 3. Et Q. Fulvio Flacco Consuli, C. Fulvium Flaccum fratrem legatum datum apud eundem Liviuin 3. Dec. lib. 5. & 6.

¹ Illud quoque notatum est.] Nam & Procoſſ. legatos habuisse docimus sup. lib. 2. cap. 27. & hoc quoque cap. in prin.

² Animadversumque illud.] Id usque ad ea verba, Et sive morte, sunt Spartiani in vita Septimii Severi.

³ Unum pluresve legatos.] Ut patet exemplis sequentibus.

⁴ C. Cæsari.] Cicero l. 1 Epist. fam. epist. 7. non longe à fin. Stipendum, inquit, Cæsari decretum est, & decem legati, & ne lege Sempronia succederetur facile perfectum est.

⁵ Pompejus quoque.] Plutar. in vita illius 24. tantum dicit.

⁶ Tametsi aliquando solus.] Plutar. ubi sup.

⁷ Q. etiam Fulvio.] Livius 3. Dec. lib. 7. Itaque & Q. Fabium filium ad exercitum Venusianum miserunt, & ad Consulem tres legati misseri.

I. Quibus

tres legati additi fuere. Quinetiam in expeditionem iturum consulem, plures & ultra sex legatos duxisse compertum est: 'quibus lictores cum fascibus pro munera dignitate publice dabantur, qui illos velut publico magistratu*Lega-*
torum
licto-
res.
præcedebant. Subsequutis postea temporibus, in tantum legatorum munus processit, & ad id fastigii devenit, ut quoties laborantibus provinciis subsidia mittenda forent, aut si quid publici privatique negotiorum maneret, ubi plurimum laboris & periculi impenderet, ea frequens senatus per legatos decerneret, illisque provinciæ administrandæ munus curamque delegaret, ² quæ libera dicta legatio est. *Libera*
legatio.
nam soli sine consule aut praetore, legati munere fugiebantur. ³ Quæ etiam legatio à senatu vel populo sæpiissime dabatur his qui honestam proficisciendi causam, aut prætextum

¹ *Quibus lictores.*] Legatos lictores habuisse cum fascibus constat ex Spartiano in Septimio Severo non longe à prin.

² *Quæ libera dicta legatio est.*] Budixis in posterioribus annot. in Pandectas, titu. de legat. Legationes liberae, inquit, olim ornamenti tantum causa ab Senatu imperabantur: quemadmodum Honorarii magistratus à Principibus honestamenti causa conceduntur, tituloque tenus obeuntur & geruntur. Hæc ab his Senatoribus imperabantur, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hereditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in Provinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores controversias haberent, atque favorabiliores. Quamobrem lege XII. tabul. id veritum erat, his verbis: *Rei sue ergo ne quis legatus esto.* Quæ verba Cicero lib. de legib. 3. exponit. *Hæc Bud. eut.* Cicero contra Rullum, Legatos vestros auctoritate tenni, qui rerum privatarum causa legationes liberas obcunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. Grave est enim nomen imperii: idque in levii persona pertimescit, propterea quod vestro non suo nomine abu-

tuntur. Cicero has legationes liberas in suo consulatu represtit, & annuas fecit, postea lex Iulia quinquennales indulxit. Ad Atticum lib. 15. epist. 6. *Habent, ut opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia, nec facile addi potest: bella est autem hujus juris quinquenni licentia.* Idem Cicero pro Flacco scribit, Liberas legationes multos sepe bonos viros sumplisse causâ nominâ exigendi. Suetonius in Tiberio, cap. 31. *Prætor, inquit, designatus libera legationem impetravit.* Legationis liberae meminierunt Plutar. in Gracchis, & Brutus l. 11. Epist. familiar. epist. 1. Idem Cic. ad Atticum lib. 4. epist. 2. ubi legationem votivam appellat, ad votum postulantis concessam.

COLERUS.

Dicit aliquid de hac libera legatione Lipsius ad 12. Annal. Taciti.

TIRAQUELLUS.

³ *Quæ etiam legatio.*] In illis locis, præsertim Plutarchi in Gracchis, ubi refert, Senatum Scipioni Nasica libera legationem in Asia decretissè, quum ob mortem Tiberii Gracchi, cuius auctor fuerat ipse Nasica, videret plebem adversus illum male animatum, & jam de viadicta cogitantem.

textum fugæ per speciem honoris quererent, quo honoratiū exciperentur. Quin & scriptum legimus observatum
Legati que fuisse, legatos legionum non in senatu modo, sed à du-
legio-
nūm u-
bī crea-
rentur. cibus exercituum plerunque creari, ¹ qui singulis ² pluri-
Legati busve legionibus præpositi, illarum administrationem cu-
in ordi-
nem re-
datti. ramque gererent: qui si quid per occasionem & licentiam
Legati dignum animadversione admisissent, poterat eis legationi-
in ordi-
nem re-
datti. bus munus abrogari, & de gradu dejici: quotiesque quæ-
Quæ-
stor le-
gato
præle-
tus. stor cum legato consulis concurrit in iisdem actionibus &
Legati paricauſa, quæſtor, tanquam plus ferat honoris, præponi
in Aphri-
cam
missus. ſolet. ³ Nec modo conſulem, ſed & prætorem legatos in
provincia unum pluresve habere, quorum confilio niteren-
laude tur, niſi prætores urbani forent, quibus nihil opus eſſe le-
gatis censuerunt. Illud quoque proditum eſt, legatum qui
in Aphri-
cam
missus. in Aphricam accederet, ſi quid operæprecium, aut dignum
laude in provincia admisifſet, haud multo poſt, inculpatæ
vitæ testimonio illam proconſulem administraffe. Tum
siquando in acie vel caſtris, urgentibus hostibus, conſulto
opus foret, per legatum qui ſumimæ rerum præerat, & pri-
mas

¹ *Qui singulis.*] Tacitus lib. 18. me-
memorat, Vedium Aquilam tertiadeci-
mæ legionis legatum fuisse, & lib. 19.
Fabium Fabulum quintæ legionis le-
gatum. Et Cæſar lib. 1. belli Punici ad-
fin. tradit ſe singulis legionibus singu-
los legatos, & Quæſtorem præfeciſſe,
tectes ſur quenque virtutis. Et ipſi Cæ-
ſari adverſis Gallos pugnanti Cicero
legatus 14. legionis fuit. & Roſcius 13.
ut ſcribit Cæſar lib. belli Gallici pri-
mo. Idemque de prolegato Cornelius
Tacitus l. 15. ubi tradit, Vivianum An-
nium Corbulonis generum Prolega-
tum quintæ legioni fuisse impositum.

² *Pluribusve legionibus.*] Vellejus
Paterculus volumine posteriori, Red-
datur, inquit, verum L. Aſſrenati teſti-
monium, qui legatus ſub avunculo ſuo Va-
rio militans, gnavas, virilique opera dua-
rum legionum, quibus prærat, exercitum
immunam tanta calamitate ſervavit, rra-

tureque ad inferiora hyberna deſcen-
do, vacillantium etiam eis Rhenum fita-
rum gentium animos conſirmavit. Et Ta-
citus lib. 20. Mumium Lupercum le-
gatum (iſ duarum legionum hybernis
præerat) egredi adverſus hoſtem jubet.
Et Cæſar lib. 5. belli Gallici: Sed me-
ridie cum Cæſar pabulandi cauſa, tres
legiones, atque oram equitatum cum C.
Trebonio legato miſiſſet.

³ *Nec modo Conſulem aut Prætorem.*] Tacitus iu vita Iulii Agricolæ, Nec le-
gatus, inquit, Prætorius ad coibendum
potens, incertum ſuo an militum ingenio:
ita ſuccellor ſimul & ultor eleſtus rarif-
fima moderatione maluit videri inveniſſe
bonis quam feciſſe. Et Aelius Spartianus
in vita Adriani, legatus, ait, Prætorius
in Pannoniam inferiorum miſſus, Sarma-
tias compreſbit, disciplinam militarem te-
nuit, procuratores latius evagantes coē-
ravit, ob hoc Conſ. faciliſt eſt.

mas tenebat post consulem, reū ad consilium deferri, ubi legati legionum, primores centurionum, quæstores, tribunique & præfecti castrorum consultantes, capita conferebant: & quicquid opus erat factō, communī animo consilioque decernebant: & demum ut erant sententiæ, legati judicio imperioque sanciebant. ¹ Ab exteris vero Agesilaus proditur tanti legati munus fecisse, ut quamvis Imperator maximus, legatorum tamen officia obire non dubitarit.

¹ *Ab exteris vero Agesilaus.*] Plut. in vita illius. Sed adde & alia ad hujusmodi legatos pertinentia. Nam Aelius Spartianus in Septimio Severo tradit, quod tum primum factum est, ut

legati vehiculo sederent, qui ante pedibus ambulabant. Idem Spartianus in vita Adriani, scribit ipsum Adrianum Armenis Regem habere permisisse, cum sub Trajano legatum habuissent.

C A P U T IV.

Qui magni dii, qui communes, aut indigentes dicti, quæ deorum cognomenta, & Junonis Romæ templi fuerint.

DEORUM¹ quos Prisci coluerunt, nomina potestatesque multiplices olim veteres statuisse, haud ambiguum est: nam quidam ex his² Magni, quos Græci θεοὶ μεγάλοι vocant:

T I R A Q U E L L U S.

¹ *Deorum.*] Vide Tullium Tusc. quæst. lib. 1. Varrone lib. 1. de Rustica, c. 5. Senecam Natural. quæst. lib. 2. cap. 41. Laetantium lib. 1. c. 20. Livium in 3. Decad. lib. 4. & 5. in oratione Furii Camilli & alibi sepe. Divum Augustinum de Civitate Dei, libro 4. c. 8. Arnobius disceptationum adversus Gentes, lib. 3. Deos & eorum officia ridicula scribens, ait, *Illi* *duo vero, quod sequitur, quale est, quod deos vobis inducitis* *alios fabros, alios medicos, alios lanarios, nautas, citbaristas, aulædos, venatores, pastores.* & *quod superat, rusticos.* *Et ille, inquit, missus Deus est:* & *bis alter divinus est.* Cæteri enim dii non sunt, & ventura prædicere insectiæ nesciunt, atque ignorantia futurorum. Ob-

stetricis ille informatus artibus, medicorum aliis institutus est disciplinis. Ergone singulifua in re pollut, nec in auxiliis vocati alienis possunt in partibus subvenire? Hic in sermone facundus est, atque in verborum continuationibus promptus: bardi enim sunt alii, nec possunt aliquid scitum (si oratio facienda est) eloqui. Hæc Arnobius.

² *Magnis uere Jupiter.*] Servius libro 3. Æneidos in eum locum,

Cum sociis, natoque, penatibus, & magnis diis.

Vattro (inquit Servius) Junum dicit esse, penates & magnos deos, nam sic in Basi scribebatur: *Magnis diis.* potest tamen hoc pro honore dici. nam dii magni sunt, Iupiter, Minerva, Mercurius, qui Romæ colebantur. Penates

vocant: plerique Communes dicti sunt, inferioris notæ. Magni fuere, Jupiter, Minerva, Mercurius, quos è Samothracia in Italiam Æneas attulit.¹ Alii majorum gentium deos, duodecim statuere: hi fuere Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus: virorum autem, Jupiter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo:² qui etiam dii Penates ab Ænea appellati:³ Magnique dicti, vel quod reliquæ quos genere famaque præcellerent, vel quod infinitæ potestatis forent.⁴ M. Varro Cælum & Terram principes deo-

vero apud Laurolavinium: unde apparet non esse unum. Macrobi. lib. 3. cap.4.

1 Alii majorum gentium deos duodecim.] Lactantius lib. de Falsa religione, r. c. 15. Herodotus lib. 2. inter 12. deos Herculem nominat. Duodecim sunt dñi, sex mares, & foeminæ rotundem, quorum imagines auratae ad forum stabant, ut refert Varro rerum rusticarum lib. 1. cap. 1. Hos Ennius disticho est complexus:

*Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana,
Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus,
Apollo.*

Conferentes appellant, quasi conséntientes in eo quod est gerendum. Meminit & horum deorum D. August. l. 4. c. 23. Civitatis Dei.

2 Qui etiam dñi penates, &c.] Servius in lib. 8. Æneidos, ibi,

*Cum patribus, populoque, penatibus, &
magnis dñs.*

Alii, inquit, volunt unum esse, alii separant, ut magnos deos accipias, Jovem, Minervam, Mercurium, quos Æneas de Samothracia sustulit. Iam qui fuerint dñi penates, quos Æneas in Italiam portavit, non convenit. Macrobius l. 3. cap. 4. ex variis varia colligit. Sunt qui Neptunum & Apollinem velint, quos Virgilius lib. 2. Æneidos muros Trojanos extruxisse scribit. Alii Vestam dicunt. Nam Virgilius cum dixisset,

*Sacra suoque tibi commendat Troja Pe-
nates.* mox addit,

*Sic ait, & manibus vittas, Vestamque
potentem,
Æternumque adyis effert penetralibus
ignem.*

Vestam non tam puto ex penatibus fuisse, quam penatibus additum faciunt. Ideo Dictator, ceterique magistratus Romani, quo die dignitatem inibant, Vestæ & penatibus sacra faciebant, ut scribit Macrobi. ubi supra. Cic. lib. de Nat. Deorum 2. Nam Vestæ nomen à Græcis, ea est enim quæ ab illis ēσια dicitur. Vis autem ejus ad aras & focos pertinet. Iraque in ea dea, quod est rerum custos intimarum omnis & precatio & sacrificatio extrema est. Nec longe ab hac vi dñi penates, sive à penitudo nomine (est enim omne quo vescuntur homines, penus) sive ab eo quod penitus insident, ex quo etiam penetrales à poëtis vocantur.

3 Magnique dicti.] Macrobius dicto lib. 3. cap. 4. *Penates Trojani erant magni dñi deoī μεγάλοι, qui urbi & Latio præsidabant.* Vide D. August. Civitatis Dei lib. 1. cap. 3.

4 M. Varro.] Lib. 1. aut aliorum comput. 4. ling. Latinæ, Terra enim & Cælum, ut Samothracum initia docent, sunt Dei magni, & hi, quos dixi, multis nominibus. Nam neque, quas Ambracia ante portas statuit duas viriles species abeneas, Dei magni: neque, ut vulgus putat, hi Samothraces dñi, qui Castor & Pollux: sed hi mas & feminæ: & hi, quos augurum libri scriptos habent sic, Diu-

deorum, ¹ Aegyptii Serapim & Iism, ² in Latio Saturnum & Opim: ³ plerique deos Penates Magnos opinati sunt.

⁴ Dixere autem Penates, per quos spiramus, ⁵ & corporis ^{Penates quae} & animi vires possidemus. ⁶ Hos dicunt esse Jovem in medio æthere, Junonem in imo, ⁷ in summo vero Minervam, alii Apollinem & Neptunum. ⁷ Martem vero, Bel-

lonam

Divipotes, & sunt pro illis, qui in Samothrace Sibyllos deci. Hæc duocahion, & terra: quod anima & corpus, humidum & frigidum.

¹ *Aegyptii.*] Strabo lib. 17. Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2. Varro d.lib. 4. *Principes dei Cælum & Terra: hi dei iidem, qui in Aegypto Serapis & Isis, & eos Harpocrates digito significat.* Vide ibi conjectanea Scaligeri. Laetantius l. 1. cap. 13.

² *In Latio.*] Varro ad ea quæ in præced. adduxi, addit, *Principes in Latio Saturnus & Ops.* Laetantius l. 1. c. 15.

³ *Plerique deos penates.*] Macrobius lib. 3. c. 4. *Dionysius Halicarnassus l. 1.* de his diis Penatibus sic scribit, Cum Penatibus, quos Aeneas à Troja deuetos Lavinij collocaverat, templum extructum esset cum adyto, & delubra Lavinio translata in intimum templum recondita, sequenti nocte clausis, ut cum maxime foribus, & inviolatis teeto simul atque parietibus, sponte sua simulachra in pristinas bases transisse reperta sunt: denuoque Lavinio transportata cum votis & sacrificiorum placaminibus, in eundem locum rursum reversa sunt. Dubitatum est diu quidnam factò opus esset, cum neq; sine diis patriis habitandum censerent, neque in semel relicta sedes remigrandum tandem placuit sententia, qua & religioni deorum & utilitati hominum satisfaceret. Visum enim est simulachra suo loco sinere, & viros qui sacrotum curam gerant, ex Alba ad Lavinium habitandum reducere. Hos deos Römani Penates vocant, Græci vario modo conati significationem reddere, nunc πατέρες, nunc γένεθλιοι: alii κληστοί, aut μυζέτοι, aut

ēpūre. Harum appellationum singulæ juxta aliquam proprietatem eis congruent: fierique potest, ut licet diversis modis, omnes tamen eis convenient. Eorum effigiem atque habitum Timæus describit in hunc modum, Sacra apud Lavinium reposita esse caducea partim ferrea, partim ærea, Trojanumque vas fictile, idque se cognovisse ait ex ipsis civibus. Hæc Halicarnassi. Hos *Penetrates* vocat Seneca in Thebaide actu 2. scena 5.

⁴ *Dixere autem Penates.*] Macrobius ubi supra. ex quo intelliges hic legendum esse, per quos penitus spiramus.

⁵ *Et corporis & animi vires possidemus.*] Macrobius ibi, & ante eum Cicero lib. 2. de Natura Deorum, loco citato in verbo, *Quic etiam dii Penates.* Alia autem de diis Penatibus apud ipsum Macrobius ubi sup. & Servium lib. 3. Aeneid. ibi,

Ipsiusque pater, genus à quo principe nostrum.

Quod dicit, inquit, A quo principe genus nostrum est, potest generaliter intelligi: unde originem ducimus, ut deos Penates, quasi Trojans intelligas: & ad ritum referri, de quo dicit Labo in libris, qui appellantur de Diis animalibus, quibus ait esse quædam sacra, quibus animæ humanae veriuntur in deos, qui appellantur Animales, quod de animalibus frant. Hi autem sunt dii penates & vitates.

⁶ *Hos dicunt esse.*] Hæc usque ad versic. Martem vero, sunt Macrobius ubi supra, sed diversis in locis.

⁷ *Martem vero.*] Et hæc usque ad vers. Nam Persæ, sunt Servii in lib. 12. Aeneid. in eum locum,

In medisque focos, & dñs communibꝫ aras.

<sup>Dii
commu-
nēs.</sup> lonam & Victoria in communy & usitatores deos nuncupari, ea (ut dicunt) causa, quod omnibus præsto sunt, & modo ab uno, nunc ab alio beneficia conferri, & passim homines juvari putant. Nonnulli matrem deum, Solem, Lunam, Plutonem & Martem, communes dixerunt deos, quod hi ferine ab omnibus frequenti cultu curaque observantur: ^{Perse.} nam Persæ Ignem deum colunt: ² Scythæ præcipuum deorum Martem, cui equos immolant. ³ Massagetae & Pœni, Solem & Lunam, alii Plutonem, velut præcipua numinina venerantur, ⁵ licet Solem Persarum, ⁶ Lunam Græcorum præsidem nonnulli credant. ⁷ Varro autem qui magna inquisitione collegit, ex omni deorum turba, ⁸ quos supra

Sic enim scribit ibi Servius, *Dii communis sunt*, ut alii dicunt, Mars, Bellona, Victoria: quod *ibi in bello utrique parti possunt facere*. Ut autem altioris scientie horribilis placet, *Dii communis sunt*, qui *ægys* dicuntur, id est, qui ex aliis certas non habent partes, sed generi littera cunctis coluntur, ubique enim eos esse manifestum est, ut Mater deusa, cuius potestas in zonis est. Nam & ideo Mater deum dicitur, quod cum omnibus ejus est communis potestas. Alii communis dios volunt, Solem, Lunam, Plutonem, Martem: *ibi enim apud homines inveniuntur*, & sunt in omnibus terris. Prior tamen sensus est simplex & magis aptus negotio. Hac ille. Sed his diis communibus adde & Herculem, Virgilio teste lib. 8. Aeneid. de colloquente,

Communis que vacate deum. — Et ibi omnino vide Servium declarante, quare deus communis Hercules dicitur.

¹ *Nam Persæ Ignem deum colunt.*] Herodotus in Thalia, qui tertius liber est: Strabo lib. 15. & alii plurimi à me memorati in Commentariis Nobilitatis c. 31. n. 138.

² *Scythæ.*] Herodorus l. 5. At idem lib. 4. dicit, Hos solos deorum propriare, Vestam ante omnes: deinde Jovem ac Tellurem, existimantes Jovis conjugem esse. Post hos Apollinem,

& Cælestem Venerem, & Marrem & Herculem. Pauloque post scribit eos immolare Marti, cum boves & alia pecora, tum præcipue equos.

³ *Massagetae etc.*] Strabo l. 11. *Scythæ*, inquit, *tintunmodo Solem deum putant*, atque illi equum maculant. Tomyris Massagatarum regina teste Herodoto lib. t. Clio, in epistola, quam ad Cyruum misit, jurat per Solem Massagatarum dominum. *Ex diis* (idem inquit paulo post in fin. ejusd. lib. de Massagatis loquens) *num Solem vinerantur*, cui equos immolant. *Hic autem est eis mos sacrificandi*, ut deorum perniciissimo è percoribus omnibus perniciissimum maculent. Xenophon expeditionis Cyri libro 4. memorat apud Barbaros moris fuisse, Soli equum sacrificare.

⁴ *Et Pœni.*] Item Gyraldus de diis Gentium, ad fin. sed id est Herod. l. 4.

⁵ *Licet Solem Persarum.*] Herod. l. 1.

⁶ *Lunam Græcorum.*] Cic. lib. 2. de Nat. Deorum.

⁷ *Varro autem.*] Apud D. Augustinum Civit. Dei l. 4. c. 23. & l. 7. c. 2. & vide Max. Tyrius Sermone primo.

⁸ *Quos supra 30. millia.*] Apud ipsum Augustinum ubi sup. Pindarus ante illum dicebat 30. esse millia. At Max. Tyrius, qui illum citat d. Ser. 1. dicit innumerabiles esse, sed id refert ad opera & effectus divinitatis.

supra triginta millia fuisse autumnat, quosdam seclusit, quos ^{Dii selecti.}
selectos nuncupavit: hi fuere, Janus, Jupiter, Saturnus,
Mercurius, Mars, Apollo, Genius, Vulcanus, Sol, Neptu-
nus, Liber, Orcus, Juno, Tellus, Ceres, Luna, Diana,
Venus & Vesta, illosque selectos velut usitatora numina ^{Geniti- les dui.}
appellavit. Geniales vero deos multi putant; Aquam, ^{Genius.}
Terram, Ignem & Aërem; his addunt Solem & Lunam,
ex quibus seminibus gignuntur omnia, quibus natali die
quisque sacrum facit, quod gignendarum rerum vim habe-
rent, qui Genius deorum filius, & parens hominum habeat.
Tamen si binos Genios ab ipso natali die cuique mor-
tali deorum munere datos, bonum scilicet & malum, ^{Genii duo.}
pedocles

1 Hi fuere Janus.] August. ubi sup.

2 Geniales vero Deos multi putarunt.]

Fest. Pompejus l. 7. Geniales deos dixerunt, Aquam, Terram, Ignem, Aërem. Ea enim sunt feminæ rerum, quæ Graeco-
rum alii γυναιξ, alii ἡρακλες, alii ἀτόμες vocant. Duodecim quoque signa
Lunam & Solem inter hos deos computabunt. Geniales autem dicti à gerendo,
qua plurimum posse putabantur, quos posse
ex geruloso appellarent. Scaliger ultima
verba Festi sic interpolavit: Geniales
dicti à genendo, qua plurimum posse pu-
tabantur, quos posse Genios appellarent,
id est, qua et plurimum possent, hoc est
genitura. Sunt enim deos γηγενειοι.
Idem etiam vulgatam lectionem de-
fendi posse putat.

3 Qui Genius deorum filius & pa-
rens.] Fest. Pompejus d.lib. 7. Genium
(inquit) appellabant deum, qui vim ob-
tinaret rerum omnium gerendarum. An-
fustius: Genius (inquit) est deorum filius
& parens hominum, ex quo homines gi-
gnuntur. Et propterea Genius meus nomi-
natur, qui me genuit. Alii Genij esse
putarunt uniuscujusque loci deum. Hac
Festus. D. August. l.-Civit. Dece. 43.
ex Valerio Sorano, sic scribit: Quid est
Genius? Deus est, inquit, qui prepositus
est, ac vim habet omnium rerum gigan-
darum. Quem alium hanc vim habere
credunt, quem mundum, cui dictum est,

Jupiter omnipotens progenitor genitrix-
que? Et cum alio loco Genium dicit
esse uniuscujusque animum rationa-
lem, & id est singulos singulorum:
talem autem mundi animum deum
esse, ad hoc idem utique revocat, ut
tanquam universalis Genius ipse mundi
animus esse credatur. Hic est igitur
quem appellant Jovem Nam si ominus
Genius deus, & ominus viri animus
Genius: sequitur, ut sit ominus viri ani-
mus deus: quod si & ipsos eblirre
absurditas ipsa compellit, restat ut
cum singulariter & excellenter dicant
deum Genium, quem dicunt mundi
animus, ac per hoc Jovem. Christo-
phorus Landinus in Horarium Car-
minata lib. 3. Ode 17. ad Aelium La-
miam, ibi,

— Cras Genium mero

Curabis & porco bimestri. —
Genio, inquit, sacrificabant optimo zino,
& laetissimis epulis: Ergo quando bene
corpus curabant, Genis indulgere diceban-
tur. Contra quando parvo difficultate vi-
ctu utebantur, Genium suum fraudare pu-
tabant.

4 Empedocles.] Apud Plutarchum
in libro de Tranquillitate animi. Et
id ipsum voluit Euclides Socraticus, &
Lucilius l. 9. Satyra, apud Censorinum
lib. 2. de die Natali, & Servius in eum
locum quem paulo infra citabimus.

Sua cu- pedocles reputarit, ¹ Menander unum. ² Alii Junonem
jusque & Genium suum singulis dederunt, quasi præsides & op-
Junia & Ge- pugnatores. ³ Lares quoque inter deos receptos fuisse,
nius. multorum testimonio probatur, quos antiqui inferiores di-
Lares xere deos, qui privatarium ædium, ⁴ triviorum, viarumque,
qua- ⁵ atque urbis curam agunt: ⁶ ideo Præstites nuncupati.
tuor. ⁷ Hos Ægyptii quatuor fuisse putant, quos simulatque in lu-
cem

¹ Menander unum.] Ut tradit Plut. ubi sup. Quamquam & ipse Menander duos tribuit illis senariis,

A παῦλι δαιμονὸν ἀνδρὶ τῷ γνωμήρῳ,
Απούλῳ εἰς μετεγγόρος ή βίσ.

² Alii]. Scilicet Epistolarum l. 2. epist. 19. alias 20. Alia de Geniis, vide apud Plutarchum de Placitis philosoph. lib. 1. cap. 8. & Lactantium l. 2. c. 15. Servium enarrantem supplicia, quæ sunt apud manes, in lib. 6. Æneid. ibi,

Quisque suos patimur manes.
Cujus hæc sunt verba, *Nam cum nasci-
mur, duos Genios sortimur: unus est qui
hortatur ad bona, alter, qui depravat ad
mala. Nec incongrue dicuntur Genii, quia
cum unusquisque genitus fuerit, ei statim
obseruatores depulantur, quibus assisten-
tibus post mortem, aut affirmitur in melio-
rem vitam, aut condemnatur in deterio-
rem, per quos aut vacationem merebuntur,
aut redditum in corpora. Ergo manes, Ge-
nios dicit, quos cum vita sortimur.*

³ Lares quoque.] Latis familiaris meminit Cato Rei rustica, c. 2. Plau-
tus in Prologo Aululariæ,

*Ego lar sum familiaris ex hac familia,
Unde ex eum me aspexit.*
Sallustius in Catiline Oratione, *Illas
binas, aut amplius domos continuare:
nobis Larem familiarem nusquam ullum
esse? Apulejus in lib. de Deo Socratis.
Caterum Lares deos domesticos fuisse
scribit Tertullianus in Apolog. c. 13.
& domus custodes esse Plutarch. pro-
blem. c. 51. & Arnobius contra Gen-
tes, lib. 3. Et vide sup. lib. 5. cap. 24.*

⁴ Triviorum viarumque.] Arnobius ubi nuper, scribit vulgus arbitrari La-

res vicorum atque itinerum deos esse,
ex eo quod Græci vicos cognominant
Lauras.

⁵ Atque urbis.] De Laribus urbium custodibus Ovid. lib. 5. Fastrorum,

*Stant quoque pro nobis, & præsunt mœ-
nibus urbis,*

*Et sunt præsentes, auxiliumque ferunt.
Et canis ante pedes saxo fabricatus eo-
dem*

*Stabat, quæ standi cum Lare causa
fuit?*

*Servat uteque domum, domino quoque
fidus uteque est.*

*Compita grata Deo: compita grata
cani.*

Et Lucanus lib. 1. Pharsalia,

— Urbisque laborem

Testatos sudore Lars. —

Et idem Ovid. Fastrorum lib. 2.

*Fitque gravis, geminosque parit, qui
compita servant,*

Et vigilant nostra semper in urbe lares.

⁶ Ideo Præstites nuncupati.] Ovidius lib. 5. Fastrorum,

*Præstibus Majæ Laribus videre Ca-
lendæ*

*Aram constitui, parvaque signa
Deum.*

Et paulo post cur sic dicantur declarat,
*Censat amē positi fuerat cognominis il-
lis,*

Quod præstant oculis omnia tuta suis.

Præsides autem hos vocat Plutarchus,
problem. c. 51. quod scilicet præsunt.
Fest. Pompejus lib. 14. Præstitem, in-
quit, in eadem significazione dicebant,
qua nunc dicimus antistitem.

⁷ Hos Ægyptii.] Macrobius lib. 1.

Saturn. cap. 19. paulo ante fin. Ex quo intelli-

cem editus fuisset homo, illius pervigilem curam agere opinantur, quorum nomina Dymon, Tychis, Heros & Anachis.¹ Fuitque Platonis opinio, homines qui summa integritate vixissent, post fata effici Lares: si vero improbi detestabilesque fuissent, Lemures.² Ipse enim trinas fecit deorum species, ex quibus unus est suimus, primus & solus deus: alteri medii, quos cœlicolas vocat, tertii, qui diis sunt minores, cœlicolis majores.³ Dæmones vero ministros deorum, custodes autem hominum putavit.⁴ Dii nempe ruris & agricolarum, quos vitæ agrestis homines & rustici coluerunt, hi feruntur: Jupiter, Tellus, Sol & Luna, Ceres & Liber, Rubigus & Flora, Minerva & Venus, Lympha & Bonus eventus, qui morbos, vaſtitudinem, calamitatem, intemperiesque depellunt.⁵ Præter hos fuere

dii

intelliges Alexandrum aberrasse in appellationibus quoruſdam ex his quatuor. Hujus verba sunt Ἑgyptii deos *Priestes boni nascienti quatuor adesse memorant, δάμονα, τύχην, ἔπατα, ἀργυρόν.* horumque rationem reddit. Scio autem Plinium locutum fuſſe de Ananchitide lib. 37. c. 4. ad finem, ubi ita dicit vocari adamantein lapidem, quod metus vanos expellat à mente. Idem ejusdem lib. 8. c. 11. dicit Ananchitide gemma evocari imagines deorum in hydromantia.

¹ Fuitque Platonis opinio.] Vide Apulejum tum in lib. de Deo Socratis, tum lib. de Dogmate Platonis: Martianum Capellam in Nuptiis Mercurii & Philologiae. Divus Augustinus lib. de Civitate Dei, 9. cap. 11. opinionem Platonitorum, qua putant animas hominum dæmones esse post corpora sic scribit, *Dicit quidem et animas hominum dæmones esse, et ex hominibus fieri Lares, si boni sunt: Lemures seu Larvæ, si mali.*

² Ipſe enim trinas.] Apud Apulejum de Dogmate Platonis.

³ Dæmones vero ministros deorum.]

Apul. ibi, ubi & hos dicit Genios Lares posſe nuncupari.

⁴ Dii nempe ruris & agricolarum.] Varro, qui & hos nuncupatim, ut hic, nominat, lib. 1. de Rustica, cap. 1. Et hos deos *Rurationis* vocat Apulejus Apologia 1. quibus dicit primitis setis, vitis & gregis impatrii debere.

⁵ Præter hos fuere dii Indigetes.] Servius enarrans illud lib. 1. Georg. ad finem,

Dii patrii Indigetes, et Romule, Vestaque mater.

Indigetes, ait, proprieſunt dii ex hominibus facti, quasi in diis agentes. Absitve autem omnes dii possunt dici Indigetes, tanquam nullius rei egentes. Sed & idem in enarratione ejus loci l. 12. Æneidos:

Indigetem neam se iſ ipsa, et ſcire faceris

Deberi eælo, fatisque ad sydera tolli? Indigetes, inquit, dii duplē ratione dicuntur. *Vel secundum Lucretium, quod nullius iuri ezeant, qui ait,*

— Nihil indiga curæ.

Vel certe Indigetes dii sunt ex hominibus facti, et dicti Indigetes quasi in diis

Ee 4 agentes.

Dii-
dii indigetes, qui ex hominibus in deorum numerum a-
sciti, propter eximias belli pacisque artes, quod de genere
humano bene meriti essent, post mortem numinibus equati,
celebrem posteris memoriam reliquerunt, ut Hercules
& Æneas quem vocant indigetem, Castor & Pollux, Aescu-
lapius

agentes. Quod quidem hoc posterius
satis indicat illud ipsius Virgil. d.l. 12.
Æneidos. Et ad hanc quoque senten-
tiam Macrobius lib. 1. de Somnio
Seipionis, cap. 9. adfert versus Hesiodi
in Latinum sermonem ita versos,

*Indigetes divisato summi Iovis hi sunt,
Quondam homines, modo cum superis
humana tenentes,
Largi, ac munifici, jus Regum nunc quo-
que nacti.*

Versus autem Græci hi sunt,

*Toi μὲν δαιπορίες ἔστι διὸς μηγάλες Δῆμοι
βελάδες,
Εὐθνοὶ εἰ πυχθόνοι, φύτακες δυντῶν
ἀνθρώπων,
Οἱ δέ φυλάρωσιν τε δίκας καὶ σχέτ-
λια ἐργάζα,
Πλαστόντες, οὐ τὰ το γέγες βεστιλήνον
ἔχον.*

Festus autem Pompejus lib. 9. *Indige-
tes dii, quorum nomina vulgari non licet.*
Et quibusdam interjectis, *Indiges*, in-
quit, Æneas ab Aescanio appellatus est,
cum pugnans cum Mezentio nusquam ap-
paruisse, in cuius nomine etiam templum
construxit.

I U. Hercules.] Hæc usque ad vers.
*Atque alii, præterquam quod de Æ-
nea dicitur, sunt Ciceronis ex Legibus
12. tabular. lib. 1. ut nonnulli existi-
mant, quarum hæc verba sunt, *Divos,*
*Collos, qui cœlestes semper habiti, colun-
tos, Collos, quos endo cœlo merita voca-
verint, Herculem, Libernum, Aesculapium,
Castorem, Pollucem, Quirinum. In quain
etiam sententiam Cicerone libro 2. de
Natura Deorum, Suscepit autem vita
hominum, & consuetudo communis, ut
beneficiis excellentes viros in cœlum sum-
ma ac voluntate tollerent: hinc Hercules,
Castor & Pollux, hinc Aesculapius, hinc**

Liber. Et paucis interjectis, item hinc
etiam Romulum quem quidam esse Quiri-
num putant: quorum cum remanerent
animi, atque eternitate fruerentur, dii
rite sunt habiti, cum & optimi essent, &
eterni. Sed quod de Ænea hic dicitur,
constat ex eo loco Virgilii lib. 12. A-
eneidos, *Indigetem fuisse vocatum.*
Quod & asserit Ovid. lib. 4. Metam.
de eodem loquens,

*Iustratum genitrix divino corpus odore
Uinxit, & ambrosia, cum dulcineclare
mixta,
Contigit os, fecitque deum, quem turba
Quirini
Nuncupat Indigetem, temploque arisque
recepit.*

Tibullus libro 2. elegia 6. de eo lo-
quens,
*Illi sanctus eris, cum te veneranda Nu-
mici*

Unda deum cœlo miserit Indigetem.
Liv. 1. Decad. lib. 1. post princ. cum
scibit, de eo loquens, *Situs est, quem-*
*cunque eum dici jus situsque est, super Nu-
micum fluvium, Jovem indigetem appella-
bit, & Gellius lib. 2. cap. 16. & Soli-
nus cap. 8. Sed & de diis Indigetibus
Ovidius lib. Metam. 15. ad fin.*

*Dii precor Ænei comites, quibus ensis
& ignis
Cesserunt, diique indigetes, genitorque
Quirini
Urbis, & invicti genitor Gradive Qui-
rini,
Vestaque Cæsareos inter sacra pena-
tes,
Et cum Cæsarea tu Phœbe domus tice Ve-
sta.*
Liv. Decad. 1. lib. 8. *Lares divi Noven-
files, divi quorum est potestas nostrorum
hostiumque.*

I Atque

Iapius & Romulus: ¹ atque alii, qui dum vixere, functi laboribus, ob fortia facinora generi humano exhibita, tanto honore habiti cultique sunt, ut ex hominibus in deorum cœtum asciti, pro diis celebrarentur & colerentur, quos velut asscriptitios & novos incolas post fata in cœlum receptos putavere. Fuit enim hæc consentiens observatione, ² præcipue apud Lacones, ut eximios præclarosque viros, qui obviam eundo periculis, reimpabl. auxissent, ob egregia facinora civibus & patriæ exhibita, ut gratiam meriti redderent, in decorum sedes receptos consecrarent, & in cælum tollerent, illisque divinos honores & humano fastigio ampliora decernerent: templaque, flamines, pulvinar & aras, ac sedes immortalitatis exhiberent. Græci vero propter beneficia, viventes etiam cælo consecrare & immortalitate donare consueverunt, ³ quam apotheosis dixerunt: ⁴ sicut de Platone ⁵ & Agesilao legimus, atque aliis, qui in cœtum cœlestium recepti in vita divinos honores meruere: illisque certamina, ludos & sacra anniversaria dicarunt, tanquam numinibus aut heroibus: illis præsertim, qui tyrannos exegerunt aut vindices libertatis fuerunt. Hic tanquam mortale fastigium egressi, omnium consensu in concilium cœlestium asciti, pro diis haberi & coli cœpti sunt. ⁶ Hinc etiam Romani Cæsares, quorum opera & virtute res Romana crevit, & imperii fines late propagati sunt, post funera immortali memoria consecrarunt, & in deos

¹ Atque alii.] Ut Liber, ex Cicero in locis supra citatis. Nam & Plinius lib. 2. c. 7. Hie est vetustissimus: eferendi beneinerentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscribantur. Idem Cic. lib. de Natura deorum 3.

² Præcipue apud Lacones.] Vide Aristotelem libro 7. Ethicorum c. 1.

³ Quam apostheosim dixerunt.] Herodianus lib. 4. in princip. quibus caremoniis hæc inter deos relatio, & in catalogum deorum adscriptio, apud Rom. fieri consuevit, eleganter describit Servius in lib. 5. Aeneidos post

princ. &c dicetur quoque postea.

⁴ Sicut de Platone.] Non memini id legisse de Platone, sed vide in seq.

⁵ Et Agesilao.] Plutarchus in Apophtheg. Agesilai. Et vereor ne hic vel Alexander, vel librarius aberraret, & sit legendum de Plutone Agesilao. Nam Æschylus apud Athenæum lib. 3. c. 10. scribit ipsum Agesilam Plutonem fuisse vocatum, uti Aristarchum Jovem, Simonides poëta.

⁶ Hinc etiam Rom. Cæsares.] Id videlicet ex Suetonio & aliis vitarum Imperatorum scriptoribus ubique.

Nomini-
nis mu-
tatio,
cum
quis in
deorum
numeris
rever-
retur.

deos receperunt, qui ob aeternam gloriaem dii indigetes dicti, nominibus plerunque mutatis, & novis cooptatis. ¹ siquidem Romulus, Quirinus: ² Ino, Matuta: Leucothea, ³ Albunea: ⁴ Melicerta, Palamon & Portumnus:

Leda,

¹ Siquidem Romulus, Quirinus.] Ut & supra dictum est ex Cicerone in verbo, ut Hercules, & præterea scripserunt Livius 1. Dec. lib. 1. Plutarch. in Romulo. Lactantius lib. 1. cap. 21. Et vide infra ibi, Nam & Curetis.

² Ino.] Ino, Matuta, Leucothea eadem Ciceroni 1. Tuscul. cuius hæc verba sunt, Quid? Ino, Cadmi filia, nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Et lib. de Natura deorum 3. Quid diinde Ino dea dicetur, & Leucothea à Græcis, à nobis Matuta dicetur, cum sit Cadmi filia. * Et paulo ante, Nam vero in Gracia multis habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Teneas: Leucothoëm, quæ fuit Ino, & ejus Palamonem filium cuncta Græcia, Herculem, Esculapium, Tyndaridas: Romulum nostri aliosque complures quo quasi novos & ascriptios cives in celum receptos putant. Ex quo & Ovidius lib. 6. Fastorum,

Leucothea Grajus, Matuta vocabere nos-
tris,

In portus nato jus erit omne tuo.

Ovid. 4. Metamorph.

— Abstulit illis

Quod mortale fuit, majestatemque ve-
rendam

Imposuit, romenque simul faciemque no-
vavit,

Leucotheaque deum cum matre Pale-
mona dixit.

Hanc Orpheus νῦν στορεῖσθε nominat. Hinc apud Propertium,

Hanc miseric implorat navita Leuco-
theam.

Vide Hyginum Fabularum c. 224. Plutarchum in Camillo, Pausaniam lib. 3. Messenica. Lactantium Firmianum lib. 1. c. 21. ubi ita scribit, Solent enim mortuis consecratis nomina immutari: credo ne quis putet eos horribiles fruisse. Nam & Romulus post mortem Quirinus

dictus est, & Leda, Nemesis: & Circe, Marica: & Ino, postquam se precipitat in mare, Leucothea, materque Matuta, & Melicertes filius ejus Palamon atque Portumnus. Vide præterea Luctationem interpretem Statii lib. 1. Theb. post princ.

C O L E R U S.

* Leucotheam Glossæ veteres inter-
pretantur Albuneam. Vide infr. Tirau-
quill. in Albunea.

T I R A Q U E L L U S.

³ Albunea.] De qua Virgil. lib. 7.
Æneid.

— Lucosque sub alta
Consuluit Albunea, nemorum que ma-
xima sacro
Fonte sonat, seruamque exhalat opaca
Mephitum.

Et ibi Servius, Albunea dicta est ab aqua qualitate, quæ ex e fonte est: unde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volunt. Acron & Porphyrius interpretantes Horatii lib. 1. Carm. Ode 7. ibi,

Quam domus Albunea resonantia.
Lactantius Divinarum institut. lib. 1.
cap. 6.

⁴ Melicerta, Palamon & Portumnus.] De his tribus, quos eundem esse, his tribus nominibus vocatum, vide Ciceronem dicto lib. 3. de Natura deorum, & lib. 1. Tuscul. quest. & Ovidium lib. 6. Fast. cum scribit,
Quem nos Portumnum sua lingua Pale-
mona dicet,

Este precor nostris æquus eterque lo-
cisi.

Festus Pompejus lib. 14. ubi de Portumno, & lib. 3. ubi de Clave. Servium & Probum, alterum interpretem, in 5. librum Æneidos in eum locum,

Et pater ipse manu magna Portumnus
eundem
Impulit.

Et

¹ Leda, Nemesis: ² Circe, Marica: ³ Nersilia, Hora: ⁴ Rhea, deorum mater: Idea, Dindymena, Philena, Pessinuntia, ^{Inds-} & Cybele, ⁵ Berecynthia, dictæ sunt. ⁶ Indi vero Jovem ^{rum dñi} pluvialem, & Gangem flumen, & velut indigetes deos, ^{indige-} carinine incondito venerantur. ⁷ Meroitæ Herculem, Pa- ^{Meroi-} tarum. ⁸ Germani Tuistonem deum terra editum, ^{German-} & Man- ^{norum.}

Et iterum lib. 1. Georg. ibi,
Votaque servati solvent in littore nautæ
Glaucæ & Panopeæ & Ino Melicæ ita.
Lactantium libro 1. c. 21. & alterum
Luctatium Statii interpretem lib. se-
cundo Thebaid. in eum locum,

— Jamque arva gradu Theunesia &
arces

Inrat Agenoreas. —

& lib. 7. ibi,

Thebanum toto planxisse Palæmona
Ponto.

¹ Leda, Nemesis.] Lactantius Di-
vinatum instit. d. libro 1. cap. 21. At
Pausanias in Atticis, & Ilaeacius eas
diversas faciunt. De hac autem Virg.
lib. 7. Æneidos.

² Circe, Maiaca.] Lactantius Fir-
mianus ubi supra; Albunea. Et Servius
lib. 7. Æneidos ibi, in eum locum,

Hunc Fauno & nymphagenitum Lau-
rente Marica

Accipimus. —

Maricam dicit uxorem fuisse Fauni,
qua est dea littoris Minturnensis,
juxta Lirim flumen. Horatius lib. 3.
Carm. Ode 17.

Qui Formiarum mania dicitur
Præcepis & innantim Maricæ
Litoribus tenuisse Lirim
Latet tyrannus.

Ubi Porphyrius interpres inquit,
Maricam autem Minturnensis maxime
colunt, cuius etiam lucus in ipsa Mintur-
nensi civitate est. Lucanus lib. 2.

— Et umbrose Liris per regna Mari-
æ.

Et Livius 3. Decad. lib. 7. ubi dicit
Minturnis lucum Maricæ de cœlo ta-
etum.

³ Nersilia, Ora.] Ovidius Metam.
lib. 14.

— Romuleos cum virgine Thauman-
tæa

Ingreditur colles: ubi syrus ab æthere
lapsum

Decidit in terras, à ejus lumine fla-
grans

Hersilia crinis cum sydere cessit in au-
ras.

Hanc manibus notis Romane conditor
urbis

Excipit, & priscum pariter cum corpore
nomen

Mutat, Oramque vocat, que nunc dea
juncta Quirino est.

Ex quibus verbis Hersilia, non Nersilia
legendum esse intelligis.

⁴ Rhea.] Hæc usque ad verbum,
Berecynthia, sunt Strabon. lib. 10. Et
præter ea de Liæa & Pessinuntia Liv. 3.
Dec. libro 9. rursusque de Pessinuntia
Plutarch. in Mario, & Apulejus l. 11.
Metamorph. & Herod. lib. 1.

⁵ Berecynthia.] Vide infra hoc eo-
dem cap.

⁶ Indi vero.] Hæc usque ad ver-
bum, Meroitæ, sunt Strabonis l. 15.

⁷ Meroitæ.] Strabo lib. 17. Mer-
oitæ, inquit, ultra alium quendam barba-
rum, decumetiam Herculem, Pana, &
Isim colunt. Herodotus autem libro
secundo tradit eos solos deorum Jo-
veum & Liberum colere.

⁸ Germani.] Corn. Tacitus de mo-
ribus Germanorum, in princ. Ce-
lebrant, inquit, carminibus antiquis (quod
unum apud illas memorie & annalium
genus e[st]) Tuistonem dum terra editum,
& filium Mannum, originem gentis con-
ditoremque suiss[em]. Berossus de regibus
Babyloniorum & Assyriorum. Vide Cor.
Tacitum in libello de Motib. Germano-
rum.

Perſa- & Mannum filium : ¹ Astympthalissi Achillem : ² Perſæ A-
 rum. manum & Anandatum : ³ Veneti Diomedem instar numi-
 torum. nis habent, cui etiam ⁴ candidum immolabant equum. ⁵Sic-
 ut Ægyptii Isidem, Mauri Jubam, Poeni Uranum, Ma-
 cedones Gabyrum, Latini Faunum, ⁶ Siculi Adranum,
 Libyci Psaphonem, ne omnes percenseam deos. Is enim
 Psaphon quum despectissimus esset, & ultimæ notæ, voca-
 les aves edocuit hæc verba eloqui, Magnus deus Psaphon,
 quibus diuīssis in lucos, audita voce, apud rudes populos
 est pro deo habitus. ⁸ Thraces Zamolxin, ⁹ Syri Aslarten,
 Adad

Liby- ¹ *Astympthalissi, Achillem.*] Ubi id
 eorum. scriptum sit nescio : sed nec qui sint
 Psaphon. hi Astymphalissi scio. In Epito tamen
 legi Achillem ut deum coli, & lingua
 eorum *Astetum* vocari, ut tradit Plu-
 tarchus in Pyrrho in princ. Eique sa-
 cram ædem in insula, in qua sepultus
 est, ante Borysthenum, apud Plin. l. 10.
 cap. 28. aut aliorum computat. 22.
 templum Achillis esse, & eidem so-
 lemnies ludos Brasii. Pausanias lib. 1.
 scribit. Et in Euxino circa Nili ostia
 insulam Achilli sacram, cui Luce no-
 men. Denique Achillis fanum esse in
 Arcadia, quod recludi religio est : at
 puberibus omnibus, quotunque pug-
 naturi descendunt, solenne esse Achil-
 li, ante pugnam, rem divinam facere
 scribit Pausanias lib. 3. qui de Laconi-
 cis est.

2 *Perſe Amatum & Anandatum.*] Strabo de utroque lib. 11. & iterum
 lib. 15. paulo ante fin.

3 *Veneti Diomedem.*] Strabo lib. 5.
 non adeo longe à princ. & libro 6.

4 *Candidum immolabant equum.*] Strabo d.lib. 5. In Veneti sive, inquit,
 quidam Diomedi insignes existunt hono-
 res. Nam candidus illi immolatur equus.

5 *Sicut Ægyptii Isidem.*] Hæc usque
 ad verbum, *Siculi*, sunt Laëtantii lib. 1.
 cap. 15. Ex quo, ex eodem loco, adde,
 Sabini Sancum, Romani Quirinum. Sed
 quod de Ægyptiis tradit, tradiderunt
 & omnes rerum Ægyptiacarum scri-
 ptores. Sed & quod de Juba hic dicitur,

præter Laëtantium, tradit etiam Tert-
 ullianus in Apolog. c. 21. & Arnobius
 contra Gentes lib. 8.

6 *Siculi Adranum.*] Plutarchus in
 Timoleone, & in Parallelis.

7 *Libyei Psaphonem.*] Hæc usque ad
 versiculum *Thraces*, sunt Max. Tyrii
 Ser. 19. & Apostolii Bizantii. Et vide
 Erasim. Chil. 1. cent. 2. c. ult. Πάνω
 ἐρυθρίς, id est, *Psaphonis* aves. Simile
 quippiam de Annone Carthaginensi,
 qui seipsum pro deo venditare voluit,
 narrat Alianus variæ histor. libro 14.
 cap. 30.

8 *Thraces Zamolxin.*] Herodot. 1.4.
 de Getis loquens, qui sunt fortissimi
 Thracum, ubi dicit eum, qui defunctus
 est, meare ad Zamolxin dæmonem,
 quem nonnulli eorum opinantur eun-
 dem esse Gebeleizem. Strab. lib. 7. de
 iisdem Getis loquens, hos Menandri
 versus Graecos citat:

Πάντες μὲν οἱ Θρακεῖς, μάλιστα δὲ οἱ
 Τέρηιοι ποὺς ἴπτερτοι.

Καὶ γὰρ αὐτὸς βούρους ἐπειδὴ τοῖς
 γέροντοι,

Οὐ σφόδρα ἐμετελεῖς ἐσμέν.

Et Origenes aduersus Celsum lib. 3.
 & Laëtius in Pythagora in princ. He-
 rodot. autem lib. 5. post princ. scribit
 Thraces è diis hos solos colere, Mar-
 tem, Liberum, Dianam : sed reges,
 præter populares, etiam Mercurium,
 eumque è diis præcipue, per quem so-
 lum jurant. At idem lib. 9. ad fin. tra-
 dit eosdem Thraces Plestoro Indige-
 næ deo

¹ Adad ²& Agartin, ³ Arabes Dyasarem, ⁴ Horici Tibili-
neum, ⁵& Aphri Cœlestum. ⁶ Ægiolenses, Maceranas
deas: ⁷ & gens juxta Naucratim Ægypti, Theutum, vel-

ut

nx deo immolare. Adde & tu Scythas
Zainoksin colere ex Luciano in Scytha
sive Hospite. Sed hic alias est ab illo
Zainokxi, quem Thraees colunt, ut vi-
dere licet ex Strab. lib. 4.

⁹ Syri. Aſtartem.] Herodot. lib. 1.
Arnob. adversus Gemes lib. 8. Tertullianus
in Apolog. cap. 23. & vide
nostras leges Connubiales in l. 15. nu-
mer. 30. *

COLERUS.

* Hæc Aſtaris est, quæ Aſtaris in
sacris literis vocatur. Id Phœnicum
lingua sonat greges ναὶ τὰ μῆνα, tan-
quam suspiceris dictum à victimarum
multitudine. Ea celebatur à Sidoriis,
sicut Dagon à reliquis Phœnicibus, &
Assyriis. Græcis dicitur Δεκτηρίῳ, καὶ
Δεκτήνι, nimirum detorta voce à Sy-
riaco Adardaga. Significatio à pīse,
apud Macrobiūm Saturn. lib. 1. c. 21.
Archidīs perpetam pro Dercididis
hodie vulgo legitur. Hæc doctiss. Scal-
liger in Conjectaneis. Vide & Gyrald.
syntag. 1.

TIRAKQUELLUS.

¹ Adad.] Macrobius lib. 1. Sat.
1. cap. 23. scribit Jovem, & Assyrio-
rum Adad, eundem esse quem Solem,
his verbis, Et ne sermo per singula nomi-
natae deorum vegetur, accipe quid Assyrii
de Solis potentia opinentur. Deo enim
quem summum, maximumque veneran-
tur, Adad nomen dedernat. Ejus nomi-
nis interpretatio significat, unus. Hunc
ergo, ut potentissimum deum adorant.

² Et Agartin.] Lege Atargatim ex
Macrobiō ubi supra, qui ad ea quæ
proxinie adduxi, hæc subjungit: Sed
subiungunt eidem deam nomine Atargatim:
omnemque potestatem cumularum re-
cum his duabus attribuunt, Solem, Ter-
ramque intelligentes. Sed adde & eos-
dem colere Adadunephron geminam
ex Plinio lib. 37. cap. 11. quæ forte est
is Adad, de quo Macrob. ubi supra.

³ Arabes Dyasarem.] Tertullianus
in Apolog. c. 23. Dusarum autem hunc
vocat Stephanus. Herodot. autem l. 3.
post princ. solos deorum arbitrati Dio-
nysium, quem Urotalt: & Uraniam,
quam Ailat appellant. Strabo tamen
lib. 15. scribit, duos tantum deos ab
illis Arabibus coli, Jovem scilicet &
Bacchum, qui quæ ad vitam pertinent,
principalia dant.

⁴ Horici Tibilineum.] Lege Norici,
ex Tertulliano, qui hæc de illis scribit
d. cap. 23.

⁵ E: Aphri Cœlestum.] Tertullianus
d. cap. 23. & hic Cœlestus is est, quem
Græci Uranum vocant, quem Pœnor, qui
ipsi Aphri sunt, colere dicunt est. Ulpianus
autem epitome Instit. c. 22. S-
deos, scribit Cœlestum Salinensem co-
li Carthagine. Et hic Cœlestus, sive
Uranus, is idem est, qui Cœlus Ennio
& aiis vocatur. *

COLERUS.

* Tertull. Apolog. cap. 23. Uni-
enique etiam Provinciæ Cœli tatis suis
Deus est, ut Syria Aſtaris, ut Arabie
Diasares, ut Norico Tibilenus, ut Aſtri-
æ Cœlestus, ut Mauritanie reguli sui.

TIRAKQUELLUS.

⁶ Ægiolenses, Maceranas deas.] Eu-
gionensis, sive Engiates, & Maceras le-
gendum, ex Plutarch. qui idem de illis
dicit in vita Marcelli.

⁷ Et gens juxta Naucratim Ægypti,
Theutum.] Plato in Phædro non adeo
longe à fin. ubi ait, Audiri equidem
circa Naucratim Ægypti primum quen-
dam fuisse deorum, cui dicata sit aris,
quam ibim vocant, Demoni autem ipsi
nomen Theuth. Et de eo quoque idem
Plato in Philebo, & dicemus postea
eodem cap. Sed his adde Cilices, Mop-
sum: Acharnæs, Amphirochum: The-
banos, Amphiaraum: Lebadios, Tro-
phonium, pro diis colere, apud Orige-
nem aduersus Celsum lib. 3.

I. Quam

Ceremonie referendi aliquæ inter deos. ut præsentissima numina coluerunt, qui omnes ex hominibus post funera divinitate donati, diique indigetes post consecrationem habiti sunt.¹ Quam quidem sic fieri novimus, ut imperatore qui referendus in deos & consecrandus erat, vita functo, pyram in tabernaculi formam construerent, quod auro & ebore, signisque & tabulis pictis exornatum mirifice, alio desuper breviori, usque ad tertiam contignationem erigebant, aquila, cum omnium deorum aggestu in summo culmine locata: lectoque constrato purpura & auro, in quo defuncti effigies jacebat, senatus, equester ordo, ac viri triumphales, quique amplissimos honores gesserant, procedentes lectum deferebant in pyram, cum carmine & hymnis, omnibusque humanis divinisque aggestis honoribus. Deum incensa pyra quum vapore & fumo aquila agitata, è summo culmine tabernaculi, aëra petiisset, religio incussa fuit, ipsius animam per inane cœlum petiisse, ipsumque defæcato quod mortale erat & caducum, in numero cœlestium & concilio deorum recipi & haberi.² Quam consecrationem apotheosin Græci nuncuparunt: qui deinceps inter divos relatus, pro deo colebatur. Fuitque senatus consulo cautum, ne quis ex Cæsaribus, nisi ex decreto patrum, inter deos referretur.³ Mirum tamen de Diocletiano proditur, quod sponte deposito imperio, nonum post annum, primus sine imperio, populi jussu, patribus auctoribus cœlestes honores & apotheosis meruit. Et de Constantino Maximo, qui diversarum religionum assensu, ab ethnicis inter divos relatus fuit, &

Senatus consultum.

Diocletianus.

Constantinus.

à Chri-

¹ *Quam quidem sic fieri novimus.*] Apud Herodianum describentem Septimii Severi Apotheosin lib. 4. in princ. Herodotum, & Prudentium in Apotheosi 14. Platonem lib. ult. de Repub. Cicerone in Somnio Scip. & Lucanum describentem apotheosim Pompeji lib. 9. in princ.

² *Quam consecrationem apotheosin Græci.*] Ut jam intelligis ex præcedentibus, atque etiam ex Tertulliano in

Apolog. cap. 34. in fine, & Servio in l. 5. Aeneid. Virg. in duobus locis.

³ *Mirum tamen de Diocletiano.*] Eutropius de Gestis Romanorum, lib. 9. cap. ult. Pomponius Lætus in Compendio Rom. historiæ, ubi de Nemesi dea, sic de Diocletiano scribit, *Diocletianus*, qui ab tanto rerum culmine secesserat, nullius consilio adduci potuit, ut pœniteret. Igitur privatus cum esset, post mortem inter divos relatus est.

¹ Ferunt-

à Christianis inter sanctos. ¹ Feruntque magnum illum Agesilauum, cum à Thasiis apoteosi honoratus & inter divos relatus fuisset vivens, illos interrogasse, ut si deos faciendi potestate haberent, prius seipso consecrarent, postea se deificarent. ² Contra Empedocles; nam tanto studio captus fuit, ut pro numine coleretur, ut in medium Ætnæ incendium vivens se dejiceret. ³ Inter cæteros proditum est Eutimus poëta Locris oriundus, oraculi jussu vivens consecratus, & inter divos relatus. ⁴ Patrios autem dixerunt deos, qui singulis urbibus præsunt, illarumque præsidēs & propugnatores sunt, ⁵ ut Apollo & ⁶ Minerva Athenis, ⁷ Iliensis & Gnoisiis, qui inde illam oriundam ferunt: ⁸ licet Alalcomenii suam dicant. ⁹ Thebis Bœotis

Liber

¹ Feruntque magnum illum Agesilauum.] Dictum est supra in verbo, Et Agesilao.

² Contra Empedocles.] Strabo lib. 6. Laertius in vita illius, & diximus in nostris Commentariis Nobilitatis.

³ Inter cæteros proditum est Eutimus poëta.] Pytha legendum est ex Plinio, qui id de eo refert lib. 7. cap. 47. Est autem Pytha idem quod pugil. Vide omnino Hermolaum Barbarum in Castigationibus Plinii lib. 9. alias 7. cap. 47.

⁴ Patrios vero dixerat deos.] Servius lib. 1. Georg. ad fin. eo loco,

Dii patrii Indigetes.

Patrii dīi sunt, inquit, qui præsunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Juno Carthagini. Et alibi horum deorum mentionem facit Virgil. l. 2. A. n.

Dii patrii servate domum.

Et Cicero in Verrem a. 3. & vide infra eodem lib. cap. ult. ad finem.

⁵ Ut Apollo.] Cicero lib. 3. de Natura deorum: Vulcani item complures. Primus ex' onatus, ex quo & Minerva Apollinem cum, cuius intutela Athenas antiqui historici esse voluerunt.

⁶ Minerva Athenis.] Servius ubi supra proxime, Lucianus in libro de Sacrificiis. Plutarchus in Themistocle, & Laertianus lib. 1. cap. 15. sic scribit, Nempe Apollinem Delphi Delique, Mi-

Agesilai di-
ctum.

Empe-
doctis
ambi-
tio.

Euti-
mūs.
Dii pa-
triī.

nervam Athenienses: quæ quidem Græcis Athena dicta, vel ipso vocabulo se ei Reip. familiarem esse testatur.

⁷ Iliensis.] Strabo lib. 13.

⁸ Licet Alalcomenii suam dicant.] Strabo lib. 8. Alalcomenii, inquit, vestigia Minervæ templum habent, eximia veneratione cultum, ibique deam natam esse ajunt. sicut & Argis Funenem. Proinde Poëtam Homerum, utramque per eam patriam nominatum protulisse. Nam lib. Iliad. 4. post pr. αλαλκομενίην vocat illo versu,

Ηὕρη ἀργεῖν ή ἀλαλκομενίης ἀθίνη. Stadius lib. 7. Thebaid.

Dicit Ithoneus & Alalcomenæ Minerva Agmina. —

Ubi Luctatius Grammaticus, interpres scribit, Alalcomenæ civitas est Bœotie, in qua regnavit Herculis filius. Et paulo post, in qua nata Alcmena Herculis mater, & in qua etiam celebatur Minerva. Pausanias in Bœoticis, Alalcomenæ, inquit, non magnus est vicus, ad radices imas modice editi montis. Loco nomen datum ferunt ab Alalcomenæ homine indigena, à quo fuerit Minerva enutra. Sed & Minervæ Alalcomenidis meminit Alianus Varia historia l. 12. cap. 59.

⁹ Thebis Bœotis Liber.] Pausanias lib. 9.

¹ Et

Liber¹ & Hercules, ²Juno Carthagini, quam humano
cruore placabant,³ eademque Samo,⁴Spartæ & Mycenis,
⁶atque Argis,⁷ ubi nata fertur: ⁸Venus Cypro⁹ & Papho,
Apollo

¹ *Et Hercules.*] Plinius lib. 4. c.7.
& Pausanias in dicto l.9. de Bœoticis.

² *Juno Carthagini.*] Venus apud
Virgil. lib. 1. Aeneidos, periculum, in
quo versabatur Aeneas apud Didonem,
exaggerans à persona Junonis adver-
sariæ, Junonia hospitia (ut interpre-
tatur Servius) Carthaginensia vocat,
his verbis,

— *Vener quose Junonia vertant
Hospita.*

Et ante aliquot versibus interjectis,
*Hic templum Junoni ingens Sidonia
Dido*
*Condebat, donis opulentum & numine
dive.*

Et in eod. lib. paulo post princ. tradit,
Carthaginem præ exteris locis con-
tempta patria, præcipue à Junone cul-
tam fuisse, cum ait,

*Quam Juno fertur terris magis omnibus
unam*

*Posthabita coluisse Samo: hic illius ar-
ma,*

*Hic currus fuit, hoc regnum dea genti-
bus esse*

*(Si qua fata sinant) jam tum tendit que,
forsique.*

³ *Eademque Samo.*] Divus August.
lib 6. de Civitate Dei, cap. 7. Sacra
sunt Junonis, & haec in ejus dilecta ins-
ula Samo celebrantur, ubi nuptum data
fuit Fovi. Lactantius ex Varrone lib. 1.
cap. 17. Plutarch. in Pompejo, Pausa-
nias in Achaicis, Tertullianus in A-
pologet. cap. 24. Et vide supra ibi, Ju-
no Carthagini, quod Servius scribit
in postremum Virgil. locum citatum,
dum interpretans illud,

Posthabita coluisse Samo. —
Non contempta, inquit, sed in secundis
partibus habita. Amabat enim Samum
genitale solum, sed magis Carthaginem.
Sic Juvenalis sat. 16.

*Et Samia genitrix, quæ delectatur are-
na.*

Cicero libro 2. de Legibus, Athenien-
sis, inquit, *Clitthenes civis egregius, Ju-
noni Samie, cum rebus timeret suis, filia-
rum dotes concreditidit.* Apul. lib. 6.
Metamorph.

⁴ *Spartæ.*] Homerius lib. 4. Iliad.
de Junone,

*H' τοι ἔμοι τρεῖς μετὰ πολὺ φιλατεῖ
εἰστοπόλεις,*
*Αρ' ἕδε τε, Σπάρτη τε καὶ Δρυάζωνα.
Μυκήτων.*

*Certe mibi tres quidem multo dilectissi-
mæ sunt civitates,
Argosque, Spartaque, & lativia My-
cenæ.*

⁵ *Et Mycenis.*] Homerius ubi supra,
& præterea Pausanias in Corinthia-
cis.

⁶ *Atque Argis.*] Homerius ibi,
Plutarchus in Pompejo. Lucianus in
libro de Sacrificiis, Interpres Theo-
criti, Tertullianus in Corona militis.
Hincque etiam illud Virgilii libro 1.
Aeneidos non longe à princ.

*— Venerisque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Trojam pro charis gesse-
rat Argis.*

Ubi Servius, *Charis*, ait, *Argis. Illuc*
enim e.m colio omnibus notum est.

⁷ *Ubi nata fertur.*] Nam & eam
ἀργεῖον vocat Homerius lib. Iliados 4.
post princ. ἦπε τ' ἀργεῖον, quem locum
citavimus ibi, licet Alacomenii, quod
scilicet eam Argis natam dicunt, ut
scribit Strabo lib. 9.

⁸ *Venus Cypro.*] Corn. Tacitus li-
bro 18. & omnes ubique. Nam &
hinc Cypria dicta est. Tibullus lib. 3.
eleg. 3.

Et faveas concha Cypria vœta tua.
Ex quo Fest. Pompejus, *Cypria*, inquit,
Venus, quod ei primum in Cypro insula
*templum sit constitutum: vel quia parien-
tibus praesideat, quod Graece uœv parere*
sit.

⁹ *Et Papho.*] Lactantius lib. 1.c. 15.
Tertul.

Apollo Rhodiis, ¹ Lemno Vulcanus, ² Naxus Libero: ³ idemque Apollo Delphis, ⁴ Tænaro Neptunus, ⁵ Cyzicenensis Pallas, ⁶ quod ea urbs pro dote illi fuerat. ⁷ Tenediis, Tenes deus: ⁸ Alabandensibus Alabandus, ⁹ Cretensis Diana,

Tertul. in Apologetico cap. 24. Lucianus d.l. de Sacrificiis. Hincque illud Virg. lib. 1. Aeneid.

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit

Leta sua. —

Estque Tegeæ templum Veneri Panthæ apud Pausaniam lib. 8. non adeo longe à fine.

¹ *Lemno Vulcanus.*] Laetantius ubi supra. Solinus cap. 21. Lemnii, inquit, Vulcanum colunt, ideo in Lemno metropolis Hephaestia. Vulcanum Virg. lib. 8. Aeneid. Lemnium patrem vocat,

Hæc pater Æolis properat dum Lemnus oris.

Vide supra lib. 2. cap. 14.

² *Naxus Libero.*] Laetantius codem loco.

³ *Idemque Apollo Delphis.*] Hinc Delphicus cognominatus est. Ovid Fastor. lib. 3. ad fin.

Mittitur ad Tripodas certa qui forte reportet,

Quam sterili terræ Delphicus edat s- pem.

Et Metamorphoseon lib. 2.

— *Placuit tibi Delphice certe
Dum vel casta fuit, vel inservata.*

Et lib. 1. Metamorph.

— *Mibi Delphica tellus,*

Et Claros, & Tenedos, Pataraeaque regia servit.

Orpheus in Hymnis,

*Τρωίην τρινδεῦ, πυθοτέρε δελφι-
νὲ μάγη.*

Sed & adde & Deliis ex Luciano ubi supra. Nam & hinc Delius vocatus est. Tibullus lib. 3. eleg. 6.

Fulserit hic niveis Delius alitibus.

Et Cynthus ubique: nam Delos Cynthus appellatur, ut tradit Stephanus.

Aut certe Cynthus Deli mons est, ut

scribit Festus Pompejus lib. 3. ex quo dicit Apollinem Cynthium vocatum. Sunt tamen qui alio referunt hanc Deli appellationem. de quo Macrobius lib. Saturn. 1. cap. 17.

⁴ *Tænaro Neptunus.*] Strabo lib. 8. Probus Ämilius in Pausania, & Plutarchus in Pompejo.

⁵ *Cyzicenensis Pallas.*] Adde & Nemesis ex Strabone lib. 13.

⁶ *Quod ea urbs illi pro dote fuerat.*] Plutarchus in Lucullo.

⁷ *Tenediis, Tenes.*] Cicero in Verrem act. 3. Tenedo (præterea pecuniam, quam eripuit) Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsius, inquam, Tenem, pulcherrime factum, quem quondam in comitio vidilis, abstulit, magno eum gemitu civitatis. Idem Cicero lib. 3. de Natura deorum. Strabo lib. 13. Diodorus Siculus libro 6. c. 17. Plutarch. probl. cap. 141. Hæc Tenedus multis notata est proverbiis, de quibus Erasm. in proverb. revindit ἀνθρώπος. Vide Ciceronem libro de Natura deorum, f. 130. in 8. apud Rob. Stephanum.

⁸ *Alabandensibus.*] Cicero d.l. 3. de Natura deorum, Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt, a quo est urbs illa condita, quam quenquam nobilium deorum: apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, eius quidam ei molestus Alabandum Deum esse confirmaret, Herculem negaret. Ergo, inquit, mibi Alabandus, tibi Hercules sit iratus. Stephanus de Urbibus.

⁹ *Cretensis Diana,* quam Britomartem vocant. Strabo lib. 10. Pausanias lib. 2. qui de Corinthiacis est, & iterum lib. 3. qui de Laconicis.

Diana, quam Britomarten vocant: ¹ Thespiensibus & Parianis Cupido, ² Romanis vero Mars: qui præcipuo honore ^{Dei nrae} insignes à suis civibus colebantur eximie: quamvis numen ^{mcn. ac cultum,} quod urbi præcesset, ³ palam facere nefas putarent, ne evocationes quæ ad avertenda numina, quæ urbibus præsunt, fieri ab hostibus solent, ipsis aliquando innotescerent. ⁴ Erat enim vetus mos, ut in urbium obsidione, ubi ad ultimam distinctionem ventum esset, tutelares deos, sub quorum præsidio urbs foret, certo carmine & verbis conceptis in novas sedes evocarent, templaque ampliora & solennes aras illis promitterent, nefas opinari, deos urbium præsides urbe hostiliter direpta, velut mancipia captivos habere. Persis vero & Ægyptiis nullos patrios habere deos in usu fuit, quod evocationibus illos migrare ex oppidis, & sine tutela deferi timerent. ⁵ Alii vincula & catenas annexebant diis. Nonnulli sponsores à diis petebant ne evocarentur & abi- rent.

¹ *Thespiensibus.*] Cicero in Verrem actione 6. Strabo lib. 9. *Thespiae*, inquit, prius nobilitavit *Cupido*, Praxitelis opus suis sculptum manibus. *Dnum* vero consecravit *Thespiensibus* *Glycerium* meretrice, ab illis genus ducens, munus illud ab artifice consecuta. Plinius lib. 36. cap. 5. Pausanias lib. 9.

² *Et Parianis.]* Plinius ubi supra, sic scribit, *Eiusdem & Cupido à Cicero-* ne *objecit Verri*, ille propter quem *Tespiae* *risiebantur*, nunc in *Olariae* *sebolis* positus. *Eiusdem & alter nudus in Pario*, colonia *Propontidis*, par *Veneti* *Gnidie* nobilitate & injuria.

³ *Rom. vero Mars.]* Adde & Mygdoniis Rheam ex Luciano in lib. de Sacrificiis.

⁴ *Palam facere nefas putarent.]* Plutarch. problem. cap. 61. Servius in lib. 1. Georg. ad fin. Macrobius libro 3. capite 9. & vide supra libro 2. capite 22.

⁵ *Erat enim vetus mos.]* Livius 1. Decad. lib. 5. Plinius lib. 28. cap. 2. *Verinus*, inquit, *Flaccus antores ponit*, quibus credat, in oppugnationibus ante

omnia solitum à Romanis sacerdotibus evocari Deum, cuius in tutela id oppidum esset: primitque illi eundem aut ampliorem locum apud Rom. cultum. Durat in Pontificum disciplina id sacrum: constatque ideo occultatum, in cuius Dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. Defigi quidem diris imprecationibus nemo non metuit. Macrob. d. Satur. lib. 3. cap. 9.

⁶ *Alli vincula & catenas.]* Ut statim probat Tyriorum exemplo, cui adde, Lacedæmonios simulachrum Martis, quem Enyalium vocant, compedibus illigasse, ut tradit Pausanias lib. 3. id eos fecisse eodem consilio, quo Athenienses victoriam ἀπλεψον, id est, sine pennis, aut involucrum, sine implumem appellant. Illi enim vinculis impeditum à se nunquam Martem discessum: hi semper mansurum secum, quæ pennis careat, Victoriam interpretantur. Sed & idem Pausanias lib. 5. scribit, Calamidem apud Martinenses eandem Victoriam sine alis effinxisse, imitatus statuam illam, quæ Athenis ἀπλεψος dicitur.

I. Tyrrii.]

rent.¹ Tyrii enim obsidione pressi, Herculis simulacrum, quod magna religione colunt, ne urbem desereret, auræ catena devinxere. Neque solum insignes urbes conspicuæ magnitudinis,² sed oppida pene deformata, & modici vici, ne hostili vastarentur incursu, patrios deos coluisse feruntur. ³ Siquidem Crustumeni ⁴ Deluentinum peculiarem <sup>Patrii
dii &
tutela-</sup> habuere, Narnienses Viridianum, Asculani Ancariam, ^{res.} Volsinienses ⁵ Nurciam, Otriculani Valentiam, Sutrini quoque ⁶ Norciam. ⁷ Sed tametsi peculiaris Juno Carthagini fuerit, & præcipuum nomen, Romæ tamen non minoris observantiae cultusque habita est: quippe quam cordi Romanis, & quam regali magnificentia culta celebrataque sit, illud argumento fuerit, quod post initum consulatum ⁸ consules Junoni Sospitæ sacrum faciunt, ⁹ quodque singulorum

¹ *Tyrii.*] Plutarch. problem. c. 61. & in Alexandro. Q. Curtius in rebus gestis ejusdem lib. 4. Diodorus Siculus, ubi dicit hinc Apollinem Philalexandrum tum fuisse cognominatum, cum Alexander Apollini catenas aureas & compedes à Tyriis injectos detraxisset.

² *Sed oppida pene deformata.*] Hoc probat exemplis seqq.

³ *Siquidem Crustumeni.* ⁷ Hec usque ad versic. *Sed tametsi*, sunt Tertulliani in *Apolog.* cap. 23. *Sed & de Nortia* est illud *Livii*, 1. Dec. lib. 7. *Volsiniis* quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiæ *Hetruscæ* de. e comparere, diligens talium monumentorum anchor *Cintius* affirmat. *Juvenalis satyra* 10.

— *Idem populus, si Nortia Tusco Favisset.*

Hujus autem deo nomine sortem fortunamque significari Marrianus Capella in lib. de nuptiis *Philologiae* c. 9. scribit.

COLERUS.

⁴ *Deluentinum.* Alii legunt *Belu-*
tinus.

⁵ *Nurciam.* Alii malunt, *Ner-*
siam.

⁶ *Norciam.*] Est qui legat, *Sutrini* quoque *Murecam*. Vide Petrum Crinitum lib. 9. cap. 11. Miror autem cur ex Tertulliano omisla sit Faliscorum dea *Juno Curitis*.

TIRACELLUS.

⁷ *Sed tametsi peculiaris Juno Car-*
thag.] Ut supra dictum est.

⁸ *Consales Junoni Sospit.e.*] Cic. pro L. Muræna in fin. sic scribit, *Date etiam Lanuvino municipio honestissimo,* quod in hac causa frequens maximeque vidisti. *Nolite à sacris patribus Junonis Sospitæ, cui omnes Coss. facere necesse est,* domesticum & suum Consulem potissimum avelire. *Livius* 1. Dec. lib. 8. Junonis Sospitæ meminit his verbis, *Lanuviniis civitas data sacraq. sua redditacum eo, ut ades lucusve Sospitæ Junonis communis Lanuviniis municipibus cursus pop. Romano esset.* Et 4. Dec. lib. 2. scribit votum adem Junoni Sospitæ à Cn. Cornelio Cos. bello Gallico, quo victoriæ reportavit. & ejusdem Dec. lib. 10. *Lanuvii simulachrum Junonis Sospitæ lacrymassæ.*

⁹ *Quodque singulorum mensum Cal.*] Servius enarrans illum locum *Virgilii lib. 8. Aeneid.*

Curibusque severis,

lorum mensium calendas, præcipue Martias, suo numini
Matro- dicarunt, & sanctas habuerunt: quare matronalia dicta,
nalia. quod matronæ illas celebrant pro conjugiis, & sacrum fa-
Juno- ciunt, quodque ea die Junonis ædes coli cœpta fuit: sicut
nis va- Aprili mense Veneri matronæ myrto coronatæ lavant.
rie po-
tesla-
tes. Ejus & variæ potestates & nomina olim suere: nam &

Cure-

In communem, inquit, mulierum hono-
rem Calendæ eis dicata sunt Martia. Horat. lib. 3. ad Mæcenatem Ode 8.

M. riti celebs quid agam Calendis.
Atque idcirco Juvenal. sat. 9. Martias
fæmineis appellat:

— *Longaque cathedra*

Munera fæmineis tractat secreta Calen-
dis.

Ubi Joannes Britannicus interpres sic scribit, Calendis igitur Martiis munera mulieribus mittebantur ab amicis, sicuti mense Decembri quinque diebus viris, quo tempore Saturnalia celebrabantur. Et quemadmodum mulieres Cal. Martiis servos coena excipiebant, tanquam exhortantes eos ad insequentis anni operam: sic & viri in Saturnalibus servos in coenam admittebant, tanquam eis gratias agentes operæ toto anno navatae. Unde Tibullus in primo limine 3. lib. ad Næxram,

Martis Romanis festæ venere Calendæ,
Exoriens nostris hic fuit annus avis:

Et vaga nunc certa discurrunt undique
pompa,

Pesque vias urbis munera, perque do-
mos.

Dicite Pierides, quoniam donetur ho-
nore

Seu mea, seu fallor, chara Næra ta-
men.

Colabant eundem & puellæ. Idem Tibull. lib. 4.

Sulpitia est tibi culta tuis, Mars magne,
Calendis:

Speculum è celo (si sapi) ifse veni.
Mittebant & sua matronea munera.
Plautus in Milite glorioso, act. 3. sc 2.

Da mihi vir, Calendis quæ mittam,
quum Martiæ venerint.

Mulieres autem Martias Calendas colebant (ut scribit Servius d. loco) in memoriam belli cum Sabinis compo-
siti: nam tali die Sabinæ mulieres bel-
la sedarunt. Sed hæc latius describun-
tur ab Ovidio lib. 3. Fastor. illis ver-
ibus,

Cum sis efficiis Gradive virilibus aptus,
Dic mihi matrone cur tua festa colant?

Et multis seq.

1 *Quodque ea die.*] Festus Pompejus lib. 11. *Martias*, inquit, *Calendas matronea* celebrabant, quod eo die Junonis *Lucinae* ædes coli cœpta sit. Ex quo & illud Ovidii lib. 3. *Fastrorum*,

Ilic à nuribus Junoni templo Latinis
Hac sunt (si memini) publica factæ
die.

2 *Sicut Apili mense Veneri.*] Ovid. lib. 4. *Fastror.*

Vos quoque sub viridi myrto jubet illa
lavari,

Causaque cur jubeat, discite, certa
subest.

Et Macrob. lib. 1. *Saturn.* c. 12.

3 *Ejus.*] Scilicet Junonis, ut ex sequentibus patet.

4 *Variæ potestates.*] Servius de ipsa Junone loquens lib. 1. *Aeneidos* ad princ. in eum locum,

Quo nomine lato.

Et in lib. 8. *Aeneid.* ibi,

— *Tibi enim, tibi maxima Juno.*

Varie, inquit, *sunt ejus potestates*, ut *Curetis, Lucina, Matrona, Regina, &* dicunt *Theologi ipsam esse Matrem Deum, que Terra dicitur.* Macrob. libro 1. *Saturn.* cap. 17. non multo post prīne.

5 *Nam & Curetis.*] Cato in lib. de Originibus, si ejus est liber, qui ipsius nomine circumfertur in fin. *Quirinalis,*

Curetis, ¹ Lucina, ² Matrona, ³ Regina, & ⁴ Opigena,
quo-

lis, inquit, collis à Junone Sabinorum dea, quam illi Curitum, id est, hastatum Junonem vocant. Etenim hastam Curim & Curinam preferunt: quia his simul & Hetrusciis non est litera q, sicut Romanis. Inde Quirites. Festus Pompejus lib. 3. ubi de Cœlibili hasta loquitur, Matrone, ait, in tutela Junonis Curetis sunt, que ita appellabatur a ferenda batta, que lingua Sabinorum Curis dicitur. Et alibi eodem libro, Curis est Sabine hasta: unde Romulus Quirinus, qui eam cerebat, dictus: & Romani à Quirino Quirites dicuntur. Et paulo post, Curitum Junonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant. Et alibi quoque eodem libro, Curiales mense, in quibus immolabatur Junoni, que Curis dicta est. Servius in lib. 1. Aeneid. quo loco in præcedentibus citavimus, Multa, inquit, habet nomina Juno, que utitur currū & hasta, assertque illud ipsius Virgilii eodem lib. 1.

— Hic illius arma,
Hic currus fuit. —

In quo à nonnullis reprehenditur ob id quod de curru dicit, tanquam ab eo intelligeret Curitum eam vocari. *

COLERUS.

* Tertullianus vero Apologet. capite 23. Curitum vocari Junonem putat, à patre, qui Curis vocatus fuerit.

TIRIQUELLUS.

¹ Lucina.] Terentius in Andria, actus 3. scena 1.

Juno Lucina fer opem, fer vame obscero.

Ubi Donatus, Latine, inquit, Juno à juvando dicta, Lucina, ab eo quod in lucem producit. Et ejus loci Terentiani auctoritate, Servius, ubi nuper citavimus, post ea, quæ ibi ex eo diximus, subjunxit, de eadem Junone loquens, dicit eam præesse parturientibus. Varro autem lib. 4. de lingua Latina, A Latinis, ait, Juno Lucina dicta, vel quod terra, ut Physici dicunt, juvat & luet:

vel quod ab lucce ejus, qua quis conceptus est, una juvat, donec mensibus aliis produxit in lucem. Facta igitur à juvando, & lucce Juno Lucina: a quo parientes eam invocant. Plinius lib. 16. cap. 44. Junonem ita dictam putat à luco, ubi & ejus ades conditafuit, & lotos mitre vetustatis. Cui adstipulatur illud Ovidii lib. 2. Fastor.

Gratia Lucina dedit hæc tibi noniua lucus,

Aut quia principium tu dea lucis habes.

Parece precor gravidis facilis Lucina puellis,

Maturaque utero molliter aufer o-nus.

Meminit & Lucina Junonis D. August. cap. 11. Civitatis Dei, lib. 4.

² Matrona.] Livius 3. Dec. lib. 11. non multo ante fin. dicit signum æneum Matronæ Junoni in Aventino fuisse adficatum.

³ Regina.] Varro lib. 4. paulo ante ea, quæ supra, ibi, Lucina, diximus, scribit, Quod Jovis Juno conjunx, & is ecclum, hæc terra, quæ eadem tellus: & cadieta, quod eæcum Jove juvat Juno: & Regina, quod hæc omnia terrefriare regit. Livius 1. Decad. lib. 5. in Oratione Camilli Dictatoris, & 3. Dec. lib. 2. post princip. ubi de Junone Regina in Aventino, & iteruin lib. 7. non semel. Plinius lib. 35. cap. 10. ex carmine, quod in pictura Ardeatis templi insculptum est. Plutarchus in vita Camilli. P. Victor in 13. regione urbis Romæ. Ante hos Cicero in Oratione ad Equites Rom. antequam in exilium iret. Hucque alludit Virg. l. b. 1. Aeneidos,

Ast ego quæ divum incedo Regina, Jo-visque

Ei soror & conjunx.

⁴ Opigena.] Festus Pompejus lib. 9. Opigenam, inquir, Junonem matrone colitant, quod eam ferre opem in partula-borantibus credebatur. D. August. Ci-vit. Dei, lib. 4. c. 11.

quoniam parturientibus opem fert, ¹ Hera, ² Iterduca,
³ Cinxia, atque Hippia: ⁴ à Thuscis Cypra, ⁵ à Laurenti-
bus Calendaris, ⁶ à Corinthiis Anetistos dicta est, quam
matrem quoque Deum nuncupant, ⁷ alii Pelasgam: ⁸ sicut
Venus, Cypriis, ⁹ Adonis, ¹⁰ Verticorda, ¹¹ Aphrodite,

ab

¹ Hera.] Ennius apud Ciceronem lib. 1. Officior.

*Vosne velit, an me regnare Hera, quid-
veferat fors,*

Virtute experiamur.

Plato autem in Cratyo ४८, inquit, vero Juno, quasi ἐρατή, id est, amabilis, proper amore, quo Iupiter in eam afficitur. *

COLERUS.

* Apud Ennium. Fortunam esse Heram verisimile est. Sic Plautus quoque usurpavit.

TIRACHELLUS.

² Iterduca.] Aut, ut alii pronunciant, Iterducam apud Martianum Capellam in nuptiis Mercurii & Philologiae & D. August. de Civitate Dei, lib. 7. cap. 3. & Arnob. contra Gentes lib. 3. *

COLERUS.

* Nullum ego, quod sciam in illo libro Arnobii Iterducam legi. Sed Iunonem Fluoniam, Pomonam, Ossipaginam, Februtim, Populoniam, Cinxiam, Caprotinam, ibi conjunctim reperio.

TIRACHELLUS.

³ Cinxia.] Martianus Capella, & Arnobius ubi supra, & Festus Pompejus lib. 3. Cinxia, inquit, Iunonis non mensanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii solutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta.

⁴ A Thuscis Cypra.] Strabo lib. 5. sic scribit, Piceni emporium Catellum est. Porro vero Cypræ templum situm est, Thuscorum ædificium: nam illi Iunonem Cypram nominant. Et Silius Italicus l. 8

*Et queis littore e fumant altaria Cu-
pyra.*

Cupra enim pro Cypræ more antiquorum.

⁵ A Laurentibus Calendaris.] Macrob. Saturn. lib. 1. ubi hujus appellationis rationem reddit.

⁶ A Corinthiis Anetistos.] Unde id acceperit Alexander prorsus ignoro, nec memini me uspiam legisse.

⁷ Alii Pelasgam.] Propertius lib. 2. cap. 28.

*An contempta tibi Iunonis templa Pe-
lasga?*

Cur autem sic vocata sit, disces ex Eu-
stathio, qui scribit Samum Pelasgam dictam à quibusdam Pelasgis, ex quibus & Juno Pelasga dicta est, ut quæ Samia esset, ut dictum est supra.

⁸ Sicut Venus Cypris.] Ubique apud Homerum, & alios scriptores Cypris & Cypria vocatur, de quo & nos aliquid supra diximus.

⁹ Adonis.] Ausim sancte dejerare, nusquam id nomen tributum fuisse Veneri. Noti autem sunt omnibus ardentissimi Veneris in Adonide, speciosissimum adolescentem, amores descripti ab Ovid. Metam. 10. Hinc Adonia, Adoniorum festa, Adonia dictata. Ammianus Hist. lib. 22. Evenierat iisdem diebus annuo cursu completo Adonia celebrari, ritu veteri, amato Veneris (ut fabula fingunt) apri dente ferale deluto. *

COLERUS.

* Adeo næ quidem deæ fit mentio apud Augustinum lib. 7. cap. 3.

TIRACHELLUS.

¹⁰ Verticorda.] Valerius Maximus lib. 8. cap. ult. ubi de Sulpitia Servii Paterni filia, Quinti Flavii uxore loquens, hujus nominis causam & originem reddit. Et nos quoque diximus in nostris legibus Connub. l. 15. num. 45.

¹¹ Aphrodite.] Vide omnino eas leges Connub.

x Ab

^{Veneris diversa nomina apud dixeruntur.}
^{1 ab Assyriis Melitta, 2 ab Arabibus Alitta, à Græcis Pitho,}
^{1 ab Eleis Urania, 3 à Scythis Arginipasa, 4 à Cyprīis Barbata,}
^{7 etiam Calva, 8 Armata, 9 Pandemus, 10 Apostropha}
^{& 1 Callipygos: 11 à Thebanis Præpotens, 12 à Persis Mithra}
^{appellatos.}

^{1 Ab Assyriis Melitta.]} Herodot. lib. 1. Clio.

^{2 Ab Arabibus Alitta.]} Idem Herodot. d. lib. 1.

^{3 A Græcis Pitho.]} Id accepit à Plutarcho probl. c. 10. sed erranter. Nam Plutarchus ibi, ut diversas appellat Venerem & Pitho, id est, sindelam.

^{4 Ab Eleis Urania.]} Pausanias in Atticis, iterumque in Eleis & Boeotis, & vide Lucianum in Amoribus.

^{5 A Scythis Arginipasa.]} Strabo lib. 4. Melpomene, scribit, Scythas cœlestem Venerem. Artimpasam, Neptunum Thamimam adem nuncupare.

^{6 A Cyprīis Barbata.]} Vide Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 8. interpretantem eum Virgil. locum lib. 2. A. E.

Descendo, ac ducente Deo flammam inter hostes Expedior. — Ubi etiam Servius scribit in Cypro Barbata Veneris simulacrum esse, quod ἀπερόδιον vocatur.

^{7 Etiam Calva.]} Lactantio Divinarum institutionum lib. 1. cap. 20. Urbe à Gallis occupata, obfessi in Capitoli Romani, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent, adem Veneri Calve consecravunt. Julio Capitolino in vita Maximianorum. Et vide nostras leges Connubiales l. 15. num. 34.

^{8 Armata.]} Lactantius ibi, Pausanias l. 3. Vide etiam dictas ll. Connub. l. 15. num. 34.

^{9 Pandemus.]} Id est Popularis Venus, Pausanias libro 6. iterumque 9. Theocritus in Epigrammate. Artemidorus in lib. de Interpretatione somniorum. Pandemo rem sacram facit Lucianus in Dialogis amatoriis, Laerius ubi supra. *

C O L E R U S.

* Hanc Lucretius vocat, *Volgivagam.*

T I R A Q U E L L U S.

^{10 Apostropha.]} Tres Veneres sunt,

quarum unam Cœlestem, Popularem iteram, tertiam Apostrophiam nominant. Cognomina imposuit Harmo-nia, Urania purum significat, & eorum cupiditate vacantem amorem: Popularis, ob Veneres congressus: Jam vero Apostrophæ numen coli instituit: id est, Adversatricis, quo ab exlege cupiditate & incestis stupris hominum genus averteret. Hæc Pausanias lib. 9. Hanc nos vertibilem Venerem dicere possumus: seu, ut Gyral-dus Historiæ deorum Syntagmate 13. scribit, *Verticordiam.* Est & Epistrophæ aliud Veneris nomen apud eundem Pausaniam lib. 1. quod ab animadvertisendo deductum est. *

C O L E R U S.

* De triplici Venere supra à me sa-tis dictum. Sed Arnobius l. 4. advers. Gentes, Quatuor facit Veneres.

T I R A Q U E L L U S.

^{11 Callipygos.]} Athenæus lib. 12. capite 32. ex Cercida Megalopolitano in suis Jambis, hujus nominis causam & originem scribit, hanc videre licet. Callipygos Latine Venus dicitur pul-chriclinis natum dea.

^{12 A Thebanis Præpotens.]} De hoc nihil teperi. Pausanias autem lib. 9. memorat simulachra apud Thebanos antiquissima.

^{13 A Persis quoque Mitra.]} Herodo-tus in Thalia. Statius l. 1. Theb. in fin.

Adsis ô memor hospitii: Junoniaque area.

Dexter ames: seu te roseum Titana zo-carí

Gentis Achmenicæ ritu, seu præstat O-sirin

*Frigiferum: seu Persei sub rupibus antri Indignata sequi torquentem cornua Mi-tram. **

C O L E R U S.

* Supra satis de Mitra dixi.

Apollinis. appellata est. ¹ Nec minus Apollinem nominibus variis vocatum ferunt: nam ² apud Athamanas Titan, ³ apud Ægyptios Osiris: ⁴ à Persis, ubi in antro colitur, Mithra nuncupatur, ⁵ à Lydiis Lymios, ⁶ ab aliis Eleus. ⁷ In Taurominio Archigetes, ⁸ à Syracusanis Themites,

à Græ-

TIR AQUELLUS.

¹ *Nec minus Apollinem.*] Macrobius lib. I. Saturn. c. 17.

² *Apud Athamanas Titan.*] Statius loco supra allegato ibi, *A Persis quoque Mitra*, & ibi Luctatius interpres dicit Apollinem à diversis gentibus variis appellari nominibus. Apud Achemenios enim Titan vocatur, apud Ægyptios Osiris, apud Persas ubi in antro colitur, Mitra vocatur. Quod autem dicit (Statius scilicet) *torquentem cornua*: ad illud pertinet, quod simulachrum ejus fingitur reluctantis tauri cornua retentare: quo significatur Lunam ab eo lumen accipere, cum cœperit ab eis radiis segregari. Ex quibus intelligis hic non Athamanas, sed Achemenios esse legendum. Solem autem, qui & ipse est, ubique Titum vocari palam est. Ovid. Fast. I. I.

*Respicet Titan actas ubi tertius Idus,
Fient Parrhasia sacra relata de e.*

Alia autem de Titane reperies apud Pausan. lib. 2.

³ *Apud Ægyptios Osiris.*] Herodot. lib. 2. Laërtius in Proemio. Macrobius lib. I. Saturn. cap. 21. Statius, ubi supra, & ibi Luctatius interpres sic scribit,

— *Senpræstat Osiri.*

Secundum Ægyptios, qui Osirim Solem interpretantur: per quem præsentum frugibus existimant posse contingere, que sacra primum Persæ habuerunt, à Persis Phryges, à Phrygibus Romanis.

⁴ *A Persis.*] Duris lib. 7. historiar. apud Athenæum lib. 10. cap. 3. Luctatius Grammaticus ubi supra.

⁵ *A Lydiis Lymios.*] Lænius legendum est, ex Macrobius lib. I. Saturn. cap. 17. ubi declarat ejus cognominis rationem.

⁶ *Ab aliis Eleus.*] Eleus volnit, aut certe debuit dicere ex Macrobius eo in loco, qui originem & rationem ejus nominis tradit. Quanquam & ipse *Ægyptius* vocetur Euripi apud eundem Macr. eo ipso loco.

⁷ *In Taurominio Archigetes.*] Thucydides lib. 6. & Appianus Bellorum civilium lib. 5. *Ad Taurominum itaque, inquit, delatus, copias veluti ingens furus emisit. Non suscipientibus ipsum custodibus, ultra Onobalam fluvium, & Veneris templum classem impulit, & ad Arechitetum cursum dirigit, deum quasi vallum eo loco positurus, & Taurominum abinde expugnaturus. Archigetes quidem ex Apollinis habetur simulacris, quod primum illi sacrum statuere in Siciliam sedes transverentes.*

⁸ *A Syracusanis Themites.*] Cicero in Verrem act. pro signis, ubi Syracusa describuntur, quæ est quinta, cuius hæc verba sunt, *Præterea duo templum sunt egregia, Cereris unum, alterum Liberi, signumque Apollinis, qui Themites vocatur, pulcherrimum, & maximum: quod iste si portare potuisset, non dubitassem auferre.* Suetonius in Tiberio c. 74. quo in loco Philippus Beroaldus interpres, vir doctissimus, sic scribit, *Cum hic M. Tullii verbis ita quadrant Tranquilli verba, ut ab illo mutuatus esse videatur.* Cicero Apollinem Temenitem vocat pulcherrimum & maximum. Hic (Tranquil. scilicet) dixit amplitudinis & artis eximia. Sed hoc unum, quæsto, lector attende, quod in codicibus Tullianis Apollo Themites vocatur, quem Tranquillus Temenitem dicit. Ex quo videtur aut hic aut illuc esse mendum. Nam si à fonte Temenite, qui in agro Syracusano est (cujus meminit Plinius lib. 3. cap. 8.) nomen

' à Græcis Thyræos, cui sacrum ante fores faciunt : ' apud Pachyni incolas Libyssinus, ³ à Scythis Oetoscyrus, ⁴ à Lesbiis Myricæus, quod myrices, hoc est, virgas tene-
ret : ⁵ apud Spartanos Carnius dictus est, ⁶ ab Athenien-
sibus Patrous ⁷ & Alexicacos, ⁸ à Milesiis & Deliis Ulios
& Pao-

nomen accepit, erratum erit in libris Ciceronianis : & pro Themites corri-
gendum Temenites. Sed vide ne potius
Themites apud Suetonium Tranqui-
llum legendum sit, sicut & apud Cic-
eronem passim legitur: tanquam Apol-
lo Themites cognominetur à Theini
dea fabulis celebrata, quæ fatidica fuit,
& ante Apollinem tenebat oraculum
Delphicum, ut dicit Ovidius Metam.
lib. i. quam præsè vaticiniis prodidit
Marcellinus libro 23. &c. ut auctor est
Strabo lib. 9. olim Apollo & Themis
humano generi utiliter afferre cupien-
tes, oraculum simul comparare decre-
runt. Hæc Philippus Beroaldus.*

COLERUS.

* Vide tu doctissimi Turnebi lib. 8.
cap. 13.

TIR AQUELLUS.

¹ A Græcis Thyræos.] Macrobius li-
bro 1. Saturn. cap. 9. Etenim, inquit,
sicut Nigidius quoque refert, apud Græcos
Apollo colitur, qui Θύραιος vocatur. E-
jusque aras, ante fores suas celebrant: ip-
sum exitus & introitus demonstrantes
potentem. Et Tertull. lib. de Coronis.

² Apud Pachyni incolas Libyssinus.] Macrobius d. lib. cap. 17. Hinc est,
quod apud Pachynum, Sicilia præmon-
torium, Apollo Libyssinus eximia religione
celebratur. Nam eum Libyci invasari Si-
ciliam, classem appulissent ad id præmon-
torium: Apollo, qui ibi colitur, invocatus
ab incolis, immissa hostibus peste, & pene
cunctis subita morte interceptis, Libyssin-
nus cognominatus est. Ex quibus intelli-
gis hic legendum Libyssinus.

³ A Scythis Oetoscyrus.] Herodot.
libro 4. & Hesychius. Ex quibus intel-
liges hic Oetoscyrus esse legendum.

⁴ A Lesbiis Myricæus.] Interpres
Nicandri in Theriacis in eum locum,

— H⁷ αὶ τὸν Αἴγαλον
Ματείας κορυφαῖς εἴθιζε πάντη πέμπειν
ἀρπάν.

Multa de Myrica deque ejus vaticiniis
subinfert.

⁵ Apud Spartanos Carnius.] Macro-
bius d. lib. 1. cap. 17. ubi & hujus no-
minis rationem dat. Pausanias lib. 2. 3.
& 4. declarat & hujus cognominis ori-
ginem.

⁶ Ab Atheniensibus Patrous.] Ma-
crobius ubi supra. Pausanias lib. 1.

⁷ Et Alexicacos.] Macrobius ibi,
& Pausanias lib. 6. & iterum lib. 8. ex
quibus intelliges quare ita dictus est,
& nos quoque diximus in nostris
Commentariis Nobilitatis cap. 3. 1. nu-
mero 9. incipit Pausanias.

⁸ A Milesiis.] Strabo lib. 14. non
multo post princ. Quidam Apollinem,
inquit, Ulion vocant, ut Milesi ac Delii,
id est, salutiferum & Paoniconum. Nam
εἰλι, idein est, quod valeo: hinc εἰλι,
id est, cicatrix dicitur, & illud εἰλετον
μεγα λεπτον, id est, jamque vale & sal-
ve. Apollo enim salutifer est, & Arte-
mis, ex eo quod integros faciat. Ma-
crobius lib. 1. cap. 17. ex Menandro,
scribit, Milesios Αἴγαλον εἰλετον pro
salute sua immolare. Et subdit Phere-
cydem referre, Thesea, cum in Cretam
ad Minotaurem duceretur voxisse pro
salute atque reditu suo, Αἴγαλον εἰ-
λετον καὶ Αἴγαλον εἰλετον. Sed & paulo
ante, Lendum (inquit, de ipso Apolli-
ne loquens) deum praestantem salubribus
causis εἰλετον appellant, id est, sanitatis
auctorem, ut ait Homerus,

Οἴλετε καὶ μέλα χεῖρε
Qui locus est in hymno ipsius Apolli-
nis. Et vide in dictis nostris Com-
mentariis nobilitatis ubi supra, n. 8.
incipit à medicina.

¹& Pæonicus,² in Arcadia Epicurus,³ apud Eleos Obsophagus:⁴ ab aliis Lycius, Phœbus, Phaneus Ismenus,&⁸ Orius dice-

¹ *Et Pæonicus.*] Macrobius d. lib. 1. cap. 17. Juvenal. sat. 6.

*Parce precor Pæan & depone sagittas,
Nil pueri faciunt, ipsam configitate matrem,
Amphion clamat: sed Pæan contralit arcum.*

Claudianus in Gigantomachia,
Implorat Pæana suum conterrita Delos.

² *In Arcadia Epicurus.*] Legendum Epicurius, id est, auxiliaris, ex Pausania lib. 8. non semel.

³ *Apud Eleos Obsophagus.*] Polemon in epistola ad Attalum, idque perinde significat ac obsonatorem sive manduconem, apud Athenæum lib. 8. cap. 6.

⁴ *Ab aliis Lycius.*] Sive Lycæus, Pausanias lib. 1. & 2. non semel, Philostratus in Imaginibus. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17. ubi hujus nominis causas varias ex antiquis auctoribus recenset. Festus Pompejus lib. 10. *Lyci,* inquit, *Apollinis oraculum in Lyciam maxime claritas fuit, ob luporum intersecutionem, λύκος enim lupus est.*

⁵ *Phœbus.*] Cornificius apud Macrobius ubi supra, ita dicit illum appellari Λυπός φοιλῶν σῖτη, id est, quod visfertur, subditque Macrobius plerisque à specie & nitore Phœbum dictum putare, id est, καθαρὸς, καὶ λευκόπεργος. Et vide Phurnutum, & Apollonii Rhodii interpretes in lib. 2. Argonauticon, & Heraclidem Ponticum in Allegoriis Homerii.

⁶ *Phaneus.*] Macrobius ubi sup. Phaneta, inquit, *Apollinem appellant Λυπός τε φάνειν, ἐπειδὴ φίνειν,* quia Sol quotidie renovat sejē. Unde Virgil.

Mane novum. —

Qui locus est lib. 3. Georg. Alii autem dicunt ita vocari, vel ab apparitione, vel quod eo nomine coleretur à Chiis, cuius meminit Achæus in Omphale, & Hesychius. Stephanus autem in Urbibus φάνειν promontorium Chii sci-

bit, unde Phaneus Apollo dicitur: sic vero dictum ab ἀρχαῖσσι, quod illic apparuerit Delos Latona. Phurnutus scribit Apollinem Delium & Phanæum denominatum Λυπός η δηλοῦ, id est, à manifestando, quod videlicet omnia illustret, quæ sunt in mundo: sicut Phanæi Apollinis phanum constructum ἀρχαῖσσι, id est, illustrans omnia. Quæ majori ex parte eriam memorat Lilius Gregorius Gyraldas de Diis Gentium, Syntag. 7.

⁷ *Ismenus.*] Hinc Ismenius. Herodotus lib. 1. Clio. Siquidem apud Thebas Boætias tripus aureus, quem illic Apollini nunc parvit Ismenio. Et iterum lib. 5. Quin ipse vidi apud Thebas Boætias in Ismenii Apollinis templo, literas Cadmeas in tripodibus quibusdam incisas, magna ex parte consimiles Ionicis. Pausanias in Corinthiacis & Boæticis. Stephanus in libro de urbibus vult Apollinem Ismenium appellatum fuisse à fluvio Ismeno.

⁸ *Orius.*] Horius dicendum cum aspiratione, ex Pausania l. 2. non adeo longe à princip. Horiam, inquit, quam ob rem appellant, nihil pro certo habeo dicere: coniunctura adducor, finibus, vel armis, vel jure potitos, Apollini Horin, hoc est, ac si Terminatori dicas, vota solvisse. Sed his adde multa cognomina Apollinis ex Macrobius eodem lib. 1. c. 17. videlicet Hermes ἑρμῆς, Ieius ἰεὺς, Pæan παιάν, de quo Festus Pompejus lib. 14. Pæan, inquit, Apollinem vocaverunt, quod sagitarum ictu eum nocere putabant. Est enim παιάν ferire. Alii quod remedians faceret finem tamen gravitatis. Loxias, Delius, Nomius, de quo Phurnutus, & Cicero lib. 3. de Natura deorum, ἀρονίους, id est, agnorum custos, de quo Philostratus in Heroicis, Pollux l. 2. & diximus in legibus Conubialibus in l. 2. glos. 2. num. 33. ρυταῖς, de quo & Stephanus de Urbibus, & Hellanicus in secundo Lesbicon. Chrysocomos, id est, auricomus, de quo

de quo etiam Phurnutus, & ita sepe Homerus & Hesiodus eum vocarunt.
 Ἀκροτερόπον, id est, intonsus. Argyrotoxus, Smynthaeus, οὐιχάλιος, τυμέποιος, de quo Strabo l. 13. Virgilius lib. 3. Aeneid. & Statius lib. 1. Thebaidos, & utriusque interpretes, πλήπος, Pythius, & horum omnium origines & causas describit. Et ex his Paulanias meminit Smynthaei lib. 10. & Pythii lib. 1. non semel, & l. 2. 4. 5. & 8. ad fin. Sed & præter hac alia multa cognomina ipsius Apollinis memorat idem Pausanias, hæc sunt, scilicet, libro 1. Delphinius, de quo etiam Plutarchus in Theleo, & in lib. de Industria animalium, Atqui, inquit, & Dictynna Diana, & Delphinii Apollinis ara, templaque per Graciam multa passim sunt. Pollux Onomasticon lib. 8. c. 33. Forum apud Delphinum, ab Ægeo constitutum est: dedicatum autem est Apollini Delphinio & Delphinie Diana, primusque ibi judicatus est Theseus, expians cedem ab illo occisorum latronum & Pallantidarum, quos occidisse quidem confessus est: hoc autem jure fecisse affirmavit. Decatephorus, id est, Decumanus. Parnopius, tanquam dicas Locustarius aut Culiciarius, à locustis, sive Bruchis aut culicibus ab eo expulsis. Dionysodotus, id est, à Bacbo dictus. Agyieus, id est, Compitalis, seu mavis, Compitacius, sive etiam viarum praeses, non seni in eo lib. & iterum lib. 2. & 8. Et de hoc quoque Horatius lib. 4. Carm. Ode 6.

Phœbe, qui Xantholavis amne crines,
 Daunia defende decus camæne.

Lævis Agyieu.

Et ibi interpretes, Suidas, & Harporation, & Pollux lib. 9. πατέριος, id est, præsagus, sive prævidens. Peon, Agraxus, id est, agrestis. Prostaterius, cuius etiam meminit Sophocles in Electra, & Hesychius. Dictus est autem Apollo Prostaterius, quod ante januas statueretur. Latous ad fin. ejus lib. 1. de quo Horat. lib. 1. Carm. Ode 31.

Fruiparatis & valido mihi
 Latvæ dones.

Statius lib. 1. Sylvatum syl. 2. in Epithalamio Stellæ & Violantillæ,

Latous vatum pater, & Semeleius Euan.

Item lib. 2. Clarius, Didymæus. De quo Strabo lib. 14. & Ulpianus Epitome institutionum, cap. 22. §. deos. ubi ita scribit, Deos heredes instituere non possumus, præter eos, quos Senatus consueto, constitutionibus principum institue, concessum est: sicuti Jovem Martem, Apollinem Didymæum, Martem in Gallia, Minervam Meliensem, Herculem Galitanum, Dianam Ephesiam, Matrem deorum Cybelen, eam, que Smirna colitur, & Cælestum Salinensem, Carthaginis, Diradiotis, Ægyptius, Maleates, de quo etiam lib. 5. Thearius, Epibaterius, tanquam dicas consensor: Platanistius, Pythaëus non semel in eo lib. 2. Hic enim aliis est à Pythio, de quo supra. Et de hoc quoque ipse Pausanias lib. 3. Item ex lib. 3. Actitas, Carnias, Epidelius: nisi is locus sit, qui Apollini sacer est: nam id incertum est apud Pausaniam. Amazonius. Et lib. 4. Amyclæus. De quo & Thucydides lib. 5. Polybius lib. item 5. Strabo lib. 8. Athentus lib. 6. c 4. & lib. 5. Theemius. & libro 6. Acesius, de quo & nos diximus in Commentariis Nobilitatis, cap. 3. num. 9. incip. Pausanias. & lib. 7. Thyrtæus, Theoxenius, & lib. 8. Actius, de quo Virgilius libro 8. & Propertius (ut jam diximus) lib. 4. eleg. 6. de pugna Actiaca naval. Cereates, Oncæates, Parthasius, Clarius. Et lib. 9. Spodiæus, id est, Cinericius, quoniam ejus ara de victimarum cineribus esset extructa. Polios, quod æque ac canus dicitur. Boëdromius, de quo & Callimachus in Hymno. Ptous, de quo Herodotus lib. 7. Lycophron, Stesichorus & Alexander, & ab eo forte πλῶν ιδού, Ptoum templum in Bœotia, supra paludem Copædem lib. 8. Et idem Pausanias libro 10. Sitalcas. Alia quoque Athenæus, scilicet, Grynæus. Is namque lib. 4. citat Hermiam in lib. 2. de Apolline Grynæo. & Cumæas eodem loco.

& tibi dicebatur.¹ Observatumque apud Thraces, Lacedemonios & Boeotios fuit, Apollinem & Liberum patrem eadem sacra habere, iisdemque honoribus coli. ² Baccho vero Siculo Morichum dixere nomen: ³ Arabes, Oracal & Adoneum: ⁴ alii Lyæum, ⁵ Erebinthium, ⁶ Sabazium: ⁷ Lacedæmonii

diver-

sa. loco. Sunt & alia, præter illa, plurima à Lilio Gregorio Gyraldo ex antiquis auctoribus recensita in libris de Diis Gentium, Syntagmate 17. vide-
licet, Lycostonus, Lycegenetes, ex Homero, cuius locus est lib. 4. Iliados, licet cum locum non designet. Lycoreus, Cœlispex, Delphicus, Triopius, οὐρανός, id est, Lucifer, Pythoëtoros, Hecatombæus, Philesius, Parparius, Tortor, Hyperionides, si-
ve Hyperion, Phæsinbrutor, Epitropius, μελάθρος, Homerodromus, Bel, five Beles, Hecatebeletes, Hecatebo-
les, Hecaërgus, Pegasus, ἄρχες, id est, Rex, Thyratus, Dicæus, five Dir-
exus, Palatinus, Leucadius, Theoxenius, Hysius, Pataraus, Cytinus, Daphnaus, Corypæus, Hylata, Tegy-
ratus, μελάθρος, Abæus, Lithesius, Gerunitius, Thelchinius, Mystes, Ge-
nitor, Eutresites, Acræphius, Helius, Embasius, & Ecbasius, Gergithius, Hyacinthides, Cous, Thyinbraus, Tyrbanos, Aphetor, Enholmos, Chrysotoxos, Clytotoxos, Arcite-
nens, Chrysochetes, Crinitus, Chry-
saor, Lescheorius, Lechinarios, Or-
chestes, Phyxius, Nappæus, Telmis-
sius, Eutryptos, Tornax, Larissenus, Stobæus, Tilphossius, Tilphusa, Tel-
phusius, Phyllæus, Tarrheus, Selinuncius, Salganeus, Musagetes (nec in repertorio Pausania, ubi Musarum
ductor, nam idem est) Marmarinus,
Aleuromantis, Tragius, Ixius, Sty-
racites, Illeus, Ægletus, Mantous,
Dynastas, Caraon, Cilleus, Helius,
five Hiëlios, Eristathetus, Cassius, A-
stypalaus, Odrysæus, Euryalus, Zote-
teatas, Zotelestes, Therelimius, Ere-
sius, Thyius, Thoapus, Thecimius,
Sofianus, five Sufianus, Aperca. Qui-

bus & tu adde quod εὐρυπός à So-
phocle dicitur, ab ea parte scilicet,
Tripodis, in qua Vates sedere solebat,
ut scribitur in Commentariis Aristophanis.

¹ Observatumque.] Id usque ad versi. Baccho, est Macrobii multorum testimoniis lib. 1. Satur. c. 18.

² Baccho vero Siculi Morichum.] Xenodotus, aut, ut alii vocant, Zenobius, in collectaneis.

³ Arabes, Oracal.] Herod. lib. 3. non longe post prin. scribit hos Dionysium, quem Uroralt, & Uraniam, quam Atilat vocant, solos deorum esse arbitrari.

⁴ Et Adoneum.] Ausonius Epi-
grammate 30.

Ozygia me Bacchum vocat,
Ostrim Ægyptus putat,
Myste Phanacem nominant,
Dionysen Indi existimant,
Romana sacra Liberum,
Arabica gens Adonem,
Lucanicus Pantheum.

⁵ Alii Lyæum.] Plutarchus in lib. de cohibenda iracundia. Ovid. lib. Metam. 4. post prin. nomina Bacchi enumerans, sic air,

Thuraque dant, Bacchumque vocant,
Bromiumque, Lyæumque,
Ignigenamque, satumque iterum, so-
lumque Bimatrem.

Idem Ovidius Amorum libro 2.
eleg. 15.

Ilic appositonarrabis multa Lyæo,
Pene sit ut mediis obruta nasis a-
quis.

Et lib. 3. eleg. 15. & ult.
Cerniger increpitum thyro graviore
Lyæus:
Pulsanda est magnis area major a-
quis.

Phurnu-

Phurnutus & Servius hujus cognomini rationem reddit 1.4. Aeneid. ibi,
Gens epulatatoris Lenatum libat honorem.

6 Erebintium.] Hesychius ἐρεβίνθιον δίεννος, usurpat pro eo, qui nullius rei homo sit, nec dignus: juxta, inquit, procerium, Cicerinum ius, de quo Erasmus Chil.2. cent.6. capite 47.

7 Sabazium.] Strabo libro 10. ex Demosthene in oratione de corona. Diodorus Siculus lib.4. cap.2. ubi de Baccho & ejus cognominibus, sic ait, Traditur quoque & alter multa prior etate frusse Bacchus, quem ajunt ex Jove & Proserpina natum, & a nonnullis appellatum Sabazim. Hujus genus sacra, honoresque proper pudorem nocturna occultaque agunt. Stephanus de Urbibus, ubi de Sabis loquitur. Cic. lib.2. de legibus. Novos vero deos, (inquit) & in his colendis nocturnus pervaigiliones, sic Aristophanes facetissimus poeta veteris comoediæ vexat, ut apud eum Sabazius, & quidam alii dii de peregrinis judicati è civitate ejiciantur. De Sabazio sic Cicero lib.3. de Natura deorum scribit, Tertium Dionysium Capio patre, cumque regem Asiae praefuisse dicunt, cui Sabazea sunt inslita. Citatur τὸν οὐρανίον επitheton ex Orpho. Reperitur certe apud Aristophanem cum in Vespis, tum in avibus. Commentator ait, sic Bacchum seu Dionysium à Thracibus nominari. Atque idem in Avibus annotat, Sabazion à Phrygibus coli, ejusque sacerdotes οὐρανοὶ fuisse dictos: citatque auctorem Heracleontem. Monet præterea hanc appellationem ipsum habere à sacris. Nam barbaros οὐρανοὺν dicere τὸν θεόν καὶ τὸν αὐτούν οὐρανόν. *

COLE R U S.

* Apuleius: Omnipotens & omniparens dea Syria & sanctus Sabazius & Bellona & mater Idaea. Arnobius libro 4. Sacra & ritus initiationis, quibus Sabaziis nomen est. Adde & Gyral. lib. 8. de diis gent. Lucia. ὁ ζεύς, καὶ ἡ οὐρανία, καὶ οὐρανός.

TIRAKQUELLUS.

8 Lacedæmonii Scythitem & Mili-chium.] Sosibius tradit Scytem Dionysium à Lacedæmoniis cultum, quod perque significat atque fculneum: verum Hesychius Syatem legere videtur. Atque ideo sic appellatum, quod ab eo sicut repertam dicunt: quo etiam nomine Milichius aliquando dictus est, quod & milica sicut appellata est. Pausanias autem lib. 1. iterumque 2. Milichii Jovis meminit, & lib. 10. ad finem, Milichiorum deorum, quos interpretantur blandos, placidos, mites, jucundos, mansuetos, clementes, placabiles. Et Plutarch. in lib. de cohibenda ira scribit deorum regem Milichium appellari. Extatque epigrainna Leonis Philosophi de Milichio Jove lib. epigr. 1.

— μὴ δὲ νοῶ,

Zlwōς μεταξένο λαζών Σφόρον ἀνέ-
εσσίτορ.

Id est, Τοῦ quidem intelligam Jovis Milichii fortius solium, hominis perniciem. His autem Bacchi cognominibus adde Omesten & Maxolen, quæ sunt crudelitatis & insanæ cognomina, ex lib. Plutarch. de cohibenda ira. Et Euion ex Horat. Carim. libro 1. Ode 18.

Monet Sithoniis non levis Euius.

Et Ovid. lib. 1. de arte amandi,

Pars Hymenæa canunt, pars Euius,
euio clamat:

Sic cœant sacro nupta deusque
toro.

Persius Satyra 1.

— Et Lynxem Mænas flexura Ca-
rymvis

Euius ingeminat, reparabilis adsonat
Echo.

Statio lib. 2. Thebaidos,

Et tunc forte dies noto signata Tonan-
tis

Fu'mine, præcepit cum te tener Enie
partus

Transmisere patri.

Dictus est autem Euius Bacchus, quod cum in Gigantomachia dimicans non apparuerit, Jupiter pater cum à Gigantibus discriptum judica-
vit,

*Miner-
ve va-
ria co-
gnomi
na.* dæmonii Scythitem & Milichium vocitarunt, cuius faciem musto intingere, & fucis ornare vetus mos erat. Tradunt quoque Minervas diversis cognominari nominibus: ¹ nam & Trige-

vit, dixitque Heu, quæ vox gementis est, deinde adjectit uos, id est, filius. Acron tamen in Horatium ait, Bacchum in ea contra Gigantes pugna in leonem à Jove mutatum, Gigantem interfecisse in conspectu patris, ad cuius facinoris conprobationem, dixerit Jupiter, Et uis, id est, ô bone fili. Horatius 2. Car. Ode 19.

— Euze, parce Liber,
Parce gravi metuende thyro.

Et paulo post:

Tu, cum parentis regna per arduum
Cohors Gigantum scandere impia,
Rhœcum retorſisti, leonis
Unguis, horribilique mala.

Hinc patronymicum Euias, quod Bacchi sacerdotem significat. Horat. Car. lib. 3. Ode 25.

— Non secus in jugis
Ex somnis stupet Euias,
Hebrum profficiens & nive candi-
dam

• Thracem. —

De nominibus Bacchi copiose Ovid. lib. Metam. 4. Diod. Siculus lib. 4. cap. 2. & Lilius Gyraldus de Diis gentium Syntag. 8.

I Nam & Trigemina.] Nullibi, quod sciām, Minervam Trigeminam vocatam legi: verum Tritoniam & Tritogeniam sapissime. De primo Herodotus 4. lib. Silius Italicus libro 3.

Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta
paludis,
Qua virgo, ut fama est, bellatrix in-
elata lympha,
Invento primam Libyen perfudit oli-
uo.

Idem lib. 9.

Et Pallas Libycis Tritonidos edita
lymphis.

Pomponius Mela lib. 1. cap. 7. ubi Africam minorem describit, Super hunc, inquit, ingens palus annem Tri-

tona recipit, ipsa Tritonis: unde & Minerva cognomen inditum est, ut incolæ arbitrantur ibi genitæ, faciuntque ei fabulae aliquam fidem, quod, quem natalem ejus putant, ludicris virginum inter se decentantium celebrant. Lucanus Mele accinit lib. 9. his versibus:

Torpentem Tritonos adit illæſa palu-
dem,

Hanc (ut fama) deus, quem toto lit-
tore portus

Audit ventos aperflantem littora con-
cha:

Hinc & Pallas amat, patrio quod
vertice nata,

Terrerum primam Libyen (nam pro-
xima cælo est,

Quod probat ipse calor) tetigit, stagni-
que quieta

Vultus vidit aqua, posuitque in mar-
gine plantas,

Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.

De secundo Diodorus Siculus lib. 3. cap. 5. & lib. 6. cap. 15. Custodiam, inquit, filiæ Minervæ pernixit, paulo ante hac tempora circa Tritonem fluvium, unde & Tritonia dicta est, genitæ. Sext. Pompejus libro 18. scribit Tritogeniam Minervam à ripa Tritonis fluminis dictam, quod ibi priuitus sit visa. Servius in lib. 2. Aeneidos ibi,

Nec dubius ea signa dedit Tritonia
monstris.

Tritonia (inquit) aut quasi terribilis & τὸ τρεῖς, id est, timere, aut secundum Lucanum, ut diximus. Hesychius, Plutarch. in lib. de Iside & Osiride. Verum Hecaten Tergeminam dictam probat illud Virgilii lib. 4. Aeneid.

Tergeminamque Hecaten, tria virgi-
nis ora Diana. *

Ex quo & Alexander posset hic excusari: quoniam nonnulli putant Hecaten & Dianam eandem esse. Cui o-
pinioni

& Trigemina, ¹'Glaucopis ² & Sais ab Ægyptiis appellatur:
³ à Milesiis Aſſisia, apud quos mirificum fuit templum:
⁴ à Græcis Artemis, ⁵ à Cretensibus Dictynna, ⁶ Phœbe &
 Diana:

pinioni refragatur ille idem locus,
 qui cas, ut diversas ponit, ne longè te-
 stimonia alia petamus.

COLE R U S.

* Et imitatione Virgilii Ausonius:
 Tergemina est Hecate, tria virginis
 ora Diana.

Tres autem Dianas fuſſe, cognoscim-
 us ex Arnob. lib. 4. ubi idem qua-
 tuor Vulcanos, Aſſulapiostres, Bac-
 chos quinque, ter binos Hercules,
 quatuor Veneres, tria genera Caſto-
 rum, denique Muſarum facit. Sed
 tamen Diana & Hecate nonnunquam
 pro cādem Dea accipiuntur, ut & in
 veteri Glossario Noctiluca ^{exētū}, ru-
 xilozalvora. Ubi quid alind Noctilu-
 ca, quam Luna? Et Luna vero, non-
 ne ipsa Diana? Adde Isidorum lib. 8.
 cap. 11.

TIR A QUELL U S.

¹ Glaucopis.] Hoc est, glauca oculos, vel cœſia Minerva. Cicero lib. 1.
 de Nat. deor. Iſtu enim modo dicere li-
 cebit Jovem ſemper barbatum, Apollinem ſemper imberbum, cœſios oculos Mi-
 nervæ, cœruleos eſſe Neptuni. Minerva
 autem perpetuum eſſe apud Home-
 rum, & alios videbis in noſtris legi-
 bus connubialibus l. 2.

² Et Sais.] Herodot. lib. 2. Cicer. lib. 3. de Nat. deorum, quo loco infra
 citabimus. Propert. lib. 2. eleg. 2.

Mercurioque Saïs fertur Baſcidos
 undis

Virgineum primo compoſuisse la-
 tus.

Atnobius adverſus gentes lib. 3.

³ A Milesiis Aſſisia.] Asia scri-
 bendum eſt, aut Aſſesia, utroque
 enim nomine cognominata eſt. Prio-
 re ſeſilicet apud Pausaniam lib. 3. non
 adeo longe à fin. Inter eas ipſas rui-
 nas templum extat Minerva cognomento

Asia. Pollucem & Caſtorem erexisse
 tradunt, quo tempore e Colchica ex-
 peditione reduces reverterunt: fuſſe
 vero & Colchis Asia Minerva tem-
 plum. Altero vero apud Herodotum
 lib. 1. Duodecimo autem anno incenſis
 ab exercitu ſegetibus, hoc rei fieri conti-
 git, ſegetes ut erant incenſe, valido u-
 gente vento, celerrime perwaferunt Mi-
 nerve templum, cognomento Aſſisia,
 quo incendio temp'um deflagravit. Et Stephanus de Urbibus auctoritate
 Theopompi lib. 24.

⁴ A Græcis Artemis.] Non me-
 mini me legiſſe Minervam Arteni-
 dem dictam, ſed tantum Dianam ubi-
 que, & hujus appellationis ratione in
 docet Plato in Cratylo, ut etiam
 Strabo lib. 14. Apollo, inquit, ſalutifer eſt. Et Artemis ex eo dicitur, quod
 integros faciat. Macrobius lib. 1. Sa-
 turn. cap. 15. & Phurnutus, ſed vide,
 quæ dicam infra.

⁵ A Cretensibus Dictynna.] Nec
 Minervam ita vocatam à Cretensi-
 bus, aut aliis, ſed Dianam apud Dio-
 dorum Siculum lib. 6. c. 15. aut alio-
 rum computatione lib. 5. cap. 15. Pa-
 laphatus in lib. 2. mīgor. Et hoc quo-
 que nomine appellaſt Tibullus lib. 1.
 eleg. 4. ad Priapum,

Perque ſuas impune ſinit Dictynna
 sagittas
 Affirmes, crines perque Minerva
 ſuos.

Ovid. Metamor. lib. 2.

Ecce ſuo comitata choro Dictynna,
 per altum
 Maenalon ingrediens. —

Et Statius lib. 9. Thebaidos,

Per te Maternos mitis Dictynna la-
 bores,

Et ibi Luctatius interpres ſic ſcribit,
 Dictynna ob id dicta Diana Britomartis
 filia, virgo Cretensis Diana à retibus
 pifatorum, quæ Græce dixta nominan-
 tur;

Diana: ⁷ à Siculis Lyen, quia parturientium solvit dolores.
⁸ Prima enim fertur Jovis filia: secunda, Nilo orta, quam
 Ægyptii Saleten dixerunt: tertia quam Arcades Chorion
 nominant: quarta Pallantis, quæ patrem intereimit ipsam
 vitiare conanteim, cui pinnarum talaria affinxerunt. Mer-
 curium quoque multiplici ferunt vocatum nomine: ⁹ Galli
 etenim

*tur; à quibus hujus corpus inventum,
 extractum est. Insula tamen Creta pe-
 stential laboravit, quam evadere peni-
 tus nequivissent, nisi templum Dianæ
 instituissent, eamque Dictynnam vocas-
 sent à rebus. Et Pausanias lib. 3. non
 longe à fin. & iterum lib. 10. quam
 (inquit) Ambrasenses potissimum vene-
 rantur.*

6 *Phœbe & Diana.]* Nec usquam
 reperties Minervam Phœbam dictam,
 sed Lunam, quæ à plurimis eadem cum
 Diana existimatur. Virgilius libro I.
Georg. de Luna,

— *Ven: osemper rubet aurea Phœbe.*
 Ovidius lib. 1. Metamorph. non longe
 post princ.

*Nec nova crescendo reparabat cornua
 Phœbe.*

Et iterum eodem lib. de Diana,

— *Fugit altera nomen amantis
 Sy'za: um latebris, captivarumque se-
 rarum*

*Exciis gaudens, innuptaque æmula
 Phœbes,*

*Vitta coërcebat positos sine lege ca-
 pillos.*

Et lib. 2. ejusdem operis de Luna,
*Quanto splendidior, quam cætera sy-
 dera fulget*

*Lucifer, & quanto, quam Lucifer au-
 rata Phœbe.*

Et lib. 7. ejusdem operis de Luna,
*Dixine, Phœbus aut, pœna mora longa
 querela est.*

Dixit idem Phœbe.

Et in epistola Acontii ad Cydippen
 ad fin. in epilogo de Diana,

*Hæc tibi me in seninis jactulatrix scri-
 bere Phœbe,*

*Hæc tibi me vigilans scribere jussit
 Amor.*

7 *A Siculis Lyen.]* Diomedes &
 Probus id cognominis Diana à Sicu-
 lis adscribunt: ejusque rei causam af-
 ferunt. Hæc eorum verba sunt, *Ante-
 quam Hiero Syracusas expugnaret, mor-
 bo Sicilia laborabat (vel, ut Probus ait,
 lue pecora interibant) varius & aspidis
 ceremoniis Dianam placantes, finem ma-
 lis invenerunt, eandem Lyen cognomina-
 verunt, quasi solutriem malorum.*

8 *Prima enim.]* Hæc usque ad ver-
 bum, Mercurium, sunt Ciceronis li-
 bto 3. de Natura deorum, *Minerva
 prima, inquit, quam Apollinis matrem
 supra diximus. Secunda orta Nilo, quam
 Ægyptii Saitæ colunt. Tertia, quam à
 Jove generatam supra diximus. Quar-
 ta, Jove nata, & Coryphe Oceanis filia,
 quam Arcades Coriam nominant, &
 quadrigarum inventricem ferunt. Quin-
 ta, Pallantis, quæ patrem dicitur intere-
 misse, virginitatem suam violare conan-
 tem, cui pinnarum talaria affingunt.
 Ex quibus vides, Alexandrum hic u-
 nam omisisse, & perperam Saleten,
 pro Saiten hic posuisse. Ex hisque in-
 telligis totum hunc Alexandi locum
 ab illis verbis, *A Gracis Artemis, esse
 corruptum ac confusum.**

9 *Galli Theutatem.]* Id est, mortis
 deum. Luc. lib. 1.

*Ex quibus immixti placatur sanguine
 diro*

*Theutates, horrensque seris altaribus
 Hesus. **

Lactantius lib. 1. cap. 21. Livius 3.
 Dec. libro 6. in oppugnatione novæ
 Carthaginis, *Quod ubi versus Scipio in-
 tumulum, quem Mercurium Theutatem
 appellant, adseruit, multis partibus nu-
 data defensoribus mania esse, omnes è
 castris excitos ire ad oppugnandum ur-
 bem*

etenim Theutatem, ¹ Aegyptii vero Their appellarunt,
² quos quinque numerari plerique autumant, ³ sicut Vulca-
 nos plures. ⁴ Cybelem quoque alii Rheam dixerunt, ⁵ alii ^{Cybeles}
 Bere- ^{nominatae.}

bem & ferre scelas jubet.

COLERUS.

* Tertullianus Apolog. c. 9. Major
 et. apud Gallos Mercurio prosecatur.

TIRAQUELLUS.

I Aegyptii Their.] Plato in Philebo & Phædro Theuth dicit, de quo & nos sup. diximus. Lactantius Divinarum Instit. lib. I. c. 6. Apud Ciceronem lib. scilicet 3. de Divinat. inquit, C. Cott. postifex disputans contra Stoicos, de religionibus & varietate opinionum, que solent esse de diis, ut more Academicorum omnia faceret incerta, quinque fuisse Mercurios ait: & enumeratis per ordinem quartuor, quintum fuisse eum, à quo Argus occisus sit, ob eamque causam in Aegyptum profugisse, atque Aegyptii leges ac licias tradidisse. Hunc Aegyptii Theuth appellant, à quo apud eos primus anni sui mensis, id est, September, nomen accepit. * Idem oppidum condidit, quod etiam nunc Graece vocatur ἐρέπολις, & Sætæ servant & colant eum religiose: Qui tahet si homini fuerit antiquissimus, tamen & instructissimus omni genere doctrinae, adeo ut ei multarum rerum & artium scientia Trismegisto cognomen imponeant. Haec tenus Lactantius.

COLERUS.

* Alii Tuarem vocant. Et apud Varronem lib. 4. de ling. Lat. falso numen Phœnicum esse scribitur. Mercurii Aegyptii meminit etiam Tert. lib. de anima cap. 15. Sed de Mercuriis quinque Arnob. lib. 4.

TIRAQUELLUS.

2 Quos quinque numerari.] Scilicet Mercurios ex Cicerone, ubi supra.

3 Sicut Vulcanos plures.] Cicero dicto lib. 3. de Natura deorum, paulo ante ea, quæ supra adduximus, sic scribit, Vulcani item complures. Primus cœlo natus, ex quo & Minerva, Apollinem eum, cuius in tutela Athē-

nas antiqui historici esse voluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, ut Aegyptii appellant, quem custodem esse Aegypti voluerint. Tertius è tertio Jove & Junone, qui Lemni fabrica traditur præfuisse. Quartus Mænilio natus, qui tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcania nominabantur. *

COLERUS.

* Ad hunc locum forre respexit Arnobius, quem modo citavi.

TIRAQUELLUS.

4 Cybelem quoque alii Rheam dixerunt.] Strabo lib. 10. non scinel.

5 Alli Berecynthiam.] Strabo ibi, & Virgil. lib. 6. Aeneidos,

— Qualis Berecynthia mater
 Invehitur curru Phrygias turrita per
 tubas.

Et lib. 9.

Ipsæ deūm fertur genitrix Berecynthia magna
 Vocibus his affata Jovem.

Et ibi Servius declarans cur ita vocetur, & Divus Augustinus lib. Civitatis Dei 2. cap. 4. & Fulgentius Mythologicō libro 3. ubi de ipsa Berecynthia & Aty. Hincque cornu Berecynthium Horatio l. 1. Carim. Ode 18.

— Sexa tene cum Berecynthio
 Cornu tympana.

Quo scilicet excitabantur ad furorem sacerdotes Cybeles Berecynthia. Ovid. lib. 4. Fastrorum,

Protinus inflexo Berecynthia tibia
 cornu

Flabit, & Id. e. festa parentis erunt.

Atque etiam tubæ Berecynthia eidem Horat. lib. 3. Carim. Ode 19.

— Cur Berecynthia
 Cessant flamina tibiæ?

Ubi Acron & Porphyron interpretes scribunt, Berecynthiam esse urbem Phrygiam: unde & tibæ Phrygia, quæ sacræ Matris deūm adhiberi consueverant.

Berecynthiam, ¹ plerique Bonam deam. ² Isidem vero Phryges Pessinuntiam matrem deum vocant: ³ Attici Cecropiam Minervam, Cyprii Paphiam Venerem, Cretes Dictynnam Diaham, Siculi Stygiam Proserpinam, Eleusini vetustam Cererem, alii Junonem, nonnulli Bellonam, plerique Hecaten. ⁴ Prima vero Junonis aedes à Camillo dicata est in Aventino, quæ cæteris longe multumque præstigit, ad quam simulacrum Iunonis Vejentanæ allatum memorant, quam Reginam nominatam volunt. ⁵ Altera in Capitolio, ⁶ juxta quam sacri anseres pascebantur, quæ & Regina dicta est. ⁷ Tertia in arce,

¹ Plerique Bonam deam.] Vide infra c. 7.

² Isidem vero Phryges.] Strabo libro 10. & Apulejus lib. 11. non multo post princ.

³ Attici Cecropiam Minervam.] Hæc omnia usque ad verbum, Prima, sunt Apuleji d. lib. 11.

⁴ Prima vero Junonis aedes à Camillo.] Livius 1. Decad. lib. 5. in tribus locis, &c. 3. Decad. lib. 2. post prin. iterumque lib. 7. ubi dicit, tabetam de cœlo adem in Aventino Junonis Reginæ. Valerius Maximus libro 1. cap. 8. Plutarchus in Camillo, Laertianus lib. 2. cap. 17. P. Victor in 13. regione urbis. Pomponius Lætus in Compendio Historiarum Rom. ubi de Magnitudine imperii Rom. loquitur, scribit, M. Furium Camillum, captis Vejisis, Vejentanam Junonem urbi intrulisse.

⁵ Altera in Capitolio.] Cicero in Oratione ad Equites Roman. antequam iret in exilium, Nunc ego, inquit, Jupiter Op. im. Maxime, ejus omni ac ditione sola terrarum gulerantur: teque particeps connubii sociæ ac regni Regina Juno: teque Tritonia armipotens, Gorgona, Pallas, Minerva, ceteraque dii, deoque immortales, qui excellenti tumulo civitatis fidem Capitolii incollitis constitutam, &c. oro atque obsecr, septe open pariter Reip. cunctaque

civitati, meisque fortunis. Templum etiam Junonis Reginæ habuisse Capitolium, testis est Livius, ubi de bello gesto à Cn. Flaminio contra Ligures. Valerius Maximus lib. 1. cap. 8. de Miraculis, scribit, Voluntarium Junonis Monetæ, quam Livius Reginam vocat, in urbem Rom. translitum.

⁶ Juxta quam sacri anseres.] Anseres Romanis curæ fuisse ob Capitolium defensum, eisque cibaria à Censoribus locari testantur Plinius lib. 10. cap. 22. & Scrynius in I. 8. Æneid. ibi, Atque hic anatidæ volitans argenteus anser

Porticibus Gallos in limine adisse jubebat.

In Capitolio, inquit, in honorem illius anseris, qui Gallorum nunciavit adventum, positus fuerat. anser. argenteus. Marrianus lib. 2. c. 5.

⁷ Tertia in Arce.] Monetam à monendo dictam esse, Cicero de Divinat. 1. monet his verbis, Vocem ab æde Junonis ex ære exitisse, quo circa Junonem illam appellatam Monetam. Ovid. lib. 1. Fastor.

Candida te nive posuit lux proxima templo,

Qua fert sublimes alta Moneta gradus.

Nunc bene prospicies Latiam Concordia tribam,

Nunc

ec, cognomento Monetæ, in area, in qua M. Manlii Capitolini domus fuit, quam à L. Furio dictatore votam non nulli memorant. Nam quum novo motu tota urbs contremiseret, & quibus piamentis, cuive deo sacrum fieret, non dignoscerent, ex arce vocem auditam ferunt, monentem, ut sue plena sacrum Iunoni & procuratio fieret: inde Monetæ nomen datum. ¹ Novimus quoque in vico Jugario aram Junonis Jugæ conspici, quæ conjugiis præfesse dicebatur, ² sicut Cinxia ³ & Gamelia Iuno, à nubentibus sancte colebatur: cui sacrificantes, observabant ut bilem à visceribus hostiæ dimoveant, illamque juxta aram defodiant loco abdito & operto, ut signarent sine bile matrimonia esse

*Nunc te sacra & constituere manus.
Etrius antiquum populi superator He-
truscī*

*Voverat, & voti solverat ille fi-
dem.*

Id Camilli voto factum canit idem Ovidius libro Fastor. 6.

*Arce quoque ex summa Iunoni templa
Monetæ,*

*Ex voto memorant saecula Camille tuo.
Ante domus Manlii fuerat, qui Gallica
quondam*

*A Capitolo reppulit arma Jove.
Livius I. Decad. lib. 7. Anno, inquit,
postquam vota erat, ædes Monetæ dedi-
catu*r*, C. M. Rutilio III. T. Manlio
Torquato II. Coss. Prodigium extemplo
dedicationem sequutum, simile vetusto
montis Albani prodigio. Plutarchus in
Romulo scribit, Tatium Sabinorum
Regenu eam urbis partem incoluisse,
ubi nunc Monetæ est templum, qua
ex Palatio in Circum maximum itur,
juxta quem locum sunt, quos pulchra
Monetæ gradus vocant. Tatius in ar-
ce, ubi nunc est ædes Junonis Monetæ,
qui anno quinto, quam ingressus urbem
fuerat, a Laurentibus interemptus, se-
ptima & vigesima Olympiade, hominem
exxit, ut inquit Solinus c. 2. Lactan-
tius cap. 8. lib. 2. Monetæ ædem Cal.*

*Jun. dedicatam scribit Macrobius Sa-
turn. lib. I. c. 12. Hanc Lucanus lib. I.*

*Castrensem vocat,
Numina miscet castrensis flamma
Monetæ. **

COLERUS.

* Glosarium exponit *Monetans* μυημονικων. Et Higinus: Ex *Jove* & *Moneta Maja*. Moneta ergo in μυημονικων mater Musarum.

TIRACQUELLUS.

I Novimus quoque in vico Jugario.] Festus Pompejus lib. 9. non longè post prin. Jugarius vicus dictus Rome, quia ibi fuerat ara Junonis Jugæ, quam putabant matrimonia jungere. Et de hac quoque Junone Juga, sive Jingali, Servius in lib. 4. Aeneidos, super hæc Didonis verba,

*Ne cui me vinclo vellem sociare ju-
gali.*

Præpter jugum, inquit, quod imponebat
tur matrimonia conjungendis: unde &
Juno Jingalis dicitur.

2 Sicut Cinxia.] Jam de ea supra di-
ximus.

3 Et Gamelia.] Hoc est, Nuptialis Juno, in nuptiis colebatur. Plutarchus in Præceptis Connubialibus c. 28. Eusebius Præparationis Euangelicæ l. 3. Et hujus quoque meminuit Græcus Pindari interpres. *

COLERUS.

* De aliis Epithetis Junonis, vide
Minutii Octavium.

esse oportere.¹ In Exquiliis quoque Laciniae Iunonis templum fuit, &² in foro Olitorio ara Iunonis Matutae:³ Adem in Palatio etiam Junonis Sospitae summo honore cultam invenimus, juxta templum Cybeles,⁴ cuius aram Numiae legibus pellex tangere vetabatur.⁵ Nam in colle Viminali,

TIR A Q U E L L U S.

¹ In Exquiliis quoque Laciniae.] Virgil. lib. Aenid. 3.

— Attollit se diva Lacinia contra. Et ibi Servius, Lacinia, inquir, templum Junonis Laciniae, à rege conditore, ut quibusdam placet, dicitur. Vel, secundum alios, à latrone Lacinio, quem illuc Hercules interemit: & in hoc expiatoto loco, templum Junoni condidit. Strabo lib. 6. Post Scyllatum Crotoniatarum fines sunt, & Iapygum terna promontoria: deinde Lacinium Junonis templum, superioriestate locupletissimum, donisque frequentissimum plenum. Livius 3. Decad. lib. 4. Sex milia aera ab urbe nobile templum, ipsa ubi nobilis, Laciniae Junonis, sanctum omnibus circa populis. Et lib. 8. in fin. Propter Junonis Laciniae templum astatem Hannibal egit, ibique aram condidit, dedicavitque cum ingenti rerum ab se gestarum titulo Punicis Gracisque literis insculpto. Et lib. 10. ejusdem Dec. Hannibal, quod roboris in exercitu erat in Africam transvexit: multis Italicis generis, quia in Africam sequenturos abnuentes, concesserant in Junonis Laciniae delubrum, inviolatum ad eam diem, in templo ipso fidei intercedit. Et 4. Dec. lib. 7. post prin. Rome Junonis Laciniae templum de celo tactum erat, ita ut fastigium valvaeque deformarentur. Et 5. Decad. lib. 2. post prin. iterumque postea aliquot interjectis scribit ejus templi violati ultiōem. Plin. lib. 7. cap. 7. scribit in Laciniae Junonis ara sub dio sita, cinerem immobilem esse, perplantibus undique procellis. Val. Maximus lib. 1. cap. 2. d: Neglecta religione, scribit Fulv. Flaccum non impune tulisse, quod in Censura tegulas marmoreas ex Juno-

nis Laciniae templo in adem Fortunæ equestris, quam Roma faciebat, transulerit. Laestanius lib. 2. c. 8.

² In foro Olitorio ara Junonis Matutae.] Liv. 4. Decad. lib. 4. non longe à fin. Edes eo anno aliquot dedicatae sunt: una Junonis Matutae in foro Olitorio, vota locataque quadriennio ante à C. Cornelio Cos. Gallico bello. Censor idem dedicavit. Altera Fauni P. Victor in undecima urbis regione eam in foro Olitorio constituit.

³ Adem in Palatio etiam Junonis Sospitae.] Ovidius Fastor. lib. 2.

Principio mensis Phrygiae contermina matri

Sospita delubris dicitur aucta novis. Cicero lib. 1. de Nat. deorum, quatuor Junones inter se confert: duas Sospitas prius, unam nimirum quæ Roma colebatur, cuius templum in Palatino fuisse memoratur: alteram Lanuviam. Romanorum Sospita, Lanuviorumque Juno, velut eadem suo apud Cicer. d. loco depingitur habitu. Fuit enim eadem id quod ex oratione pro Muræna sub finem, & ex Livio lib. 8. ab V. C. colligitur. Texum & Cicer. & Livii jam supra adduvimus. P. Victor in decima regione, delubrum Sospitæ Junonis ad matris deum fuisse conterminum, scribit. Cicer. lib. 1. de Divinat. Marrianus lib. 2. cap. 18.

⁴ Cuius aram Numæ legibus.] Gellius lib. 4. cap. 3. Legis hæc verba sunt, Pellex adem Jovis ne tangito. Festus Pompejus ejus legis verba ponit, in quibus Junonis simpliciter, non Sospita fit mentio.

⁵ Nam in colle Viminali.] P. Victor in regione quinta, constituit templum Junonis Lucinæ in colle Viminali.

minali, ¹ & in porticu Octaviae, Junonis templum & aram fuisse vulgo proditum memoriae est. Neque omittendum, nova religione & barbara cæremonia apud diversas gentes Junoni sacrum fieri: ² nam Lavini templum Junonis erat, ^{sacerda} & juxta specus, unde prodiens draco, virginis manu pascebatur. ³ In Syria in phano antiquissimo sacerdotes dum ^{Juno-}
^{nis di-}
^{versa.} Junoni sacrificant, invicem digladiantur, ⁴ sicut Coryban-
tes in sacris magnæ deæ, ⁵ & in templo Dianæ apud Ari-

ciam:

1 Et in porticu Octavi.e.] Plinius libro 36. cap. 5. Intra Octavie porticus, inquit, in Junonis æde Esculapius & Diana. Matilianus lib. 3. cap. 11. Porticum Octaviae ~~ædificatio~~ signavit Ovid. lib. 1. de Arte, hoc versu,

*Aut ubi muneribus nati sua munera
mater*

*Addidit externo marmore dives o-
pus.*

2 Nam Lavini.] Cicero lib. de Nat. deorum 1. Livius 1. Dec. lib. 8. & 3. Dec. lib. 2. post princ. & lib. 9. & 4. Dec. lib. 10. ubi scribit Lavini simulaclrum Junonis Sospitæ lachrymæ.

3 In Syria.] Lucianus in Lucio, sive asino, de Syriacis sacerdotibus scribens, inquit, *Illi mitras projicientes, & cervicem subtus intorquentes, gladiis bra-
chia dissecabant.*

4 Sicut Corybantes.] Vide Platonem in Euthydemio. Strabo lib. 10. Lucanus lib. 1.

— Crinemque rotantes

*Sanguineum populis ulularunt tristia
Galli.*

Corybantes, qui & Galli dicebantur, sacerdotes sunt Cybeles deum matris. Hi insani caput per furorem rotant cultrisque faciem & musculos corporis totius dissecant, morsibus quoque scipios impetunt, cum majore se correptos furore, vel simulant, vel revera sentiunt. Apulejus lib. 8. Metam.

5 Et in templo Diane apud Aria-
ciam.] Juxta Ariciam lucis est Dianæ, Artemisium vocant, ubi Barbaricus Scythicusque mos observatur. Namque sacerdos instituit fugitivus qui-

dam vir gladium tenens, & insultus semper circumspectans, & ut inquit Strabo lib. 5. ad se tutandum strenue paratus. Scribit Servius in hoc Artemisio fuisse arborem illam, quam celebret Virgil. in 6. (ibi,

*Aureus, & solis, & lento vimine ra-
mus.)*

de qua infringi ramum non licebat. Hanc historiam Pausanias in Corinthiacis tangit, qui sacerdotes apud Ariciam alii aliis succedebant: non enim ingenui hoc manus obibant, sed servi idem fugiti: qui singulari certamine inter se dimicant, cum victoria etiam sacerdotium adipiscerantur: semperque viator idem & successor alterius erat, quem morem etiamnum suis temporibus durasse scribit. Id peculiarter regnum vocabatur, & ipse sacerdos rex Nemorensis dictus, à nemore illo Diana sacrato, quod Artemisiam nuncupari significavimus. Hinc ab Ovidio dictum est in 3. Fastor.

*Regna tenent fortes manibus, pedibus-
que fugaces,*

*Et perit exemplo postmodo quisque
fus.*

Item in primo de Arte amandi,

*Ecce suburbana templum nemore Dia-
na,*

*Partaque per gladios regna nocente
manu.*

Hinc Val. Flaccus in 2. Argonaut.

— *Et soli non mitis Ariciaregi :*

Lucanus quoque lib 3.

*Qua sublimè nemus, Seythia & qua regna
Diane.*

Caligula, qui omnium commodis in-

G 3 com-

ciam : apud Crotonem sacerdos brevi scuto superstans sa-
cruum facit, & victimam Junoni cædit. In Samo nisi habitu
nubentis & nuptiarum solennibus servatis, Junonis sacrum
facere non licet. ¹ In Stymphalo Arcadiæ Junoni triplex
sacrum ex tribus cognominibus fit. Unum, velut puellæ:
alterum, ut Jovi nuptæ: tertium, velut viduæ. ² Sami quo-
Lysan-
dria. que, ut dicata Junoni templa, Lysandria vocentur, Senatus-
consulto cautum fuit: & Argis in ara Junonis nulli externo
aut peregrino sacrum facere permittitur.

commodabat, immisit quendam fugi-
tivum robustiorem, qui cum rege illo
Aricino sacerdore, qui jam multos
annos sacerdotio potitus erat, depug-
naret: ut ita supererat & vira spoliare-
tur & sacerdotio, et si sacerdotium erat
vilioris conditionis. Auctor Tranquil.
in Caligula, cap. 35.

¹ In Stymphalo.] Pausanias lib. 8.
In antiqua Stymphalo, inquit, Temenum
habitasse ajunt, Pelasgi filium, eumque

Junonem educasse, & tria tempia Deæ
extruxisse, totidem etiam indidisse ei cog-
nomenta. Cum virgo adhuc esset, παιδια,
id est, adolescentulam appellavit. Iovis
autem jam nuptam, τίτανα, id est, per-
fectam. A Jove denique cum oblixi-
dium, qualcunque tandem id fuerit, dis-
cessisset, & Stymphalum redisset, χόρη,
id est, Viduam nominavit.

² Sami quoque.] Plutarchus in Ly-
sandro.

C A P U T V.

*Ex quibus oppidis, quibusque regionibus, aut terrarum oris
ingenio clari & præcipua doctrina viri
plures evasere.*

*E*X multis magnis animis, amplissimisque ingenii, quæ
unquam vidimus aut legimus, illorum qui studio disci-
plinarum exteris nationes conquisivere, in primis ¹ Hom-
erus fuit, Orpheus, ² Eudoxus, ³ Democritus, ⁴ Pytha-
goras,

T I R A Q U E L L U S.

¹ Homerus.] Herodotus in libello
de vita Homeri.

² Eudoxus.] Diogenes Laërtius in
vita illius.

³ Democritus.] Idem Laërtius in
vita illius post princ. & Cicero lib. 5.
de Finib. Platonis & Pythagoræ pere-
grinationes scribens, de Democrito
sic tradit, *Cur hæc eadem Democritus*
(qui vere falsæ quareremus) dicitur

oculis se privasse: certe ut quam minime
animus à cogitationibus abduceretur, pa-
trimonium neglexit, agros deferuit incul-
tos, quid querens aliquid nisi beatam vi-
tam, quam si etiam in rerum cognitione
ponebat: tamen ex illa investigatione na-
ture consequi volebat, ut esset bono animo.
Idem enim ille summum bonum ἀθυμία
& sepe άναχτια appellat: id est animum
terrore liberum.

⁴ Pythagoras.] Id enim amore in-
daganda

goras, ¹ Archita, & ² Plato, clari sapientia: qui ad Gymnosophistas, spectandosque siderum motus, disciplinasque ediscendas, tanquam ad mercaturam bonarum artium profecti sunt. ³ Is vero Eudoxus summus perhibetur astrologus, qua tempestate Galli Senones urbem pervastarunt.

⁴ Pythagoras Tarquinii Superbi tempore viguit. ⁵ Platонем Pythagoras. Plato. Ar-
venisse fama vulgavit. Archita autem dum discendi studio flagrat, multas per oras peregrinatus, captus à piratis, & ve-

chit.a.

MML-

daganda veritatis ad Aegyptios, Magos, & Persas usque penetravit, ut scribit Laëntius lib. 4. cap. 2. & ante eum Cicero lib. 5. de Finib.

¹ Archita.] Laërtius in vita illius, & Platonis. Hujus Archita modestiam in ira sic scribit Cic. Tusc. 4. ex quo illud laudatur Archite, qui cum villico factus esset iratior, Quo te modo, inquit, accepissim nistiratus essem.

² Plato.] Nam idem de eo scribit ac de Pythagora Laëntius, ubi nuper citavimus. Et de Platone quoque Cic. dicto lib. de Finib. Cur, inquit, Plato Aegyptum peragravit? ut à sacerdotibus barbaris numeros & celestia acciperet? cur post Tarentum ad Architam? cur ad ceteros Pythagoræos Ethereatrum, Timæum, Acrionem, Locros, ut cum Socratem expressisset, adjungeret Pythagoræorum disciplinam, eaque quæ Socrates repudiabat, addisceret? Plato post Socratis obitum ad Italiam iterum venit, & Pythagoræos Eurytum Tarentinum, & seniorem Architam sectatur, atque ad Indos & Magos intendisset animam, nisi eam bella tunc retinuerint Asistica. Auctor Apulejus in Dogmate Platonis. Et Cicero Tuscul. 1.

³ Is vero Eudoxus.] Eusebius Chronographus in Olympiade 97. Aul. vero Gellius lib. 17. cap. 21. scribit hunc Eudoxum Astrologum in Gracia nobilitatum fuisse, non longo tempore post bellum Senonicum, cum Galli Romam præter Capitolium coepe-

runt, Lacedæmoniique ab Atheniensibus apud Corinthum superati sunt duce Phormione. Strabo lib. 17. scribit Eudoxum cum Platone in Aegyptum profectum, & cum sacerdotibus annos tredecim versatum fuisse.

⁴ Pythagoras.] Liv. 1. Dec. lib. 1. de Numæ electione loquens sic scribit, Auctorem doctrinæ ejus, quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt, quem Servio Tullo regnante Rome, centum amplius post annos, in ultima Italia ora, circa Metapontum Heraclænamque & Crotonem juvencum emulantium studia cœtus habuisse constat. Aulus Gellius ubi sup. Postea, inquit, Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquinii filio regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit. Eusebius in Olympiade 64. Cic. lib. 2. de Orat. Quidam, inquit, Numans Pomplilium illum regem nostrum, fuisse Pythagoræum serunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras: quo etiam major vir bahendus est, cum illam sapientiam constituta cœtitatis duobus prope seculis ante cognovit, quam eam Græci natam esse senserunt. Pythagoras Samius floruit in ea parte Italæ, quæ magna Græcia dicta est, regnante Tarquinio Superbo, ut ait Cic. Tuscul. 1.

⁵ Platонem vero.] Gellius, ubi supra scribit, Paucis annis post Alexandrum natum, Platонem Philosophum ad Dionysium Siciliæ tyrannum posteriore profectum fuisse.

Thales. nundatus est. ¹ Sic Thales ille Milesius, cuius sunt multa & *Solon.* miranda inventa, ² deinde Solon ³ & Lycurgus, ut legum *Lycur-* sanctionumque quas tulere, causas rationesque curiosius *zus.* pensitarent, aliique illustres viri, nullum vitæ cultum aut paratum requirentes, partim Ægyptios & Æthiopes, partim Syros, Arabas, Persas, Parthos, Hyrcanos & Indos, omnes denique terrarum fibras, ac diversi orbis ultimas oras rimando, nihil inexpertum reliquere, dum studia bonarum artium, & veri cognitionem undique emendarent, ita ut ex omnibus sapientissimis viris, quos ulla unquam tulit ætas, in patrio solo paucissimos funeratos invenias. Quibus exculti doctrinis tantum processere, ut multa ingeniorum doctrinarumque monumenta posteris reliquerint: suasque non urbes modo & oppida, sed regiones & gentes magnis nominibus nobilitarint: ⁴ præcipue vero *Ex Miletto.* Miletus Ioniæ, multipli doctrina præditis viris excelluisse fertur: nam & Thaletis astrologi, qui inter sapientes adnominatur, Anaximenis philosophi, mathematicorum nobilissimi, qui horologium ostendit primus, Timothei musici, & Anaximandri physici, Hecatei historici, atque Æschinis oratoris, qui magno in precio fuere, aliisque scientissimis viris floruisse fertur. ⁵ Ingenia quoque Asiatica sua laude fraudanda non sunt. Ex hac enim poëta Anacreon, *docti.* Mimnermus, & Antimachus, claro præconio celebrati, deinde

¹ Sic Thales ille Milesius.] Laërtius in vita illius.

² Deinde Solon.] Plutarch. & Laërtius, uterque in vita illius.

³ Et Lycurgus.] Plutarchus in vita quoque illius.

⁴ Præcipue vero Miletus.] Hæc usque ad vers. *Ingenia quoque,* sunt Stratonis lib. 14. non multo post princ. & alibi quoque eodem libro. Et de ipso Thalete, Timotheo & Anaximandro, Pomp. Melalib. 1. cap. 17. Sed quod hic dicitur, Anaximandrum primum ostendisse horologium, Plinii est lib. 2. capite 76. Sed qui primus Romanis

id fecit, disces ex eodem libro 7. capite 60.

⁵ Ingenia quoque Asiatica.] Hæc magna ex parte uisque ad versic. Aliique præcipua, sunt Solini cap. 43. aut aliorum computatione 53. quibus adit Poëtas & multos alios excellentes doctrina & ingenio viros: sic enim inquit, *Ingenia Asiatica inclita per gentes fuere.* Poëta Anacreon, inde Mimnermus & Antimachus: deinde Hippoanax, deinde Alcaeus, inter quos etiam Sappho mulier. At historiae conditores Xanthus, Hecateus, Herodotus, cum quibus Ephorus & Theopomphus.

¹ Aliique

deinde Hipponax, & Sappho, atque Alcaeus poëtæ, qui lyricos invenit. Præter hos Xanthus, Hecateus, Herodotus, Ephorus & Theopompus historici, ¹ aliquæ præcipua doctrina viri, illam sempiternæ laudi memoræque commendarunt. ² Fuit præterea Cartheja seu Iulis, parva circa Delon insula, clara ingeniis virisque: ex ea enim Simonides poëta, qui scripsit multa præclare & Bacchylides, dein de Erasistratus medendi arte clarus, cuius plura documenta sunt: atque Aristo Bionis æmulus ex Peripatetica disciplina duxere originem. ³ Nec minus ex Bithynia & Cyrenis, non dispari laude censendi. Ex illa enim Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, Hipparchus & Theodosius. Item Theophanes orator, in causis forensibus versatus egregie, & Asclepiades medicus. ⁴ Ex Cyrenis vero Callimachus, qui elegos scripsit primus, quo tempore Li-

¹ Aliquæ præcipua.] Ut Xenophanes physicus qui poëmata de Sillis fecit, & Polymnastrum in musica doctum, ex eodem Strabone lib. 14. Bias, Pittacus, Cleantes, Anaxagoras & Heraclitus ex Solino ubi supra, & privatum de singulis Diogenes Laërtius.

² Fuit præterea Cartheja seu Iulis.] Hæc usque ad versic. Nec minus, sunt Strabonis lib. 10. Dux vero, inquit, restant, Cartheja scilicet, & quam Iulidem appellant, ad quas reliquatum habitatores concurrunt, Carthejam quidam à Pœæssa, Iulidem vero è Cotissia. Ex Iulide Simonides condendorum auctor carminum, duxit originem, necnon illius ex fratre nepos Bacchylides & postea Erasistratus medicus insignis, & ex Peripateticorum secta philosophorum Aristo, Bionis Borystenensis æmulus.

³ Nec minus ex Bithynia.] Hæc usque ad versic. Ex Cyrenis, sunt ejusdem Strabonis lib. 12. Sed & Hipparchum Bithynium fuisse constat ex Aeliano lib. de Animalibus 7. c. 8.

⁴ Ex Cyrenis vero Callimachus.] Ea urbs, ut Strabe lib. 27. scribit, vires

claræ complices habuit, qui & libertati optime præcessè poterant & imminentibus Barbaris fortiter resistere. Et paulo post sic scribit, Ex Cyrene illustres fuere, Aristippus Socratus, qui Cyrenaicam philosophiam instituit, & Areata ejus filia, que in seculo succedit, & Aristippus filius qui matri succedit, & male dicti Xanthippus cognominatus est, & Anniceris, qui Cyrenaicam seculam videtur emendasse, & Anniceriam ab ea derivasse. Callimachus quoque Cyrenæus est & Eratosthenes, ambo ab Ægypti regibus in honore habiti. Alter poëta simul & grammaticæ studiosus: alter & in his, & in philosophia, & in mathematicis præstantissimus. Hæc Strabo. Quod autem de Livio poëta hic dicitur, non nihil dissidet ab eo, quod scribit Gellius d. libro decimo septimo cap. 21. cum air, Neque diu post Callimachus poëta Cyrenensis Alexandriæ apud Itolemeum Regem celebratus est. Annis deinde postea paulo pluribus, quam ziginti, cum Pœnæ pace facta, Coss. Claudio Centone Appii Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano, primus omnium L. Livius poëta fabulæ docere Romæ cœpit.

*Aliæ
urbes
dicitis
viris
claris.
Simonides.*

re Livius poëta Romæ fabulam dedit: & Aristippus Socratus floruisse dicitur, ¹ cuius filia Arcta tantum ingenio valuit, ut post Aristippum scholas cum laude rexerit, & disciplinas docuerit. ² Præter quas urbes, Tarsus, ³ Alabanda, ⁴ Tyrus, ⁵ Gnidus, ⁶ Rhodus, variis eruditionibus & doctrinis excelluere, præcipuosque & summo ingenio viros eduxere. ⁷ Sed quod est de Simonide dictum, magni exempli

¹ Cujus filia Arcta.] Diogenes in Atistippo. Strabo ubi supra.

² Præter quas urbes, Tarsus.] Strabo libro 14. refert tantum studium Tharsensibus circa philosophiam fuisse & alias disciplinas, quæ in corona versabantur, ut Athenas & Alexandria & alia loca, in quibus scholæ & philosophicæ exercitationes fierent, superarent: Sed & in hoc plurimum excellere, quod hic indigenæ discunt, peregrini vero non multi hac adveniunt. Ex Tarso, ut scribit ibidem Strabo, viri illustres fuere, ex Stoicis, Antipater, Archelaus, & Nestor, & dus Anthenodori: quorum qui Cordylien dilectus est, cum M. Catone vixit, & apud eum mortuus est. Alter vero Sandonis filius, quem à vico quoddam Cananitam dicunt, Cesaris præceptor fuit, & in honore maximo apud illum habitus est. Clarissima præterea hæc urbs fuit eo ipso, quod Paulum Apostolum aluminum habuit, virum unice in religione nostra Christiana memorabilem, ut scribitur Actor. c. 22. in princ. Solinus c. 51. Matrem nubium Tarson vocat, tum ob ejus vetustatem, tum ob excellens in ea urbe studium.

³ Alabanda.] Alabanda (ut scribit lib. 14. idem Strabo) urbs duobus montibus subjœcta est, ita dispositis, ut eis inverse asperatum exhibant, &c. Alabanda homines molles & saffitos habet, & psaltrias multas. Hinc viri memorabiles fuere, duo fratres, oratores, Menecles & Hierocles: item Apollonius & Molon, qui Rhodium migraverunt.

⁴ Tyrus.] Fuit nomen proprium patris Didonis, ut auctor est Justinus

lib. 18. qui ab aliis Belus est. Hæc urbs Maximum Tyrium, Philosophum Platonicum, alumnū habuit. Is de variis quæstionibus ad multas philosophicæ partes pertinentibus, perpetuae orationis composuit Sermones, quos anno 1557. excusit Henricus Stephanus, Typographus.

⁵ Gnidus.] Strabolib. 14. Viri, inquit, è Gnidio memorabiles fuere, primum Eudoxus Mathematicus, Platoni sodalis: postea Agatharchides, Peripateticus, vir historicus, etate nostra Theopompus, Dicrō Cæsari familiaris, & qui apud eum maxime potest. Item Artemidorus ejus filius. Hinc Ctesias fuit, qui Xerxem medicatus est, & res Syriacæ & Persicas conscripsit.

⁶ Rhodus.] Strabolib. 14.

⁷ Sed quid de Simonide.] Cicero libro 1. de Divinatione Simonidis somnium referens, Quid, inquit, illa duo somnia, quæ creberimne commemorantur à Stoicis? Quis tandem potest contemnere unum de Simonide? qui cum ignotum quendam projectum mortuum vidisset, cumque humatusisset, haberetque in animo navim descendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo, quem sepultura affectat: si navigasset, eum naufragio periretur. Itaque Simonidem redisse, perisse ceteros, quā tum nauigassent. Hoc somnium refert etiam Valerius Maximus lib. 1. cap. 7. tit. de Somniis. Hunc etiam Simonidem beneficium salutis à diis accepisse scribit Cicero libro 2. de Oratore ad finem, his verbis: Cum cernaret Cranone in Beffolia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem & nobilem, cecinissetque id carmen, quod int. eum

exempli illius casus fuere, bis monitu divum, partim ruina, partim naufragio erepti. ¹ Asclepiades vero publico fertur præconio, quod phreneticos & mente inuinuita laborantes, concentu sonorum, mirabili experimento ad sanitatem revocarit. ² De Anacreonte inter mira exempla fatum memoratur, & memorabilis illa mors, acino uvæ passæ strangulati: quæ res infirmitatis humanæ nos coquinonefa-^{Ana-}
^{creontis}
^{tus.} cit, fortunæque varietatis, atque imminentium calamitatum, vitæque variis casibus expositæ magna nobis documenta dari.

eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poëta um more, in Castorem scripta & Pollucem suissent, nimis illum fardide Simonidi dixisse, se dimidium ejus ei quod paclus esset, pro illo carnime datum: reliquum à suis Tyndaridis, quos eque laudasset, peteret, si ei videretur. Paulo post esse ferunt nunciatum Simonidi ut prodiret: juvenes stare ad januam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent, surrexisse illum ipsum, prodisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interisse, quos cum humare vellent sui, neque possebant ebritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo quod meminisset, quo eorum loco quisque cubuisse, demonstrator uniuscuiusque sepeliendi suisse. Hactenus re admonitus invenisse fertur, ordinem esse maxime qui memoria lumen afferret. Hactenus Cicero. Valerius Maximus hanc etiam historiam narrat lib. 1. ti-

tul.8. de Miraeulis.

¹ Asclepiades.] Cælius Autelianus Chronicôn lib. 1. cap. 5. Censorinus de die Natali, & Martianus Capella l. 9. c. 6. & diximus in nostris Commentariis Nobilitatis cap. 31.

² De Anacreonte.] Valer. Maximus lib. 9. cap. 12. tit. de Mortibus non vulgaribus, scribit, Anacreonem bis humanæ vitæ modum supergressum, & uvæ passæ succo, tenues & exiles viarium reliquias foventem, unius grani humore pertinacius fauibus inharente, absumptum suisse. Plinius vero libro 7. cap. 8. conceptum hominum & generationem scribens, inquit, Atqui etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis iæsus dente: aut etiam, ut Anacreon poëta, acino uvæ passæ: ut Fabius Senator Prætor, in lactis haustu uno pilo strangulatus. Is demum profecto vitæ aequalance pensitabit, qui semper fragilitatis humanae memor fuerit.

C A P U T VI.

*Quo apparatu, & qua pompa, quantoque omnium studio
olim Romani triumphos agerent: quis ordo servari,
& quæ in triumpho ferri consuerant.*

QUÆ triumphantium pompa & quis ordo fuerit, quantoque omnium studio & apparatu ducibus exercituum, post res feliciter gestas triumphus deferri consuesset, intercise veterum monumentis traditum est. ² In primis fuit observatum, ut qui imperatores rebus bene gestis, post multa facinora militaria, domitis hostibus triumphum poscerent, pacatam provinciam successori in primis traderent, exercituique victorem, & opinium præda, teste inque virtutis & ignaviae cujusque, meritique & innomeriti, Romanam reducerent. ³ Inque ædem Bellonæ extra urbem senatu evocato, ⁴ (neque enim triumphum petenti, urbem inire

T I R A Q U E L L U S.

1 *Que triumphantium pompa.]* De triumphis in universum vide Valerium Maximum lib. 2. c. 3. quod est de jure triumphandi. Plutarch. in Romulo. Sed quibus adde & Dionysium Bæchum omnium primum de Indis triumphasse, elephanto Indico vetum, ut scribit Diod. Sicul. l. 5. c. 2.

2 *In primis fuit observatum.]* Hoc patet ex infinitis Livii locis.

3 *Inque ædem Bellone.]* Livius 3. Decad. lib. 6. ubi de Marcelli triumpho loquitur, & lib. 8. ubi de triumpho Scipionis loquitur, iterumque ubi de triumpho Neronis & Claudi, rufisque lib. 9. ubi de triumpho sive ovatione L. Manlii. Et 4. Dec. lib. 3. ubi de triumpho Cethegi de Insubrib. Et 4. Dec. lib. 2. ubi de triumpho C. Cicerei prætoris, & alibi sape. Adde etiam in ædem Apollinis apud eundem 4. Decad. lib. 7. non multo ante fin. ubi de L. Amylio Regillo, qui classe præfectum Antiochi Regis devicerat. *Extra urbem*, inquit, *in ade A-*

pollinis eum Senatus datus esset, auditis rebus gestis L. Amylio Regilli, quantis cum classibus hostium dimicasset, quot inde naves demersisset aut expisset, magno consensu patrum triumphus navalis est decreitus, & iterum libro 9. post princ. ubi de M. Fulvii Procons. triumpho ex Atolia.

4 *Neque enim triumphum petenti urbem inire fuit erat.]* Cælius inter Epistolas familiares Ciceronis lib. 8. epist. ejusdem lib. 6. totius vero voluminis 140. cum scribit, *Neque enim stulte Appius, qui simulatque Dolabella accepit ad tribunal, introierat in urbem, triumphique postulationem abjecerat.* * Suetonius in Cæsare cap. 18. Plutarch. in eodem Cæsare, & Pompejo & Catone Uticensi, Appianus bellorum Civilium lib. 2. non adeo longe à princ. ubi de Cæsure loquitur.

C O D I R U S.

* *Ingradientes urbem abjiebant Imperium. Iulianus l. ult. de off. Procons. Proconsil portam Romæ ingressus deposit imperium. Cicero ad Atticum lib.*

inire fas erat) de rebus à se gestis magnifice, quæ oppida, quasque provincias bello viciissent, aut quibus cum hostibus signis collatis conflixissent, quæque egregia ipsi fecissent, quotque hostium millia cecidissent, omnia denique belli decora, ordine disserebant: ubi legatos, tribunos militum, centuriones, milites denique exercitus, quo notior testatiorque eorum virtus foret, adesse oportebat, ut meritæ illius virtutis, cui tantus honor debebatur, si quid veri vanique referretur, testes forent. ² Augustus vero Octavius in templo Martis Ultoris, quod in foro suo posuit, senatum de bellis, deque triumphis consuli, utque provincias cum imperio petituri inde ducerentur, in eoque reversi ex provincia triumphorum insignia deponerent, decreto sanctivit: ³ tametsi in Martio campo, & in pratis Flaminii, non semel de triumpho actum inveniamus. Apud Argivos ex Argi-militia reversi duces, cum militum agmine totoque exer-citu, in Charadro extra urbem concilium advocabant: ibique de militaribus donis, quæ cuique deberentur, optimatum consensu decernebant. ⁴ Sæpius tamen absenti duci, quum de rebus gestis egregie, maxime cognitum esset, à senatu decretus triumphus fuit. ⁵ Cumque res bello gestæ, trium-

lib. 7. Epist. 1. Mibi valde placet de triumpho nos moliri aliquid, & extra ur-bem esse cum justissima cauſa. Livius lib. 26. Quinto Fulvio ne minue etur im-perialum, si in urbem venisset, decretivit senatus.

T I R A Q U E L L U S.

1 Ubi.] Totus hic locus sumptus est ex Livio 4. Decad. lib. 1. ad fin. cujus hæc verba sunt, C. Aurelius Cos. cum ex provincia comitiorum causa venisset, questus est L. Furius Prætori, ita trium-phum decreuisse Senatum, ut nullius, nisi ejus, qui triumphatus esset, baud eorum, qui bello interfuerint, verba audiret. Ma-jores ideo instituisse, ut Legati, Trib. mi-litum, Centuriones, milites denique trium-pho adessent, ut virtutes rerum gestarum ejus, cui tantus bonus haberetur, publice viderentur. Ecquem ex eo exercitu, qui

cum Gallis pugnaverit, si non militem, lixam saltem fuisse, quem percunctari posset Senatus, quid veri prætor vanive re-ferret. Scd & idem ejusdem Decad. li-bro 7. loquens de triumpho M. Acilii de Rege Antiocho & Atolis, Milites, inquit, tantum, qui sequerentur currum, defuerunt: alioqui magnificus, & specta-culo, & facie (alias fama) rerum trium-phus fuit.

2 Augustus vero Octavius.] Suetonius in vita illius cap. 29.

3 Tametsi in Martio Campo, & in pratis Flaminii.] De utrisque Livius 1. Decad. libro tertio, ubi de triumpho L. Valerii & M. Horatii agit.

4 Sæpius tamen, &c.] Ad Romanosredit.

5 Cumque res bello gestæ.] Hæc ex sequentibus patebunt.

I Valerio

Absen-tibus
decre-tus
trium-phus.

triumpho dignæ viderentur, prout erant sententiæ, populi
*T. ium-
phi à
populo
dcreti
senatus
aucto-
ritate.*
jussu, patribus auctoribus, triumphum decernebant: aut si
senatus adversaretur, per tribunos ad populum ferri posse,
populumque citra senatus auctoritatem triumphos s̄epe de-
crevisse compertum est. ¹ Valerio & Horatio consulibus,
victis Sabinis & Volscis, quum triumphus negaretur, L.
Icilius tribunus plebis de illorum triumpho ad populum
tulit, qui primi ex scito plebis, nullo decernente senatu,
triumpharunt. ² Et M. Rutilio dictatori de plebe homini,
deditis & victis hostibus, sine patrum auctoritate, solo jussu
populi triumphare licuit. ³ Tametsi plures, quum Romæ
adversante senatu honos negaretur, in Albano honestos
triumphos egisse legamus. ⁴ Primusque M. Papyrius Ma-
so, quum Romæ negaretur, in Albano, ⁵ & alii illius ex-
emplo triumpharunt. ⁶ M. vero Antonio magnæ invidiae
fuit, quod quum deberet Romæ, Alexandriae de Parthis
*Probus
ultimus*
*Cesa-
rum
trium-
phavit.*
triumphavit. quod devictis Ar-
vernis, nullo decernente senatu, elephanto vectus, velut
triumphans totam Italiam pervagarit. Mansitque diu mos
Romæ de domitis nationibus & hostibus bello victis
ulti-

¹ *Valerio & Horatio.*] Id usque ad
versic. Et M. Rutilio, sunt Livii d. 1.
Decad. lib. 1. ubi supra, & Dionysii
Halicarnassæ lib. 2.

² *Et M. Rutilio.*] Idem Livius e-
jusdem 1. Decad. lib. 7.

³ *Tametsi plures.*] Ut retulit ipse
Livius 5. Decad. lib. 5. ex Oratione
M. Servilii, & ex sequentibus quoque
patet.

⁴ *Primusque M. Papyrius Ma-
so.*] Valerius Maximus lib. 3. cap. 6. Plin.
lib. 15. cap. 29. ad fin. sic scribit, *L. Pi-
lo tradit, Papyrium Massonem, qui pri-
mus in monte Albano triumphavit de
Corsis, myro coronatum ludos Circenses
spectare solitus.*

⁵ *Et alii.*] Ut M. Marcellus apud
Plutarch in vita illius, & Livium 3.
Decad. lib. 6. & Plinium Secundum,

siis est, de Viris illustribus c. 14. Et
Q. Minutius apud Livium 4. Dec. 1. 5.
Et C. Cicerejus apud eundem 5. Dec.
lib. 2. & P. Servilius Priscus apud Dio-
nyssium Halicarnassum lib. 6.

⁶ *M. vero Antonio.*] Plutarchus in
vita illius.

⁷ *Et Domitio Ænobarbo.*] Sueton.
in Nerone, cap. 2. *

COLERUS.

* Quod Orosius quoque attestatur,
ubi inquit: *Ideo Domitium Elephante
invectum fuisse, quod Elephantorum ope
dericisset.*

TIRAQUELLUS.

⁸ *Ad Probum usque.*] Hunc enim
triumphasse de Germanis & Blemyis,
venationemque in Circo amplissimam
populo dedisse, scribit Flavius Vopis-
cus in vita illius.

¹ *Quam-*

ultimo Cæsarum triumphus traditur: post quem obliterate virtute militari, quam vigor ille animi desivisset, & imperium deflexisset, nulli Cæsarum triumphasse leguntur:
¹ quamvis alii Belisarii, qui sub Iustiniano meruit corona-
 nam, postremum omnium triumphasse contendant. Fuit
 que maxime cognitum, à condita urbe ad Vespasianum &
 Titum, devictis debellatisque nationibus ab ultimo orbe,
 Romanos per tot secula ² viginti supra trecentos triumphos
 egisse: ³ exque Samnitibus solum, hostibus præalentibus,
 multipli tamen clade affectis & debellatis, quatuor su-
 pra triginta triumphos inisse: ⁴ pluresque de Gallis, quam ^{Rom.}
 de reliquo orbe terrarum, duces Romanos triumphasse. Et ^{de Gal-}
 tametsi Romanis tantum civibus olim triumphus decerne-
 retur, ⁵ uni tamen Cornelio Balbo externo & Gaditano,
 ob devictos Carthaginates, tributum legimus. ⁶ Mirumque
 prodi de Ventidio Basso, qui ductus in triumpho, & mul-
 to, eo processit, ut Romanorum primus felicitate mira de-

Par-

¹ Quamvis alii Belisarii.] Pomponius in vita Fl. Val. Justiniani de Belisarii triumpho sic scribit, Persas, qui transgressis limitibus, Mesopota-
 miā, Cœlesyriā, Syriāque præ-
 dati sunt, Belisarius legatus, ab Au-
 gustō missus, prelio fudit fugavitque.
 Trans Euphratēm alibi cœgit, veteres
 firmarū limites. Jura imperii tuto Ori-
 enti afferat cum victoria redemptem, &
 auro curru triumphantem, Iustinianus
 magna letitia exceptit. Idemque dux
 triumpho insignis, & rebus gestis clarus,
 recuperata Africa, Gelimerum, Vandæ-
 lorū Regem, vinctum catenis Constantiopolim
 visit. Carthaginem fermius,
 quam antea, restituit. Triumphus major
 ac pretiosior Persico fuit, &c.

² Viginti supra trecentos.] Paulus Orosius lib. 7. cap. 6.

³ Exque Semnitibus.] Multos ex his triumphos describit Livius ubique. At is 1. Decad. lib. 7. scribit triumphos ex his plures pene quam annos ab urbe condita.

⁴ Pluresque de Gallia.] Livius 4.

Decad. lib. 8. in Oratione C. Manlii Cos. & Floris Epit. lib. 1. c. 6. de bello Samnitico.

⁵ Unus tamen Cornelio Balbo.] Plinius lib. 5. cap. item 5. & iterum lib. 7. ca-
 pit. 43. & Solinus cap. 42.

⁶ Mirumque prodi de Ventidio Bas-
 so.] Plutarch. & Dion uterque in vita M. Antonii. Valerius Maximus lib. 6. cap. 10. Plinius lib. 7. cap. 43. Trium-
 phare, inquit, P. Ventidion de Parthis
 voluit quidem scilicet, sed eundem in
 triumpho Aesculano Cn. Pompeji Strabo-
 nis duxit puerum: quoniam Massurius
 auctor est, bis in triumpho duxit: Cice-
 ro, milionem castrensem suffaraneum suis-
 se: plurimi, juventam in openi in caliga
 militari tolerasse. Gell. lib. 15. c. 4. Ju-
 venal. sat. 7.

Ventidius quid enim? quid Tullius? an
 ne aliud, quam
 Syrus & occulti miranda potentia fati?
 Servis regna dabunt, captivis fata
 triumphos:
 Felix ille tamen, corvo quoque rario-
 allo.

I. Ful-

Parthis triumpharit. ¹ Fulvius postea Tusculanus, cum & civis & consul Tusculi fuisset, & ad Romanos transi-set, tam feliciter egit, ut Thusculum extra sortem velut provinciam assaequatus, triumphum Romæ de sua patria egerit, eo ipso anno civitate donatus & consul factus. ² M. quoque Perpenna, Græcus homo, postea consul, de Aristonico justissimum Romæ duxit triumphum. ³ Proditus tamen est Fulvius Flaccus tantæ moderationis fuisse, ut decretum sibi triumphi honorem ob modestiam recusarit.

*Qui
trium-
phare
recusa-
rint.*

⁴ Et M. Fabius, quia fratrem bello amiserat, triumpho cef-sisse. ⁵ Tiberius quoque Cæsar de Illyriis parta victoria, triumphare noluit, consternata tunc civitate propter Varianam cladem: ⁶ sicut Marius devictis Theutonis triumphum distulit, conspicatus patriam adventantibus Cimbris laborare. ⁷ Septimius quoque Severus, devictis Parthis,

quum

¹ Fulvius vero Tusculanus.] Plinius d. lib. 7. c. 43. varia Fortunæ exempla describens, sic inquit, *Est & L. Fulvius inter insignia exemplu Tusculanorum rebellantium Consul: eodemque honore, cum transiisset, exornatus confestim à populo Roman. qui solus eisdem annis, quo fuerat his, Romæ triumphavit ex iis, quorum Consul fuerat.*

² M. quoque Perpenna.] Valerius Maximus lib. 3. cap. 4. de his, qui humili loco nati, clari evaserunt. Paulus Orosius lib. 5. cap. 10. Et Eutropius lib. 4. cap. 3. scribunt illum devicto Aristonico apud Straronicem civitatem, Pergami morbo correptum diem obiisse. De quo & Justinus lib. 36. in fine.

³ Proditus tamen est Fulvius Flaccus.] Valer. Maximus libro 2. cap. 3. de jure triumphandi. Quid facias, inquit, Cn. Fulv. Flacco, qui tam expeten-dum alii honorem triumphi, decretum sibi à Senatu ob res bene gestas sprevit ac repudiaris?

⁴ Et M. Fabius.] Dionysius Halicarnassus lib. 9. Liv. 1. Dcc. lib. 2. Itaque Consul, inquit, decernente Sena-tu triumphum, si exercitus sine impera-

to re triumphare possit, pro eximia eo bello opera facile passurum respondit: se familia funesta, Q. Fabii fratris morte, rep. ex parte orba, Consule altero anni, publico privatoque deformem luctu, lau-ream non accepturum. Valerius Maximus libro 5. cap. item 5. de pietate erga fratres, Paulus Orosius lib. 2. c. 5.

⁵ Tiberius quoque Cæsar.] Sueton. in vita illius, c. 17. triumphum ipse distulit, morta civitate, clade Variana. Nil hilonius urbem pretextatus & laurea coronatus intravit: positumque in septis tribunal Senatu astante, consendit: ac medius inter duos Coss. cum Augusto simul sedidit: unde populo consulatato, circum templa deductus est. *

COLERIUS.

* Neque enim ovans, neque curru ingressus est; sed pedes tantum religionis causa, templa deorum obibat.

TIRIQUELLUS.

⁶ Sicut Marius.] Plutarchus in vita illius, & L. Florus Epitome Livii libro 68.

⁷ Septimius quoque Severus.] Alius Spartanus in vita illius. Inde, ait, in Syriam rediit victor, & Parthicum sibi deferentibus Patribus triumphum, idcirco recusa-

quum pedum valetudine laboraret, triumphum recusavit. Igitur decreto triumpho, Romani magistratus & omnes ^{Trium-}
 tribus obviæ, flaminesque purpura, & sacerdotes ac pontifices apiculis velati, laudantes gratantesque, atque viri ^{niç. Romani.} triumphales consularesque, cunctaque nobilitas & senatus in prætexta & laticlavis, tum omnis sexus & ætas frequenter cum conjugibus & liberis in lætitia publica, omnibus denique ordinibus effusis, cum gaudio ad excipiendum vi-senduinque prodibant.¹ Apud Athenienses vero, si quan-do sumini duces rebus feliciter gestis urbem inirent, non modo à magistratibus & omnibus ordinibus frequenter obviam itum est: sed deorum quoque imagines producere obviam, & diem Victoriae consecrare mos erat.² Ingre-dienti deinde, longo ordine, montium, fluminum, oppidorum & urbiu[m] species, quas bello pervicerat, & vi expugnarat, præcedebant. Urbes enim, montes & flu-mina, regionesque, quas imperatores bello domuissent, in triumpho duci, vetusti moris erat: ^{Quæ ante} ³ quare T. Quintius di-
 ètator, Præneste in ditionem accepto, signum Præne-ste bantur.

recusavit, quod consistere in curru affe-
 ctus articulari morbo non posset. Quibus
 adde quod Cicero, cum sibi Senatus
 triumphum decerneret, *Gratus* sibi,
 inquit, fore composita intestina ditione,
 se triumphum *Cæsar*is sequi, ut scribit
 Plutarch. in Ciceron. & Et P. Scipio
 Nasica, à Senatu vir optimus judicatus,
 imperatoris nomen à militibus & ab
 Senatu triumphum recusavit oblatum,
 ut scribit Plin. Secundus, si is est, de
 Vitis illustribus cap. 44.

¹ Apud Athenienses.] Sic enim fecerunt cum Alcibiades ab exilio re-
 verteretur, auctore Plutar. in vita illius.

² Ingredienti deinde longo ordine.] Plinius lib. 2. cap. 5. Et de montibus & fluminibus Cornelius Tacitus l. 2. Germanicus Cæsar ad 7. Cal. Junias triumphavit de Cheruscis Chattisque & Angrivariis, quæque aliae nationes usque ad Albim colunt: recta spolia, capti*vi*, si-

mulachra montium, flumen, priorum:
 bellumque, quia confidere prohibitus erat,
 pro confecto accipiebatur. *

COLERUS.

* Propert. lib. 3. Et titulis oppida
 capta legam. Urbium enim sive oppidi
 rorū captatum nomina singula titu-li indicabant.

TIRAQUELLUS.

³ Quare T. Quintius.] Titus Livius l. Decad. lib. 6. T. Quintius semel acie victor, binis castris levissimum, novem oppidi vi captis, Præneste in ditionem accepto Romanam revertit: triumphansque signum Præneste devictum Fovis Imperatoris in Capitolium tulit. Vide Festum Pompejum lib. 18. ubi de triente lo-quitur.

ste duxit triumphans,¹ & M. Marcellus Syracusas, &² Scipio Asiaticus centum triginta oppidorum simulacra uno triumpho detulit,³ & C. Cæsar Massiliam, Nilum, Rhenum Rhodanumque ex auro, & satum ex ebore. Sæpe etiam præ multitudine oppidorum⁴ effictas turres pro expugnatis urbibus, captarum civitatum simulachra ferentes, in triumpho detulere.⁵ Fertur Sylla quum omnes Asiæ & Græciæ urbes bello domitas in triumpho duxisset, nulla Romanoruim oppida aut civium imagines ducere voluisse:
⁶ Non sic Cæsar: nam imagines Scipionis, Petreji & Catonis inter pompa fercula repræsentavit.⁷ Inter quæ tabellas grandioribus literis inscriptas, cum titulis, in quibus naves captæ, urbes tributo affectæ, servæ, aut vctigales, infidei me acceptæ, oppidaque expugnata, gentes perdonitæ,

Tabel-
le in
triump-
hoso
pre-
latæ.

¹ Et Marcellus.] Negat Valer. Maximus lib. 2. cap. 3. tit. de jure triumphandi, ei decretum fuisse triumphum ob captas Syracusas: quia sine ullo magistratu ad id missus fuerat. Plutarchus vero in vita illius dicit eum triumphasse in Albano monte, ac in urbe ovationem feeisse, quod & ipsum tradit fecisse Livius 3. Decad. lib. 6. & detulisse in triumphum simulachrum Syracusarum.

² Scipio Asiaticus.] Livius 4. Dec. lib. 7. ad fin. Haud ita multo post, inquit, L. Scipio ad urbem venit: qui ne cognomine fratri cederet, Asiaticum se appellari voluit: & in Senatu, & in concione de rebus ab se gestis differuit. Et paucis interjectis, sicciscribit, Triumphauit menœ intercalario pridie Cal. Martias, qui triumphus spectaculo oculorum major quam Africani fratribus ejus fuit. Tulit in triumpho signa militaria 234. oppidorum simulachra 134. &c.

³ Et C. Cæsar.] Massiliam in triumphum à Cæsare portatam fuisse testatur Ciceronis lamentatio lib. offic. 2. his verbis, Itaque vexatis & perditis exteris nationibus, ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam

vidimus, & ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. Id confirmat Philippica 8. Quusque enim Massiliam oppugnabis? ne triumphus quidem finem fecit belli, per quem sublata est urbs ea, sine qua nunquam ex Transalpinis gentibus maiores nostri triumpharunt? Triumphorum C. Julii Cæsaris meminerunt Appianus bellorum Civilium lib. 4. Plutarch. & Tranquillus uterque in C. Cæsare. Sabellius Enneadis 6. lib. 7. & Vellejus Paterculus Histor. Rom. lib. 1.

⁴ Effictas turres.] Nam Strabo scribit lib. 3. in triumphos turres ductas, quas in gratiam triumphantium urbes appellabant.

⁵ Fertur Sylla.] Valerius Maximus lib. 2. cap. 3. de jure triumphandi.

⁶ Non sic Cæsar.] Appianus bellorum Civilium lib. 2. & vide infra.

⁷ Inter quæ.] Hæc maxima ex parte sunt Livii in triumpho Q. Cincinnati ab eo descripti 1. Decad lib. 2. Plut. in vita Romuli, Pauli Amylli & Lu-
culli. Sunt hæc præterea Josephi belli Judaici lib. 7. c. 24. in triumpho Ve-
spasiani & Titi.

niitæ, & reges bello victi continebantur.¹ Tum pugnata in tertium quartumque nidum velut exertis ramis, surgentia, & simulachra bellorum artifici manu elaborata, præserebant: ubi captarum urbium præliorumque effictæ species erant: ubi acies vietas & fugatas, percusso con sternatosque hostes, castellorum excidia, exercitusque intra fusos, urbes populari, ferro ignique vastari, ædificia incendi, mœnia disturbari, claustra revelli, totasque imagines præliorum effictæ, facile erat cernere.² His succedebant spolia hostium, & captiva arma, tum currus spoliis onusti, militariaque signa ex domitis gentibus, non erecta sed inversa.³ Post hæc catapultæ, balistæ, & tormentorum omne genus vi expugnatum, ac belli apparatus, machinæque ad urbium excidia, rostraque navium vi captarum,⁴ navesque rostratae bello victæ, proferebantur.⁵ quare Lucullus longas & rostratas deceim ultra centum in triumpho duxit.⁶ Præterea falcati currus, clypeique insignes & scuta, quibus⁷ L. Papyrius dictator de Samnitibus triumphans forum ornavit: tum lecticæ aureæ,⁸ æneaque vel argentea signa ex devictis gentibus, quorum supra ducenta octoginta, & marmorea fere totidem,⁹ M. Fulvius in triumpho quem de Ætolis & Cephallenia habuit, carpentis vexit.¹⁰ Currusque aurei vel argentei,

¹ Tum pugnata in tertium quartumque nidum.] Id privatim est Josephi ubi supra, & vide supra lib. 5. c. 24.

² His succedebant spolia hostium & captiva arma.] Livius in triumphis M. Fulvii, & Cn. Manlii 4. Decad. libro 9. post princ.

³ Post hæc catapultæ, &c.] Livius in triumpho aut potius Oratione M. Marcelli 3. Decad. lib. 6. & in triumpho M. Fulvii 4. Dec. lib. 9.

⁴ Navesque rostratae.] Ut patet ex seq. exemplo.

⁵ Quare Lucullus.] Plut. in vita illius.

⁶ Præterea falcati currus.] Plutar. ibi.

⁷ L. Papyrius dictator.] Livius 1. Dec. lib. 9.

⁸ Æneaque vel argentea signa.] Cic. in Verrem act 3. P. Serrilius que signa, atque ornamenta ex urbe hostium & virtute capta, bellilege, atque imperatorio iure sustulit, ea populo Rom. apportavit, per triumphum vexit, in tabulas publicas ad ararium prescribenda curavit Livius in triumpho Marcelli, 3. Decad. lib. 6. & in triumpho Q. Flaminii, 4. Dec. lib. 4. & in dicto triumpho Fulvii ejusdem Dec. lib. 9.

⁹ M. Fulvius.] Livius 4. Dec. l. 9. non multo post princip.

¹⁰ Currusq. aurei vel argentei.] Pomponius Latus in triumpho Diocletiani, cum describit magnitudinem imperii Romanæ.

tei, ¹ vasaque aurea & argentea omnis generis, spoliaque civitatum vi captarum: ² tum coronæ aureæ, & urbiū dona, & populorum, quibus à sociis & foedere junctis pro virtute dux donatus fuerat, suo ordine sequebantur, ³ quarum nonnullos supra octingentas & duo millia detulisse comperimus. ⁴ Quodque auri vel argenti facti signatique ex manubiis & urbium spoliis, partim rudibus massis quæsitum foret, id omne deferri in triumpho, & perscriptum in tabulis in ærarium est condi solitum. ⁵ Legimus Scipionem, cui Aphricano fuit cognomen, bello Carthaginensi, ex præda argenti cælati pondo numero quadringenta, & vasorum aureorum pondo ducenta millia: ⁶ Paulumque Æmylium, devicta Macedonia, vasorum aureorum, auri-que & argenti signati tantum detulisse, ut ex illo populus Romanus tributum pendere desierit. ⁷ Quinetiam Hercu-

lis

¹ Vasaque aurea vel argentea.] Idem Pomponius in d. triumpho Diocletiani, & in vita F. Val. Justiniani.

² Tum corona aurea.] L. Marcius (ut Livius 4. Decad. lib. 9. tradit) centum quinquaginta coronas aureas in triumpho tulit, C. Calphurnius Piso Prator de Lusitanis & Celtiberis triumphans 84. Q. Fulz. Flaccus centum viginti quatuor. Scribit & idem Livius 4. Decad. l. 10. L. Æmylium Paulum triumphantem de Liguribus quinque & viginti aureas coronas transtulisse.

³ Quarum.] Scilicet coronarum aurearum. Nam Appianus lib. bello-ruin Civilium 2. tradit Cesarem in suis triumphis tulisse coronas aureas duas, & viginti ac octingentas supra duo millia, quæ quatuor supra decem & quadringentarum amplius viginti-quinque millium librarum pondus excederent, ex quo haud dubie id Alexander accepit.*

C O L E R U S.

* Hx coronæ primitus, ob pauper-tatem, ut scribit Festus, non aureæ sed laureæ fuerunt. Tertullianus: Coronant & publicos ordines laureis publicæ cau-sæ. Magistratus vero insuper aureis, &

Athenis & Roma. Praeseruntur etiam illis Hetruscæ, hoc vocabulum est corona-rum, quæ gemmis & foliis ex auro quer-cinis ob Jovem insignes, ad deducendas tensas cum palmatis tegis sumunt.

T I R A Q U E L L U S.

⁴ Quodque auri vel argenti facti signatique.] Id videre licet in omnibus triumphis, descriptis à Livio Plutarch. & cæteris.

⁵ Legimus Scipionem.] Plinius l. 33. cap. 11. scribit Scipionem Africanum, cum de Poenis triumpharet, 4470. pondo transtulisse. Alter Livius 3. Dec. lib. 10. ad fin. Nam scribit Scipionem tulisse in ærarium argenti pondo centum millia 23.

⁶ Paulumque Æmylium.] Plutarchus in vita illius, Valerius Maximus lib. 4. cap. 3. de Abstinentia & continentia: Plinius lib. 33. cap. 3. Intulit & Æmylius Paulus, Perse rege Macedonico de-victo, predam pondo trium millium: & quo tempore populus Rom. pendere tribu-tum desit.

⁷ Quinetiam Herculis signum.] As-conius Padianus in 3. in Verrem act. Hercule, inquit, signa ante triumphan-tem rehi per urbem solebant.

¹ Tum

lis signum ante triumphantem non raro in pompa vchi solere, ^{Herenu-} ^{lis si-} tum si quid visendum & memorabile, atque aevum ^{gnum} ptiore incognitum, in devicta provincia fuisset, velut rem ^{ante} spectatissinam novo invento una afferri compertum est. ^{trium-}
^{phan-}
^{tem}
^{tum.}
^{prela-}
^{tum.}
² Vespasianus Judæa capti, balsamum nunquam alias visam arborem, & ³ Pompejus victo Mithridate ebnum, priu ostenderunt. ⁴ Eundemque Pompejum tertio triumpho, quem de Asia & Ponto habuit, inter solennia, alveum cum tesserae lusorum è gemmis duabus, magnitudinis miræ, nulla gemmarum ad eam accedente, detulisse: ⁵ & Aurelianum Cæsarem, præter alia spectatissima, tigrides, alces, & camelopardales in triumphi pompa ostendisse, auctores memorant. ⁶ Præter quæ, elephantos ⁷ aut equos in bello captos, ⁸ simul & obsides, qui à foederatis gentibus & sociis datierant, tanquam pacis pignora deduci notatum est. ⁹ Qui mos Syracusanis frequens erat, ut captivos equos in triumpho. ^{Syra-}
^{cusani.}
¹⁰ Elephantos autem Curius Dentatus post Ita-

¹ Tum si quid visendum, &c.] Quod probat exemplis seqq.

bis paulo post.

⁷ Aut equus.] Quod statim etiam exemplo comprobabit.

⁸ Simul & obsides.] Nunq. & Q. Flaminius in suo triumpho obsides multos duxit: & inter hos Demetrium Regis Philippi filium, & Armenem Nabidis Lacedemoniorum tyranni filium, ut tradit Livius 4. Decad. lib. 4. & Eutropius de Gestis Romanorum lib. 4. cap. 1. Pompejus quoque multos obsides in suo triumpho duxit, ut paulo post dicemus.

⁹ Qui mos Syracusanis.] Plutarchus in Nicia paulo ante fin. Ipsi coronati, suisque eleganter exornatis equis, hastis, in urbem redierunt.

¹⁰ Elephantos autem Curius Dentatus] Seneca libro de Brevitate vitæ, cap. 13. ubi tamen deridet eos, qui haec scrutantur. Et Marcellus quoque captis Syracusis octo elephantos, Punicae victoria signum duxit, ut scribit Liv. 3. Dec. l. 6. & vide Plin. l. 8. c. 6.

² Vespasianus.] Plinius lib. 12. c. 25.

³ Pompejus victo Mithridate.] Idem Plinius lib. 12. cap. 4. Solinus cap. 55. aut aliorum computatione 65. Ebnum ex India Romæ Mithridatico triumpho primum Magnus Pompejus exhibuit.

⁴ Eundemque Pompejum.] Plinius lib. 37. cap. 2.

⁵ Et Aurelianum Cæsarem.] Princeps totius orbis Aurelianus (ut scribit Flavius Vopiscus in vita illius) pacatis

per Occidentem Gallicis atque undique, terris, Roman iter flexit, ut Zenobia & Tetrico, hoc est, de Oriente & Occidente triumphum Romanis oculis exhiberet. Triumphantem precesserunt elephantini, seruæ manus ut Lhyce, Palestina diverse ducentæ, quas statim Aurelius privatis donavit, ne fiscum annonis gravaret. Tigrides quatuor, camelopardali, alces, cetera talia per ordinem ducta.

⁶ Præter quæ elephantos.] Ut vide-

Italia victum fugatumque Pyrrhum, quatuor captivos detulit primus.¹ L. quoque Cæcilius Metellus, rebus adversus Pœnos feliciter gestis, primo Punico bello centum & viginti:² & P. Cornelius Nasica triumpho Gallico, præter multa memoranda, equorum gregem bello captorum: &³ Scipio Asiaticus devicto Antiocho, ultra mille & ducentos eburneos dentes:⁴ & Cneus Manlius, devicta Asia, monopodia & abacos, ac triclinia ærata, vesteque stragulam, detulere.⁵ Post hos tubicines multiplici sonoclassicum canentes incedebant, quos longo ordine candidi boves,⁶ taurique auratis cornibus, infulisque & vittis ornati & auro, mox immolandi sequebantur.⁷ Hos comitabantur succinæ adolescentes, aureas argenteasque patinas tenentes.⁸ Quibus succedebant tribuni militum, centuriones, præfecti, equitesque insignes ac pedites victoris

exer-

¹ L. quoque Cæcilius Metellus.] L. Flor. Epit. Livii cap. 19. scribit, Cæcilius Metellum, rebus adversus Pœnos prospere gestis, speciosissimum egisse triumphum, 13. ducibus hostium & centum viginti elephantis in eo ductis. Seneca ubi supra. Plinius lib. 7. cap. 43. & lib. 8. cap. 6. & 1. 18. cap. 3. Et ante hos Dionysius Halicarnassœus lib. 2. loquens de incendio, quod accidit, quando primum Romani cum Pœnis bello conflixtabantur propter Siciliam, scribit L. Cæcilius Metellum, virum Consularem, qui devictis in Sicilia Carthaginensibus, in celebri illo triumpho 130. elephantes traduxerat, posthabito publicæ utilitatis privaro periculo, irrupisse in ardens penetrale, sacraque à virginibus deserata è flammis eripuisse.

² Et P. Corp. Nasica.] Livius 4. Decad. lib. 6. ad fin. scribit, P. Corn. Nasicam Cos. triumphasse de Bojis, & in eo Gallicis carpentis arma, signaque & spolia omnis generis transvexit, & vasæ ænea Gallica: & cum captivis nobilibus equorum quoque gregem traduxisse.

³ Scipio Asiaticus.] Livius 4. Dec. lib. 7. dicit 1231.

⁴ Et Cn. Manlius.] Plinius l. 34. c. 3.

⁵ Post hos tubicines.] Plutarchus in Paulo Amylio, & Juvenalis describens pompas triumphorum sat. 10.

Illinc cornicines, him præcedentia longi Agminis officia, & niveos ad frena Quirites.

⁶ Taurique auratis cornibus.] Pomponius Lætus in Diocletiani triumpho, de Persis ac Assyris, sic scribit, *Hinc fæculorum multitudo, & hos sequebantur tubicines, bellicum clangorem intonantes: deinde boves auratis cornibus, quorum medios vittæ cingebant: necnon & frontibus vittatos ad sacrificium succinæ popæ, hoc est, ministri, agebant.* Servius in libro 2. Georg. Virgilii in eum locum,

— *Et maxima taurus*

Victima. —

Et Plutarchus ubi supra.

⁷ Hos comitabantur succinæ adolescentes.] Plutarchus ibi.

⁸ Quibus succedebant Tribuni.] Id reperies in omnibus pene triumphis ab auctoribus descriptis.

■ Nec

exercitus, qui ob egregia facinora & navatam in bello operam, dona militaria meruissent.¹ Nec non milites, quorum spectatissima virtus in bello fuit, qui ab imperatore, civicis, muralibus, castrenibusve coronis torquibusque aureis, phaleris aut armillis donati erant, insignes militibus donis spoliis armisque fulgentes præibant, sequentibus mox legatis & tribunis legionum in equis.² Tum reges³ & captivi nobiles,⁴ & si qui bello capti insignes forent,⁵ præcipue hostium duces, contra quos indictum fuisse bellum,⁶ ex tanto fastigio dejecti, in vehiculis aut ferculis, cæteri vero catervatim⁷ vinciti catenis in servitii notam, præcedebant.

¹ *Nec non milites.*] Et id quoque. Sed quod hic addes, hi laureati in triumpho procedebant. Livius quintæ Decadis, libro item quinto, in Oratione M. Servilii, Militum quidem propria est causa: qui & ipsi laureati, & quisque donis, quibus donati sunt insignes, triumphum nomine carent, squalue & Imperatoris laudes canentes per urbem incedunt.

² *Tum Reges.*] Plutarchus in Panulo Amylio & Pompejo.

³ *Et captivi nobiles.*] Livius 4. Dec. lib. 3. in triumpho Cn. Cornelii de Gallis & Insubribus, & ejusdem Dec. lib. 7. in triumpho M. Acilii, & lib. 10. in triumpho L. Amylii Pauli Procons. de Liguribus Ingannis, ubi captivi multi Principes ante currum ducti sunt. Josephus de bello Judaico, l. 7. cap. 24. in triumpho Vespasiani & Titii, & Dionysii Haliacarn. l. 8. in triumpho Sicienii. Ex quo & illud Juvenalis sat. 10. de triumpho Marii loquentis,

Quid illo civi tulisset

Natura in terris, quid Roma beatius unquam,

Si circumducto captivorum agmine & omni

Bellorum pompa animam exhalasset opiam?

⁴ *Præcipue hostium duces.*] Livius ubi supra, scilicet 4. Decad. lib. 3. ubi dicit, Almicerem dacem Poenorum

ductum fuisse in triumpho Cn. Cornelii, & d. lib. 7. captivos nobiles, Amylios & tegios duces sex & triginta in triumpho M. Acilii, & eodem libro ad finem, duces regios & purpuratos duos, & triginta in triumpho Scipionis Asiatici, & lib. 9. non multo post princ. septem & viginti duces. Et rursum eo libro, duo & quinquaginta duces hostium ducti ante currum Cn. Manlii.

⁵ *Vincti catenis.*] Hinc illud Propertii lib. 2. eleg. 1.

Aut Region auratis circumdata colla catenis,

Afiaque in sacra currere rufra via.

Statius libro Sylvorum 3. sylva 2. in Propeamptico Metii Celensis,

Aetias Arfonias fugit Cleopatra catenas.

Nec tantum cæteri, sed & Reges & Reginas catenatas duci, ut probatur ex illo Statii loco, & ex eo quod Perseus, Macedonia Rex, ita ductus est à Paulo Amylio apud Livium 5. Dec. lib. 5. & Zenobia Orientis Regina, vincta, triumphata est ab Aureliano, ut auctor est Flavius Vopiscus in vita Aureliani.*

COLE R U S.

* Propertius lib. 3.
Tela fugaci equi, & braccati militis arcus,

Et subter captos arma sedere duces.

bant.¹ Quare Pompejus Magnus regum filios & obsides numero quatuor & triginta supra trecentos prætulisse fertur, inter quos Tigranem, Aristobulum, & Mithridatis filios quinque, filias vero duas.² Causus quoque Cæsar Aphricano triuintho, Jubæ regis filium infantein, qui mox clarus ingenio evasit, ante currum duxit.³ Et cum Catonis, Scipionis & Petreji, aliorumque imagines variis casibus affectas detulisset, Pompeii simulacrum deferri passus non fuit.⁴ Quod si morte obita minime duci valuerint, illorum imagines & simulacra persæpe delata sunt.⁵ Cum enim Scipio devicta Carthagine, Hasdrubalem,⁶ Paulus Æmylius Perseum & filios,⁷ Mariusque Jugurtham regno deturbatos, contra decus regium duxissent captivos in triumpho,⁸ Augustus post bellum Actiacum Alexandrino triumpho, cum Cleopatram ducere nequirit, ipsius imaginem quæ in manu sibi morte in conscientia exanguem detulit. In quo omnes gazas Ptolemaeorum congestas, tantumque auri & pecuniarum invexit, ut precia possessionum venalium exinde duplicitia statuerentur.⁹ Proditumque memoria est, Lucullum triumpho Mithridatico aureum Mithrida-

TIR AQUELLUS.

¹ *Quare Pompejus Magnus.*] Plutarchus in vita illius, tradit eum in triumpho non Tigranein, sed ipsius filium, cum uxore & filia ipsius Regis, & Tigranis uxorem Sosimain, Aristobulum Regem Judæorum, Mithridatis sororem cum quinqueliberis, Scytharum quamplurimas mulieres, Albanorum & Iberorum ac Regis Comagenorum obsides. Pompeji triumphum splendidissimum scribit Appianus in libro, qui *Mithridaticus* inscribitur, ad fin.

² *C. quoque Cæsar.*] Plutarchus in vita illius, Appianus lib. 2. vellorum Civiliuim.

³ *Et cum Catonis.*] Hæc usque ad versic. *Quod si morte,* sunt Appiani ubi supra.

⁴ *Quod si morte obita.*] Id patet ex

sequentibus.

⁵ *Cum enim Scipio.*] Scilicet posterior nepos prioris, ex Europio lib. 4. cap. 3. Et ipse prior Syphacem Massiliorum Regem, ex Polybio libro decimo sexto.

⁶ *Et Paulus Æmylius.*] Livius 5. Decad. lib. 5. Plutarchus in vita illius, Eutropius lib. 4. cap. 1. Adde & quod confessim Anitius in triumphum duxit Gentium Illyriorum Regem cum conjugè & liberis, & Carantanum fratrem Regis, & aliquot nobiles, ut etiam Livius paulo post eodem lib. 5. scribit, & Eutropius ubi supra.

⁷ *Mariusque Jugurtham.*] Plutarchus in vita ipsius Marii.

⁸ *Augustus post bellum Actiacum.*] Plutarchus in vita Antonii.

⁹ *Proditumque est memoria Lucullum.*] Plutarch. in vita Luculli.

¹⁰ *Et*

Mithridatis simulacrum sex pedum, & clypeum ex preciosis gemmis præter alia insignia detulisse: & Pompejum Magnum Pharnacis statuam argenteam, suam vero ex margaritis, & signa aurea tria, & alia myrrhina, coronasque ex gemitis & in margaritis tres & triginta adduxisse: captivosque belli jure vincitos duci noluisse, sed patro more succinatos ire jussit, quos, exacta pompa, regali munificentia liberos donatosque reuulit. Scipio vero Aemilianus expugnata Numantia, nec spolia, nec prædam, nec captivos tulit: quippe cum quicquid esset auri vel argenti, & spoliorum ac preciosissimarum rerum, & demum se ipsos Numantini cæde & incendio absumpserint, nullaque re nisi victoria ipse potitus fuerit. ⁴ Id tamen in triumphali pompa servatum meminimus, ut cum de foro in Capitolium flecteret triumphans, hostium captivos insignes, qui semina discordiarum & belli auctores fuissent, in custodiam detrudi juberet, ut exacta pompa neci darentur: quare cum Adiutorix tetrarcha Galatarum, quod in triumpho Actiaco datus, servato more jugulatus fuisset cum filio, insciente

Augu-

*Hoc illi
capti-
vorum
insig-
niores
in cu-
stodi-
am -
tradi-
bantur.*

¹ Et Pompejum Magnum Pharnacis.] Plinius libro 33. cap. 12. Jam enim, inquit, triumpho Magni Pompeji reperimus translatam Pharnacis, qui primus regnavit in Ponto, argenteam statuam: item Mithridaticis Eupatoris & curris aureos argenteosque.

² Suam vero ex margaritis.] Idem Plinius libro 37. cap. 2. Pompeji luxum reprehendens sic scribit: *Imago Cn. Pompeji e margaritis, illa regis honore grata, illius prolioris venerandique per tuandas gentes, illa inquam ex margaritis severitate vieta & veriore luxurie triumpho.*

³ Captivosque.] Appianus in libro qui Mithridaticus incribitur, non procul à fine, hunc Pompeji Magni triumphum copiosissime describit.

⁴ Id tamen in triumphali pompa servatum.] Id patet ex seq. & ex Josepho lib. 7. cap. 24.

⁵ Quare cum Adiutorix.] Et ab libro 12. in duobus locis. Posterioris loci libuit verba adscribere propter singularem diuorum fratrum inter se amorem. Quare Strabonis verba sunt hæc. *Augustus scilicet Caesar, Adiutorix gem cum uxore ac filio in triumphum duces, illum cum filio maiore statuit interire. Major vero bicerat: sed cum secundus ex fratribus, militibus, qui eum ducebant, se maiorem affirmaret, diu inter ambos contentio fuit, quoisque parentes Dyntento persuaserent, ut juniori cederet, afferentes, cum ipse atate esset proiectior, majorem de matre ac reliquo fratre curam habituimus. Itaque alter cum patre interemptus est: alter vero servatus. Caesar ubi viros interemptos sensit, doluit vehementer. Quare eos, qui servati erant, beneficio & cura proficinus, dignitatem eius impertivit.*

Tra-
 ja-
 nus
 mor-
 tuus
 trium-
 phavit.
 Vejen-
 tium
 ducis
 imago
 repre-
 senta-
 ta per
 senem
 decre-
 pitum
 inter
 solen-
 nia.
 Corona
 trium-
 phantibus
 pra-
 latæ.
 Citha-
 redi
 & ti-
 bicines.
 Deli-
 rus.
 Cice-
 rie &
 Man-
 duci es-
 figies.

Augusto, nimium indoluisse Augustus, & lachrymas effusisse fertur. ¹ Hadrianus quoque triumphum, qui Trajano debebatur, cum morte obita triumphare nequisset, illi defuncto exhibuit: quippe triumphi apparatu præcedente, & omni præda, Trajani imaginem tanquam victoris insignis victoriæ, cuius ipse dux & auctor fuit, in triumphali curru vexit. ² Et quia Romulus patrum memoria captis Vejis, Vejentium ducem senio affectum in triumpho captivum duxit, inde ut inter solemnia decreitus senex, exoletus & excors, qui æmula facie illud mentiretur, puerili bulla ornatus ante currum duceretur, aliquandiu mansit, præcone Sardianum senein proclamante: nam Vejos Sardianorum fuisse coloniam veteres tradidere. ³ Imperatorique triumphanti oleagineis certis ornati aureas coronas præferebant ministri, quæ his qui triumphum meritum procurassent, dari assuerant. ⁴ Unverso mox senatu in albis prætextis juxta currum longe maximum triumphi spectaculum exhibente. ⁵ Tum citharœdorum & tibicinum solertissimi artifices, quos Lydios vocant, canentes psallentesque ibant coronati. ⁶ In quorum medio quispiam pene delirus, qui in conditis jocis ineptire videbatur, in talari veste, fimbriis aureis & armillis ornatus, lasciva gesticulatione usque ad ineptias, risus commovebat. ⁷ Inter quos Ciceriæ effigiem argu-

1 Hadrianus.] Id usque ad versic.
 Et quia est Ælii Spartiani in vita ipsius Hadriani, sic scribentis, Cum triumphum ei Senatus, qui Trajano debitum erat, detulisset, recusavit ipse, atque imaginem Trajani curru triumphali vexit, ut optimus Imperator, ne post mortem quidem triumphi amitteret dignitatem.

2 Et quia Romulus.] Id usque ad versic. Imperatorique triumphanti, est Plutarchi in vita ipsius Romuli.

3 Imperatorique triumphanti.] Hic vide Plinium lib. 33. cap. 1.

4 Aureas coronas.] Festus Pompejus lib. 1. 18. cuius verba afferemus postea.*

COLERUS.

* Dixi supra.

TIRAQUELLUS.

5 Unverso mox senatu.] Ælius Lampridius in Alexander Severo: Post hæc cum ingenti gloria, comitante Senatu, equestri ordine, atque omni populo, &c.

6 Tum citharœdorum & tibicinum.] Dictum est supra.

7 In quorum medio.] Id probatur ex seqq. Sed quod hic Alexander dicit in conditis jocis, Livius 1. Decad. lib. 4. carmina incondita appellat in triumpho Mamerci Æmylii Dictatoris de Vejentibus & Fidenatis.

8 Inter quos Cicerie.] Citerie legendum ex Festo Pompejo lib. 3. Citeria, inquit, appellabatur effigies quadam arguta & loquax ridiculi gratia, que in tempore

argutam,¹ & Manduci, magnis malis ore hianti, cum crepitum dentium,² aut Petrejæ quæ ebriam anum effingebat, non-nunquam adhibuere.³ Tantaque erat apparatus magnificencia, ut cum dies exponendis rebus sufficietura non videretur, plerunque triduum,⁴ nonnunquam dies integros & noctes totas in apparatu pompæ tributos legamus.⁵ Siquidem Æmylius Paulus de rege Persa,⁶ & Q. Flaminius de Macedonia triduo triumpharunt.⁷ Julius Cæsar quater eodem mense,⁸ & divus Augustus tres egit triumphos continuo triduo. Ipse vero triumphans, cui tantus honos dabatur,⁹ curru auro rato

pompa vebi solita sit, in idque allegat Catonem, in M. Cæciliū. Vide infra in verbo, Aut Petrejæ.

I. *Et Manduci.*] Idem Pompejus lib. II. Manduci effigies, ait, *in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas, formidolosasque ire solebat magnis malis a late debiscens, & ingentem dentibus sonitum faciens, de qua Plautus ait in Rudente act. 2. sc. 6.*

Quid si aliquo ad ludos me pro manducata locem?

L. *Quapropter? C. quia pol clare erepito dentium.* Vide in seq.

2. *Aut Petrejæ.*] Idem Festus l. 14. Petrejæ, inquit, vocabatur, quæ pompa precedens in coloniis, ut municipiis, immitabatur anum ebriam, ab agri vitio seilicet petris appellatam. Sed nota quod ex his tribus nullum cooperitur nominatum fuisse triumphis adhibitum, ut hic noster Alexander contendit.

3. *Tantaque erat apparatus magnificencia.*] Id ex sequentibus patet.

4. *Siquidem Æmylius Paulus.*] Liv. 4. Dec. 1. 4. & Plut. in vita ipsius Æmylii.

5. *Et Q. Flaminius.*] Livius in eodem illo libro, & Plutar. in Flaminio.

6. *Julius Cæsar.*] Suetonius in vita illius, cap. 37. & Appianus lib. 2. bellorum Civil. Roman reversus, inquit, Cæsar quatuor interpositis diebus peregit triumphos.*

C O L E R U S.

* Dion lib. 43. quatuor continua diebus Cæsarem triumphasse scribit.

T I R A Q U E L L U S.

7. *Et Divus Augustus.*] Suetonius in vita illius, cap. 22. & Servius ad fin. lib. 8. Æneidos, ibi,

At Cæsar triplici invectione Romane

triumpho.

Mænia, diis Italis votum immortale

sacratabat.

Tres enim, inquit, Augustus habuit

triumphos. Nam primo die triumphavit

exercitus, qui Antonium vicerat. Secun-

do, qui Dalmatas vicerat. Tertio, ipse

Alexandrinus est ingressus triumpho.

8. *Curru aurato.*] Livius 1. Decad.

lib. 10. Appianus in Libyco, Scipionis

triumphum duobus locis describens

in priore sic ait, *Scipio post hæc ex Libya*

in Italianam profectus, universas copias

classe traduxit, Romamque ad tri-

umphum reversus est, quem om̄ium ante se

splendidissimum dicitur egisse. Ejus for-

ma, ut nunc sit, ab illis servata est, sicut

autem ejusmodi. Se tis redimiti omnes,

præcentibus tubis currus spoliis resertos

deducabant. Ferebantur & lignæ turre

captarum urbium simulachra præseren-

tes: scripture, deinde & imagines e-

rum, quas gesſissent. Aurum deinceps

& argentum partim ruditibus massis, par-

tim notis, aut hujusmodi impressum figu-

ris. Coronae præterea, quas virtutis gra-

tia urbes, aut socii, aut exercitus urbi pa-

rentes militibus dedissent. Candidi sub-

inde boves & elephanti illos sequeban-

tur. Post hos Carthaginem ac Nomi-

darum Principes bello capti. Imperato-

rato sublimis, atque ornatu humano augustior, ¹ quatuor insignibus equis, cæteris altior & magnificentior vehebatur, præcedentibus lictoribus, coronatus ² in purpura, cuius insigniis imperii & magistratus quem gerebat: qui ut conspectior videretur, ³ minio illini solebat, exemplo Assyriorum & ⁴ Medorum, apud quos inungi oculos, & faciem pingi, ex Cyri instituto assuetum est. ⁵ Persarum reges heliathe cum adipe leonino, ⁶ & Aethiopum proceres minio colorantur, quo

rem lictores preibant purpureis amicti vestibus, tuncithracorum ac tibiarum turba, ad Hetruscæ similitudinem pompe. His succincti, coronisque aureis redimici, sive quinque ordine canentes psallentesque predibant. Hos Lydios appellant: ut facile crediderim, Hetruscos à Lydiis sumpsisse originem. Horum in medio quispiam talari vesti, fimbriis ac armillis auris splendentibus amictus, gestas varios edebat, hostibusque devictis insultans, risus undique ciebat. Post tubulis & odorum copia Imperatorem circumstetiterat, quem curru deauato, multifariamque notis resulzente, candidi vehebant equi, auream capite gestantes coronam, lapillis ornatam gemmisque. Hic vultus succinctus purpuream, patriomare, aureis intextam syderibus, altera manu eburnenne sceptrum, altera laurum pœferebat, quam Romani vicitricæ insigne profertur. Vehebantur & cunei pueri virginesque, & ad habendas hinc inde cognati juvenes: demum, qui exercitum secuti fuerant, scriptores, ministri, secutis fratre: postremo exercitus in turmas aciesque divisus, currum sequabantur. Milites quoque lauro redimici, laurum manu ferentes, quibus meritorum insignia adjuncta aderant, qui primores hos quidem laudibus ferrent, hos salibus insepararentur, nonnullos infamia notarent. Hec Appianus.

¹ Quatuor insignibus equis.] Vide paulo post & in præced. Hos autem equos triumphantium niveos vocat Tibullus lib. 1. eleg. 7.

At te vicitrices laures Messalagerentem,

Portabat niveis currus eburnus equis.

² In purpura, cum insigniis.] Miror quomodo Alexander insigniis dixerit, non insignibus, cum notum sit omnibus, Bartolum à Laurentio Valla fuisse derisum, in titulo illius libelli de Insigniis & armis. Sed, quod ad rem pertinet, Servius eclog. 10. cuius titulus est Gallus, ibi,

— Quem vidimus ipsi

Sanguineis ebuli bacis minioque rubentem, scribit triumphantes habere omnia Jovis insignia, sceptrum & palmatam togam, qua utebantur illi, qui palmam metebantur. Unde, inquit, ait Juvenal.

— In tunica Jovis.

De quo & nos alibi diximus.

³ Minio illini solebat.] Plinius libro 33. c. 7. tradit, Jovis ipsius simulachri faciem diebus festis minio illini solitam, & triumphantum corpora: sic Camillum triumphisse. Servius ad id, quod proxime diximus, addit, triumphantes faciem illinire de rubrica instar coloris ætherei.

⁴ Et Medorum.] Xenophon Pædiae Cyri lib. 8. ad finein, scribit, Medos habent ornatores, qui & coloribus eos linunt, infiricantque, aliaque decenter aptant.

⁵ Persarum Reges.] Plinius lib. 24. c. 17. scribit, Heliathe cum adipe leonino decocti, addito etoco & palmeo vino, perungi Magos & Persarum Reges, ut fiat corpus asperita jucundum.

⁶ Et Aethiopum proceres.] Plinius libro 3. cap. 7.

quo facie non invenusta, sed pro imperii majestate, forma conspicui fiant. ¹ Scire tamen licet, Romulum cum de Vejentibus triumphavit, sine curru egisse triumphum. ² Primumque Tarquinium Priscum, ut vero plures certioresque tradunt, Valerium Publicolam, quod Thuscos bello vicerat, quadrijugo curru triumphasse. Gestamenque triumphantium apud prius seculum bullam suisse, remediis inditis in ea, quae contra invidiam proficerent. ³ Postea Camillum, quod antea licuit nulli, in triumpho albentibus equis urbem inisse tradunt. Procedente mox tempore, ⁴ Pompejus Magnus triumpho Aphricano, ⁵ & D. Cæsar Gallico, elephantis, ⁶ & Marcus Antonius leonibus ad currum, præter aliorum instituta, triumpharunt. ⁷ Nero autem Cæsar monstrifico invento hermaphroditas equas portenti loco ad currum duxit. ⁸ Heliogabalus majore insa-

¹ Scire tamen licet Romulum.] Plutarchus in vita ipsius Romuli. Contra vero Dionysius Halicarnassus lib. 2. dicit cum in curru triumphasse.

² Primumque Tarquinium Priscum.] Plutarchus in Romulo, & Publicola. Adde autem quod Fabius, avus Fabii illius Maxi. curru trijugo triumphavit, ut auctor est Plutarchus in vita ipsius Fabii Maximi. Poimp. Lexis in Compendio Rom. historiæ, ubi de triumpho & oratione differit.

³ Postea Camillum.] Livius 1. Dec. lib. 5. Plinius Secundus, aut quisquis is est, in libro de viris illustribus, c. 13. Tigres, inquit, decenni obsidione domuit, deque iis triumpharunt. Postmodum criminis datum, quod albis equis triumphasset, & prædam inique divisisset: die dicta, ab Apulejo Tribuno plebis damnatus, Ardeam concessit. Et Plutarch. in vita illius. Verum Servius in 4. Æneid. ibi,

Sola fugantur as comitabor evantes, ita de ea te loquitur, tanquam id perpetuum esset, ut triumphantes quatuor albis equis uterentur. Appianus in Libyco de quatuor equis non scribit, sed simpliciter de equis candidis. Et Apul. apol. 1. idemque, inquit, triumphabilibus

quadrigis. Idem etiam Tibullus loco inuper supra citato.

⁴ Pompejus Magnus.] Plinius lib. 8. cap. 2.

⁵ Et Divus Cæsar.] Suetonius in vita illius, cap. 37. Sed Gordianus Imperator in triumpho quoque suo elephantis vestus est, ut tradit Julius Capitolinus in vita ipsius.

⁶ Et M. Antonius.] Plinius lib. 8. c. 16. ubi de leonibus, sic scribit, Leones ingo subdidit, primusque Roma ad currum junxit M. Antonius, & quidem Cœtili bello, cum dimicatum esset in Pharsalicis campis: non sine quadam ostento temporum, generosè spiritus jugum subire illo prodigo significante.

⁷ Nero autem Cæsar.] Plinius l. 11. cap. 49.

⁸ Heliogabalus.] Fælius Lampridius in vita illius, sic scribit, Canes qua'ernos ingentes junxit ad currum, & sic est veletatus intra domum regiam: idque privatus in agris suis fecit. Procescit in publicum, & quatuor cervis junctis ingentibus. Junxit sibi & leones, Matrem magnam se appellans. Junxit & tigres, Libermann se vicans, eodemque habitu agens, quo dii pinguntur, quos imitabatur.

infania, quaternis canibus, mox tigribus vectatus fuit.

¹ Aurelianus etiam cervis ad currum triunphavit. ² Inter cæteros proditur Sesostris Ægypti rex, regno impotenti insolens, eo ferociæ processisse, ut sorte ductos reges, annis singulis ad currum jungeret: ut ea pompa per omnium ora vectaretur triumphans. ³ Quod non absimile à Tigranis insolentia videtur, qui tanta fuit secordia, ut reges & dynastæ servilia præberent. ⁴ Alexander tamen Severus imperator, cum de Persis triumpharet, non curru triumphali, sed pedibus, sequente curru quatuor elephantorum, palatium ascendit. ⁵ Tarquinius vero Priscus aurea tunica processit ornatus, ⁶ Pompejus chlamyde Magni Alexandri. Ipsos vero triumphantes ⁷ myrto prius (auctore Mafurio) ⁸ mox lauro plexa, & ex laureto, ⁹ quod à Livia

via

¹ Aurelianus.] Flavius Vopiscus in vita illius, *Fuit, inquit, alius currus quatuor cervis junctus, qui sūisse dicitur Regis Gotborum: quo, ut multi memoriae tradiderunt, Cipitolium Aurelianus invectus est, ut illic cæderet cervos, quos cum eadem curru captos vovisse Jovi optimo maximo ferebatur.*

² Inter cæteros proditur Sesostris.] Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1. Plinius lib. 33. cap. 2. Lucanus lib. 10.

*Venit ad occasum mundique extrema Sesostris,
Qui Pharios currus Regum cervicibus egit.*

³ Quod non absimile.] Plutar. in Lu-

cilio.
⁴ Alexander tamen Severus.] Alius Lampridius in vita illius, Parthicum Severi triumphum scribens, ait, *Post hac cum ingenti gloria, comitate Senatu, equestri ordine, atque omni populo, circumfusi undique mulieribus & infantibus, maxime militum conjugibus, pedes palatium consernit, cum retro currus triumphalis à quatuor elephantis trahetur. Levabatur manibus omnium Alexander: vixque illi per horas quatuor ambulare permisum est, undique omnibus clamantibus, Salva Roma, quia salvus es;*

Alexander.

⁵ Tarquinius vero Priscus.] Plinius lib. 33. cap. 3, paulo ante fin. Verri auctoritate.

⁶ Pompejus chlamyde.] Appianus in Mithridatico ad fin.

⁷ Myrtoprius, auctore Mafurio.] Plinius lib. 15. cap. 29.

⁸ Mox lauro.] Idem Plinius eodem lib. 15. cap. 30. eodemque ult. & Gellius lib. 5. cap. 6. cuius hæc verba sunt, *Triumphales coronæ sunt auræ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur Aurum coronarium. Hæ antiquitus ex lauro erant, post fieri ex auro coptæ. Et hoc pertinet illud Virgilii ecloga 8.*

— *Atque hanc sine tempora circum Inter vices bederam tili serpere lauros.*

Et ibi Servius. Et Horatius Carim. 1. 2. Ode 1.

*Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.*

Et vide Servium lib. 6. Aeneid. ibi,

— *Et ramo felicis olive.*

Et quod dicetur in verbo, *Deinde aurea coronari.*

⁹ Quod à Livia Augusta.] Plinius d. lib. 15. cap. 30. Dion in vita Augusti.

¹⁰ Deinde

via Augusta pactum erat, postquam Cæsares imperitarunt: ^{Ex qui-}
^{' deinde aurca coronari institutum ferunt. Ex lauro autem}
^{ideo, vel quod spectatissima ^{in monte Parnasso,} vel}
^{quod fulmine afflari nunquam compertum sit.³ Quam qui-}
^{dem coronam, non ipsos triumphantes gestare, sed ser-}
^{vum in curru eodem, qui supra illius verticem ipsam tene-}
^{ret, post se habere tradunt.⁴ Suspicari licet, vel quod one-}
^{re ferendo triumphantem fatigari minime volebant, vel ut}
^{humanæ fragilitatis menor foret, cum juxta assidere ser-}
^{vum in eodem videret curru, ne per insolentiam nimis sibi}
^{placeret, & triumphatu superbiret. Quam quidem exacto}
^{triumpho ⁵ in gremio Capitolini Iovis locare, ⁶ vel tem-}
^{plis dicare solebant, quod beneficio deorum immortalium}
^{post}
^{triumphum}
^{Iovi}
^{Capit.}
^{vel tē-}
^{de plis d-}
^{cult.}

1 Deinde aurea coronari.] Supra dictum est ibi, *Mox lauro. Sed adde Dionysium Halicarn. & Festum Pompejum lib. 18. ubi triumphales, inquit, coronæ sunt, que Imperatori victori aureæ præferuntur, que temporibus antiquis, propter paupertatem, laureæ erant.*

2 In monte Parnasso.] Plinius lib. 15. cap. 30.

3 Quam quidem coronam.] Ut satis innuit Pompejus nuper citatus, & Plinius lib. 33. cap. 1. his verbis, *& cum corona ex auro Hetrusca sustineretur à tergo, annulus tamen in digito seruens erat, & eque triumphantis, & servi sortasse coronam sustinenterit. Et Juven. qui hunc servum publicum fuisse dicit, sat. 10.*

Quid si vidisset Prætorem in curribus altis

Extantem, & medio sublimem in pulvere Circi

In tunica Iovis, & pīlae Sarranae serventem

Ex humeris aulae atogae, magnæque coronæ

Tantum orbem, quanto cervix non sufficit illa?

Quippe tener sudans hanc publicus, & sibi Consul

Ne placeat, curru servus portatar eodem.

4 Suspicari licet.] Rationem secundam amplectitur Juvenalis ubi supra.

5 In gremio Capitolini Iovis locare.] Seneca in lib. de Consolat. ad Albinam, cap. 10. ubi de Curio Dentato, quem tamen non nominat, loquens, Sed minus beate, inquit, vivebat Dictator noster, qui Samnitum legatos audit, cum vilissimum cibum in foro ipse manus versaret, illa, qua jam saepe hostem percussérat, laureamque in Capitolini Iovis gremio reposuerat. Plinius lib. 15. cap. 30. inquit, Fasces Imperatorum decurvat. Ex his in gremio Iovis optimi maximi deponitur, quoties latitiam nova gloria attulit. Alter Plinius Junior in Panegyrico, Allata erat ix Pannonia laurea, id agentibus diis, ut invicti Imperatoris exortum victorie insigne decoraret. Hanc Imperator Nerva in gremio Iovis collocarat. Et rursus, Nec quia vel pater tibi triumphalis, vel adoptionis die dicata Capitolino Iovi laurus idecirco ex occasione omni quisit triumphos. Dion de Domitiani triumphis, *De Sarmatis*, inquit, lauream Capitolino Iovi retulit. Et Pacatus in Panegyrico Theodosii, Depositis in gremio Capitolini Iovis lauris, triumphales viri rusticabantur.

6 Vel temporis dicare.] Plinius lib. 6. cap. 4.

de hostibus triumphare contigisset. Sunt tamen auctores, in altera triumphantis manu laurum, ¹ in altera teneri sceptrum, dum triumphali vehitur curru. In equis vero triumphantium, ² ingenui pueri, aut virgines nondum adultæ, proxima cognatione junctæ, ad habenas cognati & affines ³ in veste candida, ⁴ juxta latera scribæ & ministri, qui ducem sequuti, comites expeditionis fuerant, comitabantur. ⁵ Interim per vias effusi omnis sexus & ætas, in communis gaudio flores jacere, & passim diis libare, alii victimas cædere, undique thuris & odorum copia exhalante.

Qui currum sequebantur. ⁶ Post currum vero captivi, servitute exempti, & libertate donati, sequebantur, omnes capitibus rasis & pileati, quasi effugisse servitii tempestatem viderentur. ⁷ Quare Titi Flaminii currum, qui de Macedonia & Nabide triumphavit, Romanorum supra duo millia captivorum, qui bello capti ab Hannibale divenditi fuerant, quos per universam Græciam conquisitos redemerat, liberi postliminio capitibus

¹ In altera teneri sceptrum.] Id enim inter cætera triumphantium in signia ponit Servius enarrans illud Virgilii, quod supra eodem capite retulimus. Et plane indicat Juvenalis Sat. 10. non longe à prin.

Danunc & volucrem, sceptro qui sur-
gat eburno.

Ubi interpres Georg. Valla, *Volucrem, aquilam, que in sceptri eburnei vertice confedit.* Nam & Dionysius Halicarn. lib. 5. loquens de triumpho Menenii Agrippa, scribit triumphantes sceptrum gestare: ovantes vero minime.

² *Ingenni pueri aut virgines.*] Appianus in Libyco. Jul. Capitolinus in vita Marci Antonini.

³ *In veste candida.*] Ad quod potest videri allusisse illud Martialis lib. 8. epig. 6. 4. ad Domitianum.

Hic lauro cedonia ita comes, & candida
cultu

Roma salutavit voce, manuque ducem.
Orande leci meritum, testantur & alte-
ra dene,

Stat facer edomitis gentibus arcus o-
vans.

⁴ *Iuxta latera scribæ & ministri.*] Appianus in Libyco.

⁵ *Interim per vias.*] Idem Appianus loco, quem supra ciravimus.

⁶ *Post currum vero captivi servitute*
exempti.] Quod videre licet ex Valerio Maximo lib. 5. cap. 2. de Gratis, ubi de Terentio Culeone loquitur, qui Scipionis Africani superioris currum triumphantis, quia captus à Carthaginensibus & ab eo recuperatus fuerat, pileum capite gerens, secutus est.

⁷ *Quare Titi Flaminii.*] Plutarchus in vita illius. Valerius Maximus d. lib. c. 2. dicit id contigisse Flaminio non cum de Nabide, sed cum de Philippo Rege triumpharet. Et de hoc quoque loquens Livius 4. Decad. lib. 4. *Præ-*
buerunt, inquit, speciem triumpho capi-
tibus rasis secuti, qui servitute exempti
fuerant. Idem scribit Eutropius de Ge-
stis Rom. lib. 4. cap. 1.

bus rasis sequuti sunt.¹ Et Cneo Cornelio, qui de Insubribus & Cenomanis triumphavit, turba Cremonensium Placentinorumque colonorum, ab eo obsidione & servitute exempti, pileati post currum incessere. Proditum tamen in memoriae est,² Lucio Furio, qui in prætura de Gallis triumphavit, nec captivos præcessisse, nec spolia prælata, nec milites sequutos. ³ Marcumque Acilium de Antiocho & Ætolis sine militibus triumphasse, & sine exercitu. ⁴ Fuere tamen qui traderent, tribunos præfectosque legionum, centuriones & legatos, equis aut carpento insidentes, interdui pedibus, in pompa triumphali currum prosequutos: ⁵ nam Tiberium triumphante legati legionum cum triumphalibus ornamenti sequuti fuere. ⁶ Et Messalina post Claudi Cæsaris currum carpento vecta fuit. ⁷ Et Aurelianus Cæsar Zenobiam vincitam aureis catenis carpento duxit. ⁸ Post hæc viætrices legiones, militesque victoris excercitus armati, ac divisi in turmas, pleni fortunaru[m] gloriæque cum jocorum lascivia,⁹ & carmine triumphali, ludibundi, & spoliis ornati,¹⁰ verba & inconditos versus in tem.

¹ Et Cn. Cornelio.] Livius 4. Decad. lib. 3.

² L. Furio.] Livius 4. Decad. lib. 1. non multo ante fin. & diximus supra.

³ Marcumque Acilium.] Idem Livius 4. Decad. lib. 7.

⁴ Fuere tamen qui traderent.] Quod probat ex sequentibus.

⁵ Nam Tiberium.] Suetonius in vita illius, cap. 20. A Germania, inquit, in urbem post biennium regressus, triumphum, quem disulerat, egit, prosequentiibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenti impetrarat.

⁶ Et Messalina.] Idem in vita Claudi, cap. 17.

⁷ Et Aurelianus Cæsar.] Flavius Vopiscus in vita illius, Incedebat, inquit, Zenobia ornata gemmis, catenis aureis, quas alii susserant. Trebellius autem Pollio in Zenobia, paulo diversius historiam hanc scribens, ait, Ducta est igitur Zenobia per triumphum ea specie,

ut nihil pompabilius populo Romano videatur, jam primum ornata gemmis ingentibus, ita ut ornamentorum onere laboraret. Fertur enim mulier fortissima & p[ro]fissime retulisse, cum diceret se gemmarum onera ferre non posse. Vincti erant pedes auro, manus etiam catenis aureis: nec collo aureum vinculum deerat, quod scurra Persicus præserebat.

⁸ Post hæc viætrices.] Iam satis dictum est supra.

⁹ Carmine triumphali.] Livius 5. Decad. lib. 5. in triumpho Acilii, & Appianus in Libyco. Huic sententia ad tipulatur Martialis l. 1. epigram. 5. ad Cæarem,

Confuerere jocos vestri quoque ferre triumphi:

Materiam dictis nec pudet esse ducem.

¹⁰ Verba & inconditos versus.] Supradictum est de inconditis jocis & carminibus, quibus adde, quod scribit

in triumphante militari modo jactantes, sequebantur.
¹ Quare Camillus, Romulus, & parens patriæ, ac conditor urbis: ² sicut Marius Cimbrico triumpho, tertius conditor appellatus est, ³ & Cæsar inter militares jocos à Nicomedè subactus, & inœchus Gallus, Lapsana quoque se vixisse apud Dyrrachium, milites in Cæsarem inter jocos cavillati fuere. ⁴ M. vero Manlium in triumpho, quem de Gallogracis habuit, milites inter jocos velut nimis indulgentem & ambitionis taxavere. ⁵ Dumque per urbem pompa & tantus ordo procedit, per vias perque omnes aditus & deorum templorum patentia passim tricliniis stratis, omnium generum, ætatum & ordinum effusa multitudo inter vota precesque ad aras diis libabant, hostias maestabant, grates diis agebant, conceptaque lætitiam, cantu & carmine, ac lætis acclimationibus significabant: donec cum omni apparatu,

Dionysius Halicarnassæus lib. 7. paulo ante fin. his verbis, *Hi serias illas satiationes ridicule imitabantur, depravantes per ludibrium, quibus lusibus satyricis salibusque jam inde à priscis seculis deleatos Romanos apparebat è triumphis etiam. Permittitur enim victores deducentibus, Jambos & dictoria jaccere in Imperatores clarissimos, quemadmodum Athenis solebant pompam in plaustris ducentes, scommatibus obvios impetere: nunc autem extemporalibus utuntur verisiculis.*

¹ Quare Camillus.] Plutarchus in vita illius. Livius 1. Decad. lib. 5. *Dictator, Camillus, recuperata ex hostibus patriæ, triumphans in urbem reddit: interque jocos militares, quos inconditos jacunt, Romulus, ac parens patriæ, conditorque alter urbis, haud vanis laudibus appellabatur. Et iterum libro 7. in prin.*

² Sicut Marius.] Plutarchus in Mario, Popilius, inquit, præfertim tertium Romæ instauratorem Marium appellabat, quod non minori discriminē tunc Romanū servavisset, quam Gallico bello. Itaque læti omnes Romani

cum filiis atque uxoribus Mario & diis domi libabant.

³ Et Cæsar.] Suetonius in vita illius, cap. 49. sic scribit, *Gallico denique triumpho milites ejus inter cætera carmina; qualia curiis pœnæque joculariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronunciaverunt,*

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem,

Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias,

Nicomedes nunc triumphat, qui subegit Cæsarem.

⁴ M. vero Manlium.] Livius 4. Decad. lib. 9. non multò post princ. Multi, inquit, omnium ordinum donati militibus donis, currum secuti sunt: carinaque à militibus ea in Imperatorem dicta, ut facile appareret in ducem indulgentem ambitionisque ea dici, triumphum esse militari magis favore, quam populari celebrem.

⁵ Dumque per urbem pompa, &c.] Id dictum est. Præterea Pomponius Lætus magnitudinem imperii Rom. scribens, hunc triumphantium morem graphicè tradit.

euinq[ue] his militariis jocis per medianum urbem & Vela-
brum, perque Sacram viam lati & ovantes in Capito-
lium ascenderent, ubi tauros in pompa ductos in Jovis
optimi maximi templo immolabat, quos priusquam de
nec hostium ducis certissimis constaret argumentis,
triumphantem minime immolare debere, multi arbitrati
sunt. Epulum post hac magnificissimum, & laetum
omini apparatus genere, ubertatis amplissimisque obsoniis
ac sumptu magnifico publice dabatur, in quo turcos & mu-
rænas inter obsonia apparari, & vina præcipua, atque un-
guenta minio delibera exhiberi consuerant. Quare divus D.
Caesar inerto celebratur, qui Aphricano triumpho, præter
obsonia apparatissima, uno die in duabus & viginti milli-
bus tricliniorum instructis, patatisque mensis epulum re-
gali magnificencia, ad vini Faletni amphoras centum &
Chii cados centum populo dedisse fertur, ubi sex muræ-
narum millia vina ecceha exhibavit. Tiberius quoque mille
mensis prandium paravit. Ad illud etiam consules invi-
tari, mox ne venirent rogari solebant, scilicet ne quis ma-

ori tota in armillis accepit. [Per medium urbem & Vela-
brum.] Suetonius in Cæsare, cap. 37. Gallie
triumphi die Velastrum præservebant, penecurru et cœsus est, axe defacto.

[In Capitoliū ascenderent.] Suetonius
ubi supra proxime. Josephus
belli. Iudicii lib. 7. cap. 24. in descri-
ptione triumpfi celeberrimi Vespas-
& Titi.

[Ubi tauri.] Servius in lib. 9. Ac-
nebos, ibi.

Erat statum ante aras. Pomponius
Lætus ubi supra.

[Quos priusquam.] Josephus ubi
supra, sic scilicet, pompa finis fuit Ca-
pitoliū Iovis templum, quo postquam
venutum est, constitere. Erat autem
vetus mos patiūs operiri donec ducis
hostium morte in quispiam nunciatet.
Is erat Simon Gjor, tunc inter capti-
vos in pompa traductus: laqueo vero
circundatus per sorum trahebatur, quo
cum simul excederent, qui ducebant.

Postquam igitur eum suam vita ha-
bere nunciatum est, omniumque favor
secutus est, tunc hostias inchoavere:
hisque secundo per vota solennia omi-
ne peractis, in palarium recessere.

[Epulum.] Columella lib. 9. Et de
triumphantium epulo Posidoniis 1. 2.
historiarum, & ex eo Atheneus lib. 4.
c. 15. & lib. 5. c. 15. codemque ult. Ex
quibus præterea intelliges, id convi-
vium fieri solitum in templo Herculis.

[Quare divus Cæsar.] Suetonius
in vita illius, cap. 38. Plutar. in vita il-
lii. Plinius lib. 14. cap. 15.

[Sex murænarum millia.] Plinius
libro nono, cap. 55.

[Tiberius quoque.] Suetonius in vi-
ta illius, c. 20. Prandium, inquit, dein
populo mille mensis, & congariū trice-
nos nummos virisim dedit.

[Ad illud etiam Coss.] Hæc usque
ad versic. Interdum vero, sunt ex Plut.
problem. 80.

jur triumphante honorem qui illi debebatur; præsiperet, utque locus honestissimus triumphanti, cui tantus honos habitus est, daretur, ut illum à cœna omissis ordo & ætas officii causa domum sine offensione reduceret, quæ præsentibus consulibus alteri tribui non decebat. Interdum vero notatum est, epulas, extructasque mensas, ante domos in promiscuo usu rerum omnium vicitribus legionibus, quo agmine triumphantem sequebantur, exhibitas fuisse. Et post triumphum, ut gratia esset cumulationis, aurum coronarium ex viciis bello gentibus, concessam vitam, imperatori dari: quod quidem, nisi triumpho recepto, præstari non decebat, pro eo quod pro corona triumphi & sociis & bello viciis gentibus quasi vestigia dabatur, quod Hadrianus primo Italæ remisit, & in proximus minuit. Deinde vero Alexander Severus, una cum negotiatorio, populo illud dono dedit. Togas quoque & sagula, æraque & doria multiplicia, singulis militibus pro meritis ab imperatore elargiri. In quo id servatum est in triumpho.

¹ Interdum vero notatum est, epulas, &c. Nam Cæsar in suis triumphis adjectit epulum & viscerationem apud Suetonium in vita ipsius, cap. 38. Id que solum fieri in triumphis tradit Columella lib. 9. ² Aurum coronarium. Id jam supra dictum est ex Gellio lib. 5. cap. 6. atque videre licet ex Servio libro 8. Aeneidos ad fin. ibi.

Dona recognoscit populorum apudque superbiis.

Aurum, inquit, coronarium dicit, quod hodie à viciis gentibus datur. Imponebat autem hoc Imperatores propter concessam vitam. Et de hujusmodi auro coronario, meminit Cicero in Oratione in Pisonem, Mitto aurum coronarium, quod decerni & accipi retat, nisi Imperatoribus ex provincia decadentibus ad dicorandum triumphum. Prater hos, vide l. Judiciorum. C. de Judicis, & l. C. de auro coronario, & Spartianum in

Hadriano, Capitolinum in Antonino Piô, Lampridium in Alexandro Sevoro, Ammianum Marcellinum libro 2. & Dionem lib. 49.

³ Quod quidem nisi triumpho recet pro. Quod patet ex eo quod confessum subdit de Hadriano.

⁴ Quod Hadrianus primo.

Spartianus in vita illius.

⁵ Deinde vero Alexander Severus.

Alius Lampridius in vita illius.

⁶ Et sagula. Titus Livius i. Decad. lib. 10. in triumpho Q. Fabii scribit, Data ex preda militibus aris octogeni bini, sagaque & tunica, premia illa tempestate militie bandquaquam spernenda. Verum ista latius, & suo loco explicantur.

⁷ Et aeneaque. Ut in triumpho Pompeji apud Plutar. in vita illius.

⁸ In quo id servatum est. Et id quidem factum fuisse in triumpho Q. Flaminii de Macedonia & Nabido refert Livius q. Decad. lib. 4. Atque etiam in triumpho

Vatum est, ut quod pediti, duplex centurioni, triplex equiti daretur, una cum stipendio militari & frumento duplaci: tribuno vero, multo magis. Anni adversumque & illud est, imperatorem, cui belli summa commissa fuit, decreto jani triumpho, antequam urbem iniret, saepe tribunos, praefectos, equites, centurionesque ob fortia facinora militaribus donis in primis ornasse, & benemeritis premia largitum esse: ipsosque cum donis & insigniis militaribus in pompa triumphi praecedere triumphantem, nonnunquam sequi consueresse. ¹ Præterque assuetos honores, vel locum in Circo ad spectandum cum laurea & sella curuli inter viros triumphales consularesque sibi & posteris, ² vel ut in veste triumphali ludos spectaret, arcumque marino-reum, ³ nonnunquam statuam in Foro pedestrem aut equestrem, ampliore sumptu cum decretis & titulis honorum, in Comitio, in Rostris, in Foro, in Palatio, in Capitolio, ⁴ aut in cella Jovis (qui rarissimus honor contigit) senatuin

& po-

triumpho P. Scipionis Nasicae ejusdem Decad. lib. 6. Et in triumpho Scipionis Asiatici ejusdem Decad. lib. 7. ad finem. Et in triumpho M. Fulvii Flacci libro ejusdem Decad. 10. Et in triumpho Q. Fulvii ex Liguribus non multo post, ad fin. ejusdem lib. 10. Et triumpho Tiberii Sempronii Gracchi. Et in triumpho C. Claudii Pulchri. 5. Decad. lib. 1. & in triumpho Pauli Aemyliae 5. Decad. lib. 5. & Anitii ibid. At idem 4. Decad. lib. 3. dicit in duobus triumphis Cu. Cornelii de Insubribus & Cenomanis, & Q. Minutii de Liguribus & Bojis, septuagenos annis militibus divisos: duplex equiti, triplex centurioni. Et eodem libro tertio, in triumpho Marcelli in pedites singulos, datos octingentos annis, triplex equiti centurionique. Sed & illo eodem Decad. lib. 4. tradit in triumpho M. Portii Catonis ex Hispania militibus ex præda divisos fuisse in singulos ducentos septuagenos annis, triplex equiti, nec quicquam loquitur de centurionibus: uti similiter 5. Decad. lib. 5. scribit, de-

vista Macedonia, ex præda 400. denarios in equitem, & ducentos fuisse pedestibus divisos, nec de centurionibus loquitur.

¹ Præterque assuetos honores, vel locum in circu.] Livius 1. Decad. lib. 2. ubi id scribit tributum fuisse M. Valerio Dictatori post triumphum posteriorque ipsius. Hæc enim sunt verba illius, *Super solitos honores locus in circu ipsi, posteriorque ad spectaculum datum, sella in eo loco curulis posita.*

² Vel in veste triumphali.] Id enim fuisse concessum L. Paulo Aemilio tradit Plinius, aut quisquis est, qui illum elegantissimum librurn edidit de Viris illustribus, cap. 54.

³ Nonnunquam statuam.] Sic Q. Martio Tremulo statua equestris decreta est in foro, apud Livium 1. Decad. lib. 9. paulo ante fin. Cujus hæc verba sunt, *Martius de Hernicis triumphans in urbem rediit: statuaque equestris in foro decreta est, quæ ante templum Castoris posita est.*

⁴ Aut in cella Jovis.] Unde id accepit.

& populum triumphantis, aliaque insignia virtutum dona honores dedisse.

cepit nescio. Illud autem scio, triumphantes plerunque sibi solere inducere tunicam Iovis, ut tradit Servius in eclog. ro. Virgilii, quam ex templo Iovis sumebant, ex Livio r. Dec. l. 10. ubi sic scribit, *Qui Iovis Opt. Maximi ornatus decoratus, curru curato per urbem vectus in Capitolium ascenderit.* Ex quo illud Juvenalis satyra decima in prin. *Quid si vidisset Prætorem in curribus altis*

Extantem, & medio sublimem in pulvere Circi;

In tunica Jovis.

De hac autem re ita loquuntur Lampridius in Alexandro Sevfo, & Cappitolinus in Gordianis, ut videri possit, hujusmodi tunicas, scilicet praetextam, pictam togam, & palmaram, non nisi ex templo Iovis etiama Imperatores, & quovis alias sibi sumere consuefisse, non etiam privatos habuisse.

C A P U T . VII.

*Responsum Raphaëli Volaterrano, quare legum & causa-
rum studio intermisso in his mitioribus
studiis oblectaremur.*

QUærebat aliquando ex me, dum Romæ agerem, Raphaël Volaterranus, vir insignis doctrinæ & virtutis, cui ad mores emendatissimos, gravitas libero homine digna, non modicam accessionem faciebat, quid causæ foret, quod cum causarum patrociniis & foro usque à pueritia essem addictus, illis posthabitatis, & quasi forensibus negotiis prætermisssis, in his studiis mitioribus ita me oblectarem, ut causarum patrociniis bellum indixisse videbor. Cui hoc causæ referebam, quod leges quæ ad communem utilitatem editæ, studio & labore maximo quæsitæ & meditatæ nobis forent, neque ab his qui jura darent coliri, neque perinde ut oporteret, præcipi viderem, doleremque juri dicundo illos plerunque præsidere, qui eas vel turpiter ignorarent, vel per gratiam & fôrdes facile corrumphi sînerent; & quibus servandarum legum præcipua imminet curia, hi maxime legum scita contemnerent: quibus rebus effici, ut tot scita & decreta veterum monumentis nobis tradita, maximisque ingenii elaborata, & tam pensiculatæ expensa, unus homunculus nequissimus audacissimusque ignarus legum, judiciorum & fori, qui magistratui præcesset,

esset, non salubri temperamento, nec disceptatione ac iudicio, sed ausu temerario & cinni jure neglecto, ad suam libidinem per scelus & nequitiam everteret. Horum non minima exempla dicebam fore ea, quæ duduim experti vidiimus. Nuper cum Romæ custodias cognoscerem, operæ premium fuit videre, quæ rerum miracula, monstris & portentis similia, ac dictu fastidienda, quæve turpitudines ad aliquorum libidinem admitterentur contra jus fasque, siquidem sacerdotem quempiam in his nocti sumus, gravem & sanctum virum, vita & moribus ornatissimum, hominem profecto honestæ & magnæ laudis, diu tenebris & carcere maceratum, indignissimam fortunam subire coactum, pro eo quod pecuniam sibi traditam ab eo, qui illam furto subtraxerat, ut vero domino restitueretur, illius jussu mandatoque restituerat, suppresso auctore: ipsumque quæstionibus subdi vidiimus, & tormentis vexari, ut illum, qui conscientia culpæ, & spe venie adductus, abstulisse confessus fuerat, palam faceret, delinquentisque delicta, quæ ille pœnitens culpæ dixerat, enunciaret: quo discrimine adactus pauper senior, confitentis peccatum & delinquentem enunciare coactus fuit, quod quidem scripto jure vetitum, sanctionibusque & decretis interdictum esse constat. Rursus alium immani scelere cooperatum, hominem impurissimum turpissimumque, qui maximorum criminum reus, testibus, tabulis, testimoniosis, & certissimis documentis convictus fuerat, quæ nec ipse gloriaribundus diffitebatur, qui que legum judiciorumque pœnis sævissime coercendus erat, ab eisdem ergastulis, sola præsidentis temeritate nullo negocio dimitti & liberari, aliasque audacias & turpitudines, ne dicam sclera indigna auditu profatuque, quæ vix credenti non modo enunciata, sed visa & comperta fuere. Jason Mataßalanus, & Ludovicus Matha, cum sacerdotalibus quibus fungebantur muneribus cedere nollent, quæsitis occasionibus ad inimicorum libidinem, tetro carcere usque eo tenti fuere,

donec illorum arbitrio singulis ornamentis, fama, & fortunis omnibus exturbati, quoad illis liberet, excruciat sunt, non vero judicio, sed præsidentis sola temeritate & libidine: ne prosequar viros vitæ inculpatissimæ, summa integritate & fide, falsis criminibus circumventos ab impotentibus inimicis miseros & laborantes, in quos graviter crudeliterque consultum vidiimus, vel ut afflictas fortunas invaderent, ipsosque de possessione & antiquissimis sedibus deturbarent, vel ut invidorum libidini obtemperarent: aliaque in miseros edita exempla, nulla pietate in supplices & calamitosos, eosque innoxios turpibus judiciis conflictari, & usque premi ab his, qui gratia & opibus plus possunt pollentque: alios vero auctores manifesti facinoris, ne appellari quidein. Quæ cum viderein, patronisque contra viam potentiorum aut gratiam nihil præsidii esse, nihil opis, frustra nos in legum controversiis, & ediscendis tot casuum varietatibus tam pensiculate editis, tantum laboris & vigiliarum suscipere, tantoque nos studio fatigari dicebam, cum ad ignavissimi impurissimique cuiusque temeritatem, qui juri dicundo præsideret, quem leges virum bonum esse volunt, non æquo jure, sed ad gratiam & libidinem judicia ferri, decretaque legum tanto consilio edita, convelli & labefactari viderein.

T I R A Q U E L L U S.

Hoc caput nullis indiget Commentariis.

C A P U T VIII.

Quæ sit Bona dea, & quæ à veteribus illi sacra fierent, quidve Rubigalia, Floralia & Vinalia forent.

INTER eos quibus ista indagare curæ fuit, sæpe quæsumum est, quæ sit Bona dea, cuius numen tantopere coli à Romanis legimus: quod sacrum à principio originum inchoa-

T I R A Q U E L L U S. | vide Macrobius lib. I. Saturnalium
I [Quæ sit Bona dea.] Hic omnino | cap. 12.

choatum, dum imperium stetit, incredibili cæremonia celebatur. Multi putavere Floram, Bonam deam esse, quæ Flavii seu Fauni quondam uxor, vino madens, ¹ myrtleis flagris à viro cæsa, postea cum facti pœniteret, & ipsius desiderio tabesceret, divinis honoribus coli cœpta fuit: in cuius ædem licet florum omne genus importent, myrtum tamen inferre non decebat, in memoriam veteris mulætæ, ² sicut in Tenedo tibicinem adire Tenis templum, aut Achillis mentionem facere ob veteris ignomiiniæ memoriam vetabatur. Et apud Rhodios præconein accedere ad Occidionis templum, interdictum erat. ³ Quidam Græcorum ex Liberi matribus illam effinxere: alii Medeam, plerique Semelem, multi Proserpinam putant: ⁴ Romani Dryada Fauni uxorem, ⁵ cujus ne nomen quidem vi-

ros

¹ Myrtleis flagris.] Plutar. problem. cap. 19. Quid est, quod Flora, quam Bonam deam nominant, omni fiorum genere templum exornantes mulieres, domum myrtos non importent: prasertim cum ambitiosius cunctis germinum ac florum varietatibus uti soleant? An illud est quod à fabulatibus dicitur, Floram Flavii divinatris uxorem fuisse, quæ cum vino clangulum uberiori uteretur, deprehensam myrtleis virginis ac flagris à viro cæsam fuisse, dicitur inde factum esse, ut myrtus in ejus ædem non inferatur? Vnum autem cum mulieres ei libant, lac appellant. *

COLERUS.

* Arnobius lib. 5. Advers. gentes: Fædam igitur, Fatuam, Eona quæ dicitur Dea, transcamus: quam myrtleis cæsan virgis, quod marito nesciente seriana meri cibiberit plenam, Sextus Clodius indicat, sexto de diis Graco: signumque monstrari, quod cum ei divinam rem mulieres faciunt, vini amphora constituant obiecta: nec myrtleis fas sit inferre verbenas: sicut suis scribit in causulis Batas. Vide & Laftantium lib. I. cap. 22.

TIRAMQUELLUS.

² Sicut in Tenedo.] Idem Plutarch. ejusdem operis cap. 141. ubi ejus rei rationem reddit. Diodorus Siculus lib. 5. cap. 17. Verum, inquit, propter cuiusdam tibicinis testimoniū, qui novarec insidiis faverat, legem sanxit, ne quis tibicen templum ingredieretur. Belli Trojani tempore, cum Achilles Tenem occidisset, quo tempore Graci Tenedum depopulati sunt, statuerunt postea Tenedii, ut nulli deinceps liceret templo restituto, in eo Achillem nominare.

³ Quidam Græcorum.] Hæc usque ad veric. Romani, sunt Macrobius d. libro 1. Saturn. cap. 12.

⁴ Romani Dryada.] Plutar. Varro autem filiani ipsius Fauni hanc putat apud Macrobius ubi supra.

⁵ Cuius ne nomen quidem.] Macrobius ibi, H.ee, inquit, apud Gracos Deos γυναικεία dicitur, quam Varro filiam Fauni tradit, adeo pudicam, ut extra γυναικείων nunquam sit egressa, nec nomen ejus in publico fuerit audistum, nec virum unquam viderit, nec à viro visa sit: propter quod nec vir templum ejus ingreditur.

Cæremonie
in sacris
Bonæ deæ.

ros intelligere fas erat.¹ Qui vero Bonam deam dicunt Fau-
ni uxorem, illam tam illibatae castitatis fuisse opinati sunt, ut
extra Gynæceum nunquam egressa, nec virum viderit un-
quam, nec à viro conspecta, nomenque fando nullib[us] au-
ditum sit. Quæ quidem sacra quum Majo mense pro salute
populi fierent, quicquid esset masculum,² domo exigeba-
tur, ita ut non modo extra conspectum summoverentur
viri,³ sed masculæ quoque picturæ tegerentur: ⁴ quod
compar Myœ Cereris sacrum obtinere dicunt, in quo
⁵ quum septem operentur dies, tertia à templo exactis
viris,⁶ pulsis etiam canibus maribus, mulieres celebrabant.
Cumque in sacris Bonæ deæ vino libetetur, illud non suo
nomine nuncupant,⁷ sed lac dicunt esse, vini tanien am-
phoram

¹ *Qui vero.*] Macrobius loco præ-
ced. citato. Et Lactantius ex Varrone
lib. 1. c. 22. & vide nostras leges Connubiales, leg. 10. n. 26. incip. Et hue
quoque.

² *Domo exigebatur.*] Plutar. in Cæ-
fare, & prohl. cap. 19. & ante hunc Cicerio in Oratione de Aruspicio re-
sponsis, in P. Clodium de sacris Bonæ deæ loquens, sic scribit, *Quod quidem*
sacrificium nemo, nisi P. Clodius, omni
memoria violavit: nemo, inquam adiit,
*nemo neglexit, nemo vir aspicere non hor-
ruit, quod fit per virgines Vestales, fit*
pro P. R. in ea domo, quæ est in imperio,
fit incredibili ceremonia: fit ei deæ, cujus
ne nomen quidem viros scire fas est: quam
iste idecirco Bonam dicit, quod in tanto fili
seclere ignoraverit: & in eundem, Homi-
namque eum, qui pulvinaribus Bonæ deæ
stuprum intulerit, eaque sacra, que viri
oculis, ne imprudentis quidem aspici fas
est, non solum aspicio virili, sed flagito
stuproque violari.

³ *Sed masculæ quoque picturæ.*] Se-
neca ad Lucilium, lib. 16. epistol. scri-
bit, viros omnes à conspectu religio-
nis Bonæ deæ sic arceri, ut picturæ
quoque masculorum animalium con-
tegantur. De quo & illud Juvenalis
sat. 2.

— *Ubi velari pictura jubetur,*
Quæcumque alterius sexus imitatafigu-
ram est.

Et vide omnino dictas nostras leges Connubiales ubi supra.

⁴ *Quod compar Myœ Cereris.*] Idem scribit Lilius Gyraldus de Diis Gentium, syntagm. 14. nullo quoque auctore citato. Sed, ne ignores, id totum est Pausan. lib. 7. quo Achaica describit, in fin. Sed addendum, Catanensis quoque Cereris eam fuisse religionem, ut adire ejus templi secreta penetralia viris nefas esset, ut tradit Lactantius lib. 2. c. 4.

⁵ *Cum septem operentur dies.*] Vide nostras leges Connubiales, l. 15. num. 115. incip. Illud quoque ex antiqu. & seq.

⁶ *Pulsis etiam canibus maribus.*] Pausanias d. lib. 7. de Myœ Cereris sacrificiorum ritu scribens, ait: *Solenne item septem dierum Cereri celebrant. Die autem sexti tertio è templo viri se subdu-*
cent. Relictæ itaque mulieres ea noctu
peragunt, que ritus postulat. Non autem
viri solum expelluntur, sed & canibus
etiam mares. Postero autem die reverbos
in templum viros derident, & dicterioris
exagitant mulieres & has vicissim viri.

⁷ *Sed lac esse dicunt.*] Plutar. prohl. cap. 19. Macrobius dicto lib. 1. cap. 12.

Athenæus

phoram in sacris obvolutam apponunt, ¹ quam dixeré Mellariam: ² ad quod sacrum nisi castas, quæque à viris abstinuissent, nullas accedere licebat, ³ templumque deæ neque virum ingredi, nec intereste permittitur: cuius lumina purpureis vittis velabantur; ⁴ quæ non ubique & pas- sim, sed in maximi pontificis domo, in recessu intimo, quo in ecclie- bant. ⁵ Et licet nocturna sacra pri- co ritu mulieribus interdicta fuerint, ⁶ in hoc tamen sacro, Reli- gio. quuin pro populo facerent, mulieres noctu intereste non vetantur: quod quidem tantæ religionis est habitum, ⁷ ut illud Vestales virgines obirent, & per illas sacrum fieret. ⁸ Cujus ædes altera in Aventino, ⁹ altera juxta Isidis tem- plum fuere, ad novam viam. Alii dixeré Bonam deam, ¹⁰ quam Græci Gynæciam nuncupant, cujus festis diebus palmitæ tabernacula mulieres intexunt, interque solennia draconem apponunt. ¹¹ Quod sacrum non in pontificis domo, sed in ædibus quisque suis celebrare assuerat, aut illis quæ essent in imperio consulari, vel prætoria dignitate.

Dum-

Athenæus autem lib. 10. Diplosophi- stōn, cap. 15. scribit, Aristophanem vocasse vinum ἀφεδίμης γάλα, Lac Veneris, quod sit ipius Veneris incita- mentum.

¹ Quam dixeré Mellariam.] Plutar- chus, ut supra citavimus.

² Ad quod sacrum nisi castas.] Idem Plutar. ibi, An quod, inquit, à multis tum vero rebus Veneris castæ ac puræ sacrum illud obcent? Non solum enim viros excludunt, sed cum solemne sacrificium faciunt, quidquid masculum est domo ex- igunt.

³ Templumque deæ nec virum ingre- di.] Tibullus lib. 1. eleg. 6.

Exibit quam sepe time: seu visere dicit Sacra Bonæ maribus non adeunda deæ. Et vide nostras leges Connub. ubi supra, & quod supra diximus.

⁴ Quæ non ubique & pasim, sed in maximi pontificis domo.] Scilicet sacri- ficia deæ, de quo paulo infra.

⁵ Et licet nocturna sacra.] De quo

omnino vide quæ scripsimus in nostris legibus Connubialibus l. 16. num. 42. incip. Septimum, ne uxores, & seq.

⁶ In hoc tamen sacro.] Nam & in hoc sacro, quod nocturnum erat, à mulieribus tantum celebrabatur, ex Plutarcho in Cesare, & in Cicerone, & aliis ubique, & dicetur mox postea.

⁷ Ut illud Vestales.] Cicero in Oratione de Aruspicum responsis loco su- pra citato, & Plutar. in Cicerone.

⁸ Cujus ædes altera in Aventino.] Scilicet Bonæ deæ. Idque est P. Victoriis in 13. regione urbis Romæ.

⁹ Altera juxta Isidis templum.] Idem Victor in 12. regione.

¹⁰ Quam Græci Gynæciam.] Macrobius, ut diximus supra, lib. 1. cap. 12. alias Genesiam. Vide Plutar. in Cesare.

¹¹ Quod sacrum non in Pontificis domo.] Plutar. in Cicerone dicit, ea sacra fieri quotannis in domo Consulis. Vi- de eundem in Cesare.

Dumque sacrum fit, cunctos mares domo exigunt, ne polluerentur, & piaculum fieret, quum ritu sacrorum neque deam conspici, neque sacerdotes palam fieri liceat: Uxor enim exornata, domo maribus exactis, ² novem continuas noctes operata furiali incessu, cum æris crepitu & phanatico discursu sacra peragit: aliis simili temulentia ad id sacrum accitis mulieribus: ³ unde occasio frequens mœchandi, & facultas adulteris data est: ⁴ In cujus sacrificiis canes immolantur: quique huic supplicant, maledictis & probris deam incessunt, neminemque optant bonum invenire, qui domi nascatur: quippe eam dixerat Bonam deam, quæ ex corruptis generationes faciat, quare illam Gynæciam, quasi rerum genitricem, vocant.

*Mœchandi
occasio
in sacris
Bonæ
deæ.
Da-
mian.*

⁵ Quod sacrum Damiuum à more præpostero, ipsaque Damia, sacerdosque Damiatrix dicta. ⁶ Cujus instar apud

Sicu-

¹ Cunctos mares domo exigunt.] Plutarch. probl. c. 19. ut supra dictum est.

² Novem continuas noctes.] Id non in sacris Bonæ deæ fieri, sed Isis scribit Propertius lib. 2. eleg. 33.

Tristia jam redeunt iterum solennia nobis,

Cynthia cum noctes est operata novem.
Atque uinam Nilo percitat, que sacra repente

Misit matronis Inachis Ausoniis.

Quæ dea tam cupidos toties dirivit amantes,

Quæcumque illa fuit, semper amara fuit.

Et de Cereris sacris, quæ Graci Thesraophoria vocant, Ovid. lib. 10. Metamor.

Perque novem noctes Venerem, tacitus que viriles

In vetitis numerant.

Vide nostras leges Connubiales l. 15. num. 115. incip. Illud quoque patelit & seq.

³ Unde occasio frequens mœchandi.] Vide dictas leges Connub. l. 16.

⁴ In cujus sacrificiis.] Hæc usque ad versic. Quod sacrum, sunt Plutarchi problem. cap. 52.

⁵ Quod sacrum Damium.] Hæc usque ad vers. Cujus instar, sunt Festi Pompeji lib. 4. cujus hæc verba sunt, Damium sacrificium, quod fiebat in operato, in honorem Bonæ deæ, dictum à contrarietate, quod minime esset deæpiator, id est, publicum, Dea quoque ipsa dama, & sacerdos dama, ** appellabatur.

COLERUS.

* Glossarium vero aliter: Damium θυσία, ἵτοι αἴθειον γένουμένων. Damium autem dictum (contra Festi opinionem) puro, quia pro populo fiebat, id coequo publicum erat. Juvenalis:

Pro populo faciens quantum Laufella bibebat.

** Imo Damiatrix.

TIRAQUELLUS.

6 Cujus instar apud Siculos.] Diodorus lib. 5. cap. 2. non adeo procul à fin. Cereri vero, inquit, cum semen in terram jactitur, apparatu ac magnificientia exquisita decem dies festos agunt, priorem representantes vitam: quibus diebus turpiloquio invicem uti consuevere, ut dea dolor, ex filiæ raptu conceptus, risu & verborum scurrilitate mitigaretur.

¹ Nobs

Siculos dicunt fuisse, apud quos sacrum Cereri decem diebus, verbis turpibus & obscenis celebrari produnt, magna verborum licentia, scilicet arbitratæ, ex obscenitate verborum, & jocorum lascivia, Cereris luctum inceroremque levari, quem ex raptu filiæ conceperat. ^{Cere-}
^{ris sa-}
^{cruis.} Non nulli Opem dixerunt Bonam deam, quæ & Maja dicta est, ^{Opem.}
^{Opis.} quainominibus variis, Faunam & Fatuam, ^{varie-}
^{nominis.} & matrem deum, & Idæam, Pessinuntiam, Cybelem, ^{na.}
[&] Rheam & Phrygiam nuncupant, quia hominibus favet, ⁶ &
^{ope} Opem liberis præstat: ⁷ Fatuamque dictam, quod infantes ^{Fatua.}
^{in lucem} editos, fandi modos & verba edoceat: ⁸ cui qui
vota concipiunt, manu terram tangentes velut parenti &
genitrici supplicant. ⁹ Cumque in omnibus sacris, qui
rem

[¹ Nonnulli opem dixerunt Bonam deam.] Hac usque ad verba, Et Matrem deum, sunt Macrobii lib. i. Saturni c. 12. aliorum auctoritate.

[² Et Matrem deum.] Varron lib. i. aut auctiorum computatione 4. de illigata Latina.

[³ Idæam, Pessinuntiam, Cybelem.] Hac tria sunt Strab. lib. 10. & primum quoque Livii 3. Decad. lib. 5. Ex quo etiam est illud Tibulli lib. i. eleg. 4.

[⁴ At qui non audiit Musas, qui vendidit annem, Idæa curius ille sequatur Opem.]

Et Virgilii lib. 10. Aeneidos:

Alma parentis Idæa deum, cui Dindyma cedit,

Turri ergo urbes, brigisque ad fienda leges.

Et rufus lib. 9.

Tympana ergo, lxxusque vocat Berecynthia matris

Idæa.

Et Ovidii lib. 4. Fastorum,

Protinus in fleso Berecynthia tibia cornu plabit & Idæa sisla parentis erunt.

Et ante hos Lucretii de eadem loquenter lib. 2.

Hanc varie gentes antiquo more sacro-

prosiunt.

Idæam vocitant matrem, Phrygiasque

catercas

Dant comites: quia primum ex illis fibribus eduntur. Per terrarum erbem fruges expissæ credi.

*

COLERUS.

* Cur Idæa vocetur, declarat Prudentius:

Utque Deum in mater Phrygia vobis est ab Idæa.

TIRAQUELLUS.

Rheam. Vide Strabonem d. l. 10. & supra eodem lib. c. 4.

Et Phrygian. Vide eundem. Et hinc illud Virg. lib. 4. Aeneidos,

Qualis Berecynthia mater

Invehiuit turra Phrygias turrita per urbes.

Et ibi Servius, & Hesychius; & Phintinus, qui ita eam dicit vocari, quod à Phrygibus maxime coleretur.

Et Opem liberis præstat.] Id respicit quod supra dixit, eam Opem à quibusdam, à quibusdam vero Bonam deam nuncupari. Et hic vide Macrob. lib. i. c. 12. & Fulgentium, Mythologicon lib. i. c. 3.

7 Fatuamque dictam.] Et hic quoque.

8 Cui qui vota concipiunt.] Divus Augustinus Varronis auctoritate l. 7.

9 Cumque in omnibus sacris.] Plutar. probl. c. 11.

Quam

rem divinam facit, velare caput soleat; huic aperto capite
& invelato sacrificat. ¹ Quam deam Ägyptiis celebre nu-
men fuisse asseverant: ² cuius simulacrum sinistra scyphum
tenet, dextra sistrum: hoc est æneum crepitaculum, quod
non spiritu, sed motu concussum personat; ab illisque Iphis
dicta, cui per vigilia excubiæque nocturnæ à puellis per-
aguntur. ³ Cujus sacerdotes linea amicti stola; per urbem
lugentes vagabantur, mox laeti sacra perficiunt: ⁴ in cuius
festo qui ex collègio sunt sacerdotes, diversas facies in-
duunt ornatu vario: nam aliis incinctus balteo, militem
agit, aliis venabulo venator incedit, alius longa stola fœ-
minam mentitur, nonnulli cum fascibus procedunt velut
luctatores. ⁵ Cuiusmodi sunt etiam in magi-

¹ Quam deam.] Scilicet Isidem, de
quæ aliquid supra dixit & statim post
declarat.

² Cujus simulachrum.] Servius in
lib. 8. Äneidos, enarrans illud,
Regina in mediis patrio vocat agmina
sistrum.

Iphis, ait, est genius Ägypti, qui per sistrum
motum, quod gerit in dextra, Nili accessus
significat. ⁶ recessus: per sistrum, quam
sinistra retinet, ostendit fluentiam om-
nium lacunarum. Iphis autem lingua Ägyptiorum
est terra, quas Isum volunt esse.
Alibi autem ostendimus sistrum Ägyptio-
rum esse proprium.

³ Cujus sacerdotes linea.] Juvenalis
de his loquens satyr. 6.

Qui gregi linigerο circumdatus, ⁷ gregi
calvo

Plangentis populi currit, latrator Ami-
bis.

Hincque dea linigera dicta est Ovidio
lib. 1. Metam.

Nunc dealinigera, solitus celebrissima
turba.

Et libro 1. de Ponto eleg. 1. ad Bru-
tum,

Vidi egolinigera numen violasse faten-
tem

Iphis, Iliacos ante sedere socios.

Et alibi quoque diximus scilicet lib. 2.

cap. 9.

⁴ In cuius festo.] Hæc sunt Apuleji
lib. 11. Metamorphoseos hystrionadi
festum desribentis, Hie incinctus bal-
teo militem gerebat, illum succinctum
chlamyde crepidae. ⁸ venabula venato-
rem fecerant. Alius socis obscuratus in-
dutus serica veste, mundoque preciosa, ⁹
ad extit, capite crinibus incessu, perfluo
famam mentebatur. Et pult pauca.
Nec ille deerat qui magistratum fascibus
parvusque luderet. *

COLERUS.

* Hunc ritum eleganter Herodianus quoque in Commodo expressit, sic
scribens: ἡρόδιον τὸν πολεμούντα πε-
πλον ἀπέπειρε, μάντης τοῦ πεπλου τε
λέων Ρωμαῖον, οὐ πάντα τοῦ πεπλου
σύμβολον κείμενον τε βασι-
λέων, οὐδὲ τε οὐ τεχνὸν διαματα, τε δε
ωρεπομπεύ. αἰνεῖσθαι πεπλού τε τοῦ
πεπλου παρεις. εκατοντάριον δὲ
πεπλού τοῦ πεπλου τε τοῦ πεπλου
μέγαν οὐδεποταδιάματον μη παρτη τοῦ
βασιλέων η μοισαίην. τοῦ πεπλου παρει-
τε καὶ ποτε τοῦ αἰδίνεται. ας μηρα-
δίος, διεργάνεται τοῦ πεπλου τε τοῦ πεπλου
τε τοῦ πεπλου. Vide & Arnobium lib. 7. Ad-
ver. gentes. De origine autem hujus
festi & ceremoniarum, multa habes
apud eundem Herodianum paulo post.
Apud Arnobium lib. 5. Apud Tertull.
Apologet. cap. 24.

Post

magistratus.¹ Post quæ mulieres candidis amiculis ferta
ferentes cum speculis & pectine ante simulacrum deæ fa-
mulaantur, ipsamque comentes cum lucernis & lampade
sequuntur.² Et quia Saturni & Vulcani uxor dicitur, ideo
flamen Vulcanalis calendis Majis illi rem divinam facit, &
prægnantem suem mactat Majæ & Mercurio,³ cuius fe-
rias Saturnalibus incurrere notatum est, festosque illi dies
Opalia fuisse, quæ tertio die post Saturnalia aguntur: + sic-
ut Robigalia, Floralia, Vinalia, Agonalia, Carmentalia,
Angeronalia & Vertumnalia.⁴ Præter quæ fuerunt sacra
populæria non certis familiis tributa, ut⁵ Fornacalia,⁶ Pa-
lilia,⁷ lilia,⁸

Festorum
quorum
num-
dans
nomi-
na.

Sacra
populæ-
ria.

TIR AQUELLUS.

¹ Post quæ mulieres.] Hæc quoque sunt Apuleji eodem libro quibusdam interjectis, Mulieres, inquit, candido splendente amicimine, vario letaneo gesamine, verno florente coronamine, que de gremio per viam, quæ sacer incedebat constatus, solum sternebant flosculis qualique milcentibus speculis pone tergum reverfis, venienti deæ obsum commonstrarent obsequium. Et quæ pectines ebanios ferentes, gestæ brachiorum, flexuque digitorum ornatum & ob pexum crinum regalium fingerent: ille etiam quæ cæcris unguentis & geniali balsamo, guttatum excusso, conpergebant plateas.

² Et quia Saturni & Vulcani uxor.] Ad Rom. redit, & de Opæ intelligit, quam uxorem & sororem Saturni cuiuscum, scribit Fulgentius lib. Mytholog. i. c. 2. Macrob. lib. i. Saturn. c. 10. Laetantius lib. i. c. 13. & ante hos Diodorus Siculus libro tertio Bibliotheces: alias quarto, cap. quinto.

³ Cujus serias.] Vatro l. 2. aut aliorum ex computatione s. linguae Latinae: Saturnalias, inquit, dicta à Saturno, quod eo dñe seria ejus fuerint.

⁴ Sicut Robigalia.] De his septem, sex vide paulo infra. Sed quod hic Angeronalia vocat, Agonalia dicendum est, ut patet ex his, quæ statim dicit de Agonalibus. Quamquam etiam fuerunt festa Angeronalia, dicta ab An-

gerona, varroni lib. 2. aut aliorum computatione s. linguae Latinae.

⁵ Præter quæ fuerunt sacra populæria.] Fest. Pompejus lib. 14. Populæria, inquit, sacra sunt (ut ait Labeo) que omnes creverint, nec certis familiis attributa sunt; ut Fornacalia, Palilia, Laralia.

⁶ Fornacalia.] De quibus Plin. l. 18. cap. 2. de Nurna loquens, sic scribit, & Fornacalia institutæ farri torrendi serias, & agre religiosis terrinis agrorum. Plutarch. problem. cap. 89. & in Nuina Porupilio. Festus Pompejus libro 6. Et ex poëtis Ovidius 2. Fastor. Curio legitimis trunc. Fornacalia verbis.

Maximus indiscit, nec stata sacra facit. Hincque dea Fornacalis eidem lib. 6. ejusdem operis.

⁷ Sola prius fornax torrebant farra coloni. Et Fornacali sunt sua sacra deæ. Nam & ea Fornax dicta est apud eosdem lib. 2. ejusdem operis.

⁸ Facta dea est Fornax; leti fornace coleni,

Orant, ut fruges temperet illas suas. De qua Laetantius falsæ religionis libro 1. cap. 20. & Festus Pompejus l. 6. in prin.

⁷ Palilia.] De quibus etiam Varro lib. Rei rust. 3. c. 1. & linguae Latinae d. lib. 5. Cicero lib. 5. de Divinit. Tibullus lib. 2. eleg. 6. Ovidius lib. 14. Metamor. & lib. Fastor. 4. itemque 6. Propterus

*Opis
ædes.*

lilia, Laralia: ¹ Fuit autem ædes Opis in Capitolio una,
² altera in vico Jugario Opis & Saturni. Notatumque, his
qui Ope indigerent, ad asylum Céreris panem dari, qui-
bus nunquam templum claudebatur, ³ sicut ædem Hortæ
reclusam esse voluerunt, quum sit hortari, ad res magnas
adducere. ⁴ Isidis vero ædes una patricia, altera vero An-
tenodora dicta est, cuius templum in regione Martii cam-
pi fuit, proximum Tiberi, juxta Septa & Ovile. Sed
quia de Agonalibus loquor, ⁵ sciendum, Agonalia statu-
vas ferias fuisse, ⁶ quibus Jano V. Idus Januarias mactatur
aries: ⁷ dictique Agonales dies, quod à principe civitatis
princeps gregis immolabatur: quippe antiqui agere in ma-
tare dixerunt, quod verbum in solennibus frequens usur-
patur. ⁸ quorum auctorem Numam Pompilium ferunt.
⁹ Carmentalia vero à matribus familiâs annis singulis sunt

decisi-

pertius lib.4.eleg. 7. & 4: Persius sat. 1.
Festus Pompejus lib. 15. ubi de Pale &
Parilibus loquitur. Ex quibus intelli-
ges & hæc Parilia quoque vocari, de
quibus alibi diximus.

¹ Fuit autem Opis in Capitolio una.] Livius 4. Decad.lib.9. Addita, inquit,
& unum diem supplicatio est ex decreto
Pontificum, quod ædes Opis in Capitolio
de celo tacta erat.

² Altera in vico Jugario, &c.] P.
Victor in 8. regione urbis Romæ me-
minit ædis Opis, & Saturni in vico
Jugario.

³ Sicut ædem Hortæ.] Plutar. probl.
cap.45.

⁴ Isidis vero ædes una patricia.] P.
Victor in 5. regione urbis Romæ. Spar-
tianus in vita Adriani. Ex quo illud
Iuvenalis sat.6.

*A Meroë portabit aquas, ut spargat in
æde*

*Isidis, antiquo que proxima surgit ovili.
Et horum prior Dionysius Halicarnassae-
sus lib. 5.*

⁵ Sciendum Agonalia.] Macrobius
lib. 1.c.4.

⁶ Quibus Jano V. Idus.] Ovidius I. I.
Fastor.

Quattuor adde dies, ductis ex ordine
Nonis,

*Janus Agonali luce piandus erit.
Nominis esse potest succinctus causa mi-
nister,*

*Hostia cœlitibus quoferiente cadit.
Qui calido strictos tinturus sanguine
cultrors*

*Semper agatne roget, nec nisi jussus
agit.*

*Pars, quia non veniant pecudes, sed a-
gantur, ab actu
Nomen Agonalem credit habere diem.
Et cetera quæ sequuntur.*

⁷ Dictique Agonales dies.] Varro li-
bro 2. aut aliorum computatione 5.
lingua Latinæ his verbis, ⁸ Dies Ago-
nales per quos Rex in regia arietem im-
molat, dicti ab agone, eo quod interrogatur
à principe civitatis, & princeps gregis
immolatur. Allii autem alias causas af-
ferunt, ut Ovidius ubi supra.

⁸ Quorum auctorem Numam.] Plut.
in vita ipsius.

⁹ Carmentalia vero.] Varro dicto li-
bro 5. & idem Plutarch. in Romulo.
Dionysius Halicarnassaeus lib. 1. Anti-
quitatum Rom. scribit, Euandro &
Carmentæ Romanos quotannis sacri-
ficasse,

decimo octavo calendas Februarias, ¹ in quibus aliquid scorteum aut sua morte pereemptum attulisse, magnum crimen erat. ² Robigalia à Numa quoque instituta sunt, ne rubigo segetes, neve uredo, aut grando invaderet. Ideo sexto calendas Maji agebantur, quo die ³ Robigo deo sacrum fieri docuit. ⁴ Floralia à Flora sumpfere nomen, qui ut arbores affatim efflorescerent, ad justamque magnitudinem fructus accederent, quarto calendas Maji, oraculo moniti sacra constituerunt, namque hæc tempora frugibus metuenda sunt. ⁵ In cuius festis diebus fœminas, quæ vulgato corpore quæstum faciunt, denudari, & pudendis obscenisque involatis, per luxum & lasciviam currere, & impudicos jocos agere servatum est: ⁶ quibus etiam fœdiles cicer, fabas & missilia plebi spargere assue-
rant, leporesque & capreas, aliaque mitia animalia ludis adinittere, quos in vico patricio, aut proximo celebrabant, noctuque accensis facibus, cum multa obscenitate verborum per urbem vadere, & ad tubæ sonitum conve-nire. ⁷ Fuit enim Flora nobile scortum, hujus auctor ar-
gumenti, quæ quum præpotens esset, & divitiis afflueret, populum Romanum morte obita heredem fecit, pecu-niamque

ficasse, quemadmodum reliquis heroibus ac dæmonibus: arasque dicatas eis etiam fuisse, Carmentæ apud Carmen-talem portam sub Capitolio, Euandro apud Aventinum collem prope portam Trigeminam.

¹ In quibus aliquid scorteum.] Gy-raldus syntagmate 17.

² Robigalia.] Varro lib. 1. Rei ru-stica, cap. 1. &c. d.lib. 5. de ling. Lat. & Plin. lib. 18. cap. 29. Rubigalia, inquit, Numa constituit anno regni sui 11. quæ nunc aguntur ad 7. Cal. Maji: quoniam tunc sere segetes rubigo occupat. Festus Pomp. lib. 16.

³ Robigo deo.] Plinius & Fest. Pom-pejus ubi supra.

⁴ Floralia.] Varro d.lib. 1. Rei ru-stica, cap. 1. Plin. d.lib. 18. cap. 9. La-stantius lib. 1. cap. 20. Macrob. l. 1. c. 4.

D. August. Civitatis Dei, lib. 4. c. 8. & lib. 6. cap. 7. *

C O L E R U S.

* Arnobius l. 3. Flora illagenitrix, & sancta obscenitate ludorum, bene curat ut arva floescant: & cur quotidie gemmatae & pubescentes herbas adurit atque interficit nocentissimum frigus? Hujus ludos fuisse obscenissimos, non obscure ostendit Martialis quoque aliquot locis.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ In cuius festis diebus.] Plinius ubi supra. Gyrald. Hist. deorum syntag. 1.

⁶ Quibus etiam fœdiles.] Val. Maxi-mus l. 2. c. 5.

⁷ Fuit enim Flora.] La-stantius l. 1. cap. 20. Huic deæ Ovid. Fast. 5. quod floribus præsit, Zephyrum ventum dat maritum.

*Anti-
fleria.* niamque annuam ludis exhiberi voluit: ¹ quorum instar ludorum Antisteria apud Athenienses simili licentia fuere.
*Ver-
tum-
nalia.* ² Vertumnalia vero dies festos Vertumno dicatos habuere Octobri mense, cuius facellum in vico Turario erat, vertentibus se ad dextram sub basilicæ angulo: ³ qui deus mercaturæ & vendendarum rerum habitus. ⁴ Vinalia autem erant duplia: altera vinis degustandis duodecimo calendas Martias, quum vina pura sunt, quo die Jovi novum vinum libare mos est, quod ex dolio haustum, calpare eximebant. ⁵ Altera, quibus flamen dialis vindemiam auspicatus maturis uvis, vinum legere, & vendemiam fieri jubet: quibus diebus agnam Jovi immolant, interque cæsa & porrecta, vinum legit, quo tempore ex phano Veneris vinum affatim effundebant. ⁶ Fuitque veteri lege sanctum, ut flamen Martialis diceret diem veteri vino libando, medicaminis causa. Inde usurpatum verbum:

Novum

¹ *Quorum instar, &c.*] Gyraldus in libro de Annis & mensibus, cæterisque anni partibus, de his pluribus scribit. Rhodiginus l. 29. c. 1. auctoritate Apollodori, scribit *Antisteria* universim quidem vocari festa Bacchi, privatim vero *Pithœgia*.

² *Vertumnalia vero.*] Varro d. 1. 5. de lingua Latina. Festus Pompejus libro 19.

³ *Qui Deus.*] Donatus in Adelphos Terentii in duobus locis.

⁴ *Vinalia autem.*] Varro d. 1. 5. lingua Latina. Plinius lib. 18. c. 29. Unde Ovid. lib. 4. Fastor.

Cur igitur festum Veneris Vinalia dicant,

Quaritis? & quare sit Jovis ista dies?

Et paulo post.

Hestica Tyribeno vota est vendemiam Regi,

Juppiter è Latio palmitæ dona seres. Vota valent meliora: cadit Merentius ingens,

Atque indignanti pectori plangit buma.

Venerat Autumnus calcantis sordidus uvis,
Redduntur merito debita vina Iovi.
Dicta dies hinc est Vinalia, Iupiter illa
Vindicat, & festis gaudet inesse suis. *

COLERUS.

* Festus: *Calpar vinum novum, quod ex dolio demitur sacrificii causa, ante quam gustetur. Iovi enim prius sua vina libabant, quæ vocabant Vinalia. Vide ad hunc locum Scaligeri conjectanea.*

TIRAQUELLUS.

⁵ *Alteram, quibus flamen dialis.*] *Vinalia* (inquit Varro ubi supra) à vino. Hic dies Iovis, non Veneris. Hujus rei cura non levis in Latio. Nam aliquot locis vendemiat primum à sacerdotibus publice siebant, ut Romæ etiam nunc: nam Flamen Dialis auspicatur vendemiam: & ut ius sit vinum legere, agna Iovi facit: inter cujus exta cæsa, & porrecta flamen profusus vinum legit.

⁶ *Fuitque veteri lege sanctum.*] Varro ibi, & Festus Pompejus lib. 10. non longe ante fin. ubi de Meditrinalibus.

Novum vetus vinum bibo, novo veteri vino morbo medeor.

Unde Meditrinæ nomen deæ, cuius sacra Meditrinalia, Medi-
& dies Meditrinalis. Sicut ad primitias pomorum nova
esse dicebant vetera, & alia exoptabant nova, ominis cau-
sa. ^{trine} ^{sacra} ^{Rusti-} ^{ca vi-} ^{nalia.} ^{Lex} ^{apud} ^{Tuscu-}
Præter quæ fuerunt Rustica vinalia, quod Veneri ^{Lauren-} ^{tum} ^{lex.}
ædes tunc dicata foret, ejusque tutelæ olitores addiceren-
tur, quibus diebus erant feriati, quæ dies tempestatibus
leniendis solennis habebatur, qua novum vinum in urbem
ferre, & in cellis vinariis condere assuerant. ^{Apud Tu-} ^{ne quis novum vinum, ante-}
sculanos lege cautiun erat, ne quis novum vinum, ante- ^{quam Vinalia calentur, in urbem invehheret: Laurentibus,}
quam Vinalia calentur, in urbem invehheret: Laurentibus, ^{ne quis pomum ex alieno legeret inarimum, quod huincris}
ne quis pomum ex alieno legeret inarimum, quod huincris ^{yectaretur: Græcis, ante vernum æquinoctium ne quis vi-}
tem incideret, neque uvam ante æquinoctium autumnale ^{tem} ^{lex.}
gustaret: ⁴ Romanis vino & novis frugibus, antequam ^{Græ-} ^{corum.}
sacerdos primitias libasset, vesci non licuit: ⁵ Græcis quo- ^{Roma-}
que ni. ^{que}

I Præter quæ fuerunt rustica Vinalia.] Varro ubi supra, Vinalia, inquit, rusticæ dicuntur ante duodecimum diem Calendas Septembriæ: quod tum Veneri dedicata ædes, & orti ejus tutelæ adsignata, ac tum sunt feriati olitores. Festus Pompejus lib. 16. ubi de rusticis Vinalibus.*

COLERUS.

* Vide & Macrobius. Varronianus quoque libri cuiusdam titulus est: *Vinalia, τὸν Αὐτοδίστων.*

TIRARELLUS.

2 Apud Tusculanos.] Varro non multo ante ea, quæ in preced. citavimus. In T. sculanis, ait, sacræ est: *Vinalium uinum ne rebatur in urbem ante, quam T. illa kalentur.* *

COLERUS.

* Athenis mos erat, quamdiu fer-
veret mustum, neminem id tangere.
Plutar. Symposiac. lib. 8. & lib. 3.

3 *Intrimum.*] Lege in armum, &
vide Festum.

TIRARELLUS.

4 *Romanis.*] Plinius libro decimo
octavo, cap. secundo. Acne, inquit,

degustabant quidem novas fruges aut vi-
na, ante quam sacerdotes primitias li-
bassent.

5 Græcis quoque in usu erat, in festo, ^{της Πιθαρείας} cui Pithægia. Cælius Rhodiginus Antiquarum lectionum lib. 2^o. c. 25. sic scribit, Pithægia, inquit Proclus, festum veteribus erat, quo in vini participatum & servos advoabant & mercenarios: relinebant enim tunc primum dolia, proinde saltare divina, Dionysiaci domi communicatio omnibus patiebat. Compre-
cabantur vero, ut Plut. inquit, ἀτλαῖοι καὶ στόλιοι ἀντοῖς τῷ φερμάντῳ τῷ
χεῖτιν γριέδῃ, id est, innoxiam salu-
bremque ipsis medicamenti potionem. Undecima mensis die factitari hoc
Athenis consueisse, produnt auctores.
Halstenius Cælius. *

COLERUS.

* De Pithægia Plutar. l. 3. sympos.
τῆς οἴνου Αἰθηνῶν μὲν ἐνθεάτη μιλῶς
κατάρχοι, πθονῖαν τῷ ἡμέραν κα-
λύπτει. Μη πάλαι γε, οὐδὲ τοικεν, Εὐχεῖο,
τῇ οἴνῳ πεινή τοικεν θπωτένδοντες,
ἀτλαῖοι καὶ στόλιοι αντοῖς τῷ φερμά-
ντῳ τῷ χεῖτιν γριέδῃ.

que in usu erat, in festo cui Pithœgia nomen, quo dolia relinuntur, vinum affatim haurire, ad cuius potum non servos modo, sed mercenarios, clientes & rusticam turbam advocabant.

C A P U T IX.

*Tantum & quantum comparativo nonnunquam conjungi,
ædemque pro domo saepe apud auctores inveniri.*

CUM à tumultuariis negotiis, ingenii vegetandi causa, canimum ad mansuetiores Musas quandoque diverterem, incidimus forte ad id temporis quum hæc commentareinur, in libellum Elegantiarum (quem sic inscripscrat) grammatici cuiuspiam, docti hominis & confidentis, qui pleraque exquisite & non indiserte ex auctoribus adnotasse videbatur. In quibus ita scriptum legimus: *Valla, Elegan-* Tantum & quantum, verbo & positivo: tanto & quanto, *tium* *lib. 1.* *cap. 18.* *comparativo jungi oportere, ut quanto es doctior, tanto es melior: quantum potes, tantum elabora.* Arguitque Laetantium velut parum diserte loquutum: Quanto frequenter impellitur, tanto firmiter roboratur. Sed quum nos longe secus à probatissimis hæc observata legissemus, profecto id non usquequaque verum putamus: ipsumque qui inter grammaticos principem locum facile tenuit, quod citra calumniam dictum sit, incuriose processisse. Esto enim, quod sic fuerit ab auctoribus saepe usurpatum, quin secus dici scribique possit citra reprehensionem, non negaverim: siquidem & tantum cum quanto & cum positivo aut comparativo jungi non indiserte, plerunque videimus. Fuitque hæc oratio non erudita solum, sed suis numeris omnibus absoluta. Titus Livius tertio ab urbe condita: *Quantum juniores patrum plebi se magis insinabant, eo acrius contra tribunit tendebant.* Lucius Florus epitomarum secundo: *Numiantia, inquit, quantum Carthaginis, Capuae, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine & honore par omnibus.* Idem de Cassiano bello:

Sed

Sed quanto est efficacior fortuna quam virtus, tantum esse
virtutem. Plinius Nepos epistolarum ultimo: Quantum
ab hujusmodi cupiditatibus remotior ejus animus esset,
tanto impensis, &c. Tacitus historiarum quinto: Tibe-^{c.ap.1.}
rius, inquit, quanto intentus olim publicas ad curas, tanto
occultior in iusus. Plinius quoque historiæ naturalis de-
cimo-septimo, multum superlativo junxit: Domus in-
quit, multum pulcherrima consensu omnium, ætate ea in
colle Quirinali, C. Aquilii fuit. Quin etiam dixit gram-
maticus noster, proxime accedere ad vim comparativo-
rum ante & post, ut tanto ego ante veni, non tantum.
Contra quod auctoritas Plinii & aliorum obvia est, Na-
turalis historiæ 18. Quantum igitur universas terras ager
Campanus antecedit, tantum ipsum pars ejus quæ Labo-
riæ dicitur. Cæsar commentario 6. Omni, inquit, nobil-
itate Heduorum imperfecta, tantum potentia antecesse-
runt: & aliis passim auctoribus probatissimis, in quibus
liquet, tantum cum quanto & comparativo & positivo,
non absque cultu Latini sermonis jungi licere. In codem
quoque libello scriptum fuit, Ædem singulari pro tem-
plo, plurali numero pro domo accipi oportere, nisi sacras
adjecceris, quod tamen secus dictum definitumque ple-
rumque est. Q. Curtius lib. 5. Stabant (inquit) ad feres ^{In}
ædis ejus, in qua rex vescebatur. & alibi: Excubabant <sup>em-
dem</sup>
servatis noctium vicibus, proximi foribus ædis. Cicero ^{l.b. 3.}
pro Cluentio: Atque illo tempore, inquit, in æde T. An-^{c.ap.7.}
nii hominis honestissimi, Scalenus accessitus ab Oppia-
nico venit. Rursus ædes plurali pro templo T. Livius non
semel ponit: Duumviri, inquit, grati fuere ædibus de-
dicandis. Suetonius in Claudio: Spectacula, inquit, edi-
dit, quum prius ad superiores ædes supplicasset. Neque
abnuerim, quin frequens habeat usus, ut ædes plurativo
numero pro domo, pro templo vero singulari dici conve-
niat. Sed tamen quin altero etiam modo Latine dici pos-
sit, isque sermo citra reprehensionem probabilis sit, licet

parcius circumspectiusque antiqua dicta & veterum auctoritas facit.

T I R A Q U E L L U S.

ID caput ex eorum num. est, quibus Alexander Laurentium Vallam vellicat, ejus tamen nomine suppresso: idque ex duobus locis ipsius Vallæ. Primus est in libro Elegantiarum primo cap. 8 alter libro ejusdem operis tertio cap. 7. Sed adverte quod locus Cornelii Taciti hic designati libro 9. est mendosus. Is enī est libro 4. ubi sic scribitur, *Sed tum Tiberius duodecim villarum nominibus & oīlibus insede-*

rat, quanto intentus oīm publicas ad curas, tanto occultior in luxus & malum otium resolutus, ubi legendum, ut vides, in luxus non lusus. Locus autem prior Plinii est lib. 17. cap. 1. Sed hic locus est hic corruptus. Nam in emendationibus codicibus ita legitur, Multo vero pulcherrima consensu omnium etate ea in colle Viminali C. Apulii equitis Roman. Posterior autem locus ipsius Plinii est lib. 18. cap. 11.

C A P U T X.

Quæ lege duodecim tabularum utiliter & commode, quæve parum consulte, & nimis severe scripta videbantur.

*Popu-
lus Ro-
manus
trecento-
nos au-
nos sine
legibus
exi-
vit.
Decem
viri
quando
pri-
mum
creati.
Leyes
12. ta-
bularū
Athe-
nis Ro-
man
tradu-
ctæ.
Leyes
scriptæ
à qui-
bus pri-
mum
propo-
site.*

A Condita' urbe ad annum fere trecentesimum, populum Romanum ancipiti bello distractum, sine legibus certis, suis tantum moribus vixisse, neque externas leges conquisiſſe fatis conſtat. Trecentesimo demum exacto anno post finitos superatos, bello quietis rebus, quum respublica legibus formanda videretur, decemviros legum ferendarum causa crearunt: qui Athenas profecti ad jura statuenda, ut peregrina instituta, scita, moresque noscerent, divino consilio leges duodecim tabulis in æs incisas, in foro proposuere, excerptas à Solonis legibus, quæ axibus ligneis continebantur, quibus boni & quique iussa, pravidelictorumque depulsi, tum judiciorum ordo, & bene vivendi norma, pœnæque ac præmia constituta sunt: à quibus postea omnis divini humanique nostri juris sanctio manavit. Quæ quidem leges quum longi temporis abusu antiquatæ essent, & vetustate consenuissent, novis postea editis, quæ eadem illa continerent, licet mutatis verbis, eadem tamen scita & constituta mansere. Primi enim quæ leges

T I R A Q U E L L U S. | Decad. lib. 3. & Pomponii Iurisconsulti in l. 2. ff. de orig. jur. |
I A condita urbe.] Hæc sunt Liv. x. |
I Zephyr.

leges scriptas proposuere æquandæ libertatis causa,¹ Zephyrii fuere Locri in Brutiis, à Zephyrio promontorio dicti, Ajacis Oilei socii: licet alii in Bœotia Locri Opuntii prodantur,² Patrocli patria: alii Epignemidii in eadem Bœotia:³ alii Ozolæ à malo odore nuncupati, in Libya.

⁴ His ergo Zephyriis Zeleucus, Spartanorum & Creten-^{Zelen-}
siūm placita imitatus, qui à Minoë vetustas leges acceperunt, acerbiores leges conscripsit pœnasque jure debitas, juris atque injuriæ regulas, scripto præfinivit, ut metu judiciorum & pœnarum à criminibus abstinerent. Antea enim omnis animadversio criminis, non scripto jure, sed judicis arbitrio edebatur. ⁵ Postea Athenienses à Dracone & Solone scriptas leges in Prytaneo ab eo fixas & propositas, juraque & judicia acceperunt. ⁶ Demum Romani moderando jura, summis infimisque æ-^{Legum-}
^{latores}
^{diver-}
quando, illorum exemplo scriptas promulgarunt. ⁷ Et sicut Cretensibus Minos, ⁸ sic Zoroastes Baetrianis
& Per-

¹ Zephyrii fuere Locri.] Strabo l.6. Ex quo intelliges hic legendum esse Epizephyrii, & iterum l.9.

² Licet alii in Bœotia Locri Opuntii.] Strabo d. lib.9.

³ Patrocli patria.] Ceterum (inquit Strabo d.lib.9.) ex *Opuntia terra natum esse Patroclum testatur Homerus*, qui cum cedem patrasset in vitus, fugasse subtraxit ad Peleum.

⁴ Alii Ozolæ à malo odore nuncupati.] Strabo ibi. Plutar. probl. cap. 128. ubi & alias rationes hujus appellatio- nis assert & Servius lib. 3. Æneidos in eum locum,

Hic & Naritii posuerunt mœnia Locri.

⁵ His vero Zephyriis Zeleucus.] Diodorus lib. 12. Strabo lib. 6. Ephori au-
toritate, & ante eum Aristoteles Po-
liticon lib. 2.c. 10.

⁶ Postea Athenienses à Dracone & Solone.] Plutarchus in Solone, Diogenes Laërtius in vita ipsius Solonis, Gellius lib. 12. cap. 18. & alli plurimi. Sed tu adde alios Atheniensium le-

gumlatores Cædem, aut, ut alii vo-
cant, Caladem, ex Pausania lib. 1. qui de Atticis est.

⁷ Demum Romani.] Livius & Pom-
pejus supra jam citati.

⁸ Et sicut Cretensibus Minos.] Ari-
stoteles lib. 7. Politicon c. 10. Strabo lib. 16. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1. & lib. 6 cap. 15. Leges præterea multas, inquit, Cretensibus dedit, simu'ans eas absē in quadam spelunca meditatas. Et hinc legifer Minos dicitur Ovidio l.3. Amorum elegia nona, aut decima ad Cererem,

Optavit Minos similes sibi legifer an-
nos.

Sed & Ceres ipsis quoque Cretensibus leges dedit, ex Diodoro lib. 6. aut 5. cap. 2.

⁹ Sic Zoroastes Baetrianis.] Zoroa-
stes, (auctoribus Plinio lib. 7. cap. 16.
& lib. 32. cap. 1. Iustino lib. 1. & Sa-
bellico Enneadis 1. lib. 5.) Baetriano-
rum Rex, Astrologie peritissimus, Ma-
gicas artes creditur invenisse, legesque Baetrianis dedisse.

& Persis leges dedit, ¹ Charonda Carthaginensibus,
² Zamolxis Scythis, ³ Plato Magnesiis & Siculis, ⁴ Ægyptiis vero Minas, ⁵ Trismegistus, ⁶ & Bocorus, ⁷ Thebanis Philolaus, ⁸ Andronodorus Chalcidensibus, qui in Thracia sunt, ⁹ Protagoras autem Thuriis, ⁰ quibus postea abrogatis

¹ *Charonda Carthaginensibus.*] *Charondas* legendum est, nec is quidem Carthaginensibus, sed Thuriis, aut, ut alii vocant, Tyriis, leges dedit, apud Diodorum Siculum l. 12. & Valerium Maximum lib. 6. cap. 5. de Iustitia.

² *Zamolxis Scythis.*] Herodotus libro 4. Melpomene, Strabol b. 7. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 5. memoriz prodiderunt, Zamolxin Getis (qui ex genere Scytharum sunt) leges dedisse.

³ *Plato Magnesiis & Siculis.*] Sed & ipsis Siculis Timoleon una cum Cephalo & Dionysio Corinthiis leges tulit ex Plutarcho in Timoleone. At Plato rogatus à Cyrenensibus, ut ipsis leges scriberet, ac reip. statum componeret, recusavit dicens: Perdificile esse condere leges tam felicibus: indicans (ut scribit Erasmus Roterod. ex Plut. in Lucullo in Apophthegmatis Platonis) eos non facile parere salubribus monitis, qui successu rerum elati sibi felices viderentur.

⁴ *Ægyptiis & Minas.*] Diodorus Siculus lib. 2. cap. 5. Post antiquum, inquit, Ægyptiorum vitam, quam deum heroumque tempore fuisse fabulantur, tradunt persuasissime priuam multitudini scriptis uti legibus Men. m., magni animi virum, vita que inter omnes probat. Ex quibus verbis intelligis Menan, non Minan legendum.

⁵ *Trismegistus.*] Hunc quintum fuisse Mercurium scribit Cicero lib. 3. de Natura deorum, his verbis, *Quintus, Mercurius scilicet, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eumque causam Ægypto præfuisse*, atque *Ægyptiis leges & literas tradidisse.* Hunc Ægyptiis Theyn appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. *Laetenus Cicero. Laetantius Fir-*

mianus libro Divin. institut. cap. 6. de hoc Mercurio loquens, *Idem, inquit, oppidum condidit, quod etiam nunc Graece vocatur Ægyptorium: & Saitæ servant & colunt eum religiose. Qui tamen metu homosuerit antiquissimus, tamen & instruissimus omni genere doctrina: adeo, ut ei, multarum rerum & artium scientia, Trismegisto cognomen imponerent.*

⁶ *Et Bocorus.*] Diodorus Siculus libro 2. cap. 3. ubi hunc Boechoridem appellat, cum sic scribit, Legum, quæ ad horum commercia pertinent, Boechoridei latorem scribunt fuisse. Eusebius libro Chronicōn 3. cap. 10. ubi hanc vocat Boechorum. Sed Sasochis, vir prudentia excellens, geometriæque inventor, leges multas, quæ ad deum religionem cultumque pertinent, prioribus addidit, ac Ægyptiis astrorum cursus ostendit, apud Aristotelem Politicōn lib. 7. cap. 10. & Diodorum Siculum lib. 2. cap. 5. ubi ultra ipsum Sasochim, tradit & Sesostreim, Verchorim, Amasiū, & Darium Xerxes patrem, leges tulisse. Sed & Isidem Ægyptiis leges statuisse, quibus justitia & que omnibus servaretur, vi atque injuria, timore pena, sublati: haec que de causa prisca Græcos Isidem legiseram appellasse, tanquam primam legum inventricem, scribit ipse idem Diodorus Siculus lib. 1. c. 2.

⁷ *Thebanis Philolaus.*] Aristoteles lib. 2. Politicōn cap. 10.

⁸ *Andronodorus Chalcidensibus.*] Imo Andronodamas ex Aristotele, ubi supra proxime.

⁹ *Protagoras autem Thuriis.*] Diogenes Laertius in vita illius in prin.

¹⁰ *Quibus postea abrogatis & inductis Metellus.*] Sed & superioribus adde Pythagoram Crotoniatis leges dedisse, ex

gatis & inductis, Metellus devicta Creta, illas cum Romanis commutavit.¹ Lacedæmonii vero non jure scripto, sed moribus tantum, usu animorum comprehabatis, pro lege usi sunt. Ideo Lycurgus leges scriptas Spartanis nullas de-<sup>Lace-
dæmonii jure
scripto</sup> dit, sed omnium consensu mores, tanquam si lex edita fuisset, experiundo observarunt.² Indi quoque literas non novere, sed æquissimos mores, legis vice habuere: hique adeo tenaces fuere, ut omni scripto juri anteirent. Sed quæ prisca institutis per conditores Romani juris eisdem tabulis ad verbum scripta fuerint, parum comperta sunt, quum ad manum non sint, nullique annales extent, nulla que monumenta vetustatis: nisi quod pauca, quæ ad monrum disciplinam & judicia spectant, intercise auctores produnt.³ Extantque (ut multi asserunt) Hermodori Ephesii legum

sc., ex Diogene Laëttio in vita illius. Saturnum Latinis ex Virgilio l.8. A.E.N. Primus ab æthereo venit Saturnus Olympos, Is genus indocile ac dispersum montibus altis Compositus, legesque dedit, Latiumque vocari Maluit: his quoniam tutus latuisset in oris.

Phidoni Corinthiis ex Aristotele libro 2. Politicō cap. 4. Hippodamum Milciis eodem lib. c. 6. Italum Oenotriis, qui nunc Aufonii dicuntur, ex ipso Aristotele l.7. Polit. c. 15. Meteromasdem Persis, ut conjectari potest ex Plutarcho in libello, cui titulus est, In principio requiti doctrinam. Zatrastem simulato nomine Arianis ex Diodoro Siculo l.2. c. 5. Micarium, Cyrenaici Iovis filium, Lesbiis ex eodem lib. 6. c. 16. Dioclen Syracusis ex eod. Diodoro lib. 12. Nicodoram Mantinensibus ex Æliano lib. 2. de Varia historia. Arymbam & Tharlitam Epirotis, ut de primo testatur Iustinus l.17. de secundo Plutarchus in Pyrrho post prin. Dionysium Bacchum Indis, ex Diodoro Siculo lib. 3. c. 10. & Arriano de gressu Alexandri libro 8. & Charondam

Rheginis ex Heraclide in Politicis, ut interim prætermittam Moysen Iudicis ex sacris nostris Bibliis. Cererem autem primam omnium leges tulisse, quibus homines juste pieque vivere assuecerent, & inde Legiferam dictam tradit Diodor. Siculus l.6. c. 2. & iterum 15. Ex quo illud Virg. l.4. A.E.N. — Maculant ledas de more bidentes Legiferae Cereris. —

Ubi Servius scribit, *Leges enim ipsa dicitur inventisse.* Nam & saeva ipsius Thesmophoria vocantur, sed hoc ideo finitur, quia ante inventum frumentum à Cerere, homines passim sine lege vagabantur, que feritas interrupta est invento usū frumentorum, postquam ex agrorum divisione nata sunt jura.

¹ Lacedæmonii vero.] Plutarchus in Lycurgo.

² Indi quoque.] Diodorus lib. 3. Strabo lib. 14.

³ Extantque (ut multi asserunt) Hermodori. Hic vir, ut inquit Strabo l. 14. leges quasdam videtur Romanis conscripsisse. Hermodorum in Italia exulantem, fuisse auctorem decemviris 12. tab. serendarum, quæ ea de causa Decemvires dicuntur, diximus supra lib. 5. c. 18.

legum decemviralium primi interpretis scripta relata, cuius statua ob id fuit in comitio erēta.¹ Ex quibus plerique explorare & satis utiliter, quādam duriter & inhumane, nonnulla remissē & leniter videntur constituta, quorum aliqua probanda, multa velut immitia & agrestia refellenda sunt, nisi forte multo ævo intercisos & reconditos illius sensus non tenemus. Ex his non alienum fuerit, aliqua, licet nimis pervertusta & obsoleta, annotasse:² nam faciem carpere,³ & genas radere unguibus, mulieres percommodo vetabant:⁴ neque magicis artibus segetem ex alieno traducere,⁵ neque defunctorum corpora in urbe uriri aut sepeliri utiliter sanciverunt:⁶ ejulatusque & flebiles questus, quotidianasque lachrymas, & cantus lugubres in funeribus inhibuere:⁷ sicut à Solone constitutum fuerat. Verba ex ea lege hæc sunt:⁸ Faciem ne carpito,⁹ neve alienam segetem pelleixeris.¹⁰ mulieres genas ne radunto,
neve

¹ Ex quibus plerique.] Aul. Gellius lib. 20. c. 1.

² Nam faciem carpere.] Servius in 12. Æneidos Virgilii eo loco,
Et rosæas laniata comas.

Ubi Servius, Moris fuit, inquit, ut ante rogos humanus sanguis effunderetur, vel captivorum, vel gladiatorum: quorum si forte copia non fuisset, laniantes fæminæ genas, suum effundebant cruentum, ut rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum, cautum lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem: his verbis: *Mulier faciem ne carpito.* Cicero libro secundo de Legibus.

³ Et genas radere unguibus.] Plin. lib. 11. cap. 37. *Infra oculos male, homini tantum, quis prisci genas vocabant, duodecim tabularum interdicto radi à fæminis eas vetantes. Pudoris hæc sedes.*

⁴ Neque magicis artibus segetem.] Vide paulo infra.

⁵ Neque defunctorum corpora in urbe uriri.] Cicero in secundo libro de legibus, ubi hujus rei rationem reddit, &

de hoc satis abunde diximus supra l. 3. cap. 2.

⁶ Ejulatusque.] Ut patebit ex seq. & tradit etiam Cicero lib. 2. *Tuscul. quæst. Ingemiscere, ait, nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus ne mulieri quidem.* Et hic nimirum est fletus, quem duodecim tabulae in funeribus adhiberi veteruerunt.

⁷ Sicut à Solone constitutum fuerat.] Cicero libro 2. de Legibus, Plutarchus in Solone, ἀμυνάσκετο τούθιον ἀπείλετο, id est, *lacerationes plangentium sustulit.*

⁸ Faciem ne carpito.] Servius, ut diximus supra, verbum legis immutat: nam cum in lege dicatur, *Genas ne radunto, ipse legit, Faciem ne carpito:* fortassis, ut intellectus fieret illustrior.

⁹ Neve alienam segetem.] Plinius lib. 18. cap. 6. quo loco loquitur de C. Furio Cresino, &c vide eund. l. 28. c. 2. ubi mentionem facit 12. tabul.

¹⁰ Mulieres genas ne radunto.] Et id item supra. Sed adde Ciceronem libro 2. de Leg. ubi in duobus locis adscribit hæc verba hujus legis.

¹¹ Neve

¹ neve lessum funeris ergo habento. ² in urbe ne urito, neve sepelito. ³ Tum si quis in suo arborem panxit, à vicini fundo quinque saltē pedes abesse voluit, in hæc verba, *Car-*
Si quid in agro plantaveris, quinque pedes à vicino abesto: ^{mine.}
Si ficum aut oleam, pedes novem abesto. ^{ero: a-}
Si alienam segetem pellicere beneficiis lex vetuit, ideo cau-
tum est, quod carmine evocari fruges, & alio transferri ve-
teres credidere: quod ne liceret ad alterius injuriam con-
dere, etiam lege sanxerunt. ^{fruges.}
5 Insuper filios sub patris jure ^{Sanctio}
esse, ^{de pa-}
tribus ^{erga fi-}
lios, & ^{contra.}

¹ *Neve lessum funeris ergo habento.]* Cicero eodem libro in duobus locis, & in priore exponit eam dictione in lessum pro lugubri ejulatione: voxque est fictitia per Onomatopœiam. Plautus in Triculento act. 4. sc. 2.

— *Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio.* *

C O L E R U S.

* Tria præcipue in funere erant: Exequiæ, Lessus sive Lansus, & Silicernium. Lælius apud Ciceronem lugubreim ejulationem significare putat. Restituit hoc vocabulum, vir nobilissimus & doctissimus Plauto, Pænulo:

Non designator præteriens obambulet, Ne lessum ducat, dum histrio in scena fiet.

Varro Meleagris: *Funnus exsequiati cum lausu ad sepulcrum antiquo more silicernum consecutus.*

T I R A Q U E L L U S.

² *In urbe ne urito neque sepelito.]* Supra ibi, *Neque defunditorum corpora.* *

C O L E R U S.

* Vide & epist. ad famil. lib. 4. epist. 12. ubi Cicero impetrare non potest ab Atheniensibus, ut Marcelli corpus intra urbem sepeliatur.

T I R A Q U E L L U S.

³ *Tum si quis in suo arborem panxit.]* Hæc verba legis 12. tabul. sunt apud Ciceronem d. lib. 2. de Legibus.

⁴ *Quod autem alienam segetem.]* Plinius lib. 28. c. 6.

⁵ *Insuper filios sub patris lege esse.]* Dionysius Halicarnassæus l. 2. ubi de-

scribit leges Romuli, Romanus, *inquit*, legislator permisit etiam patri vendere filium, nihil deteritus crudelitatis specie, quod res gravior videri posset, quam pro affectu domestico, quodque maxime quis miretur, in hac disoluta disciplina Græcorum educatus, quasi durum & tyrannicum, hoc quoque patri concessit, licere illi terna filii venditione pecuniam querere, majorem largitus potestatem patri in filium, quam hero in mancipium. Servus enim semel venditus, deinde libertatem adeptus, in posterum sui juris est. Filius vero à patre venditus, si liber fieret, rursus sub patris potestatem redigebatur. Iterum quoque venundatus & liberatus, servus, ut ante, patris reddebatur: post tertiam deuin venditionem eximebatur è patris potestate. Hactenus Dionysius. Hinc, ut scribit Franciscus Balduinus Juriscons. in legem Romuli 17. tres illæ in emancipandis liberis imaginariæ venditiones & manumissiones, quarum fit in jure Civili mentio. Sic enim demum extincto patris jure filii jus magis in tuto veteres fore judicabant. Atque hanc quidem Romuli legem tam placuisse Romanis, ait Dionysius, ut etiam telata sit inter duodecim Tabulas, & multis annis severissime servata. Numa tamen ab initio eam nonnihil mitigavit. Ceterum jus alioqui vendendi filiis, plane patri ademptum fuisse tempore nostrorum Jurisconsultorum, certo adfirmare non possum: quamvis

esſe, illosque victus necessitatī ſe cauſa patrio jure vendere, & p̄cium quæſtui eſſe, uſque ad tertiam auctionem, neve id fraudi ignominiae veſtis, ¹ neque filiis quicquam in bonis eſſe, patribus viventibus, voluere, niſi patrio jure emancipatione ſolutus foret, ² aut ſe jubente ſponsam filius duxiſſet, quod antea à Numa Pompilio cautum fuerat, ³ quem etiam pater occidere poterat. Sed quum à priſca illa

quamvis eorum reſpoſta nullam eſſe tradant liberi hominis venditionem: & creditorem tradant relegandum eſſe, qui ſciens à parente pignori accepit filium familias, & patrem evi-
ctionis nomine obligari, qui filium ſuum tanquam ſervum ignoranti emitori vendidiſſet. Sed poſteriorum Cæſarum reſcriptis plane ſublatam fuſſe hanc venditionis ſpeciem fatis conſtat. Extat Diocletiani atque Maximiani reſcriptum in l. 1. C. de patribus qui filios ſuos diſtrax. Liberos à parentibus neque venditionis, neque donationi titulo, neque pignoris jure, aut alio quolibet modo, nec ſub praetextu ignorantia accipientis, in aliud tranſerri poſſe. Conſtantinus tamen poſtea in l. 2. C. illo titulo, ſingularem unum (ut vocat) caſum exceptit. Voluit enim, ut inopſ pater, non habens unde ſe alat, poſſit filium vendere ſanguinolentum, hoc eſt, recens natum, & adhuc à matre rubentem: qui tamen in ſuam iterum ingenitatem aſſeri poſſit, reſtituto emtori precio, aut alio oblato mancipio. Sed humaniores ſunt illæ alia duæ, qua extant lib. 11. integri Codicis Theodosiani, de alimen-
tis, qua inopſ parentes de publico peteze debent, ſi domi non habent, quo ſuam ſobolem alant. Haec Baldui-
nus. Huius Conſtitutionis verba hic libait adſcribere, Provinciales egeſtate victus etque alimonia inopia laborantes, liberos ſuos vendere vel oppignerare cognoſiuntur. Quisquis igitur hujusmodi: e-
perietur, qui nulla rei familiaris ſuſtantia fuletur, quique liberos ſuos ægre ac diſſicile fuſſulent, per fiscum noſtrum, an-

te quam ſint calamitati obnoxii, adjuverit, ita, ut protonotarii preſidesque, & rationales per universam Africam ha-
beant potestatē, & universi, quos ad-
verteriat in egeſtate miserabilis conſtitu-
toſ, ſtipem neceſſariam largiſſunt, atque ex horreis ſuſtantiam tribuant compe-
tentem.

¹ Nequeſi. iis.] Alciatus in l. pactum, quid detuli. C. de paſtis. num 3. poſt Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ſſ. de liber. & poſtum. & ante eos Dionyſius Halicarnassensis lib. 8. de Spur. Caſſio loquens, qui ob affeſtatum regnum de rupe precipitatus eſt, ſic ait: Quid ſi pater eius iudex ſimil & accu-
jator punitorque fuifſet, nec donus eius eſſet diruſa, nec bona publicata. Apud Romanos e im nibil ſi ii poſſident viris patribus: ſed licet eis & pecunias & cor-
poribus filiorum uti arbitratuſuo.

² Aut ſe jubente ſponsam filius duxiſſet.] Numa Pompilius Romuli ſu-
cessor, ab initio hanc Romuli legem nonnihil mitigavit, ut his verbis ſcribit idem Dionyſius libro 2. Si pater fi-
lio confeſſirit uxorem ducere, futuram fa-
crorum ac bonorum juxta leges partici-
pem, patri poſthac nullum jūs eſto ven-
dendi filium, quod ille noui ſcripſiſſet,
niſi ante jūs fuſſet patri vendendi fi-
lios. Sicuti & Ulpian. l. 1. §. ult. ſſ. de lib.
exhibit. ait, non poſſe patrem filiam nu-
ptiam abducere: ne bene concordantia
matrimonia jure patriæ potestatis tur-
bentur.

³ Quem etiam pater occidere po-
terat.] Romanorum legislator Romu-
lius (auctore Dionyſio d. lib. 2.) Solo-
nis, Pittaci, Charondæque leges, per-
mittentes

illa severitate postea desivissent, sequuti interpretes jus naturæ, merito caverunt, ut liberi parentes alant: aut

viii-

mittentes patribus filios exheredare, domove pellere, non satis graves esse judicans, ad coercendam juvenum contumaciam, & ut parenti suis honos conservaretur, omnem potestatem patri dedit in filium, idque, toto vita tempore, sive in carcerem cum mittere, sive flagris credere, sive vinclum allegare ad rustica opera, sive necare libeat, etiamsi filius tractet Rempubl. etiamsi magistratus gerat maximos, etiamsi liberalitatis laudem publice sit promeritus. Quo jure nisi sunt Brutus, Manlius Torquatus & Sp. Cassius, ut idem dicit idem Dionysius lib. 3. Non fuit tamen (*ut Baldwinus scribit in d. 17. l. Romuli.*) ea semper qualiter Romulus instituit. M. Brutus in quadam sua ad Atticum epistola, *Dominum*, inquit, ne parentes quidam Majores nostri voluerunt esse. Sed & in pictate magis, quam atrocitate consistere debere patriam potestatem, judicavit Adrianus Imperator l. 5. ff. ad legem Pomp. de parricid. & temperatissimam eam esse oportere Seneca pronunciat. Sane jus olim patri fuisse vita & necis in filium Constantinus ait l. ult. C. de patria potest. & Paulus noster fatetur l. 11. ff. de lib. & posthum. non minus licuisse occidere, quam exheredare filiumfamilias. Sed licuisse magis aliquando, quam licet non obscure significant. Nam & abdicationem, qua Græci utebantur, sustulerunt, l. abdication. C. de pat. potest. & ne majorem quidem illam parentum asperitatem in castigandis filiis leges Romanæ tolerarunt. Certe Trajanus l. ult. ff. si quis à paren. manu. voluit, ut pater cogeretur emancipare filium, quem contra pictatem male tractabat: & ex consilio Neratii Prisci, & Aristonis, tam inhumano patri denegavit bonorum possessionem, quæ manumissori datur. Sed & memorix proditum est, Auxonem Equitem Romanum, quod filium suum virgisimmoderatius cecidisset, sic

Roma publice à parentibus omnibus, & filiis familias, nihil equestrem dignitatem reveritis, obsecrum esse, ut suis eum stylis consoderent: & Augustus vix potuerit consorum liberare. Certe rescripta Cesarum non patiuntur emendationem propinquorum (ut vocant) in immensum extendi: & sic quod sit delictum filiis familias, graviori aliquo suppicio dignum dedi nolum magistratum judicio. Sed & cum videret Romuli lex, ideoque pater Horatii illius Tergemini, qui, quod sororem occiderat, homicidii accusabatur, contendenter judicem se esse debere: reclamavit Rex Servius Tullius, populoque Roman, judicium relinqui voluit. Testis est Dionysius lib. 3. Ergo nunc parens sit potius accusator, quam iudex. Durus fortasse videbitur & crudelis pater, qui filium capitis faciat reum. Sed ô singularem legum Romanarum humanitatem! Si quis pius clemensque parens infelicem filium, ne alius eum accuseret, cogatur offerre judicium misericordia: volunt filio remitti extrellum supplicium: ne contra pietatem, atque humanitatem, pater filio vitam, quam dedit, sua delatione eripere videatur. Sic enim dicitur (l. 13. §. ult. de re militari.) Divus Pius desertorem qui à patre suo fuerat oblatus, in duriorem tantum militiam dari iussisse: ne videretur pater ad supplicium filium obtulisse. Haec tenus Baldwinus.

¶ Liberiparentes alant, aut vinciantur.] Parentum necessitatibus liberos succurrere justum esse, scriptis D. Antoninus Pius l. 1. C. de alendis liberis à parentib. Divi fratres, à competenti judge cogendos filios, ut patri alimenta prestent, rescripsierunt, l. 2. C. eod. Justin. in l. fin. §. ipsum autem filium. ab ipsis liberis parentes alendos esse, si inopia ex utraque parte vertitur, edixit. Sed & naturali ratione eo cogendos liberos Ulpianus respondit in l.

Modus vinciantur.¹ Quam emancipationem, seu cuius rei alienationem, secundum formulas antiqui juris ita fieri jubebat, ut non minus quinque testibus, Romanis civibus, & libripende, qui libram aeneam tenebat, is qui mancipium accipit, æs tenens, ita dicat: *Hunc ego hominem ex jure Quiritum, meum esse ajo:* post quæ verba, ære percutit libram, atque illi æs dat, à quo mancipium accipit, quasi per imaginariam venditionem precii loco, in jus suum & ditionem vindicaret de alterius manu. Quæcunque igitur alienatio duo-

in l. si quis à liberis. §. parens. ff. de agnoscend. vel alend. lib. vel parent. Hujus legis meminit Quintilianus lib. 5. capite 10. hanc præterea legem sæpe videbis apud Declinatores, scilicet, Senecam, Quintilianum, & reliquos. Hæc enim facit initium 1. & 7. declamat. lib. 1. Declamationum Seneca: rursusque 7. lib. 2. & 20. lib. 4. Controversiarum ipsius Seneca, & 5. declam. Quintiliani.

1. *Quam emancipationem.*] Hæc sunt Ciceronis lib. 2. de legib. &c Boëtii in tertia parte Commentariorum in Topic. Ciceronis in eum locum, Abalienatio est ejus rei, que mancipi est, aut traditio alteri nexus, &c. Definit enim, inquit Boëtius, quid sit abalienatio ejus rei, qua mancipi est, dicens, Abalienatio est rei, que mancipi est, aut traditio alteri nexus, aut cessio in jure, inter quos ea jure civili fieri possunt. Nam jure civili fieri aliquid non inter alios, nisi inter cives Rom. potest: quorum est etiam jus civile, quod 12. tabul. continetur. Omnes vero res, qua abalienari possunt, id est, qua à nostro ad alterius transire dominium possunt, Mancipi dictæ sunt. Mancipires veteres appellabant, qua ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandam nexus fieret solennitatem. Nexus vero est quedam juris solennitas, qua fiebat eo modo, quo in Institutionib. Caius exponit. Ejusdem autem Caij lib. 1. inst. de Nexus faciendo, hæc verba sunt, *Est autem Man-*

cipatio, imaginaria quedam venditio, quod ipsum jus proprium Rom. est ci- vium, eaque res ita agitur, Adhibitis non minus quam quinque testibus civibus Romanis puberibus, & præterea alio ei- jusdem conditionis, quilibet aeneam te- neat, qui appellatur Libipens. Is, qui mancipium accipit, ita dicit, Hunc hominem ex jure Quiritum meum esse ajo, isque mihi emptus est ære, & eaque libra. Deinde ære percutit libram: idque æs dat ei à quo mancipium accipit, quasi precii loco. Quæcunque igitur res lege 12. tab. aliter, nisi per haec solennitatem, abalienari poterat. Sui iuris autem cate- ræ res nec mancipi vocabantur. Eadem vero etiam in jure cedebarunt. Cessio vero tali fiebat modo, Apud magistratum populi Romani, vel apud Praetorem, vel apud Praesidem provinciæ, is, cui res in jure ceditur, rem tenens ita vindicat, Hunc hominem ex jure Quiritum meum esse ajo. Deinde postquam hic vindicaverit, Praetor interrogat eum, qui cedit, an contra vindicet. Quo negat, aut tacen- te, tunc ei, qui vindicaverit, eam rem addicit. Idque legis actio vocabatur. Ha- stenus Boëtius. Hujus abalienationis meminit Horat. epist. lib. 2. ep. ult. illis carminib.

Si proprium est, quod quis libra merca- tur & are,
Quedam (si credis consulti) mancipat- ussis.

Meminit & Plutarchus in libro de Se- ra numinis vindicta.

duodecim tabulis haud aliter nisi hac solennitate fieri jure poterat, aut cessione, quæ fieret apud magistratum populi Romani, ut cui res jure ceditur, rem tenens ita vindicet: Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum esse ajo: mox prætor interroget eum qui cedit, an contra vindicet. Quo negante aut tacente, ei qui vendicarat, rem addicit. Idque legis actio dicitur, quia traditione pura cessio rei mancipi non explicabatur. Quare usurpatur, ut in emptione rerum quæ mancipi sunt, libra interponeretur, & libripens.¹ Si tamen filius è muliere, quæ vulgato corpore quæstum fecit, & non justis nuptiis editus, aut à patre nullis foret artibus instructus, lege Solonis patrem alere minime cogi poterat.² Glandem quoque suam in alienum fundum præcidentem, ut liceat tollere in alieno,³ qui que injuria alterius arbores cæcidisset, in singulas siclos æris vigintiquaque pœnam solvere cogebat.⁴ Tum inter jura stillicidio- & parietum, ne quis ædibus tignum injunctum eximere

*Legis
actio.
Filius
incre-
tricis,
aut ar-
tibus
non in-
fructu-
bus,
patrem
alere
non co-
geba-
tur.
De stil-
licidiis
& pa-
rieti-
bus.*

¹ Sitamen filius.] Plutarchus in vita Solonis auctoritate Heraclidis Pontici, nam ibi subdit, Qui in congesione & commercio mulieris decorum non servat, is facile declarat, se non liberorum gratia ad eam rem impelli, sed voluptati potius indulgere. Ideoque mercede se privat, nec sibi jus parentis in liberos reliquum facit, quibus ipsa procreatione dedecus & ignominiam attulit. Aliud tamen nostris legibus, quibus pater & filius naturales se mutuo alere debent, ut supra diximus.

² Glandem quoque suam.] Plinius lib. 16. cap. 5. Cautum est, inquit, lege 12. tabularum, ut glandem in alienum fundum præcidentem liceret colligere. Idque etiam attestatur Jurisconsultus in l. unica. ff. de glande legenda. Sed & tu interim vide l. Julianus. §. 2. ff. ad exhib.

³ Quique injuria alterius arborem cæcidisset.] Idem Plinius lib. 17. c. 1. Enit, inquit, & arborum cura legibus

præcis: cautumque est 12. tabulis, ut qui injuria cæcidisset alienas, lucret in singulas æris 25. De quo & tu vide l. 1. ff. arbor. furtim. cesar. & totum eum tit. & l. duobus. §. colens. ff. de jurejur.

⁴ Tum inter jura stillicidiorum & parietum.] Ulpianus in l. 1. ff. de tigno injuncto. & l. gemma. ff. ad exhibendum: & Paulus in l. in rem actio. §. tignum. ff. de rei vind. Idem l. de coff. de donat. inter vir. & uxor. Caius, l. adeo quidem. §. sed & si. ff. de acquir. rer. dominii. ubi sic scribit, omne, quod inedificatur, solo cedit: nec tamen ideo is, quæ materia dominus fuerit, disfit dominus ejus esse: sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea agere, propter legem 12. tabularum: qua cavetur ne quis tignum alienum ædibus suis injunctum eximere cogatur, sed ilupiam pro eo prestat. & Paulus l. qui res suas. §. ult. in fin. de solution. & liberat. & Justinianus in §. cum in suo inst. de rerum divisione.

¹ Neve

cogatur, sed duplum pro eo præstari,¹ neve quadrupes pauperiem alteri faxit, sed dari animal pro noxa, aut ejus offerri estimationem lege cavebatur,² quod à Solone statutum erat, ut si canis morsu affecisset quippiam, quatuor pedum capistro nexus dederetur, quod de omni quoque pecore sanctum est.³ Iisdemque legibus quoties de aliquibus statu causa agitur; ut liber an servus sit, in dubium veniat, dari vindicias secundum libertatem aut servitatem cavebatur.⁴ Utque ad agrum meum per tuum eunti via mihi pateat, quæ in porrecto octo, in anfractu sedecim pedum foret.⁵ Dari autem vindicias secundum libertatem tunc dicebatur, quum prætor super assertione liberi capitis, aut servilis personæ, quem assertor servum aut liberum dicit, de quo ambigitur, datis induciis, decernit edicto, ne interim asserto vis inferri valeat per assertorem, sed in libertate qua fungitur, maneat. Cum vero prætor assertum in servitute pro servo teneri apud assertorem interim jubet, vindiciae secundum servitatem dicuntur dari.

*Vindi-
cias se-
cundum
liber-
tatem.
De
windi-
cias vi-
de l. 2.
§. in
tuum.
ff. de
orig.
jur.
Vindi-
cias se-
cundum
servi-
tuem.*

⁶ Furta quoque eadem lex usque adeo aversata est, & tam severa

I Neve quadrupes.] Ulpianus in l. 1. in princip. ff. si quadrupes pauper. fec. dicat. Si quadrupes, inquit, pauperiem fecisse dicatur, actio ex l. 12. tab. descendit: quæ lex voluit, aut dari, quod nocuit, id est, animal, quod noxiæ commisit: aut estimationem noxiæ offerri. Noxia autem est ipsum delictum. Quæ actio ad omnes quadrupedes pertinet, & Justinianus in §. 1. instit. eod. tit. sic scribit, Animalium nomine, quæ ratione carent, si qualiservia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege 12. tabul. prodita est.

2 Quid à Solone.] Plutarchus in Solone, Noxa, inquit, quadrupedum legem tulit, qua canem, qui quidpiam mortuus affecisset, truncos quatuer pedum alligatum dedi ius sit, commentum ad securitatem elegans.

3 Iislemq; legibus.] Pomponius Jurisconsultus in l. 2. ff. de orig. jur. & ante illum Dionysius Halicarnassæus

lib. 2. Paulus, in l. ordinata. Causa in l. si de libertate. ff. de liberali causa.

4 Usque ad agrum meum.] Causa in l. vic ff. de servit. rust. præd. Viæ latitudine ex l. 12. tab. in porrectum octo pedes habeat: in anfractum, id est, ubi flexum est, sedecim. Varro l. 6. ling. Lat. in verbo, Anfracto.

5 Dari autem vindicias.] Pompon. in l. 2. §. initium 13. ff. de orig. juris. & ibidem Budæus & Zasius. Vide præterea Festu Pompejum lib. 19.

6 Furta quoque eadem lex.] Totum hoc l. 2. tab. caput commenmorat Gellius lib. 11. cap. 18. cum probare vult Decemviro neque pari severitate in puniendis omnium generum furibus, neque remissa nimis lenitate usos esse. Audiebant illi quam acerbe Draco Atheniensis furta omnia puniri voluerat, quam leniter Solon, qui sublati mortis supplicio, dupli tantum poenam furibus indixit. Audiebant apud Lacedæ-

severa correctione plectit, ut furem manifestum in servi-
tutem tradat illi cui furto quid subtractum foret. Furem
vero nocte deprensum, quoquo modo: die vero, si telo
se defenderet, & demum cum clamore occidi permiserit,
in haec verba: ^{Lex de} ^{furib. 4.} ^{si pi-} ^{gnore.} ^{S. fi-} ^{nem. ff.} ^{de fur.}
^{Si nox furtum factum sit, si im aliquis oc-}
^{cisit, jure cæsus esto.} ^{Furta}
^{perlan-} ^{CON- cem &}
^{latus & sacrilegii gravior poena est) licium}

Lacedæmonios quanta esset furtorum & quam impia licentia. Prudenter ipsi delegerunt medium quandam rationem puniendi coercendique furti: quod quidem impune grassari non potest, quin omnis tollatur humana societas. Et quidem quod attinet ad primum caput hujusce legis Decenviralis, extat quoque apud Cic. Is enim in Oratione pro Milone, 12. *Tabula*, inquit, nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si telo defenderet, interfici impune voluerunt. Sed & Caius noster scribit l. 4. ad legem Aquiliam, Legem 12. Tabul. furem noctu deprehensum occidere permisisse, ut tamen id ipsum cum clamore testisetur. hancque legem enarrans lib. 1. ad legem 12. Tabul. quid hic telum appelletur, quamque late pateat ejus significatio, pluribus verbis explicuit, exatque ejus interpretatio in Pandect. l. 233. si eavilletur. § telum vulgo. ff. de verb. sign. & à Justiniano repetita in Instit. §. telum. Instit. de pub. iud. Sane tamen Ulpian. adjicit (l. furem nocturnum. ff. ad leg. Corn. de sic.) furem nocturnum si quis occiderit, ita de-
rum impune ferre, si parcere ei sine peri-
culo non potuit. Porro, ut Romani post Decenviros prohibuerunt aliquem de saxo præcipitari, l. si diutino. 25. ff. de penit. sic & liberum hominem alicui addici, servumque illi fieri poenæ cau-
sa, noluerunt. Ergo furti sive manife-
sti, sive nec manifesti poena mutata est, & ad pecuniariam revocata. Testis quidem est Polybius, extremum illud supplicium ζυλασθείαι mansisse in ca-
stris Rom. adversis eos, qui quid in iis futarentur. Sed aliorum furtorum, que quidem privata essent (nam pecu-

non nisi multam pecuniariam esse vo-
conce-
luerunt. *Pona manifesti furti* (inquit pta.
Justin. l. ult. de fur.) quadrupli est tam
ex servi, quam liberi persona, nec mani-
festi dupli. Hæc Franciscus Balduinus in
leg. 54. 12. Tabul.

1. *Si nox fursum.*] Hic nox inusitatissime legitur. Ab eo autem quod is, non eum casu accusativo, sed in dixerunt. Sic Macrob. Nam Festus non im, sed en ab eo quod est is, deduci scribit. Ego tamen em pet m, in fine scribendum puto. Moveret me vetusti codicis Macrobiani auctoritas, ut in legendum putarem, incastigatumque Festi exemplar suspicarer nisi id esset scriptum in dictiōnibus ab E litera incipientibus. Vide Cælium Calcagni-
num Lect. antiquarum lib. 2. c. 3. *

C O L E R U S.

* *Nox, pro noctu, usurpavit aliquoties Plautus. Contrarius fur nocturno etat Interdiarius ἡμερολέπτης. Nocturnum dicebant Græci ἡμεροῦσις dormitatem. Vide Cœlacum obseruat. lib. 11. c. 27.*

T I R A Q U E L L U S.

2. *Furta quoque perlancem & licium.]*
Franc. Baldinius in leg. 57. 12. Tab.
FURTA PER LANCM LICIVMQUE CONCEPTA, SICVT MANIFESTA VIN-
DICANTOR. Sic scribit, Decenviros furtæ, que per lancem liciumque con-
cepta essent, perinde ac si manifesta forent, vindicavisse, testis est Gellius
lib. 11. c. 18. Sed vellem etiam addi-
disset atque explicuisse, quæ tandem ea furtæ sint. magna certe molestia po-
steritatem liberasset, quam tanto etiam magis id ignorare puduit, quod etiam Gellius alio loco (scilicet l. 16.
cap. 10.)

concepta, velut manifesta, severiora poena punivit.¹ E dī-
verso

cap. 10.) vehementer rideat quendam jurisperitum, qui, ut ignorantiam in hoc genere suam excusaret, causabatur furtorum quæstiones cum lance & licio evanuisse, omnemque illam 12. Tab. antiquitatem. Tati Alpini conjectura, aliorum interpretum commentis probabilior esse videtur, furtum hæc fuisse, quæ religionis obtentu impostaores quidam, tanquam sacrificuli, licio succincti, & lance ad colligendas stipes circumferentes committebant sacrilegis proxima, nempe rerum, si minus, ad ministerium Dei consecratarum, collectarum tamen ad sacrificia, & eorum nomine. Sacrorum ministros licio succinctos fuisse, ideoque etiam Lectores dictos esse, ostendit Ovid. libro 2. Fastor. Lances quoque inter sacrificia fuisse vel illud Virgilii lib. 8. Æneidos indicio est,

Dona ferunt, cumulantque oneratis lan-
cibus aras.

Si sacrilegos hujus generis fures atque impostaores coercere voluerunt 12. Tabul. & prudenter & religiose factum id est. Eorum nequitia si postea indulxit posteritas, vel superstitione fascinata, vel talium nebulonum furtis iam satis afflcta, nimum certe vecors fuit. Sane Cic. lib. 2. de Legibus edit hanc legem, *PRÆTER IDEM MATRIS FAMV-*
LOS, EOSQVE IUSTIS DIEBVS, NE-
QVIS STIPEM COGITO. Deinde subiicit, *Stipem sustinimus, nisi eam quam ad*
paucos dies propriam Ideæ Matris exce-
pimus. Implet enim superstitione animos,
& exhaustus domos. * Tolerat ergo Ci-
cero μυτεράς (sic enim vocabantur)
cum sua mendicitate, cum suis
stipulationibus, alios ejus farina non
tolerat stipulatores. Hactenus Francisc.
Balduinus. **

C O L E R U S.

* De qua stipe illa, quam Galli matris Deum, legè à Metello lata, vide August. lib. 7. de Civ. Dei, & Ovid. in Fastis.

** De lance & licio, sic Festus:

Lance & licio dicebatur apud anticos,
quia, qui furtum ibat querere in domo aliene, licio cinctus intrabat, lanceumque
ante oculos tenebat propter matrum familiæ, aut virginum præsentium. Hactenus Fest. Notum est ex 12. tabulis (inquit Scaliger) ideoque repetendum ab ultimo Atheniensium jure: Nam qui concipiebant in aliqua domo furtum, nudū cincticulo amicti, quod vocatur heic licium ades suspectas ingrediebantur. Aristoph. *repælaus:*

Katibz Σομάπον. ἡδίκηα πι,
Οὐκ, ἀλλὰ γυμνὸς εἰσινεγενέσθη.
ΑἼλ' ἐχε φωρέσων ἔχω γειστρόμενος.
Plato de leg. lib. 12. φωρᾶν σι ἀνέθε-
λη τις πατέρ' ἐπειδή γυμνὸς, ἢ χειρο-
νον ἔχων ἀλώς & περομίστας τας νο-
μίμιας θεος, ἢ μηλον ἐλπίζων διρήσειν,
ἢ πω φωρᾶν. Propter familias autem,
& virgines opponebat lancem ante o-
culos, quia etiam in γυναικειοῖς
intrabat. quod non licebat apud Græ-
cos viro externo, ne corrumpendi fe-
minas potius, quam furri concipiendi
causa ingressus videretur. Ideoque lan-
cem ob oculos ponebat, ne videret eas.
Sed quero, quid ergo proderat intrasse
Gynaconitin & nibil videre? Sane
qui ita oculos teget, quid videre pos-
ser, quomodo furtum concipere,
nescio.

T I R A Q U E L L U S.

1 E diverso Lycurgus.] Xenophon Pædix Cyri lib. 4. &c in Repub. Lacedæmoniorum. Gellius d. lib. 11. c. 18. Plutarch. in Lycурgo. Sed ne fallaris, ira furari apud eos licebat, modo ne deprehenderentur in furto, ut scribit idem Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis, *Alins*, inquit, *quidam puellus, cum adesset tempus quo lege cau-*
tum erat, ut ingenui pueri quod quisque
posset ita furarentur, ne deprehenderen-
tur in furto (nam id turpe erat) viram
impeculam, quam pueri, quibus cum erat,
furati fuerant, accepit servandam. Sed
adventientibus iis, qui amiserant, ad qua-
rendum illam, sub ueste quam primum oc-
culaverit.

verso Lycurgus Spartanis furta impunita esse voluit, quo magis acuerentur ingenia, animoque essent vegeto & solerti, ^{Spartanis} ^{furta} ^{impunita.} ¹ exemplo Germanorum & Ægyptiorum, qui furta legibus inulta reliquere. ² Si tamen sacerdoti exhibita fuissent, furi ablatae rei pars lucro accedebat. ³ Apud Persas fuere Cardaces, quibus nullus rapinis modus; nam per occasionem & licentiam rapto vivere perimititur. ^{Cardaces.}

⁴ Fertur tamen Dionysius senior, quum sceleris convictos

extiravit. Fera vero saeviente, ac pueri ipsius latus ad viscera usque lacerante, tantisper toleravit ne deprehenderetur, dum si, qui quererant, abiissent. Sed cum pueri, id quod factum erat vidissent, accusarentque dicentes: Melius erat manifestare vulpeculam, quam usque ad mortem occultare. Minime vero, inquit, sed satius est doloribus immori, quam in furto deprehendi, ac propter molitatem turpiter vitam affectasse videri. Et non in multo post, Furantur, inquit, illuc pueri etiam ex cibulentis quicquid possunt, discentes dextre impone vel dormientibus, vel indiligerenter servantibus. Deprehenso pœna erat caput & cœsura.

¹ Exemplo Germanorum.] Cæsar 1.6. Commentariorium, Germanoru[m] mores & vi[ctu]s rationem scribens, ait, Latrocinia nullam habent ins[er]miam, que extra fines cujusque civitatis sunt: atque ea juventutis excendæ, ac desidie minuende causa fieri prædicant.

² Et Ægyptiorum.] Diodorus Siculus lib. 2. c. 3. Gellius lib. 11. c. 18.

³ Si tamen sacerdoti.] Diodorus ubi supra, Lex præterea privatim de furibus apud solos Ægyptios hæc erat. Jubbabat eos qui furati volebant, nomen suum apud Principe[m] sacerdotum scribere, atque evestigio furtum ad eum deferre. Similiter quibus res furto erupta erat, apud cundem rei sublata tempus, diem & horam scribere tenebantur. Hoc modo facile invento furto, qui rem amissi[er]e, quarta multabatur parte, quæ daretur furi. Satius ator legis esse duxit, cum impossibile

græset furta prohiberi, potius alicujus portionis, quam totius rei amissione homines jastram pati. Similiter & Samii Mercurio Charidotæ rei divinam facientes, volenti & furari & latrocinarí permittunt. Quia oraculo relicta insula, Mycalem cum migrassent, præda ac rapinis decem annis vitam duxerunt, deinde in insulam reversi Samii hostes superatunt. Plutarchus problem. c. 168.

⁴ Apud Persas.] Strabo lib. 15. ad finem.

⁵ Fertur tamen Dionysius senior.] Dionysius auctore Plutarch. in Apophthegmatis ejusdem, cum in aliorum scelerum patratores severe animadverteret, vestium furibus parcere solet, ut Syracusii cœnare inter se & inebriari desinerent. Solent enim lopodytæ, id est, vestium fures in balneis frequentibusque conviviis venari. * Quemadmodum autem in balneis vestes deponuntur, ita in conviviis summae vestes abjici solent, ut togæ palliaque. Hæc Erasmus ex Plutarch. in Apophtheg. Dionysii.

C O L E R U S.

* De furibus balneariis multa habes apud Senecam. Tertullian. de Idololatria. Si hoc præceptum ab omnibus manibus defendatur, credo & fures balneariores manibus suis vivere, & ipsos latrones manibus agere quo vivant. Ideo fugi in persecuzione. Nescio dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum & curiosorum, inter tabernarios & tanios & fures balnearum & aleones & lenones, Christiani quoque ve-

gravius puniret, illos qui vestes furabantur, impune abire scytha. jussisse. ¹ Contra vero apud Scythas; quibus nihil erat furto gravius, severissima enim plectebantur poena, qui turbato gentium jure, de possessione dominos everterent.

Indi. ² Indi quoque à rapinis velut contra hominum societatem, contraque divinum humanumque jus magnopere abstinuere, adeo ut si quis vectigal furatus esset, capite lueret: tametsi Herodotus auctor sit, Tauroscychtas furandi licentia sibi viictum queritare. ³ Id quod Solon apud Athenas sanctionibus magnopere vetuit, cavens ut si quis quod non potuisset tolleret, tanquam improbus poenas daret. ⁴ Prae ceteris Draco legumlator, ut ab alieno omnibus manum abstinerent, furta tam morosissime pensavit, ut eum qui stercorandi causa stercus bubuluin abstulisset, aut olera, capitis suppicio afficeret: ⁵ censuitque furto

Etigales continentur. Ibi Tertulliani interpres, ait, alio nomine dictos fuisse capsarios. Quod non est verum. Capsarii enim l. 3. §. ult. ff. sunt, qui in balneis vestimenta custodiunt. quod verbis Epiphanii confirmat Iureconsultorum Coryphaeus Cujacius observat. lib. 5. cap. 8. his autem balnearibus furibus gravior poena constituta erat, quam aliis. Id cur fiat docet Aristot. Probl. sect. 30. Probl. 14.

T I R A Q U E L L U S.

¹ *Contra vero apud Scythes.*] Justinus ex Togo Pompejo lib. 2. Scytharum mores describens, Nullum, ait, scelus apud eos furto gravius, quippe sine teatro, munimentoque pecora & amenta habentibus, quid scelum esset, si furari licaret?

² *Indi quoque.*] Hæc usque ad vers. Tanci, sunt Strabonis lib. 15. Quintianam apud Bactrianos, qui vel pauca furatus esset, sputis dedecorabatur, ut ex auctoritate Bardasanis scribit Eusebius Preparationis Euangelicæ, lib. 6. cap. 6. Et qui apud Arrios aliquid vel minimum furabatur, obruebatur, ut ille quoque dicit eodem loco. Et apud

Locros, si quis in furto deprehenderetur, oculis privabatur, ut testis est Heraclides in Politicis.

³ *Id quod Solon.*] Laertius in vita illius. Vide nostras Consuetudines.

⁴ *Prae ceteris Draco.*] Plutarchus in vita Solonis, ἀποτιμητάρες πίταξιν δέ τελετές λέγεται καὶ θυσίας οὐ πολλούς νοεῖ. εἰδέτη τοῖς ιερούσιοις, η ἀνδρούροις. id est, omnium flagitiorum una pena mors, qui olera, aut mollieris corticis fructus surripuerint, ut sacrilegi & homicide puniantur. Gellius lib. 11. cap. 18. post princ. Draco, inquit, leges quibus Atheniensis uterentur, primus omnium tulit. In illis legibus summi cuiuscunque modi furti, suppicio capitatis puniendum esse, & alia que nimis severe censuit sanxitque.

⁵ *Censuitque furto teneri.*] Gellius lib. 7. cap. 15. & hoc quoque nostris legibus observatur, ut scribitur in l. qui jumenta 40. ff. defurtis. Qui, inquit, jumenta sibi commodata longius duixerit, alienaræ re invito domino usus sit, furtum facit. & l. si ut certo loco. 5. §. sed interdum. Ulpianus sic scribit, Sed interdum & mortis damnum ad eum, qui commis-

furto teneri etiam qui jumentum aliorum, quam quo utendum acceperat, dederet. ¹ In Lycia ferunt constitutum, ut si liber homo quipiam furatur, libertate amissa, servus cogatur esse & mancipium. ² Alexander quoque Severus adeo vindicta furorum fuit, ut præter severissimas poenas, nullum raptorem aut furem salutationi admiserit, illosque velut nequissimos è conspectu summo-
 verit. ³ Dixere autem furtæ per lancem & licium, quod fures qui in alienas penetrabant ædes, plerunque (ut est sagax furuum solertia) licium ferebant, quo furtæ alligarent: & lanceis pœnas ne innotescerent. ⁴ Eadem quoque lex cœtus nocturnos & coitiones in urbe nocte fieri vetuit: ⁵ quod lapsu nox temporis oblitteratum, postea Gabinia

commodatum rogavit, pertinet. nam si tibi equum commodaveris, ut ad villam adduceres, tu ad bellum duxeris: commodi tenberis, idem erit. ⁶ In homine. Restrinxitur se valente dominus id facere existimat. Angel. in §. furtum. ff. de obligat. que ex maleficio.

¹ In Lycia.] Nicolaus æg. 29. & ex eo Stob. Sermone 42.

² Alexander quoque Severus. Lampridius in vita illius. T. autem Junius; ut id addas, cum apud Claudiū Cæsarem cœnaret, argenteum poculum (sive scyphum aureum, ut scribit Suetonius in vita Claudiī c. 32.) clavis sustulit, quod cum Cæsar audisset furtum illud non alia poena ultus est, quam postridie eum rursus ad cœnam invitavit, qui cum venisset, iussit ministris, ut nullum illi argenteum poculum, sed fistilia oinnia adferrent atque apponent. Plut. in vita Gaius. Hanc histriam Corn. Tacitus lib. 17. sic scribit; Titus Junius servili deinceps probore respersus est, tanquam scyphum aureum in convivio Claudiī furtus. Et Cladius postea diē, sollemnem Junio fistilibus ministrari jussit.

³ Dixere autem furtæ per lancem & licium.] Festus Pompejus lib. 10. Lance, inguit, Cælio dicebatur apud antiquos,

quia qui furtum ibat querere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lanceamq; ante oculos tenebat, propter matrum familiæ, aut virginum preseniam. Scribit quidem Festus antiquam illam querendi furti in ædibus alienis fuisse solemnitatem, vel ne viderentur uxores & mulieres quas religiose ac severe olim & Græcos & Latinos observasse, ut nunc etiam, nullus ignorat, vel ne terrenentur, vel aliam ob causam. Furtum autem quod quis committebat, furtum querens in ædibus alienis, per lanceam & licium conceptum dicebatur, quia licio cinctus & lanceam ante oculos tenuens furtum faciebat. De hujusmodi furto jam non multo ante ex Franc. Balduino satis ample diximus. Et ego ex Scaligero satis, opinor, fuse.

⁴ Eademque lex cœtus nocturnos.] Porcius Latro in illa elegantissima declamatione adversus Catilinam, Primum, inquit, 12. Tab. cantum esse cognoscimus, ne quis in urbe cœtus nocturnos agitaret.

⁵ Quod lapsu temporis.] Idem Porcius ibi ad supra proxime dicta adjungit, Deinde lege Gabinia promulgatum, qui conciones ullis clandestinas in urbe conflavisset, more majorum, capitali supplicio multo vetetur.

Noctis definitorum legem. binia lege innovatum fuit. ¹ Nocte inque ita lex definivit, ut post solis occasum noctem esse decernerent. Verba legis hæc sunt: *Ante meridiem causam conjicito, quum perorant ambo præsentes: post meridiem præsenti litem addicito, si ambo præsentes. Sol occasus susprema tempestas esto.* ² Venditæ que rei & traditæ, nisi persoluto precio vel satisfacto, haud aliter rem ad emptorem transferri voluit. ³ Furtivæque rei usucaptionem & dominium inhibuit. ⁴ Quo etiam jure cavebatur, in rebus vendundis ea præstari oportere, quæ essent nuncupata, ita ut pacti & conventi stetur formulæ: quæ qui inficiatus foret, duplice in subiret pœnam. Quod mox à jureconsultis, qui formulas de dolo in malo inveniunt, cautius statutum est: nam in re vendita si quid esset vitii, quod emptor ignoret, venditor sciat, reticentiam quoque multari jussurunt. ⁵ Erat tamen lege con-

¹ Noctemque ita lex definivit.] Mæcrobi lib. I. Satir. c. 3. Censorinus de die Natali, c. 9.

² Venditæque rei & traditæ.] Id ex legibus 12. Tabul. esse restatur Justinianus in §. vendite. Instit. de rerum divis. Paulus in l. quod vendidi. 9. ff. de contrahenda empt. Quod vendidi & tradidi, ait, non aliter fit accidentis, quam si aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus empori sine ulla satisfactione. Et Ulpianus in l. procuratoris. §. sed & si dedi. ad fine in scribit, Quia res vendite, non alias desinunt esse meæ (quamvis vendidere) nisi cere soluto, vel fidei jussore dato, vel alias facta, dicendum erit, vindicare posse me.

³ Furtivæque rei usucapinem.] Id ex legibus 12. Tabul. tradit idem Justinianus in §. Furtivæ. instit. de usucaptione. Et id quidem postea confirmatum est lege Atinia, aut, ut alii vocant, Atinia apud Gellium lib. 17. c. 7. & Paulus l. 4. §. quod autem ff. de usucaptione.

⁴ Quo etiam jure cavebatur.] Hæc lex 12. Tabul. ex Græcis legibus esse videtur. Idem quoque cavisse videntur

Ædiles apud Ulpianum in l. 1. ff. de adil. edit.

⁵ In re vendita si quid esset vitii.] Venditorem vitium morbumve scientem omnia detrimenta, quæ ex emptione emptor traxerit, præstare oportere Julianus apud Ulpianum scribit l. Julianus. ff. de actione empt. ex edicto edit. quod extat in l. 1. ff. de adil. edit. Hujus legis meminig Cic. lib. 3. de offic. ubi sic scribit, Ac de jure quidem prædiorum sanctum est apud nos in jure civili, ut in his vendendis vitia dicterentur, que nota essent venditori. Nam cum ex 12. tabul. satis esset ea præstari, que essent lingua nuncupata, que qui inficiatus esset; dupli pœnam subiiri, à Jureconsultis etiam reticentie pœna est constituta. Quicquid est in prædicto vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatio dictum esset, præstari oportere.

⁶ Erat tamen lege constituum.] De hoc articulo vide ff. judicatum solvi. & ff. in jus vocati ut eant. & ff. qui satisdicti. cog. & c. de jurejur. propter calum. dan. Cui satisfactioni successit hodie ex Francisci regis I. constitutione apud Gallos domicili electio. Porro non legi litigatores deponere 50. aureos.

stitutum, ut si quis petieret quod inficiaretur dubia argumentorum fide, ambo, petitor & reus æreos quingentes apud pontificem deponerent, quod juramentum dicebatur, & denum re discussa, victor pro quo judicium staret, nummos reciperet, vicit vero ad ærarium ferebatur. ^{Jura-men-tum:} Et tametsi lege duodecim tabularum, usucapione biennali fundi dominium transiret ad emptorem, nihilque de urbana caveretur prædiis, jure consulti postea legem interpretati, idem placitum juris æquitate ad urbana translulerent. ^{perpe-nniam depo-sitam.} ² qua etiam lege cautum fuit, ut vestibulum sepulchri, sicut sepulchrum, usucapere non liceret. ³ Frugem quoque alterius aratro quæsitam nocte pavisse, vel infame carmen proposuisse, puberi duodecimi tabulis capitale fuit: impuberi vero, Prætoris arbitratu*s*fusis pœna. ⁴ Eumque qui hostem concitasset, aut opem tulisset, capite punivit. ^{Furti a ctio.} Furti quoque noxalis actio, lege duodecim tabularum constituta erat; ut si servus quadrupesve furtum damnum vœ admisit, vel fraude aut perfidia quid patravit, dedendo servum aut quadrupedem liberetur dominus. ⁵ Quod si seruus equusve meus in stadio coronam

Tu tamen interim vide tit. de fatis.

Instit. lib. 4. c. 11.

¹ Et tametsi lege duodecim tabularum, usucapione biennali fundi.] Cicero in Topicis, & Oratione pro Cætinna, & in oratione de Atuspicum responsis.

² Qua etiam lege cautum fuit, ut vestibulum sepulchri.] Cic. lib. 2. de Legibus.

³ Frugem quoque alterius aratra.] Plinius lib. 18. cap. 3. Frugem quidem, ait, arato quæsitam furtum nocte pavisse, ac secuisse, puberi 12. Tabul. capitale erat, suspensumque Cereri necari iubebant graviss. quam in homicidio coniudem: Impuberem prætoris arbitratu verterari, noxiare: dupliquem decerni. Idem libro 28. c. 2. eum probare vult magicanum incantationum aliquam esse viam, alegunt ipsarum in 12. Tabul. verba spicile, Qui FRUGES INCAN-

TH... me-

ab. c.

TASSET. & alibi, Qui MALVM CAR-MEN INCANTASSET. De eo quod de impubere dixit, vide Gellium lib. 11. c. 18.

² ⁴ Eumque qui hostem concitasset.] Hujus legis testis est Martian. in l. 3. ff. ad leg. Jul. majestat. his verbis, Lex 12. Tabul. jubet eum, qui hostem concitaverit, qui ve cirem hosti tradiderit, capite puniri. Ubi adverte in antiquis Digestorum libris scriptum esse, Qui-ve opem hosti tradiderit, & non ci-veni.

⁵ Furti quoque noxalis actio.] Ulpianus Celsi auctoritate in l. 2. ff. de noxa. act.

⁶ Quod si seruus equusve meus.] Plinius lib. 21. cap. 3. totum hoc capit nobis suppeditavit (ut scribit Francis. Balduinus in l. 14. 12. Tab.) & aliqua etiam in parte interpretatus est. Sic

L 1 enim

meruisset, domino deberi cavebatur, his verbis: *Qui coronam parit ipse, pecuniamque, ejus virtutis ergo arguitur,* quam servus equive meruissent: Et hæc omnia sapientia prope singulare cisdem tabulis sancta & sacrata fuere. Nec tantum circa corrigendos plectendosque mores, sed circa ultimas voluntates, & bonorum successiones testamento debitas, & ad parentum bona admissionem, eisdem tabulis jura perscripta sunt. ² Nam masculos æque ac fœminas ad bona parentum pariter vocavit, ³ eosque sive testamento valido, sive nullo: ⁴ nec solum natos, sed posthumos, ⁵ invi-

enim lib. 21. cap. 3. loquens de coronis ait: *Semper auctoritas vel ludicra questiarum fuit. Namque ad certamina in circum per ludos & ipsi descendebant, & servi suis quoquinque mittebant. In de illa 12. Tabularium lex, Quicorona nam parit, ipsi pecuniae ave fuis, virtutis ergo argitur. Quam servi equive meruissent, pecunia partam lege dici, nemo dubitarvit. Quis ergo bonos? ut ipsi mortuo, parentibusque ejus, dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude esset imposita. Aliis in usu promiscuo ne ludicra quidem erant. Hæc Plinius. Cicero quoque libro 2. de Legibus hujus nobis rei testis esse potest. Cum enim dixisset, Per 12. Tab. sublatam esse servilem uncturam, & circumpotationem funebrem, & sumptuosam respirationem: addit, Longas quoque coronas esse sublatas. Coronas lemniscatas intelligit, quas cadaveribus imponi prohibuerunt Decemviri. Tum vero subicit, Illa jam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod Coronam virtute partam, & ei que peperisset, & ejus parenti, sine fraude esse lex impositam jubet.*

¹ *Nec tantum circa corrigendos plectendosque mores.*] Leges enim 12. Tab. circa successiones providisse auctor est Ulpian. in l. 10 autem 11. ff. de jure patro. Idem Ulp. in lege obvenire. 13 r. ff. de verbis signific. Lege, inquit, obvenire hereditatem non improprie quis dixerit, & eam, quæ ex testamento de-

fertur, quia leg. 12. Tab. testamentarie hereditates confi. mantuv, & Justinian. in lege 12. Tab. 14. §. ult. C. de leg. hered. & in §. intestatorum autem. Instit. de hered. quæ ab intest. defer, & in §. necessarii. Instit. de hered. qualit. & diff.

² *Nam masculos æque ac fœminas.*] Justinian. in d. 1. lege 12. Tab. in prin. C. de legit. hered. Lege, inquit, 12. Tab. bene humano generi prospectum est, quæ unam consonantiam tam in maribus quam in fœminis legitimis. & in eorum successoriis liberior & liberius observatidam esse existimavit, nullo discriminine in successionibus habito, cum natura utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortale, & alterian aterius auxilio ogeat, & uno semoto, & alterum circumpatetur.

³ *Eisque sive testamento valido, sive nullo.*] Lege ult. C. famili. ericiscunt. ubi sic scribit, *Judicio familie ericiscundæ (licet ab intestato ad successionem liberi vocentur) servato Sinatus consulti auxilio, defuncti dispositio custodiatur.* & l. hac consultissima. §. ex imperfeciō: C. de testam. mentis.

⁴ *Nec solum natos, sed posthumos.*] Ulpianus in l. intestato. 3. §. utique & Julianus in l. Titius. 6. ff. de suis & leg. Diocletianus & Maximianus in l. intestato. C. eod. tit. Justinianus in §. 1. Instit. de hered. quæ ad intest. defer.

⁵ *Invitos & necessarios.*] Justinian. in §. necessarii. Instit. de hered. qualit. & diff. Necessarii vero, inquit, idco dicuntur,

tos & necessarios heredes esse jussit, ¹ proque hereditariis portionibus legata distribui voluit. ² Quod olim Ephialtes ephorus Lacedæmoniis lege prohibuit: nam rogationem tulit nimis insolentem, ut licet patri, filiis omissis, extraneos scribere successores: hoc agens, ut filium quem odio prosequebatur, exheredaret. ³ Solon vero, nisi extarent filii, quos testator voluit, scribi heredes jussit pro voluntate. ⁴ Apud Arabes lege cavetur, ut fratres gentilium hereditatum successores antecedant filios, quia natu grandiores sunt: Lycrii populi filias, non filios, heredes nuncupant, ⁵ & à matribus cognomenta ferunt. ⁶ quinetiam apud Cantabros vetus erat mos, ut maribus omissis filias exesse instituant. ⁷ Germanis vero de bonis testare non licebat: sed si liberi extarent, ad intestati patris hereditatem adintriebantur: si minus, proximiiores propinquai.

Apud

cuntur, quia omnino sive velint, sive non, tandem ab intestato, quam ex testamento ex lege 12. Tab. heredes sunt. quod & ipsum tradidit in l. 15, & l. necessariis. 57. ss. de acquirenda vel omittenda hereditate. conditionib. 5. ss. de condizione, & demonstrat. ubi Paulus eleganter & ad instituti sermonis nostri tationem accommodate scribit. ⁸ Necessarios heredes propter patriam potestatem dicit.

¹ Proque hereditariis portionibus.] Justiniangs in l. maximum vitium 4. de liberis præter. scribit l. 12. Tab. foeminas æque ac maiores ad intestatorum successiones admisissæ.

² Quod olim Ephialtes.] Franciscus Balduinus in 26. duodecim Tab. legem hanc Epitadem vocat: sic enim scribit, Initio mirari aliquis posset, Deinde viros liberam patribus cedisse potestitem filiorum exheredandorum, aliorumque quos vellent heredum instituendorum, cum quidem Solon legem strenue testamentariam, filiorum causam excepit, quos hominis paternis iniuria fraudari inquitum esse iudicabat. quanquam & apud Graecos inventus unus Epitades sit, qui

edixerit in fraudem filiorum, ut cuique liberum esset, cuicunque tandem vellat, patrimonium suum legare ac testamento relinquere: hoc interim agens & captans, ut filium, quem viderat, immemorem etiam posset exheredare. Ac primus quidem populus non intellexit astuti hominis mentem: sed ubi patescatum id est, in justa lex hac repudiata fuisse dicitur.

³ Solon vero.] Plutarchus in vita illius.

⁴ Apud Arabes.] Strabo lib. 16.

⁵ Et à matribus cognomena ferunt.] Plutar. de Claris mulieribus, cap. 9. in fin. Lege, eis, apud Xanthios cautum est, ut à matribus, non à patribus filii generis nomen portiantur. Hoc etiam refert Herodot. lib. 1.

⁶ Quinetiam apud Cantabros.] Strabo lib. 3.

⁷ Germanis.] Tacitus de Moribus Germanorum, Sororion filiis, inquit, idem apud avunculum, qui apud patrem honor. & paulo post, Heredes tandem successoresque sui cuicunque liberi, & nullam testamentum. Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratri, patrui, avunculi.

*Ethio-
pum
regni
hered-
ditas.* ¹ Apud Æthiopes ad regni successionem, non regis, sed fratum filii vocabantur. Proditum tamen memoriae est,
² Metelli filios Romæ à patre hereditate exclusos, testamentum tamen irritum non fecisse, satius arbitrati, bonorum extores fieri, quam qualem cunque patris voluntatem non tueri. ³ Non sic Hortensius orator, & Fulvius Flaccus, nam scelestissimos filios, & parricidij convictos, quamvis bonis se abdicaturos jurassent, heredes tamen bonorum reliquere. ⁴ Attilia vero Variola cum à patre octogenario hereditate exclusa esset, centumvirali tamen judicio ad patris bona admissa fuit, pro eo quod undecimo post dic novercam ei superduxerat, velut decrepitus pater ætate desiperet. Libertorum quoque hereditatem, & tutelam filiorum, si intestati deceperint, ad patronum pertinere. Quibusque tutor datus non esset, proximos agnatos, velut fide & constantia singulari, ad tutelam & curam advocavit. Fuitque apud Thurius lege cautum, ut bonorum & fortunarum pupilli, agnati proximi curam agerent: ipsius vero educatio, & morum institutio, maternis affinibus dasolonis lex. retur. ⁵ Solonis tamen lege cautum fuit, ne is tutor esset, ad quem post obitum, pupilli bona redundarent, ne qua fraus, neu quis dolus compositus pupillo exitio forent: ⁶ Tucela fiduciaria dicta: quippe fiduciam is habere dicitur, cui res aliqua inancipatur & creditur, ut hanc multo

¹ Apud Æthiopes.] Livius 3. Dec. lib. 9. hoc Numidis, non Æthiopibus tribuit, his verbis de Masanista loquens, Regnum ad fratrem Regis De-falcem prægrandem patre (mos ita apud Numidas est) pervenit.

² Metelli filios.] Val. Max. I. 7. c. 8. de Testamentis, querata manserunt.

³ Non sic Hortensius orator, & Ful. Flaccus.] De his duobus idem Valerius lib. 5. cap. 9. de Parentum moderatione adversus susceplos liberos.

⁴ Attilia vero Variola.] Plinius Ju-nior Epist. 1. 6. epist. 33. ad Romanum, quæ incipit tollite cuncta. ubi tamen non

Attilia, haec nominatur, sed Accia. Habuit eum Plinius splendidam orationem, quam ipse Romano plus satis dilandat. Et de qua Sidonius quoque lib. 8. epist. 10. inquit: et tu tunc in accubitu. ⁵ Solonis legem.] Diog. Laertius in vita illius.

⁶ Que res est fiduciaria.] Ad Romanos redit. & de hac Iustinius in S. I. Instit. de fiduciaria tutela.

⁷ Quippe fiduciam is habere dicitur.] Boetius libro 4. Commentariorum in Topica Ciceronis. De quo omnino vide nostrum tractatum: Retractuum utriusque in prefat. n. 37. ⁸ Eos

multo post illam mancipanti reddat. ¹ Eos Lacedæmonii ~~meōdix̄s~~ nuncupant, qui alterius tutelam curamque suscipiunt. Apud Indos lege cavitur, ut patre defuncto, filiis tutores duo, qui illorum curam agerent, peregrini, non cives dentur. ² Atque si nemo suus heres patri existaret decedenti, proximos agnatos heredes jussit esse, his verbis: Agnatus proximus familiam habeto. Si tamen capite minuti essent, illos ad bona decedentis lex non admittebat. ³ Patronumque ad bona liberti tunc demuin peculiumque admisit, si nemo suus heres foret. ⁴ Suspectumque tutorem à pupilli tutela amoveri, furiososque & prodigos, qui que patrimonium profusis sumptibus debacchantur, in agnatorum tutela & cura esse voluit: quibus etiam bonorum administratio lege interdicta fuit. ⁵ Viro quoque ab uxore divertere, ⁶ aut res suas sibi habere, nisi causa

¹ Eos Lacedæmonii ~~meōdix̄s~~.] Plut. in vita Romuli, & vide nostros Commentarios Iuris primigeniorum, q. 40. num. 208. incip. Idque jure veteri.

² Atque si nemo suus heres.] Ulpianus in illis fragmentis juris civilis, quæ ipsius nomine circumferuntur; & hujus quoque, legis meminit Iustinianus in §. 1. Inst. de leg. agnat. succes.

³ Patronumque ad bona liberti. Iustinianus in §. 1. Inst. de successione libitorum. ubi sic scribit, Nam ita demuin lex 12. Tabul. ad hereditatem liberti vocabat patrum, si intestatus mortuus esset liberus, herede suo nullo reliquo.

⁴ Suspectumque tutorem, Ulpianus in l. 1. ff. de suspectis tutoribus, Scientum est, inquit, suspecti crimen è lege 12. Tab. descendere. & Iustinianus in §. 1. Inst. eod. tit. ubi eadem sunt verba.

⁵ Furiososque & prodigos.] Ulpianus in l. 1. in princ. ff. de Curatoribus furioso, & aliis, extra minores, dandis, Lege, ait, 12. Tabul. prodigo interdictus bonorum administratione. & Paulus in l. sepe. 13. eod. tit. Sepe ad alium è lege 12. Tab. curatio furiosi ante prodigi periret, alii Praetor administracionem dat,

scil. cum ille legiimmo inhabilit ad eam rem videatur. Hujus legis verba lib. 1. Rhetor. ad Herennium, referuntur, Si furiosus exisset, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto.

⁶ Viro quoque ab uxore divertere.] Legi consensu. C. de repudiis scribit Iustinianus, matrimonium non posse dissolvi ab altero conjugum sine legitima causa. Plut. in vita Romuli, scribit cum tribus tantum de causis divorcium maritis permisisse: quarum prima est, si uxores beneficium in liberos commisissent: altera si partum subjecissent: tertia, si probri quid cum alienis viris fecissent. Quod si quis alia de causa uxorem dimisisset, rum statuisse ut ejus honorum pars uxori adjudicaretur, pars Cereri sacra esset.

⁷ Aut res suas sibi habere.] Hac verba erant propria divorci ex l. 2. ff. de divorciis, ubi verba hæc Caij ex lib. 12. ad editum provinciale proferuntur, In repudiis autem & renunciationibus comprobata sunt hæc verba, RES TUAS TIBI HABETO. item hæc, TUAS RES TIBI AGITO. Cicero Philippica 2. Fru-
gis factus est. Minim illam suam suas res sibi

causa legitimis cognita, eisdem tabulis vetabatur: ¹ quo di-
vortio nulla uxoris culpa subsequito, dos integra repetebat-
tur. ² Si vero culpa inesset, usque ad dimidium dotis in sin-
gulos liberos sexta à marito retinebatur. Interdum si divor-
tium fieret, quod melius æquius esset, apud virum manere:
quod vero non esset melius æquius, id uxor post di-
vortium vindicare jubebatur. ³ Quod si in confessum
aut judicatum lis data foret, triginta dies exolveendo de-
bito præfixi fuere. Verba legis sunt: *Æris confessi, re-
busque judicatis, triginta dies justi santo, post deinde ma-
nus injectio esto.* ⁴ Quod si clientem, aut eum qui in fi-
dem patrociniumque venit, quisquam nequam & impro-
bus fraude aut dolo frustraretur, eum lex haud secus puni-
vit,

*sibi habere iussit. Ex 12. Tabulis causam
addidit, exegit. Hinc Alcmena in Plauti
Amphitryone act. 3. sc. 2. divertens à
marito, ait,*

*Valeas, tibi habeas res tuas, reddas
meas.*

Quintil. declamat. 263; Martialis 1. 10.
epigram. 41. in Proculajam.

*Mense novo veterem jam Proculaja ma-
ritum b. 3. alia 1.*

*Desiris, atque jubes res sibi habere
suas.*

Apulejus lib. 5. Metamor. Confessim,
inquit, tērō meū diserte, tibique res tuas
habeto. Plura diximus in nostris legi-
bus Connubialibus, inglossa 8. n. 2.
incip. Hincque prædicti ante: In divorcio
dos reddebat uxor, id est que formula
ista erat HABE TIBI RES TUAS.

1. Quo divorcio nulli uxoris culpa]
Iustinianus in d.l. consensu. Si vir quo-
que pari. vers. fin autem alter. C. de
repudis. sic scribit, Sin autem dicer
uxori svæ renuntiare voluerint, dotem
redhibeant, & ante nuptias donationem
amittat.

*2. Sic vero culpa esset.] Idem in ea-
dem l. S. si vero filio C. eod.*

*3. Quod si in confessum arti judex-
turi.] Gellius lib. 25. cap. 1. ubi haec
verba legis 12. Tabul. sic ponit, Sic*

enim, opinor, verba sunt legis, *Æris con-
fessi, rebusque iure judicatis, triginta dies
justi santo. Post deinde manus injectio
esto. in ius ducito ni judicatum facit.* Hæc
Gellius. Scaliger sic legit: *Æris con-
fessi, rebusque iure judicareis, triginta
dies justi santo. postea indu manus ja-
ctic esto.*

*4. Quod si clientem.] Hæc lex sumpta
videtur ex Commentariis Særvii in li-
bro 6. Æneidos, ubi locum illam ex-
ponens,*

*— Et fraus innixa clienti.
Ex lege, inquit, 12. Tabul. scilicet, in quâ-
bus scriptum est, PATRONUS SI CLIE-
NTI FRAUDEM FECERIT, SACRISTO.
Si enim clientes, quasi coientes sunt, pa-
tronis, quasi patres: tantundem est clien-
tem, quantum filium fallere. Et hoc posse
feri ex Horatii dictis intelligimus; qui
cum loqueretur (lib. Cart. 2. Ode 18.)
de levatis potentibus, alludebat clienti-
te,*

*[Pellitur paternus]
In simu serens deo. [R.
Urbinato tamen hoc displicet; & dicit ra-
rum esse hoc, magisque contrarium, cum
magis patronos decipient, si equenter
clientes. Vult autem intelligi prævarica-
tores, qui patroni sunt clientum, quos nunc
Susceptos vocamus. Hastensis Særvius.*

I Nam

vit, ac si capitali judicio esset affectus, in hæc verba: *Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto.* Neque enim levia animadversione dignum censuit eum, qui fidem labefactasset, quique frustraretur illum, qui in suam fidem & clientelam venit, seque illi commisit & credidit: 'Nam clientem qui tutelæ patroni se commisit, chariorem haberi quam propinquos affinesque veteres volueret: id quod Persis² & Indis magni crimini instar erat, quorum lege cavetur, ut qui clientem deceperit,³ quique ter mendacio abusus fuisse, *lex.*

1 *Nam clientem.*] Dionysius Halicarnassus l.2. tum etiam Plutarch. in Romuli vita in hac fere verba scribit, Ut cum de plebe quisque ex patritiis aliquem sibi patronum cooptasset, eumque hic illum in fidem suam receperisset, tum alter alteri pro sua quisque facultate opein ferret: patronus quidem auctoritate & potentia: cliens autem observantia, &c, cum opus esset, fortunis. Nam ille se clienti in civilibus negotiis juris interpretet, in iudiciis defensorem, in rebus denique omnibus consiliarium præstabat: hic contra patronum honore & observantia prosequebatur, in filiabus etiam elocandis, liberis ab hostibus redimendis, mulctis pecuniariis præstandis, are alieno dissolvendo, pecunia, cum opus erat juvabat. Mutua autem hæc inter se jura habebant, ut neque accusandi, neque testimonii dicendi, neque exercendatum inimicitiarum potestas inter illos esset. Itaque Aulus Gellius lib.20. cap.1. & lib.5. cap.13. scribit, Moris observationisque populi Rominis fuisse, ut clientem in fidem receperit, patroni chariorem haberent, quam propinquos: eumque etiam adversus hos tuerentur: neque pejus ullum facinus existimatissimum, quam si quis probatetur clientem derisui habuisse. quin & licuisse patronus testimonium pro cliente adversus cognatos dicere, adversus clientem non licuisse. Jam vero quod in hac lege sanctitur, ut si patronus jus illud violat, sacer sit:

consentaneum est cum iis, que Dionysius eo, quem antea citavimus loco, scribit: Romulum sanxisse, ut cuivis ius esset, illum, tanquam Diti sacrum, interficeret: moremque Romanis fuisse, ut quos impune occidi vellent, eorum corpora Deo cuiquam, ac præcipue alicui ex inferis devoverent: Quapropter per multas statas permanserunt (ut addit Dionysius) mutua patronorum ac clientum officia, haud secus quam cognatae necessitudines, posteris per manus tradita: & maxima laus erat nobilium habere clientes quamplurimos, tam hereditarium clientelarum, quam partarum virtute propria: ingenique certamen erat utrisque, ne vincerentur mutua gratia & benevolentia, dum clientes nullum patronis negant ministerium. vicissim patroni nullo corrupti possunt pretio, ut clientes molestari sinerent.

2 *Et Indis.*] Hujus rei rationem reddit Aelianus Varia historiæ, lib.4. in princ. his verbis, Sed neque fas est, hominem Indum aut injuriam inferre, aut pati. Proinde n̄ que syrapham, aut depositum faciunt.

3 *Quique ter mendacio abusus fuisset.*] Diodorus Siculus l.3. Bibliothecæ cap.10. apud Indos, inquit, qui philosophus falsa prædixerit, nullam, præter quam quod perpetuo sileat, pœnam subit. Strabo l.15. de iisdem loquens, ait: publice Rege in eo concerto, qui maximus apud eos fit, cum novo anno incipiente, philosophi omnes cum Rege ad venationem excentur:

Men-
 daci-
 d te-
 statio-
 & con-
 tra.
 Men-
 dacia
 jure se-
 cundū
 varias
 species
 varis
 modis
 puni-
 tuntur.
 Novum
 antiquo
 abro-
 gat.
 Quedā
 incivi-
 liter &
 incu-
 rie
 decre-
 ta.
 set, illi omnem vitam silentium indiceretur, nulloque ma-
 gistratu aut honore dignus haberetur.¹ Artaxerxes quoque
 mirifice mendacium aversatus fuit, adeo ut mendacis ho-
 minis linguam triplici clavo affigi jussiceret.² Fertur Epami-
 nundas tam severus veritatis cultor fuisse, ut ne joco qui-
 dem quandoque mentitus sit. E diverso Ægyptiis nullus
 mentiendi modus, suimmaque mentiendi impunitas erat.
 Eademque lex, ut ex duabus pluribusve sententiis decre-
 tisive, quoties ancipiti res contentione distrahitur, semper
 ut antiquo abroget novum, utque⁴ postremum quod po-
 pulus jussisset, id ratum foret, sancitum voluit,⁵ & plera-
 que notatu & scitu digna: quæ omnia perpenso judicio, &
 librato moderamine, à priscis legum conditoribus com-
 gat. inode constituta sunt: quorum argumento conjicimus,
 quiam examinato modo prisci juris interpretes scita legum
 promulgarunt. Contra vero multa incuriose & subrustice
 partim

exeunt: & quicquid quisque composuerit,
 vel obseruaverit e anno de fructibus, de
 animalibus, de republica, in medium pro-
 ferant. Ubi qui ter mendax deprehensus
 fuerit, ei per totam vitam ex lege silen-
 tium indicetur: qui vera dixerit, immu-
 nis & omni tributo exemptus censetur.
 Arrianus lib. 8. gestorum Alexandri,
 de Indorum Sophistis ita scribit, Si
 quis eorum ter in divinando erraverit,
 silentii tantum pena multatur. Deinde
 scribit mentiri apud eos nefas esse:
 nec Indorum quenquam in judicium,
 quod mentitus esset, vocatum esse:
 Tantum apud eos verum ac fides va-
 let. Philostratus in vita Apollonii, li-
 bro 2. adolescentes apud Indos omni
 vitio carere oportere ostendens, ait,
 Quod si in mendacio deprehensus, aut de-
 ceptus ipse unquam fuerit, hac multatur
 pena, ut nullo amplius magistratu, aut
 dignitate fungi possit, quia communem ho-
 minum societatem mentiendo fraudave-
 rit. Perse (de quibus hic loquitur A-
 lexander) liberossus, ut tradit Herodo-
 tous l. 1. Clio, à quinto anno incipien-
 tes usque ad vicesimum, tribus duxataxat

instituunt, equitare, arcu sagittas excu-
 tere, vera loqui. & paulo post, Turpisissi-
 mum apud eos dicitur mentiri: secundo
 loco, & alienum debere, cum ob alias mul-
 tas causas, tum quod necessum est eum,
 qui debet, mendacio quoque obnoxium
 esse. Xenophon Pædiæ Cyri libro 3.
 scribit mendacium odiosum esse apud
 Persas.

1 Artaxerxes.] Plutarchus in vita
 illius, Alterius, inquit, quod ad dese-
 ctionem duos quoque ex hostibus se addi-
 turum pollicitus in mendacio deprehensus
 esset, linguam tribus clavis configi jussit.

2 Fertur Epaminundas.] Probus Æ-
 mylius in vita illius, Adeo, inquit, ve-
 ritatis fuit diligens, ut ne joco quidem
 mentiretur.

3 Eademque lex, ut ex duabus.] Ad
 Romanos redit, idque est Titi Livii
 I. Decad. lib. 9.

4 Utque postremus quod populus jus-
 sisset.] Livius I. Decad. lib. 3. & 8.

5 Et pleraque.] Hæc usque ad versi-
 cul. Nam de qua re, sunt maxima ex
 parte Sex. Cecilii Jurisconsulti, &
 Phavorini apud Gellium lib. 20. cap. 1.

1 Quod

partim insolenter & inhumane, non probabili, nec recto judicio eadem lege decreta videntur & constituta, quæ forsan aut segniter perva, aut negligenter animadversa fuere: nam de qua re judicio disceptabatur, in re præsenti & apud prætorem exhibita ex lege duodecim tabularum correptio manus fiebat, ^{Ex jure} quod ex jure manu consertum dicitur, atque de ea nisi coram exhibita, minime decerni, ^{re manu con-} aut jure agi lege poterat. ^{sertum.} Quodque si homo in judicium

cita-

¹ *Quod ex jure manu consertum.*] Cicero lib. 1. de Oratore, Multisque præfessi qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manu consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. Budæus in Pandect. Transendum, inquit, ad alia, quorum in primis occurrit, ex jure manu consertum, quod verbum est antiqui juris. Varro lib. 2. de lingua Latina, *Conserere manum dicimus cum hoste*, inde ex jure manu consertum, vocant. quid autem sit manu consertum, Gellius lib. 20. cap. 9. docet, cujus verba hue pauca transcripsiunis. De vindicatione enim loquens, id est, rei vindicatione, quæ olim in re præsenti ex 12. Tabul. iure siebat, ita inquit, Sed postquam prætores propagatis Italiæ finibus, latis jurisdictionibus, negotiis occupati, proficiunt, vindicarum dicendarum causa, in longinquas res gravabantur, institutum est contra 12. Tab. tacito consensu, ut litigantes non ex jure apud Prætorem manum conserrent, sed ex jure manu consertum vocarent, id est, alter alterum ex jure ad conserendas manum in rem, de qua agebatur, vocaret. Atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terre aliquid ex eo, uti unam glebam in jus in urbem ad Prætorem deferrent, & in ea gleba, tanquam in toto agro, vindicarent. Cicero pro Muræna formulæ verba hujusmodi fuisse ait, *Fundus, qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est, eum ego ex jure meum esse ago.* Ibi ego te ex jure manu consertum voco. Hæc erant verba ejus, qui vindicabat. A quo vero vindicabatur, ejus hæc erant verba, *Unde tu*

me ex jure manu consertum vocasti, inde illo ego te revoco. Cicero in Oratore loco nuper citato metaphoricâ hac locutione usus est in persona Scævolæ. Hæc Budæus.

² *Quodque si homo in judicium citatur.*] Phavorinus Philosophus apud Gellium lib. 20. c. 1. existimat morbum hic appellari ægrotationem gravem cum febri rapida: & jumentum dici pecus aliquod unicum tergo vehens, inhuinanam esse hanc legem judicat, ut qui ægrotum domi sive cubantem, jumento impositum in juri rapi & veluti efferriri, nova funeralis specie, juberet. Sed Cæcilius Jurisconsultus, nequaquam ita esse probat. Nam, inquit, morbus in lege ista non febribulosus, neque nimium gravis: sed vitium aliquod imbecillitas, atque invalentia demonstratur, non periculum vite ostenditur. Jumentum quoque non id solum significat, quod nunc dicitur: sed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur. Vetus enim nostri jumentum à jungendo dixerunt. Arcera autem vocatur planstrum tectum undique cuminatum, quasi area quedam magna vestimentis instrata, quamvis agri, aut sene portari cubantes solebant. His explicatis sic Phavorino respondet: *Quenam tibi igitur acerbitas esse visa est, quod in jus vocato pauperrimo homini, velinopi, qui aut pedibus forte ægris esset, aut quo alio casu ingredi non quiret, planstrum esse dandum censuerunt: neque insterni tamen delicate arcera jusserebant: quoniam satis esset in valido hujusmodi vectabulum.* Atque id fecerunt, ne causatio

citatur, & morbo aut senio affectus, ad ingrediendum invalidus foret, jumentum aut plaustrum lex dari jubebat, quo æger ille forte spiritum exhalans, supremis annis sisteretur: videlicet nondum per patronos & assertores aut sponsores agendi forma constituta: cujus verba adscripsi: *Si in jus vocat, si morbus, ævitasve vitium extitit, qui in jus vocabit, jumentum dato: si nolet, arceram ne sternito.*¹ Id quod lege Ælia postea fuit sublatum, cautumque ut locuples in judicio clienti adesset, in hæc verba: *Affiduo vindex affiduus esto.*
Affiduus. ² Dixere autem assiduum, qui pluribus assibus & fortunis locuples foret. ³ Nec minus severe quam duriter: quod si quis

censatio ista ægri corporis perpetuam vacationem daret fidem detrectantibus, iurisque actiones declinantibus. Hæc Cæcilius. Legis autem verba apud eundem Gellium hæc sunt, *Si in jus vocat, si morbus, ævitasque vitium esset, qui in jus vocabit, jumentum: si nollet, arceram ne sternito.* Vide Cujacium I. C. Observat.lib. 12. cap. 18. &c l. Quæ sit. de re jud.

¹ *Id quod lege Ælia.]* Cicero in Topicis non adeo longe à prin. Cum, inquit, lex Ælia Sentia, *affiduo vindicem assiduum esse jubeat, locupletem jubet locupleti.* Locuples enim *affiduus*, ut ait Elius, appellatus est ab are dando. Hoc caput ita scriptum esse testatur Gellius lib. 16. cap. 10. *Affiduo vindex affiduus esto,* Proletario civi quivis volet *vindex* est. Huc pertinere videtur, quod Cajus lib. 2. ad l. 12. Tab. protulit in l. quos nos hostes. §. *Locuples.* 234. ff. de verborum significacione. Locuples est, qui satis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit.

² *Dixere autem assiduum.]* Cicer. & Gell. ubi supra. Assiduum in 12. Tab. & pro locuplete, & facile munus faciente: dictus ab assibus, id est, are dando, cum id tempora Reipublicæ postularent. Aut à muneri pro familiari copia faciendi assiduitate. Quintilianus lib. 5. cap. 10. Festus Pompejus lib. 1. *Allii assiduum,* inquit, *locupletem, quasi*

multorum assium dictum putaverunt. Alii eum, qui sumptu proprio militabat, ab affe dando vocatum existimarunt. *

COLERUS.

* *Affiduus* proprie est qui assidet. Hinc Plautus dixit: *Affiduo & accubuo.* Idem tamen etiam divitem, *Affiduum* vocat. Amphitr. Nescio num eodem significatu Trinumo: *Quam urbani affidni cives quos scurras vocant.*

TIRIQUELLUS.

³ *Nec minus severa.]* Phavorinus Philosophus, apud Gellium d. lib. 20. c. 1. hanc legem reprehendebat, quod in ea scriptum esset, *Quin & si membrum alter imprudens ruperit. Cæcilius respondet, Decemviros injuriis atrocioribus talionem apposuisse, dum eo metu coercere homines volunt, & minuere extinguere violentiam pulsandi atque ledendi. Neque ejus, qui membrum alteri rupisset, & pacisci tamen de redimenda talione nollet, tantam esse habendam rationem, ut an prudens imprudens rupisset, spectandum putarent.* Deinde subiicit, *Et que, obsecro te, ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris?* Præfertim cum habetas facultatem pacisci, & non necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris? *Quod edictum Prætorum de astimandis injuriis probabilius esse his potest?* Nolo hoc ignores, hanc quoque ipsam talionem ad estimationem judicis redigi necessario solitam. Nam se reus,

quis consulto aut casu, alterius membrum rupit aut secuit, è pacto talio poena erat. ¹ Tum quod simile monstri est, & omnem exuperat secordiam. Si ob æsalienum creditoris debitor addicatus foret, post distractum patrimonium, re familiari destitutus, postque vincula & catenas, incimbra ejus brevissimo laniatu ad creditorum libidine dividi jubebat, ini-

quissimo decreto sævæ atrocitatis immanitatisque. Verba legis sunt: In jus ducito, ni judicatum faxit, aut se vi & jure vendicat, statim ducito, vincito, aut nervo & compedibus quindecim pondo, nec minore: si volet, inajore vincito: si volet suo vivito: ni suo vivit, qui eum vincitum habet, libras farris indies: si volet, plus dato. Tertiis nundinis parteis secanto, si plus minusve fecuerint, sine fraude esto, & infra.

² Hanc vero legem Athenis Solon antea abrogarat: nam corpus pro re addici, aut super eo fœnerari, sanctionibus vetuit, quæ lex Seisachtheia dicta, quasi oneris levamen, qua antea cavit, ut præter bona debitoris, in tergum & corpus nulla vexatio esset: sicut post 30. tyrannos, parta libertate,

³ Athenienses Amnestiam, hoc est, malorum oblivionem, Amnestias legem lex.

reue, qui depacisci voluerat, judicii talionem imperanti non parebat, estimata lите, iudex hominem pecunia damnabat: atque ita si reo & partie gravis, & acerba talio visa fuerat, severitas legis ad pecuniae mulieram redibat. Hec Cæcilius ubi supra.

¹ Tum quod simile monstri.] Hec usque ad versic. Hanc vero, sunt Gellii eod.lib.20.cap.1.

² Hanc vero legem Athenis Solon abrogavit.] Diodorus Siculus lib. 2. c. 3. Plutarchus & Laërtius, uterque in vita ipsius Solonis. Idem Plutarchus in Politicis ad Trajanum, & in libro de Fortuna & virtute Alexandri, & dictum est supra lib. 1. cap. 8.

³ Athenienses Amnestiam.] Cicero Philippica 1. in princ. sic scribit, Nec vero usquam discedebam, nec à republica de jiciebam oculos, ex eo die quo in eadem Telluris convocasti sumus, in quo templo, quantum in me fuit, jeci fundaque p-

Tum. II. cis, Atheniensemque renovavi vetus exemplum: Græcum etiam verbum (ἀμνηστία) usurpavi, quod tum in sedandis discordiis usurpaverat civitas illa, atque omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam censit. Historia apud luculentos scriptores sic prescripta est, Thrafybulus civitatem Athenarum oppressam à triginta tyrannis, cum in libertatem vindicasset, atque Atticos palabundos in patriam reduxisset, non minori prudentia ac moderatione usus, quam fortitudine, ad cuncta pacificanda, pacemque reconciliandam, legem tulit saluberrimam, Ne quis antea carum rerum accusaretur: Ne qua præteritrum injuriarum mentio fieret: Ne quis multaretur.

Et hanc Athenienses ἀμνηστία vocaverunt: hoc est, legem oblivionis: qua concussus & labens Atticæ reipublicæ status in pristinum habitum est revocatus. Multi auctores hujus legis meminere.

legem edidere qua veterum admissorum impunitas dabantur.¹ Idein ab Ægyptiis cautum affirmant, ut ultra res & bona debitoris, nulla in corpus animadversio foret: nam pecunia creditæ bona, non corpus dixerat obnoxium,² quibus in usu erat, ut defunctorum corpora unguentis delibuta, ac si vivi essent, creditori oppignorarent, & super his cenerarentur, magno dedecore illorum qui constituta die non reliuisserint.³ Post aliquot vero tempora ab Atheniensibus cautum fuit, ut si litem pater non persolvisset, filius exolvere, & vinclis publicis interim detineri cogeretur, sicut de Cimone & aliis traditur. Apud Bœotios qui æs alienum non dissolvit, in foro sedere cogitur: & circumstante plebe in os & ora corbem accipere: qua nulla fuit ignominia major.

Indi. Indis vero qui creditum moratur, à creditore reus agitur: mox præfixa die, si non solvit, manu trunca, & oculo effosso, morte afficitur. Apud Pisidas quoque de abjurato deposito maximum erat judicium, ut abjurans facinus morte lueret.⁴ Nec minus severe quod falsum testimonium dixisse convictum, de saxo lex dejici jubebat:⁵ quod ab Ægyptiis ductum facile crediderim,

qui-

minere. Valerius Maximus lib. 4. tit. 1. de Miseratione. Plutarchus in Politicis ad Trajanum. Flavius Vopiscus in vita Aurelianii. Paulus Orosius lib. 2. cap. 15. paulo ante fin. Paulus Amyilius in Thraſybulo. Justinus lib. 5. Extat quoque Emblemata Clarissimi viri D. Andreæ Alciati, cuius titulus est, Optimus civis,

Dum justis patriam Thraſybulus vindicat armis,

Dumque similitates ponere quemque jubet.

Concors ordo omnis, magni instar munieris, illi

Palladia & fertum frondis habere dedit.
Cinge comam Thraſybule, geras hunc
falsus honorem:

In magna nemo est amarus urbe tibi.

1 Idem ab Ægyptiis.] Diodor. Siculus lib. 2. c. 3.

2 Quibus in usu erat. Idem Diodorus d. lib. 2. cap. 5. circa medium, *Mos est*, inquit, *apud eos, defunctorum parentum corpora dare in pignus creditoris. Summa illos, qui non redimunt, sequitur infamia & sepultura carent.*

3 Post aliquot vero tempus ab Atheniensibus.] Paulus Amyilius in vita Cimonis. Valerius Maximus l. 5. c. 4. ubi de Cimonis pietate erga patrem loquitur.

4 Nec minus severe.] Redit ad legem 12. Tab. Idque est ex Gellio l. 17. cap. 18. & lib. 20. cap. 1. paulo ante fin. Hoc autem genus supplicii sublatum fuisse neminemque sic damnari posse, ut de saxo præcipitetur, scribit Modestinus Jurisconsultus in l. si dñitino. 25. ff. de pœnâ. De hujusmodi autem poena alibi diximus.

5 Quod ab Ægyptiis.] Diodorus Siculus

quibus omne perjurium, & veri iudicatio, diis abjuratis, morte luebatur, quod deos una atque homines offendisset.¹ Mox subsequutis legibus, mitior pœna perjurio data est, quarum verba sunt: *Perjurii pœna derira, exitum humana dedecus violati jurisjurandi esto.*

² Apud Indos vero de perjurio convictus, manuum pendumque digitis & extremis membris decurtabatur. ³ Ju-dicem quoque aut arbitrum jure datum, convictum ob rem judicandam pecuniam accipere, aut qui turpe iudicium nundinatur, non minore severitate capite punivit, cuius rei causa post aliquot secula ⁴ M. Cincius legem tulit ad populum, qua causidicis munera ob patrocinia largiri vetuit,

sæpius-
danda.

culus lib. 2. c. 3. cuius hæc verba sunt, *Perjurii capite multabantur, tanquam qui dupli tenerentur scelere, ut qui & pietatem in deos violarent, & fidem inter homines tollerent, maximum vinculum societatis humanae.*

¹ Mox subsequutis legibus.] Cicero lib. 2. de Legibus, ubi ponit hæc ipsa hujus legis verba.

² Apud Indos.] Strabo de his loquens lib. 15. *Qui falsus, inquit, testis reprehenditur, extremis decurtatur. Apud Scythes perjurii pœna capit is amputatio est.*

³ Judicem quoque.] Ad Romanos redit, ex quorum legibus Decemviralibus hæc erat, ut scribit Gellius l. 20. cap. 1. *Vetusissimum iudicis, qui pecunia corrumpi se passus est, severissime puniti extat exemplum in Cambysis Persarum Regis historia apud Herodotum lib. 5. Terpsichore. Is si sibi unum ex Regiis iudicibus, quod injuste ob pecuniam judicasset. occidi jussit, interemptoque detractum cohortum in lora concidit, quibus tribunal, in quo ille sedens judicaverat, intendit: ibidemque ejus filium Otanem sedere iudicem præcepit, atque in memoria habere in quo tribunal iudicaret. Darius etiam ille primus Sandecem, qui iniquam sententiam ob pecuniaria tulerat, cruce affixit, ut tradit*

idem Herodotus lib. 7. polynnia.

⁴ Marcius Cincius leges tulit.] Corn. Tacitus lib. 11. *Confurgunt, inquit, Patres, legemque Titiam flagitant, qua cœetur antiquitus, ne quis ob causam orandum, pecuniam, donumve accipiat. Idem lib. 13. hanc Cinciam vocat, Ejus opprimendi gratia repetitum credebatur S. C. pœnaque legis adversus eos qui pretiosas oravissent. Priore tamen loco Taciti nonnulli sunt, qui existiment non Titia, sed Cincia legendum esse, quod probabilius est. Et sic legendum, ait Lipsius. Lata fuit ea lex à M. Cincio Trib. Pleb. anno urb. dx lix. Retulit hanc legem Augustus & vetustate evanescentem novo senatus consulto confirinavit. Dio 53. Tacit. 14. Plinius lib. 5. epist. ult. Meminit hujus quoque Macrob. Livius lib. 34. Cicero de senectute. & lib. 1. epist. ad Atticum. Plautus Muneralem legem vocat. Ad hanc scripsit Paullus J. C. ex quo sumpta lex 22. tit. de leg. Legitur in decretis canoniciis 11. quæst. 3. quod non licet iudici vendere justum iudicium, & si licet advocato vendere justum patrocinium, & Jurisconsulto rectum consilium. Nero, ut scribit Suetonius c. 17. voluit, ut justa merces, à litigatoribus daretur patronis pro patrocinis, sed nullam omnino dati voluit iudici prædictio. Quod legi Titia contrariū est.*

sæpiusque legē repetita' postea Cladius jussit, ut sine pa-
Contra eos qui contumelia aliquā affectis trono quisq; vitæ rationem redderet.² Contra vero in eum
qui insigni contumelia quempiam affecisset, tam levem
mulctam convicians non deberet, ut tantulo impendio
summa injuria lueretur. Verba legis sunt: *Si quis alteri in-*
*sent. juriam faxit, vigintiquinque aëris pœna sunt.*³ *Si quis tamen*
Car- occentavisset, aut carmen condidisset, quod infamum ficeret,
*nien in flagitiumque alteri capitale sit.*⁴ Solon vero severiori disci-
fams edidit plina coercuit injurias: nam pro convicio popularem vo-
se. luit actionem dari, ita ut cuivis agendi facultas foret. Cum
Solon. que masculerūn progeniem ad parentum bona sine discrimine lex vocaret: illos qui per fœminini sexus necessitu-
Inter matrō dinem pariter sunt conjuncti, ita osos habuit, ut nec inter
Or- fœ- liam matrem & filiam jus succedendi daret.⁵ Et quum propter
jus suc- cedendi membrum ruptum fractumve talionem constituerit, his
negat- veribus: *Si quis membrum rupit, in eum talio esto:* illi qui
Talio. alteri os fregit, quum ea corporis pars sanctior in homine
De cu- sit, ob id admissum nimium tenuiter pœnam dixit, cum
lunta- propter oris dignitatem severiori pœna vindicandum foret.
*te de- ceden- tiuum.*⁶ *Decedentium quoque voluntates ita lex fovit, ut omne*
patri-

¹ *Poſtea Cladius.*] Suetonius in Claudio, cap. 16. Nec quenquam nisi sua voce, utcunque quis posset, ac sine patrono rationem vitæ passus est reddere.

² *Contra vero in eum.*] Hæc usque ad versic. *Si quis tamen,* sunt Gellii I. 20. cap. 1.

³ *Si quis tamen occentavisset.*] Festus Pompejus lib. 13. Occentavissent, inquit, antiqui dicebant, quod nunc concium fecerint, dicimus: quod id cl. e. & cum quodam canore sit, ut prouel exaudiiri possit, quod turpe habetur, quia non sine causâ fieri putatur. Et hoc quidem verbo utitur Plautus aet. 1. scena 2.

— Phæ. *Quid si adeam foreis,*
Atque occentem?

Et in Perla aet. 4. scena 4.

Hac enim illi noctu occentabunt ossium,
exvent foreis.

Sed non video quod illuc id verbum

eum significatum habeat, quem illi Festus tribuit, nec quoque occurrit locus unde Alexander id acceperit, quod hic dicit. Scalig. sic legit, *Si quis carmen occentasit, quod alie ei flagitium faxit, capital esto.*

⁴ *Solon vero.*] Plutarchus in ejus vita.

⁵ *Et cum propter membrum ruptum.*] Gellius lib. 20. c. 1. & in §. pœna autem Inst. de injuriis.

⁶ *Decedentium quoque voluntates.*] Ulpianus in Epitome Institutionum tit. 11. qui de Tutelis est, §. testamento. hujus legis verba sic ponit, *Ut legassit suæ pecunia tutelare suæ rei, ita jus esto: qui tutores dativi appellantur. Sunt & aliae multæ leges 12. Tab. ab aliis auctoribus memorata, ut videre licet ex l. de eo. 64. ff. de donationibus inter virum & uxorem.*

patriimonium, & quicquid in bonis esset, testatori legare permiserit, nihil apud heredem qui onus aditionis habet, ex defuncti substantia remanente. Verba legis sunt: *Qui legassit suerii quisque, ita jus esto.* Et pleraque hoc genus quæ acerbissima, dura nimis & agrestia visa sunt. Quod autem lex, si cliens morbo sotico impeditur quo minus fisti valeat, jubet diem judicij esse diffusum, legendum: diffusum. Diffundere diem Jurisconsultorum phrasis est: de qua copiose & erudit Jacobus Cujacius observat. lib. 12. cap. 18. ex bono & æquo factum crediderim. Siquidem sequuti jurisconsulti legem 12. tabularum interpretati, morbo impedito, judiciorum tempora dilabi voluere. Sed cum omnis illa decemviralis severitas, ac tristis & inhumana ratio tam lege Ebutia quam aliis edictis, penitus inducta fuerint, postea sequuti juris interpretes, miti & tractabili ratione easdem leges indefesso studio interpretati, abrogatis his quæ duriora, quæ vero æquiora videbantur, sequuti, propositas controversias uberioris explicarunt: itaque effecerunt; ut gravi perpensa judicio, æquissima nobis iura sanctissimaque hodie tradantur.

CAPUT XI.

*Sacrum septimontium in quibus locis urbis fieret, quinque
Septem colles urbis sunt, quæve in illis præcipuae
dignationis loca forent.*

Septimontium festum agere Romanos, quod septimontium urbis collis additus foret, apud auctores legimus: ^{festum.} ^{Sacrum} quo tempore in septem locis facrum fieri? Varro signifi- ^{in se-}

TIRAQUELLUS.

1. *Septimontium.*] Id initium usque ad versic. Sicut inter, est prope totum Festi Pompeji lib. 17. in duobus locis. Sueton. in Domitiano, cap. 4. Septimontiali, inquit, sacrorum die Sonanti, equestris panariis, plebeis spartellis cum obsumo distributis. Hoc Festum & Ago-

^{cat, pto} ^{locis} ^{fiebat.}
nalius dictum fuit, teste Festo, quod in-
cidebar in Decembrem. Vide & Vaz-
rohem l. 5. De hoc festo Tertullianus
loquitur l. de Idololatria: *Etiam sircne
captande, Septimontium. Et Brumæ, Et
carne cognationis horumq[ue]a exigenda omi-
nia.*

2. *Varro.*] Scilicet lib. 2. ant, ut alii computant, 5. de lingua Latini.

Paganalia.
Palatiar.
Fagutal.
Capitolinus prius.
Saturnius & Tarpejus di-

Templa in Capitoline & juxta Anse- res in Capi-

tolio

cat , Palatio , Suburra , Velia , Fagutali , Cælio , Oppio & Cespio : quo die per urbem vehiculis ferri criminosum erat , qui Paganalia dictus , quod non populi , sed montanorum & agrestium dies festus erat . Quod enim in Palatio sacrum siebat , ³ Palatiar , ⁴ sicut in Viminali , Fagutal dictum est . ⁵ Sicut inter urbis colles Capitolinum fuisse præcipuum nemo dubitat , qui Saturnius ab Arcadibus , qui ea loca incolebant , primo nuncupatus , portamque illic excitati castelli Saturniam habuit , phanumque Saturni in Capitolii fauicibus , quod ærarium populi Romani fuit : qui etiam Tarpejus à Vestali oppressa , armis , postea Capitolinus ex hominis capite invento dum templi fundamenta effodiunt , denominatus est : in quo præter Jovis optimi max. templum , ⁶ Junonis Reginæ ⁷ & Minervæ ædes fuere .

Tria

¹ Quo die per urbem vehiculis .] Plutarchus problemat . cap . 69 . ubi ejus rei rationeum reddit .

² Qui Paganalia dictus .] Id , ni fallor , sumptum est ex Varrone d . lib . 5 . linguae Latinæ , qui tamen id aliter dicit . Hujus verba sunt , Dies Septimontium nominatus ab his septem montibus , in quibus sita urbs est . Feria non populi , sed montanorum modo , ut Paganilibus , qui sunt alicuius pagi . Montanorum igitur dicit , scilicet eorum , qui in illis septem montibus habitabant . De Paganilibus autem est illud Ovidii libro I . Fastorum ,

Paganus agat festum , pagum lustrate coloni ,

Et date paganis annualib[us] facis . Festum igitur Septimontium erat montanorum : Paganalia paganoru[m] , sive rusticorum , sive agrestium , quæ hic confundit Alexander .

³ Palatiar .] Festus Pompejus d . libro 17 . ubi de Septimontio priore loco loquitur . At idem eo ipso libro paulo ante fin . Sacrificium , inquit , quod siebat Roma in monte Palatino , Palatiar dicebatur . Ex quibus intelligis id dici & Palatiar & Palatinar , nisi in altero locorum mendun sit .

⁴ Sicut in Viminali Fagutal .] Varro lib . 1 . aut aliorum computat . 4 . linguae Latinæ . At Festus Pompejus lib . 6 . Fagutal , inquit , facellum Jovis , in quo fuit fagus arbor , quæ Jovi sacra habebatur . De Jove autem Fagutali Plinius lib . 16 . cap . 10 . post princ . Et de lacu Fagutali Solinus c . 2 . & Jugi Fagutalis P . Victor in 5 . regione .

⁵ Sicut inter urbis colles Capitolinum , &c .] Hæc usque ad versiculum , In quo , sunt Varronis de lingua Latina , dicto lib . 4 . & Solini cap . 2 . Sed de eo quod dicit ærario populi Romani , quod fuit in phano Saturni , vide ea , quæ scripsimus in nostris Retractibus . Et quod item dicit de capite hominis invento , est etiam Titi Livii 1 . Decadis lib . 5 . ad finem in Oratione Camilli , Hic Capitolium est , ubi quondam capite humano invento responsum est , eo loco caput rerum summarique imperii fore . & Cornelii Nepotis in eo libro , qui de Viris illustribus inscribitur cap . 8 .

⁶ Junonis Regina .] Nam & templum hujus Junonis Reginæ fuisse in Capitolio , videre est apud Cicero . in Oratio . ad Equites Romanos , antequam iret in exilium . Sed fuit & ejusdem Junonis Reginæ aliud templum . in

^{tonan-}
Tria enim facella parvo distincta spatio visebantur, medium
Jovis tonantis, ad dextram Minervæ, ad sinistram Junonis. ^{tonan-}
Quod quidem Jovis templum semper Sabinis pannis traditum est ex foedere quod inter Romulum & Tatium pannis.
ictum fuit. ^{tonan-} 2 Juxta quod sacri anseres, qui per vigiles excubitores erant, affluent cibo pascebantur. ^{tonan-} 3 In coeque foedera cum Carthaginensibus ista & innovata, ^{tonan-} 4 & cum Attalo Pergami rege, æneis tabulis, ^{tonan-} 1 pactionesque & privilegia, ^{tonan-} 6 senatus consulta, plebiscita, & immunitates, usque ^{qua} ab exordio urbis cum exteris gentibus inita servabantur: ^{in Capitolio} quæ non modo in tabulis, ^{serva-} 7 sed in clypeis quoque quando- ^{Alia} que scripta fuere. Siquidem foedus Gabiorum cum Ro- ^{tempa} manis, in corio bovis rotundo instar clypei descriptum vi- sebatur. ^{juxta} 8 Fidei quoque ⁹ & Termini tempora juxta erant: ^{Martis Capitu-}

in Aventino, & P. Victorem in 13. ré-
gione urbis, ut diximus supra cap. 4.
hujus libri sexti, & vide ibi, Tria enim.

7 Et Minervæ.] Vide d. cap. 4. & in
seq.

1 Tria enim facella.] Livius 1. Dec.
1.6. facit Marlium Capitolinum à via-
tore arreptum, hæc pronunciantem,
Jupiter optime maxime, Junoque Regi-
na, ac Minerva, cæterique dii deaeque,
qui Capitolium arecmque incolitis, siccine
cestrum militem ne præsidem finitis ve-
deari ab inimicis?

2 Juxta quod sacri anseres.] Plutar-
chus in vita Camilli. & vide eundem
problem. 98. & Plinium lib. 10. c. 22.
in princ. Cicero in oratione pro Ro-
scio, Anseribus, inquit, cibaria publice
locantur & canes aluntur in Capitolio.
Bart. Marlianus Topographiae urbis
Romæ, lib. 2. cap. 4. Vide supra hoc
eod.lib.cap. 4.

3 In coeque foedera cum Carthaginens-
ibus ista.] Polyb. lib. 5. scribit foedera,
quæ inter Romanos & Carthaginenses
ista fuerunt p̄scripta in tabulis,
quæ conspiciebantur in templo Jovis
Capitolini, ubi ab Adilibus diligenter
tissime custodiebantur. Et cum cæteris,
ut patet ex sequen. & ex Livio 1. Dec.

lib. 2. ubi de foedere Roman. cum La-
tinis populis 3. Decad. lib. 6. de foede-
re Rom. & Aetolorum. & 4. Dec. 1.6.
de foedere Rom. & Antiochi. Appia-
nus in libro, qui Syrius inscribitur, &
vide supra lib. 5. cap. 3.

4 Et cum Attalo Pergami Rege.] Li-
vius Decad. 4 lib. 7.

5 Pactionesque & privilegia.] Titus
Livius 1. Decad. libro 2. scribit foedus
cum Latinis ab Sp. Cassio uno, quia
collega absuerat, istum columnæ tenea
in sculptum fuisse, ut monumento es-
set. & jam alibi dictum est.

6 Senatus consulta.] Suetonius in Ve-
spasiano, c. 8. de restituzione Capitolii
Iouensis, Instrumentum, inquit, imperii
procheriunum ac retrofissimum confecit:
quo continerantur pene ab exordio urbis
Senatus consulta, plebiscita de societate
& foedere, ac privilegio cuiuscunque con-
cessis.

7 Sed in clypeis quoque.] Hæc usque
ad versic. Fidei, sunt Festi Pompeji
lib. 3. cuius hæc verba sunt, Clypeus
antiqui ob rotunditatem etiam corium lo-
ris appellabant, in quo foedus Gabiorum
cum Romanis fuerat descriptum.

8 Fidei quoque.] Nam & Fidei tem-
plum fuisse in Capitolio, testes sunt

Martis vero¹ & Junonis Monetæ in arce,² cuius solum, domus M. Manlii Capitolini perniciosi civis fuisse traditur, qui novarum rerum cupiens, regnum appetere aggressus est, in quem fuit justa animadversione vindicatum. Quæ simula-
crum.
Omnia deorum simulacra in Capitolo.

Jovis simulacrum ab ortu urbis è cù presso.³ Mentis quoque⁴ & Veneris Ericynæ,⁵ atque Opis⁶ & Juventutis ædicularæ inibi fuere: ⁷ atque omnia deorum simulachra in Capitolo fuisse produntur,⁸ inter

quæ

Cicero lib. 3. de Officiis, & Plinius lib. 35. cap. 10. inter picturas Aristidis Thebani, Spectata est, inquit, & in æde Fidei in Capitolio imago senis cum lyra puerum docentis. & diximus lib. 2. cap. 22.

9 Et Termini.] Livius 1. Dec. lib. 5. ad fin.

1 Et Iunonis Monetæ.] Livius 1. Decad. lib. 7. Solinus cap. 2. Vide supra cap. 4.

2 Cuius solum, domus M. Manlii Capitoli.] Livius 1. Decad. lib. 6. de ipsius damnatione loquens, Adiectæ mortuo nota sunt: publica uita, quod cum domus ejus suisset, ubi ædes atque officina Monetæ est; latum ad populum est, ne quis Patricius in arce, aut Capitolio habaret. Plutarch. in Camillo. Ovidius 1.6. Fastorum,

Arce quoque ex summa Junoni templaque Monetæ

Ex uoto memorant facta Camille tuo.
Ante domus Manlii fuerat, qui Gallica quondam

A. Capitolino ruppluit arma Jove.

3 Mentis quoque.] Livius 3. Decad. lib. 3. T. Octacilius Crassus posteaquam ædem Mentis in Capitolio dedicavit, in Siciliam cum imperio qui clausi praesesset, missus. Sed vide supra lib. 2. cap. 4.

4 Et Veneris Ericynæ.] Livius ubi supra, cuius hæc verba sunt, Interea Duumviri creati sunt, Q. Fabius Maximus, & T. Octacilius Crassus, edibus dedicandis, Menti Octacilius, Fabius Veneri Ericyna. Utraque in Capitolio est,

canali uno discreta. Et vide supra dicto lib. 2. cap. 4.

5 Atque Opis.] Livius 4. Dec. 1.9. Addita, inquit, & unum diem supplatio est ex decreto Pontificum, quod ædes Opis in Capitolio de exaltata erat.

6 Et Juventutis.] Livius 1. Decad. lib. 5. ad fin. & Plinius lib. 35. cap. 10. Pinxit hic, inquit, raptum Proserpine: que tabula fuit in Capitolio in Minervæ delubro supra adiunctam Juventutis. Fuit autem & alia ædes Juventutis in circa maximo, quam yovit M. Livius Consul, quo die Asdrubalem exercitumque ejus cecidit, & sexdecim post annis C. Licinius Lucullus Duumvir dedicavit apud Livium 4. Decad. lib. 6.

7 Atque omnia deorum simulachra.] Servius in l. 2. Æneid. in cum locum, Panthus Otriades arcis Phœbique sacrificios.

sic ait, Aut subrogatum intelligimus: aut, quod melius est morem Romanum tetigit. In Capitolio enim deorum omnium simulachra colebantur. Nam Manlius Capitolinus apud Liv. 1. Dec. lib. 6. ad ea, quæ supra ibi, Tria enim facella ex eo adduximus: post scilicet Jovem, Junonem reginam, ac Minervam ab eo invocatos, subdit, Ceteraque dii deaque qui Capitolium arcemque teneris. Et P. Victor in 8. regione urbis tradit in Capitolio omnium deorum simulachra celebrari, ex quo hunc locum depropulsit Alexander.

8 Inter quæ ara Jovis Pistoris.] Ovidius

quæ ara Jovis Pistoris,¹ & Veneris Calvæ,² quam sub te-
cto nominare religio non sinebat,³ ibique atrium publi-
cum,⁴ & Curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima
fuit, ubi minor pontifex festos enunciabat dies.⁵ Ædem-
que tonantis Jovis ab Augusto,⁶ novamque aliam custodi
Jovi conditam à Domitiano, auctores memorant.⁷ Quæ
curia

vidius lib. 6. Fastorum,
Nomine quam pretio celebratior areæ
Tonantis,
Discant Pistoris quid velit ara Iovis.
Cinclæ premebantur trucibus Capitolia
Gallis,
Fecerat obſidio jam diurna f. mem.
& exētra quæ sequuntur. Hanc histo-
riam post Ovidium sic describit La-
ctantius Firmianus lib. 1. c. 20. Eodem
tempore Jovis quoque Pistori ara apposita
est, quod eos in quiete monuisset, ut ex
omnī ſtruſtō, quod haberent, panem fa-
ceant, & in hōſtium caſtra jaclarent:
eoque filioſoluta eſt obſidio, desperanti-
bus Gallis inopia ſubjici poſſe Romanos.

1 Et Veneris [Calvæ.] Lactantius di-
cto lib. 1. cap. 20. Julius Capitoſinus
in Maximiniſ ad finem ſcribit, quod
tanta fide Aquileienses contra Maxi-
minum pro Senatu fuerunt ut funes
de capillis mulierum facerent, cum
deſeffent nervi ad sagittas emittendas:
quod aliquando Roma dicitur fa-
tuum. Unde in honorem matronarum
templum Veneri Calvæ Senatus de-
crevit. Veneris Calvæ incuninit & D.
Augustinus epistol. 44. ad Maximum
Grammaticum. Bar. Marlianus Topo-
graphia urbis Romæ lib. 2. cap. 6. Ve-
neri Calvæ, inquit, ſumum in Capitolio
Romani conſtruere in honorem matrona-
rum: quia capta urbe à Gallis, defien-
tibus ſunib⁹, ex illarum capillis eas fe-
cissent.

2 Quam ſub teſto nominare.] Idem
L. Gyraldus Syntag. 13. nullo etiam
auctore laudato.

3 Ibique atrium publicum.] Livius
3. Dec. lib. 4. Tacta de teſto atrium pu-
blicum in Capitolio, adem in campo Vul-
cani, &c.

4 Et curiam Calabram.] Hæc uſque
ad verſic. Ædemque, ſunt Mactobii l. i.
Saturn. cap. 15. cuius hæc verba ſunt,
Itaque ſacrificio à Rege & minore Ponti-
fice celebrato, idem Pontifex, calata, id
eft, vocata in Capitolium plebe, iuxta Cu-
riam Calabram, quæ casæ Romuli proxi-
ma eft, quoniam numeri dies à C. endis ad
Nonas ſupereruent, prouinciabit, & quin-
tanis quidē quinques dicto verlo uera, ſeptiminas repetito ſepties predi-
cabit.

5 Ædemque Tonantis Iovis.] Plinius
lib. 34. cap. 8. & lib. 36. cap. 6. Suetonius
in Augusto cap. 29. P. Victor in
regione 8. urbis Romæ.

6 Novamque aliam Custodi Jovis.]
Suetonius in vita Domitianæ cap. 5.
Tacitus lib. 19. in Capitolii conflagra-
tione, Domitianus prima irruptione apud
editnum occulatus, ſoleertia liberti linea
amictu turba ſacriolarum iomixtus,
ignoratus apud Cornelium primum pater-
num clientem juxta Telabrum delituit.
Ac potiente rerum patre, disiecto editni
contubernio, medicum ſacellum Iovi Con-
ſervatori aramque poſuit, eaſiſque ſuos in
marmore exprefſit. Mox imperium ad-
ceptus, Jovis Custodi templum ingens, ſe-
que in ſinu dei ſacravít. Extare & num-
mos æreos, qui id teſtantur, ajunt. Eu-
trop. de operibus Donitianis: Roma
quoque multa opera fecit. in his Capito-
lii m. &c.

7 Quæ Curia & Romuli easa.] Vit-
gilius libro Æneid. 8.

Romuleoq; recens horrebat regia enīmo.
Ubi Servius, Curiam, inquit, Calabram
dicit, quam Romulus texerat enīnis, ad
quam calabatur, id eft, vocabatur Senatus
& populus à rege ſacrificulo: ut quoniam
ad hinc fæſti non eſſent, ludorum & ſaci-
ſiorum prænoſcerent dies.

curia & Romuli casa in memoriam vetustatis è culmo fuit
& stramentis, quo mos veterum & humilis ille cultus nota-
retur : sicut Areopagus Athenis ad antiquitatis exemplar-
luto & palea tegebatur.¹ Hunc montem auspicato conditum post incensam à Gallis urbem, quasi propugnaculum
imperii saxo quadrato cinctum fuisse memorant,² quem
Horatius Pulvillus una cum templo dedicavit.³ Interjecto
deinde quadringentoruim & quindecim annorum spatio,
incendio absumptum Sylla restituit. Mox magnificis ope-
ribus & imaginibus magni sumptus exornatus mons fuit,
præcipue Jovis & Apollinis statua cubitorum triginta à
Lucullo ex Apollonia Ponti urbe translata, quem deinde
restitutum Quintus Catulus dedicavit,⁴ quod unum suæ
felicitati defuisse Sylla testatus fuit.⁵ Sed quum rursus in
Vitellii seditione dissidentibus prætorianis à plebe, civili
rabie esset eversus,⁶ Vespasianus illum denuo restituere
aggressus, non perfecit, morte præventus,⁷ demum Do-
mitia-

¹ Hunc montem.] Sabellicus Enneadis 4. lib. 1.

² Quem Horatius Pulvillus.] Livius 1. Dec. lib. 2. non adeo longe à principio, Plutarchus in Publicola.

³ Interjecto deinde.] Corn. Tacitus lib. 19. Arserat, inquit, & ante Capitolium civili bello, sed fraude privata. Appianus Bellorum civilium l. 1. Plutarchus in eodem Publicola de Capitolii consecratione loquens, sic scribit: Primum à Tarquinio ex edificatum, dedicavit Horatius: bellis autem civilibus igni consumptum est. At secundum instauravit quidem Sylla, dedicationi autem Catulus inscriptus, Sylla morte intercepito.

⁴ Quod unum suæ felicitati.] Sunt verba Plinii lib. 7. cap. 43.

⁵ Sed cum rursus in Vitellii seditione.] Cor. Tacitus lib. 19. in vita ipsius Vitellii, Vix (inquit) reversus erat Martianus in Capitolum, quod velut arcem tuti simam insederant, cum refente milites Vitelliani suentes, nullo duce, ascendunt ecclesia acie in Capitolum: ubi

exorto confidit Flaviani Vitellianos obrubant tegulis saxisque, nec tam resisti poterant scandentes Vitelliani. Tunc Capitolium clausi foribus indefensum & indeceptum flagravit. Ambigitur utrum oppugnatores ignem testis in jecerint, an obseSSI, qua celerior fama est, quo niteantes ac progressos depuleriunt.

⁶ Vespasianus illum denuo restituere aggressus.] Aurelius Victor in Domitianus, Suetonius in Vespasiano cap. 8.

⁷ Demum Domitianus.] Idem Aurelius ibi, & Sueton. in vita ipsius Domitianus cap. 5. Purima & amplissima opera incendio absumpta restituit, in queis erat & Capitolium, quod rursus arserat: sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Plutarchus in Publicola ad ea, quæ sup. ibi, Interjecto deinde, adduximus, subjungit, Hoc autem rursus in Vitellii seditionibus eversum ac dirutum. Tertium Vespasianus, ea qua in ceteris felicitate usus, de integro refizere aggressus, opus perfecit. Sed instructi deinde à se templi eversionem non vidit: sed tanto Syllæ

mitianus in imperio restitutum consecravit. ¹ Sed præter hoc fuit aliud Capitolium Capuae, arx munitissima: ² aliud Beneventi: ³ sicut apud Carthaginenses Byrsa opus invi- ^{Eyrsa.} Etum late prospectans ⁴ Aesculapio (ut ferunt) dicatum, quod erat Carthagini instar Capitolii. ⁵ Et apud Argos arces duæ, ⁶ ex quibus Larissa egregie munita. ⁷ Et Corin- ^{Lariss.} thi^{s. i.}

Syll. e fortuna præstitit, quod illum mors ante consecrationem eripuit, hic ante de-solatiunc decessit. Una enim cum Ve-spasiani interiu inflammatum Capito-lium, incensumque est. Hoc autem quar-tum à Domitiano perfectum, & consagra-tum est.

¹ Sed præter hoc fuit aliud Capito-lium Capuae.] Suetonius in Tiberio cap. 40. & in Caligula, scribit hoc Capitolium Idibus Martiis de cœlo ta-
etum fuisse. De quo Silius lib. 11. scri-bens Campanos monstrasse Annibali loca Capuae illustriora, sic ait,

— Monstrant Capitola celsa,
Stellantesque docent campos, Cererem
que benignam.

² Aliud Beneventi.] Suetonius, aut quisquis is est, in lib. de claris Grammaticis, ubi de Orbilio loqui-tur, Statua Orbilii, inquit, Beneventi ostenditur in Capitolo ad sinistrum latus marmoreo habitu sedentis ac palliati, appositis duobus seriniis.

³ Sicut Apud Carthaginenses] Virgilius libro 1. Aeneidos,

Mercatique solum, faci de nomine
Byrsam,

Taurino quantum possent circundare
tergo.

Ubi Servius sic scribit, Carthago enim ante Speciem habuit duplicitis oppidi, quasi aliud alterum amplectetur: cuius interior pars Byrsa, exterior Magalia. Hujus rei testis est Corn. Nepos in eo libro, qui Vita illustrium inscribitur. Strabo libro 17. Appianus in Libyco post princip. hujus appellationis ra-tionem reddit. Et circa ejusdem libri medium ita inquit, Quæ ad meridiem spectant & ad mediterranea, ubi & Byrsa est supra collem tripiaci nauto clau-

duntur. Paulus Orosius lib. 4. cap. 22. Carthaginis situm describens, ait, Arx, cui Byrsa nomen erat, paulo am-plius, quam duo millia passuum tenebat.

⁴ Aesculapio, ut ferunt, dicatum.] Strabo lib. 17. In media, inquit, sere urbe arx fuit, quam Byrsam vocarunt. Supercilium satis erectum est circumcircate habitatum, in cuius vertice Aesculapii templum erat, quod Asdrubalis uxor captiva urbe secum concremavit.

⁵ Et apud Argos arces duæ.] Li-vius 4. decad. lib. item 4. ubi tamen eas non nominat.

⁶ Ex quibus Larissæ.] Apud Stra-bone lib. 9. & ipsum Livium 4: dec. lib. 2. & Pausaniam lib. 2. & 3. & Sta-tium lib. 1. Thebaidos,

Donec ab Inachiis vitta caligine te-
tis

Emicuit lucem devixa in mænia fun-dens ^{Laryssæus apex.} Luctatius interpres ibi, Nos non debet, inquit, confundere, quod & Thes-salæ civitas Larissa dicitur: à qua & Larissæ Achilles: hæc enim, quæ nunc memorat Statius, arx est civitatis Argive, quæ Larissa dicitur.

⁷ Et Corinthi Acrocorinthus.] Poly-bius lib. 2. & iterum 4. Livius 4. De-cad. lib. 3.. Pomponius Mela lib. 2. cap. 3. Plinius libro 4. cap. item 4. Statius lib. 7. Thebaidos,

Jam proris Gradivus equis Ephyrae
premebat

Littora, quæ summas caput Acroco-rinthus in auræ

Tollit, & alterna geminans mare pro-
tegit umbra.

Plutarchus in Arato, Martianus Ca-pella, ubi de tertio finu Europæ lo-guitur.

Acro- thi Acrocorinthus munitissimus vertex,¹ qui urbi imminet:
corin- ² atque Athenis Munychia³ & Cecropia, cui πόλις nomen
thus.
Muny- locus natura magis quam opere septus: ⁴ nam Pelasgicum
chia (quæ Athenarum pars editior erat) incolere oraculo moni-
Cecro- ti vtabantur. ⁵ Susis autem Mnemonium, ⁶ in Samo Cy-
Pelas- this⁷ & Ainastris, juxta Paphlagoniam Sesamis pro arce
gicum. fuit & munimento, ⁸ apud Heduos Bibracte, Brutiorum
Cyatis. Trivertex, ⁹ Syracusis Acradina, ¹⁰ Messenæ autem Itho-
Ama- stris.
Bibrat- .
ete. ¹ Qui urbi imminet.] Videntur hic
Acradina. confessim subdenda esse quæ postea 5.
Itho- ab hinc linea scribuntur his verbis,
me. Quam Acrocorinthum.

² Atque Athenis Munychia.] Thucydides libro 8. belli Peloponnesiaci.
Strabo lib. 9. Statius lib. 5. Sylvatum
in Epicedio ad patrem,

Quo non Munychia quicquam praefiantius areas

*Doctaque Cyrene, Spartæ animosa
creavit.*

Plutarchus in Solone, &c in Demettio,
& Phocione.

³ Et Cecropia.] Plinius lib. 7. c. 56.
Oppidum, inquit, Cecropis à se appellavit Cecropiam, que nunc arx est Athenis. Fuit quoque Acropolis Athenarum arx, de qua Luctatius interpres Statii lib. 12. Thebaidos non multo ante fin. ibi,

*Ipse quoque in pugnas vacuatur col-
lis.* —

Sic scribit, Acropolim dicit arcem Athenarum, de qua Neptuno & Minervæ dicitur fuisse certamen, percussa à Neptuno terra, equum dedit, indicium Lelli, Minerva vero olivam, pacis insigne.

⁴ Nam Pelasgicum.] Thucydides libro 2. belli Peloponnesiaci non adeo longe à princ. Atheniensium ex agris in urbem commigrationem scribens, sic inquit, Nec non Pelasgicum, quod vocatur, summa urbi subiectum, quodque inhabitare nefas erat: prout & Pythici oraculi sine vtabatur: dicente, — Satiusque Pelasgura ecia ser-
vit.

Strabo autem lib. 9. scribit Pelasgicum portionem Athenarum ita dictam a Pelasgis. Pausanias lib. 1. tradit Pelasgos cinxisse muris Athenarum arcem, præter eam partem, quam Cimon, Miltiadis filius, extruxit.

⁵ Susis autem Mnemonium.] Memnonium legendum ex Strabone l. 15. qui ita scribit, Susa enim à Titono condita dicuntur, Memnonis patre, ambitus 100. & 20. stadiorum, figura oblonga, cuius arx Memnonium dicitur.

⁶ In Samo Cyathis.] Livius 4. Dec. lib. 8. Quatuor, inquit, mensæ obsidionem Samæ susinuerunt: cum ex paucis quotidie aliqui eorum cadent, aut vulnerarentur: & qui superierant, sebè & corporibus & animis essent, & Romani nocte per arcem, quam Cyathidem vocant (nam urbs in mare decetrix in occidentem vergit) murs superato in forum pervenerint.

⁷ Et Ainastris.] Strabo lib. 12. in duobus locis, & Plinius lib. 6. c. 2.

⁸ Apud Heduos Bibracte.] Strabo lib. 4. Cesar autem libro 1. belli Galli, & iterum lib. 7. dicit id oppidum esse Heduorum longe inaximum ac copiosissimum: &, ut dicit secundo illo loco, maxime anctoritatis.

⁹ Syracusis Acradina.] Cicero in Syracusarum urbis descriptione, act. in Verrem 5. de Acradina; sic scribit, Altera autem est urbs Syracusis (cui nomen Acradina est) in qua forum maximum, pulcherrima porticus, ornatisissimum Tritaneum, amplissima est curia, templumque egregium Jovis Olympii. Diodorus Siculus lib. 11. Arcadinam Syracu-

me. Quam Acrocorinthum Philippus si haberet, utroque ^{cad-}
cornu bovem tenere ¹ Demetrius dictavit: sicut Græcia ^{m.e.t.}
compedes, Corinthum, Chalcidem & Demetriadiem, ^{Mem-}
^{p'is.} ² idem Philippus appellavit. ³ Arx vero Thebana, Cad- ^{P.era.}
mæa dicebatur: ⁴ Ægypti regum Memphis, ⁵ Babylonii ^{Mesa-}
Ptera, Hierosolymis Mesade, ⁶ Massiliensibus Ephesum. ^{de.}
⁷ Palatinus vero mons Capitolio proximus, quin Arcades ^{Ephe-}
habeat ^{fian.} ^{T.ula-}
^{tinus}
^{mons}
^{unde}
^{diu.s:}

Syracusatum urbis partem, ingenti
muro munitam scribit. Acadinae me-
minerunt Livius 3. Dec. lib. 5. & Plu-
tarthus in Timoleone, Dione & Mar-
cello.

¹⁰ Messene autem Ithome.] Strabo
libro 8. in duobus locis, & Plutarchus
in Arato.

¹ Demetrius.] Scilicet Phaleræus.
De quo idem Strabo dicto lib. 8. sic
scribit, *Quocirea Demetrius Phaleræus
Philippo commode dixisse visus est:*
*Quin has, inquit, ubes ambis capessis,
si adipiscendæ Peloponnesi cupiditate du-
ceris & Utroque enim cornu bovem con-
tinebis: cornua quidem Ithomen, atque
Acrocorinthum: bovem vero Peloponne-
sum esse dicitur.* Plutarchus in dd.
locis eadem ferme refert.

² Idem Philippus appellavit.] Apud
eundem Strabonem lib. 9. Polybium
lib. 17. Livium 4. dec. lib. 2. Pluta-
rhus in Arato.

³ Arx vero Thebana, Cadmæa dice-
batur.] Strabo eodem lib. 9. Paulus
Æmylius, Plutarchus uterque in Pe-
lopida: & idem Plutarchus in Ale-
xandro Magno, & in Agesilaō, Dio-
dorus Siculus lib. 17. cap. 1. Pausa-
nias lib. 3. & iterum lib. 9. Annius
de gestis Alexandri, lib. 1.

⁴ Ægypti Regum Memphis.] Stra-
bo libro 17. Diodorus Siculus lib. 2.
c. 1.

⁵ Babylonii Ptera.] Herodotus li-
bro 1. Clio, Croesus, inquit, exercitu
trajecto, venit in Cappadociæ locum, qui
dicitur Pterea, omniam ejus regionis tu-
tissimum, juxta urbem Sinopem, fere
ad portum Euxinum. Plutarchus autem

in Demetrio, scribit duas Babylonii ^{unde}
arces fuisse, quas non nominant. ^{diu.s:}

⁶ Massiliensibus Ephesum.] Adde
autem superioribus Isauron arcem
Cilicæ apud L. Florum Epit. lib. 3.
cap. 6. in bello Piratico, & totius
Græcia arcem Peloponnesum Strabo-
ni libro 8. non multo post princ. By-
ziam arcem Regum Thraciæ, à Terci
nefasto criminè hirundinibus invi-
sam, dicit Plinius lib. 4. cap. 11. Ti-
rynthe Lycomnam, ab adficatore Ly-
cumno dictam, Strabo dicto libro 8.
Et Geram Chalcidensem Diodorus
Siculus lib. 16. cap. 12. Et Jamphar-
niam caput arcemque Medicea Livius
3. Dec. lib. 6. Pergama & Ilion Tro-
jæ. Setvius lib. 2 Aneidos, ibi,

— *Et prolapsa videntur*

Pergama. —

Et de Pergamo est illud Homeri lib. 6.
Illiados ad fin.

Ὥς νίσι Πρέδυτο Πέρης κατὰ
Περγάρας ἀκρην
Τόξοι παραπλεύειν, οὐ τι μέλειο
ἰεῖν.

Id est,

*Sic filius Priami Paris à Pergami ar-
ce*

*Armis undique fulgens tanquam sol
pergebat.*

Salmacidam Halicernassum Attianus
gestorum Alexandri libro 1. Ortham
Phalamæorum Strabo lib. 9. Iulysi vi-
ci arx est Chrysema Strabo lib. 14. Et
Lissi Acrolitum Polybius lib. 8.

⁷ Palatinus vero mons.] Hæc sunt
Varronis lib. 1. aut aliorum computa-
tionis lib. 4. linguis Latinae. & Vir-
gilii lib. 8. Aneidos his versibus,

Areades

habeat auctores, neino dubitat, quem à Palantia urbe Arcadiæ dictum autumant, ipsumque Aborigines, & Reate profectos tenuisse: aut à balatu pecorum, seu Pale pastorum dea, vel à Palatia Latini uxore, sive ab Hyperborea Pallantis filia, vel quod ibi Pallas defunctus sit, nomen sortitum volunt. Constatque prima fundamenta urbis ibi ja*ct̄a*,¹ Romamque quadratain Romulum fundasse, Palatinumque: ne opportunus injuriæ foret, munivisse.² Postea ædein Victoriat,³ & templum Apollinis & Musarum,⁴ quod magna mole construxit, cum bibliotheca græca latinaque Augustum addidisse:⁵ ibique facellum deæ Viriplacæ,⁶ ad quod vir & uxor dissidentes convenire, & in gratiam æquissimis animis redire assuerant,⁷ ac Febris phanum,

*Arcades his oris, genns à Palante
prefectum,
Qui Regem Euandrum comites, qui
signa fecuti
Delegere locum, & posuere in monti-
bus urbem
Pallantis proavi de nomine Pallan-
team.*

Et Servii ibi, & Livii 1. Dec. lib. I.

*I Romanque quadratam.] Ennius,
Et quis tum curat Rom.e regnare qua-
dratæ.*

Cato in Originibus, Plutarchus in Romulo. ubi nuncupatim dicit illam condidisse urbem in eo loco, quem p̄p̄ulu τετραγωνον vocabant. Dionysius Halicarnassæus non longe à fin. lib. I. Solinus cap. 2. P. Victor in 10. regione urbis. Festus Pompejus libro 15. ubi illud Ennii citat. Versus tamen ille hodie aliter legitur. Vide quoque Cornelium Tacitum lib. 12.

*2 Postea ædem Victoriae.] Livius
3. Dec. lib. 2. Victoria, ait, omenque
accipere: sedemque ei diuine dare, dicare
Capitolium, templum Jovis Opt. Maxi-
mi in ea arce urbis Romæ sacratam, vo-
lentem propitiandumque, firmam & stabilem
fære populo Romano. Et iterum lib-
ro 9. Eae per manus succedentes deinceps
alia alia, omni effusa civitate ob-*

viam, thuribulis ante januas positis, qua
præscribatur, etque accenso thure, pre-
cantibus, ut volens propitiandumque urbem
Romam iniret, in ædem Victoria que est
in palatio, pertulere deam pridie Idus
Aprilis, isque dies festus fuit.

*3 Et templum Apollinis.] Vide in-
fra ibi, Quod magna mole constructum.*

*4 Quod magna mole constructum.]
Intellige de templo Apollinis ex Suetonio in Augusto, cap. 29. In æde Apollinis (qua in Palatio erat, ut scibit Victor in 10. urbis regione) lychni pen-
debant instar arbors maliferentis.*

*5 Ibique facellum deæ Viriplacæ.]
Idein P. Victor in 10. urbis regione.*

*6 Ad quod vir & uxor dissidentes.]
Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Quo-
ties, inquit, inter virum & uxorem
aliquid jurgii intercesserat, in facellum
deæ Viriplacæ, quod est in Palatio, ve-
niebant: & ibi invicem loquuti, que
voluerant, contentione animorum depo-
sita, concordes revertebantur. Et vide
nostras lege Connubiales.*

*7 Ac Febris phanum.] Cicero li-
bro 3. de Natura deorum, Plinius li-
bro 2. cap. 7. Älianu de Varia histo-
ria lib. 12. Valerius Maximus lib. 2.
cap. 1. ubi de Veneratione Febris.
P. Victor in 10. regione urbis.*

I Edem-

num, ¹ ædemque matris magnæ, ² quæ Berecynthia dicta ^{Matri-}
est, ³ ac templum Lunæ Noctilucæ, ⁴ delubrumque Juno-^{magnæ:}
nis Sospitæ haud longe post extructa fuisse. ⁵ Etiam lucus ^{Iun. e.}
Vestæ à Palatii radice, ad novam usque viam devexus fuit:
<sup>Nocti-
lucæ.</sup>
⁶ & Lupercal, ubi Romulus & Remus aliti feruntur & e-^{Juno-}
ducati. Regionemque Palatii ⁷ ad capita bubula multos
inibi nominasse, ubi postea sacrarium fuit. ⁸ Huicque re-^{sbitæ.}
gioni Germalia, ac Sacriportum, & domum Scauri specta-^{Vestæ.}
re, quam Clodius mercatus fuerat, & ad Sacram usque
viam portendi Varro significat: Ibi quoque præclara do-^{Luperc-}
mus Cn. Octavii, qui ex ea familia consul fuit primus:^{Domus}
⁹ Crassique oratoris, ¹⁰ Q. Catuli, atque C. Aquilii, & Le-^{Jovis}
pidi. ¹¹ Templum quoque Jovis Statoris in Palatii radice ^{Stato-}
^{ris tem-}

con-

¹ Ædemque Matris magna.] Idem
P. Victor ibi.

² Quæ Berecynthia dicta est.] Ut
dictum est supra codem lib. c. 4.

³ Ac templum Lunæ Noctilucæ.]
Varro lib. 3. aut aliorum computatio-
ne 4. lingua Latinæ, Luna, inquit,
quod sola luceat noctu. itaque ea dicta
Noctiluca in Palatio: nam ibi noctu luceat
templum. Glossarium: Noctiluca Nu-
xloφeivæ Ca, ubi legendum, Noctiluca.
Lunam autem sic dictam fuisse jam
dixi alibi. Horatius: rite crescentem
face Noctilucam. Levinus vetustiss.
auctor, Venerem igitur alnum adorans,
sive femina, sive mas est, ita uti alma
Noctiluca est.

⁴ Delubrumque Junonis Sospitæ.]
P. Victor in 10. regione, scribit, Ju-
nonis Sospitæ delubrum ædi Matri
deum fuisse conterminum.

⁵ Etiam lucus Vestæ.] Marrianus
Topographia urbis Rom. lib. 2. c. 12.
Cicero de Divinatione, lib. 1. Exan-
ditæ vox est à luco Vestæ, qui à Palatii
radice in novam viam denexus est, ut
muri & portæ reficerentur.

⁶ Et Lupercal.] Virgil. lib. 8. Aeneid.

— Et gelida monstrat sub rupe Lu-
percal.

Et ibi Servius. P. Victor in 10. re-

gione. Pomponius Lætus de Antiqui-
tatis urbis Romæ.

⁷ Ad capita bubula.] Suetonius in
Augusto, c. 5. Nasus est Augustus, in-
quit, Marco Tul. Cicerone & Antonio
Consulib. 9. Calend. Octobris, paulo ante
solis exortum, regione Palatii, ad capita
bubula: ubi nunc sacrarium habetur, ali-
quando post, quam excessit, constitutum.

⁸ Huicque regioni Germalia ac Sacri-
portum.] De his duobus Varro lib. 4.
de ling. Lat. & de Sacriporto Luca-
nus lib. 2.

Iam quot apud Sacri cecidere cadaveræ
portum?

Et Florus Epitome Livii lib. 8. 7.

⁹ Crassique oratoris.] Plinius I. 17:
cap. 1. post princ. P. Victor in 5. urbis
regione.

¹⁰ Q. Catuli, atque Q. Aquilii.]
Plinius & P. Victor iisdem locis. &
præterea ipse Victor in 10. urbis re-
gione.

¹¹ Templum quoque Jovis Statoris.]
Ovidius lib. 6. Fastorum ad fin.

Tempus idem Statoris erit, quod Ro-
mulus olim

Ante Palatini condidit ora jugi.
Et Livius 1. Dec. lib. 1. Plutarchus
vita Ciceronis, & P. Victor in 10. re-
gione urbis.

¹² Ibique

constructum à Romulo, quo tempore inter Romanos & Sabinos pugnatum est, multi asseverant. ¹ Ibique Ciceronis domus, ² quæ jussu Clodii demolita, in porticum Libertatis translata fuit, fuisse fertur: ³ cui postea ⁴ & Valerio Maximo ædes impensa publica ædificatas ferunt. ⁵ Ac Vitruvii Vacci, qui auctor defectionis fuerat: quas dirutas una cum bonis ¹ Semoni Sango consecratus, T. Livius auctor est. ⁶ De Aventino autem, quod ibi rex Albanorum seu

^{t Sc-}
moni
Iano.
Aven-
tinus
mons
unde
appel-
lates.

¹ Ilisque Ciceronis domus.] Plutar. & Victor ubi supra. Et adde etiam Tarquinii Prisci ex Livio 1. Decad. lib. 1.

² Quæ jussu Clodii demolita.] Plutarchus ubi supra, Cæterum, inquit, Clodius, ejecto Cicerone, incendio tradit ejus villas, incendio dat ejus domum, ibique Libertatis templum erigit.

³ Cui postea.] Cicero in Oratione contra L. Pisonem, Me consequentibus, inquit, diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, Pontifices, Consules, Praetores collocarunt, milisque, quod ante me nemini, pecunia publica ædificandam domum censuerunt, & ibi Asconius Pandianus interpres doctissimus, & Plutarchus ad hæc, quæ supra ex eo adduximus, subjungit, Decrevit Senatus omnes civitates, que Ciceronem in exilio sovissent, ornare laudibus, domumque ac villas, quas Clodius combusserat, ære publico reparari.

⁴ Et Valerio Maximo.] Asconius ubi supra, sic scribit, Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoque publice ædificata est in Palatio: cuius exitus, quo magis insignis esset, in publicum versus declinaretur: hoc est extra privatum aperiretur.

⁵ Ac Vitruvii.] Imo Vitruvii ex Livio, qui id refert 1. Dec. lib. 8. Sic etenim scribit, Eodem anno Privernas bellum initum: cuius socii Fundani, dux etiam Fundanus fuit Vitruvius Vaccum, vir non domi solum, sed etiam Romæ clarus. ædes fuerit in Palatio ejus, quæ

Vacci prata diruto ædificis, publicatoque solo appellata. Et nonnullis interjectis, Vitruvium in carcere Senatus affervari jussit, quod Consul redisset, tum verberatum necari: ædes ejus, quæ essent in Palatio, diruendas, bona Semoni Sango censuerunt consecranda: quodque aris ex eis redactum est, ex eo anci orbes facti, positi in facello Sangi versus adem Quirini. Vide Cœlium Lect. antiq. lib. 2. c. 3.

⁶ De Aventino autem.] Hic vide Varrone lib. 1. aut aliorum computatione 4. Livium 1. Decad. lib. 1. & omnino Servium lib. 7. Æn. in eum locum,

Pulcher Aventinus.
Festum Pompejum lib. 1. Et id quod de Diana templo hic dicit, est ipsius Livii 1. Decad. lib. 1. in Servio Tullio, & Festi Pompeji lib. 3. & ante hos Dionysii Halicarnassxi lib. 3. ubi id tribuit Anco Martio. Et vide Plutarch. Probl. cap. 4. Propertius lib. 4. eleg. 9.

Phyllis, Aventine, quædam est vicina Diana,
Sobria grata parum, cum bibit omne decet.

Martialis lib. 6. eleg. 9.

Laudat Aventinæ vicinus Sura Diana.

Aventinensem vero vocat Val. Maximus, Quisquis, inquit, Aventinense. deæ immolasset, &c. Huc quoque spectat illud, Quæque Aventinum tenet Algidumque quindecim Diana preces viorū caret.

¹ Qui

feu Aboriginum Aventinus, prælio fufus & sepultus, monti <sup>Templa
& are
in A-
venti-
no.</sup> nomen dederit: vel ab adventu, quod commune omnium Latinorum Dianæ templum ibi erat, ad quod finitimi frequentes ventitabant: sive ab advectu, quod olim paludi- bus disclusus mons erat, ratibusque advecti illuc comminab- tant: an ab Avente amine Sabinorum, qui loca tenuere (ut Varro significat) dictus sit, incerta opinio est. ¹ Qui quidem collis modice altus, duodecim fere stadiorum ambitu esse ferebatur. ² In quo præter Dianæ templum ubi bouri cornua suspendebant, ³ Lauretum, ⁴ atque Junonis reginæ, ⁵ & Minervæ templa fuere. ⁶ Ibique ædes Bonæ deæ ⁸ & Libertatis, ⁹ quam ex mulieritatia pecunia Gracchus faciendam locavit. ¹⁰ Forumque pistorium, ¹¹ & scalæ Gemoniæ, ¹² ex quibus damnati dabantur præcipites: ¹³ ara-

que

¹ Qui quidem collis.] Dionysius Halicarnassæus lib. 3. scribit, Ancum, collum hunc modice editum, & in orbem stadia ferme 18. complectentem, muro cinxisse. & lib. 10. sic scribit, Collis Aventinus est 12. ferme stadium ambitu comprehensus maximis, qui non tum totus habitabatur, sed nemorosus erat & publicus.

² In quo præter Diane templum] P. Victor. in 13. reg. Bart. Marlian. lib. 4. Urbis Romæ Topo. c. 3. 4. 5.

³ Ubi bouri cornua suspendebant.] Plutarchus probl. c. 4. hujus rei ratione reddit.

⁴ Lauretum.] P. Victor in 13. regione, quæ de Aventino est, scribit fuisse Vicum Loretæ (ita enim ibi scribitur) majoris, ubi erat Vortumnus. In Aventino (ut scribit Marlian. d. lib. 4. c. 5.) sita erat Laurentum sylva Jovi sacra, in qua Valentianus 11. Constantini & Gallæ Placide filius, fuit interfectus. Et Titum Tatium regem sepultum fuisse, scribit Sex. Pompejus.

⁵ Atque Junonis Regina.] Livius 1. dec. lib. 5. & 5. lib. 3. post prin. & iterum lib. 7. Plutarchus in Camillo. & Victor ubi supra.

⁶ Et Minervæ.] P. Victor in eodem loco. Marlianus d. lib. c. 5.

⁷ Ibique ædes Bonæ deæ.] P. Victor ibi. Marlianus d. lib. 4. cap. 3. scribit ædem Diæ Mariæ, cognomento Aventinæ, esse in ea parte montis Aventini, quæ planiciem respicit, ubi olim fuit Bonæ deæ templum.

⁸ Et Libertatis.] Idem P. Victor ibi, & Festus Pompejus lib. 10. & Marlianus d. lib. c. 3.

⁹ Quam ex mulieratia pecunia Gracchus.] Livius 3. Decad. 1. 4. post princ.

¹⁰ Forumque Pistorium.] Victor d. 13. regione.

¹¹ Et Scale Gemoniæ.] Idem Victor in eodem loco.

¹² Ex quibus damnati dabantur præcipites.] Stueton. in Tiberio, c. 75. & in Vitellio, c. 17. & diximus sup. l. 3. c. 5.

¹³ Araq; Iovii Elicio.] Ovid. Fast. l. 3. Eliciunt eæ te Jupiter, unde minores Nunc quoq; te celebrant, Elicium quoq; sacrum. Livius 1. decad. lib. 1. ubi tamen non Tullum Hostilium, sed Numam eam dicasse scribit. Plin. lib. 2. cap. 53. ubi de fulminibus evocandis agit, haecisque & oras & sacra habemus, interque Statres & Tonantes & Feretrios, Elicium quoq; accepimus Iovem.

que Jovi Elicio, ad eliciendos fulgurum monitus, à Tullo Hostilio dicata: ¹ ac ædes Lunæ, ² Remoniumque, quem locum Remus ad inaugurandum templa cepit, ³ & Armi-lustrum, ubi Tatius Romulo consors regni, sepultus erat: ⁴ atque ara Veneris Myrteæ, quam Murtiam vocant, fuisse traduntur. ⁵ Illud plane constat, primos Latinos, capta urbe

¹ *Ac ædes Lunæ.*] Ovid. lib. 3. Fa-
storum in fin.

*Luna regit mensis, hujus quoque tem-
pora mensis*

*Finit, Aventino Luna colenda ju-
go.*

Livius 4. Decad. lib. 10. post princ. Atrox cum vento tempestas signa ænea in Capitolio deiecit: forem ex æde Lunæ, que in Aventino est, raptam tulit. P. Victor in d. 13. regione.

² *Remoniumque.*] Remonium (Festus Pompejus lib. 16. scribit) locus est in summo Aventino, ubi Remus de urbe condenda fuerat auspicatus. Remonium vocat P. Victor ubi sup. Dionysius Halicarnassæus lib. 1. Remrium vocat.

³ *Et Armilustrum.*] Plutarchus in Romulo scribit, Armilistrum locum esse in Aventino, ubi Romulus T. Tatium (is pari potestate cum Romulo regnabat, ut scribit Dionys. lib. 2.) sepelivit. Varro lingue latinx lib. 4. *Armilistrum, inquit, ab ambitu lustrum* locus: item circus maximus quod circum spectaculis adsciscatus, ubi ludi sunt, & quod ibi circum metas fertur pompa & equi currunt. Et infra lib. 5. *Armilistrum ab eo quod in Armilistro armati sacra faciunt, nisi locus potius dictus ab eis, sed quod de eis prius. id ab luendo, aut lustro, id est, quod circumibant ludentes anciliis armati.* Festus vero Pompejus, *Armilistrum, inquit, festum erat apud Romanos, quo res divinas armatis faciebant: ac dum sacrificarent tubis canebant. Romani enim arma privatum habebant, sed ad expeditiones bellicas ex Armilistro accipiebant, eoque rescrebant bellis consecutis.* Hinc Spartanus dicit, *Vespasianum ex Armilistrum*

stro arma legionibus permisisse.

⁴ *Atque Ara Veneris Myrteæ, quam Murtiam vocant.*] Plinius lib. 15. cap. 29. *Quin & ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant.* Festus Pompejus libro 11. *Muræ* deæ facellum erat sub monte Aventino, qui ante Muræ vocabatur.* Ex quibus duobus locis Alexander totam hanc orationem confecit. Ante hos Livius primo Decad. libro 1. sub regno An-ci Martii, *Tum quoque multis milibus Latinorum in civitatem acceptis: quibus ut jungeretur Palatio Aventinum ad Murtie data sedes.* Marlianus lib. 4. cap. 5. *P. autem Victor ædem Murtie in 11. regione collocavit.* Plutarchus in Problematis cap. 75. *Quam modo Muriam Venerem, olim myrteam vocabant.*

COLERUS.

* Leg. *Murcia.* Murcia per c. scribitur, cum antea per t, inquit Plutarch. Unde à Murteto, quod ibi proximum erat dictum volunt Varro, Plinius, Plutarchus. Vide ibi, quæ Scaliger.

TIRAQUELLUS.

⁵ *Illud autem constat.*] Livius 1. Dec. 1. in Anco Martio, *Ancus demandata cura flaminiis sacerdotibusque aliis, exercitu novo conscripto profectus Politorium, urbem Latinorum, vi cepit: secutusque morem regum priorum, qui rem Romanam auxerant hostibus in civitate accipiendis, multitudinem omnem Romanam traduxit.* Et cum circa Palatiū sedem veteres Romani, Sabini Capitolium & arcem, Cælium montem Albani implessent, Aventinum novæ multitudini datum. Vide Marlianum lib. 1. cap. 4.

urbe Politorio ab Anco Martio, Aventinum incoluisse.

¹ Procedente mox tempore, cautum fuisse, ut in Saturnali-
bus ad illum frequentes Romani commearent. ² Quodque
ex septem urbis collibus, quin cæteri intra pomœrium
sint, solus ab urbe disclusus, intra mœnia longo tempore
admissus non fuit: sive quod plebs eo secessisset, sive quod
Remo auspicante, illic non aves addixissent, velut omnino-
suin, extra pomœrium fuisse. ³ Cœlius vero à Cœlio [†] Ju-
benno Hetrusco, qui cum non parva manu Romulo con-
tra Latinos ducenti suppetias tulit, quod ibi locum & se-
dem habuere, dictus cognominatusque est, ⁴ cui quondam
Querculano nomen, quod multiplici quercu septus muni-
tetur. ^{Quer-}
^{culta-}
^{nus.}

¹ Procedente mox tempore.] Gellius
lib. 13. c. 14.

² Quodque ex septem urbis collibus.] Hæc usque ad verific. Cœlius vero, sunt
Senectæ in lib. de brevitate vitæ, cujus
hæc verba sunt, *Hoc scire magis prodebet,*
quam Aventinum montem extra Pomœ-
rium esse, propter alteram ex duabus
causis: aut quod plebs eo secessisset, aut
quod Remo auspicante, illo loco aves non
addixissent.

³ Cœlius vero à Cœlio Iubeno.] Varro lib. 1. aut aliorum computatio-
ne 4. de lingua Latina, sic scribit,
In Suburana regionis parte princeps est
Cœlius mons à Cœlio Vibenno Tusco
Duce nobili, qui cum sua manu dicitur
Romulo venisse auxilio contra Sabinum
regem. Hi post Cœli obitum, quod ni-
muis munita loca tenerent, neque sine su-
ffisione essent, deducti dicuntur in plan-
um, ab eis dictus vicus Tuscus: Et id-
eo ibi Portumnum stare, quod is deus
Etruria. Principes, qui à suffisione li-
beri erant, traductos volunt in eum locum,
qui vocatur Cœlius. Festus Pompejus lib. 3. Cœlius mons dictus est à
Cœle quodam ex Etruria, qui Romulo
auxilium adversus Sabinos præbuit, eo
quod in eum domicilium habuit. Ovid. l. 3.
Fastorum,

Cœlius ex alto qua mons descendit in
equum,

Hic ubi non plana est, sed prope
planaria via est,

Parvalicet videas captæ delubra Mi-

nerue,

Quæ dea natali excepit haberes suo.

Cornelius Tacitus lib. 4. Vide Ser-
vium in libro 6. Æneidos Virgilii,
ibi,

Septemque una sibi muro circuudabit
arces.

⁴ Cirvi quondam Querculano.] Quer-
quetulanum vocat Tacitus ubi supra:
sic enim scribit, *Haud fuerit absurdum*
tradere montem cum antiquitus Quer-
quetulanum cognomento fuisse, quod talis
sylvæ frequens secundusque erat:
mox Cœlium appellatum à Cœle Vi-
benna, qui Dux Gentis Etrusca cum
auxiliis appellavit, sedem eam ac-
ceperat à Tarquinio Prisco, seu quis
alius Regem dedit: Nam scriptores in
eo dissentunt. Cetera non ambiguunt,
magnas eas copias per plana etiam, ac
foro propinquæ habitavisse, unde Tuscum
vicum è vocabulo advenarum dictum.
Haec tenus Tacitus. Festus Pompejus
ait, Nymphas Querquetulanas appella-
tas, præsidentes Querqueto, quod
genus sylvæ erat intra portam, quæ ab
eo dicta sit Querquetulana.

retur.¹ Quin vero Tullus Hostilius, Alba diruta, Alba-nos Romanum traduxisset, Cœlium urbi addidit, quodque frequentius incoleretur, ibi sumpsit regiam, ex quo ad plana urbis leni clivo, & prope æquus descensus erat.² In eo enim templum divi Claudi à Nerone demolitum, postea à Vespasiano instauratum, magna mole constructum erat: ibique Mamurræ domus,³ & Tetricorum ædes,⁴ Fauni,⁵ Ve-neris & Cupidinis templo fuere,⁶ & Carnæ deæ facellum,⁷ que vitalia fovere dicebatur.⁸ Campusque Martialis, in quo si quan-

Templa domus, & facella in Cœlio.

¹ Cum vero Tullus Hostilius.] Livius 1. Dec. lib. 1. Roma interim cre-scit Albæ ruinis, duplicatur circium nu-merus, Cœlius additur urbi mons: & quo frequentius habitaretur, eandem sedem Tullus regiae capit, ibique deinde habi-tarvit.

² In eo templum Divi Claudi.] Suetonius Tranquillus in Vespasia-no, cap. 9. Fecit, inquit, & noua ope-ra, templum Pacis foro proximum, Diviique Claudi in Cœlio monte, cœptum quidem ab Agrippina, sed à Nerone pro-pe funditus distractum.

³ Ibique Mamurræ domus.] Plinius lib 36. c. 6. sic ait, Primum Romæ pat-riotes crista murorū operuisse totius domus sue in Cœlio monte Cornelius Ne-POS tradidit Mamurram Formiis natum, equitem Romanum, pœfctum fabrorum C. Cesariis in Gallia.

⁴ Et Tetricorum ædes.] Trebellius Pollio in vita Tetrici Junioris, triginta illorum tyrannorum 23. Tetrico-rum domus, inquit, hodieque extat in monte Cœlio inter duos lucos contra Ilium Metellinum pulcherrima, in qua Aurelianus pictus est, utrique pretextam tri-bvens Senatoriam dignitatem, acipiens ab his sceptrum, coronam civicam pœctu-ratam de museo.

⁵ Fauni.] Marrianus Topographia urbis Romæ 1.4. c. 9. de Cœlio monte, curia Hostilia, & mansionibus Albanorum agens, In proximo est, inquit, templum circulari forma, multis per ambitum columnis ador-

natum, D. Stephano nunc sacratum: olim vero Fauno, ut ex titulo quo-dam ibi reperto omnes consentiunt. Fuit & aliud hujus templum in insula Tiberina ex Ovid. lib. 2. Fastor.

Idibus agrestis fument altaria Fauni,
Hic, ubi discretus insula rumpit
aquas.

⁶ Veneris & Cupidinis.] Marrianus paulo post ea qua nuper adduximus, scribit in hunc modum, Sesoriani pa-latiū inter portem Næriam & adem nunc sancta Crucis in Hiero. olim Vene-ris & Cupidinis.

⁷ Et Carnæ deæ facellum.] Macro-bius Satur. lib. 1. c. 12. Nisi auctoritate in commentatiis Fastorum sic tradit, Brutus, qui primus Romæ Consul faclus est, pulso Tarquinio, sacrifici Carnæ deæ in Cœlio monte voti reu-sefecit. Et de hac jam diximus sup. lib. 2. c. 22. Carnæ deæ meminit & Tertullianus: sed ibi putant legendum esse Cardæ, non Carna.

⁸ Que vitalia fovere dicebatur.] Mactobius ubi supra subdit, Hanc deam vitalibus humanis præesse credunt. Alea denique petitur, ut jecinora & corda, queque sunt intrinsecus viscera, salvia conservet. Et quia cordis beneficio, cujus dissimulatione Brutus habebatur idoneus emendationi publici status extitit. Hanc deam, que vitalibus præest, templo sa-cravit.

⁹ Campusque Martialis.] Varro libro 2. aut aliorum computatione 5. & Festus Pompejus lib. 11. Martialis, ait,

si quando Tiberis superfusus campum Martium inundaret,
Equiria fiebant. In eo quoque duo aquæductus, ¹ alter ^{Aqua-}
^{ductus} Claudii in Palatium, ² Caracallæ alter in Capitolium hodie
visuntur. Constat enim, Romæ aquarum multiplices du-
ctus fuisse temporibus variis.³ nam præter Appiam, ⁴ Cæ-
ruleam & Curtiam, ⁵ fuit Anio vetus, ⁶ Martia, ⁷ Tepula,
Julia,

ait, *campus in Cælio monte dicitur, quod in eo Equiria solebant fieri, si quando aquæ Tiberis Martium occupassent.* Ex quo intelligis fuisse diversos campos Martiale & Martium. Et hunc quoque P. Victor collocat in 2. urbis re-
gione, quæ est Calimontium. De Campo Martiali Ovidius 3. Faſto-
ruu.

1 Alter Claudii in Palatium.] Videndum Front. de Aquæductibus.

2 Caracallæ alter in Capitolium.] Videndum quoque est idem Frontinus, in eodem libro de Aquæductibus.

3 Nam præter Appiam.] De qua Livius 1. dec. lib. 9. Plinius lib. 36. c. 15. P. Victor in lib. de urbis Romæ regionibus & locis paulo ante fin.

4 Cæruleam & Curtiam.] Suetonius in Claudio cap. 20. Claudiæ aque gelidos & uberes fontes, quorum al. ei Cæruleo, alteri Curtio, & Alaudino no-
men est, sicutusque rursum Anienis novo laideo opere in urbem perduxit, di-
stinctusque in plurimos & ornatisimos lacus. Frontinus lib. 1. de Aquæductibus sic inquit, *Caligula duos ductus inchoa-
rit, quos Cladius consummavit, alteri,
quod ex fontibus Cæruleo & Curtio per-
ducatur, Claudiæ datum est nomen.*
Alter Anio novus appellari cœperat. Plinius ubi supra proxime, Vicit, inquit, antecedentes aquarum ductus novissi-
mum impendium operis inchoati à C. Cesare, & peracti à Claudio. Qrip-
pe à lapide quadragesimo ad eam ex-
celositatem, ut in omnes urbis montes
levarentur, influxere Curtius & Cæ-
ruleus fontes. Erogatum in id opus
sestertium ter millies. P. Victor ubi
supra. Vide Marlianum lib. 5. cap. 26.

Lævinus Torrentius hanc inscriptio-
nem suis commentatiis inseruit: IMP.
CÆS. VESPASIANVS. PONT. MAX.
TRIB. POT. II. IMP. III. DESIG. IIII.
P. P. AQS. CURTIAM ET CÆR-
ULEAM PERDUCATAS ADIVO CLAUDIO,
ET POSTEA INTERMISSAS DILAPSAS-
QE PER ANNOS NOVEM SVA PICU-
NIA VREI RESTITUIT.

5 Fuit Anio vetus.] Plinius d.l. 36.
c. 15. Frontinus lib. 1. de Aquæduct.
M. Curius Dentatus, ait, qui Censuram
cum L. Papirio Curse regesit, Anienis
qui nunc dicitur Fetus, aquam perduca-
dam in urbem ex manubiosis de Pyrrha
captis curazit Sp. Carbilio, L. Papirio
Coff.

6 Martia.] Plinius lib. 31. c. 3-
eam Marcian vocat, Clarissima aqua-
rum omnium in toto orbe frigoris selubri-
tatisque prima præconioribus, Merita est
inter reliqua deum munere ubi tributa.
Vocabatur hec quondam Auscia, sons
autem ipse Picania. Oritur in ultimis
montibus Pelignorum, transit Matros &
Fucinum lacum. Romanum non dubie pe-
tent. Mox specu mersit, in Tiburtina se
aperit q. M. p. fornicibus structis perdu-
cta. Martialis lib. 6. epig. 42. de He-
truci thermis loquens,

Ritus si placeat tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine, Marti ave mergi,
Quæ tam candida, tam serena luet,
Ut multas tibi sufficeris undas,
Et credas vacuum nitere Lydon.
Et P. Victor ubi supra.

7 Tepula Julia.] Plin. l. 36. c. 15.
Victor ubi supra. Frontinus lib. 1. de
Aquæductib. & Marlianu d. lib. 4.
cap. 17.

Julia,¹ Virgo,² Alisetina quæ Augusta,¹ Claudia,⁴ & Anio novus, quæ in urbem influunt: Inter quas Martia præcipuo

1 Virgo.] M. Agrippa Virginem aquam adduxit (ut scribit Plin. lib. 31. cap. 2.) ab oœsti lapidis diverticulo 11. millia passuum, Prænestina via. Juxta est Herculaneus rarus, quem refugiens virginis nomen obtinuit. Horum omnium comparatione differentia supra dicta deprehenditur, cum quantum Virgo tactu, tantum præstet Marcia haustu. Martialis ubi nuper citavimus. Julius Frontinus lib. 1. de Aqueductib. aliam hujus nominis rationem reddens, ita scribit, *Idem Agrippa cum ian tertium Cos. suisset, C. Sennio & Sp. Lucretio Coss. post annum decimum tertium, quam Julianum deduxerat, Virginem in agro quoque Luculano collectam, Romanam perduxit. Virgo appellata est, quod querentibus aquam militibus pulcherrimula quædam venas monstravit, quas ecce qui foderant, ingentem aquæ modum inventerunt. Edicula fonti apposita, hanc virginem pictura ostendit.* Cassiodorus lib. Variar. 7. ep. incip. *Quamvis Romulus ubi dicit hanc appellari Virginem, quod nullis sordibus polluatur. Cum enim aliæ pluviarum nimietate terrena commixtione violentur, hec aërem perpetuo serenum purissime labens unda metitur. Sunt enim hæc propria ejus verba. Et P. Victor ubi sup. **

COLERUS.

* Meminit virginis aquæ sibi ipsius Martialis.

TIRAQUELLUS.

2 Alisetina.] P. Victor in eodem loco, ubi ita scribit, *Halsia sive Halsientana, quæ Augusta.* Frontinus ubi supra ita scribit, *Augustus in supplementum Martiae, quoties fuscitates egerent auxilio, aliam aquam, ejusdem bonitatis, opere subterraneo, perduxit usque ad*

Martium rivum, quæ ab inventore appellatur Augusta. Et paulo ante, Quæ ratio moverit Augustum prouidentissimum Principem, producendi Alisetinam aquam, quæ vocatur Augusta, non satis perspicio, nullius gratiæ, immo & parum salubrem, & nusquam in usus populi fluentem, nisi forte cum opus Naumachie aggredierentur, ne quid salubrioribus aquis detrahere: hanc proprio opere perduxit, & quod Naumachia cœperat superesse, horis subjacentibus & privatorum usibus ad irrigandum concessit.

3 Claudia.] P. Victor ibi. Cassiodorus ubi supra, Claudiū, inquit, per totam f. stigii molem sic ad Aventini caput esse perductam, ut cum ibi ex alto cederit, cacumen illud excelsum, quasi imam vallem irrigare videatur. Egyptius Nilus, certis temporibus crescens per campos jacentes, superducto diluvio, aëre sereno turbulentus existuat. Sed quanto pulchrius Claudiam Romanam per tot scieas montium summitates lavacris ac domibus liquores purissimos fistularum uboribus emississe? & ita æqualiter fluere, ut nunquam se possit desiderata subducere? Ille enim dum recedit, limus est: dum venit inßerate, diluvium. Quis ergo fatosum Nilum urbis nostræ fluminibus non astimet esse superatum? Quando ille incolas suos, aut veniendo terret, aut receundo destituit. Haec tenus Cassiodorus.

4. Et Anio novus.] Frontinus lib. x. de Aqueductibus, Quonian, inquit, duæ Anienis aquæ in urbem fluere coepant, ut facilius appellationibus dignoscerentur, Anio novus vocari coepit, & quod illas omnes præcesserat prior Anio, cognomen ei veteris est adjectum. De hoc autem ait Ovid. l. 4. Metamorph.

Quas Anienis aquæ, cursuque brevissimus almo.

Et Plinius lib. 8. epist. 17. illum dicit delicatissimum amnium.

cipuo nitore fluit, ¹ ex Fucino lacu defluens, ² quam P. & Quintius Martii Romam primi deduxere. ³ Cærulea vero & Curtia à C. Cæsare & Claudio magno impendio, & substructionibus maximis, à quadragesimo lapide ad urbem ductæ fuere. ⁴ Inter quas Claudia ex Cœlio monte in Aventinum perenni manabat fonte, cuius aquæductus duos ⁵ Caligula innovavit, qui ex fontibus Cærulco & Curtio deducti, pro eo quod illos Claudius novo lapideo opere absolvisset, Claudiæ dictæ sunt aquæ. Alter vero ⁶ Anio ^{clau-}
^{dicat}
^{que.} novus, in plurimos & uberes lacus divisus fuit. ⁷ Reliquæ à conditoribus, aut à locis denominantur, quarum hodie duetus sumptuosissimi operis licet inspicere, partim extantes, partim collapsos & deformatos. Hunc montem ⁸ (auctore Tranquillo) quum multæ insulæ in eo desflagrassent,

Tibe-

¹ Ex Fucino lacu.] Ut tradit Strabo lib. 5. De Fucino lacu Martiæ aquæ fontes emanare scriptis mandatum est, quæ rigationes Rominæ propinan, quæque reliquæ super aquas proben-
tut.

² Quans P. & Quintius Martii.] Plinius lib. 3 r. c. 3. de Aqua Martia loquens ad ea, quæ citavimus ibi, Virgo. addit, Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Martius, unus è regibus: postea Q. Martius Rex in pretura. Rursusque restituit M. Agrippa. Plutar- chus in vita Coriolani in principio. Frontinus lib. 2. c. 2. tradit eam à Tra- jano in Aventinum deductam fuisse.

³ Cærulea vero & Curtia.] Plinius lib 36. cap. 15. quem citavimus supra in verbo, fuit Anio veterus.

⁴ Inter quas Claudia.] Idem lib. 2. cap. 2. scribit solam Claudiam à Cœlio in Aventinum usque per arcus Ne-
ronianos perduci.

⁵ Caligula.] Suetonius in vita illius, Plinius, Frontinus & alii ubi supra. Et hinc, ut opinor, hec aqua Cajana dicta est Cornelio Tacito lib. 18. quod sci- licet ipse C. Caligula eam inchoave- rat. Nam & sic Cajanam necem voca-

vit Suetonius in Tito cap. 2. in princ. scil. ipsius C. Caligula.

⁶ Anio novus.] Frontinus d. lib. 1. Anio novus Sublacensi via ad millia- rium 62. in suo rivo excipitur ex flumine, quod cum te- ras cultas circa eum se habeat soi pinguis, & inde ripas solitaires, etiam sine piuviarum injuria immosum & turbulentum fluit: id est que à facibus du- etus interposita est piscina limaria, ubi inter annem & specum consistet & li- quaretur aqua. Sic quoque quoties imberes supervenient, turbida pervenit in urbem. Fungitur ei rivos Herculaneus oriens ea- dem via ad milliarium 43. è regione fon- tium Claudia trans flumen viamque na- tura purissimus, sed mixtus gratiam splendoris sui amittit. Cur autem voce- tur Anio novus, diximus supra. Vide item eundem Frontinum lib. 2. c. 2.

⁷ Reliquæ.] Nam & alias multas enumerat P. Victor ubi supra. scilicet Herculaneam, Damnatam Trajanam, Anniam, Algentianam, Ciminiam, Sabbatinam, Aureliam, Septimianam, Severianam, Antonianam, Alexan- drinam.

⁸ Auctore Tranquillo.] In Tiberio, cap. 48.

Tiberius Cæsar precio exhibito restituit, quem propterea
Exqui- Augustum ex suo nomine nuncupavit. Exquiliis autem
liae. Servius Tullius auxit, & ut loco dignitas foret, regiam ibi
 sumpsit: ³ quas quod excultæ ab eo potissime fuerint, Ex-
 quiliis nuncupavit: ³ tametsi ab excubiis regiis dictas non-
Exqui-
liarum nulli credant: ⁴ antea enim quod sexticeps erat, Cespius
duo ag-
geres. nomen tulit. Hic ex urbis collibus solus duplici jugo &
 aggere munitur, quum reliqui singulis contenti sint, ex qui-
 bus alter Cespius nuncupatur, alter Oppius, qui & lacum
 Fugulanum, hortos Mœcenatis, & Larium, & Querculanum,
 facellumque & lucum Martis una complexus est. Malæ quoque Fortunæ, & Junonis Lucinæ templa, cuius
 festa dies calendis Martiis colebatur à matronis, quod
 parturientibus opem ferret, ⁶ & lucem daret. Extra vero
 Exquiliis locus fuit, ⁷ cui Puticolæ nomen, ubi puteos in

quos

¹ Exquiliis autem Servius Tullius auxit.] Livius 1. Decad. lib. 1. Ser-
 vius, inquit, addit duos colles, Quirinalem Viminalemque, inde deinceps arget
 Exquiliis, ibique ipse, ut loco dignitas
 fie, et, habitat. Dionysius Halicarnas-
 feus lib. 4. Urbi duos colles Viminalem & Exquilinum addidit, singulos
 justa oppidi magnitudine: atque ibi
 loca civibus late parentibus ad ædifi-
 candum distribuit: ipse quoque Es-
 quiliis habitavit, loco regionis ejus
 commodissimo. Dionysii verba in
 hanc sensum accipe, quia contra Li-
 vium sentire videtur, Ronnum &
 Tarium illorum montium quasdam
 particulas urbi addidisse, Tulliuinque
 Regem majore postea ambitu esse
 complexum. Id enim Livius innuere
 voluit, cum ait, Exquiliis auxit. Nam
 si auxit, ergo pars ipsarum intra urbem
 fuerat recepta.

² Quas quod excultæ.] Varro lib. 1.
 de lingua Latina, aut aliorum computa-
 tione 4.

³ Tame si ab excubiis.] Varro ibi,
 & Ovid. lib. 3. Fastorum,

⁴ Adde, quod excubias ubi Rex Roma-
 nus azebat,

*Qui nunc Exquiliis nomina collis ha-
 let.*

⁴ Antea enim quod sexticeps erat.]
 Hæc omnia usque ad verbum, Cujus
 festa, sunt Varronis ubi supra, præter
 id quod de hortis Mœcenatis, & de
 templo Malæ Fortunæ, de quibus Var-
 ro nihil eo loco dicit. Sed quantum
 ad primum, id est, hortos Mœcenatis,
 testis est P. Victor in 5. regione urbis
 Romæ. Alterius scilicet, Malæ Fortu-
 nae, Plinius lib. 2. cap. 7. Ideoque et-
 iam publice Febrifphanum in Palatio di-
 catum est. Orbonæ ad eadem larium ara,
 & Malæ Fortunaæ Exquiliis.

⁵ Quod parturientibus opem ferret.]
 Varro lib. 1. ant aliorum computa-
 tione 4. & alibi diximus.

⁶ Et lucem daret.] Varro ibi, & O-
 vidius, qui & aliam tationem reddit
 lib. 6. Fastor.

*Gratia Lucinæ delit hæc tibi nomina
 lucus.*

*Aut quia principium tu de lucis ha-
 bes.*

Vide Plinius lib. 15. cap. 44.

⁷ Cui Puticulae.] Varro ubi supra,
 Extra oppida, inquit, à puteis Putico-
 la, quod ibi in puteis obruebantur ho-
 mines,

quos defunctorum publice cadavera in subjectam foveam mittebantur, fuisse proditum est, ¹ exemplo Themistoclis, qui Melitæ templum juxta domum constituit, in quo damnatorum corpora cum vestibus & laqueis condebantur.

² Quirinalis quoque ³ & Viminalis, quin inter septem numerentur, nulla controversia est. ⁴ sed Quirinalis à Quiri- *Quiri-*
ni phano, qui ibi colebatur, sive quod à Curibus profecti *nalis*
loca tenuerunt, nuncupatur, ⁵ qui Agonius, ⁶ & porta qua *ellis* ^{unde}
illuc ferebat, Agonensis, quæ etiam Collina dicta. Cumque *dictus.*
in Quirinali diversi aggeres forent, singuli sua nomina for- *Quiri-*
titi fuere. ⁷ Namque ex his uni Tricepsos ad ædem Quiri- *nalis*
ni, ⁸ contra quam facillum Semonis [†] Sangi viscebatur: ⁹ al- *aggeres*
teri Salutari, ob Salutis ædem: ¹⁰ tertio Mutiali, ad ædem [†] Jani.
dci

mines, nisi potius, ut Alius scribit, Puticole quod putescabant ibi cadavera projecta, qui locus publicus uitra Exquilius. Festus Pompejus lib. 14. non longe à princ. Puticuli, ait, sunt appellati, quod vetustissimum genus sepulture, ut putens fuerit, & dicti puticuli, quia ibi cadavera putrescarent. Ex quibus intelligis hic apud Alexandrum non Puticole, sed Puticuli legendum. Acro: A putensis os ad sepelenda cadavera pauperum, locus dictus est puticuli.

¹ Exemplo Themistoclis.] Plutarch. in vita illius.

² Quirinalis quoque.] De hoc colle Ovid. 6. Fastor. de Fidio loquens,
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,

Inque Quirinali constituere iugum.

Et vide infra in verbo, Sed Quirinalis.

³ Et Viminalis.] Tertie regionis colles, inquit Varro lib. 3. lingue Latinæ, ab quinque deorum suis appellatis: quæ nobiles duo colles, Viminalis à Jove Viminio, quod ibi sunt aræ eius, aut quod ibi viminaeta fuerint. P. Victor in 5. re-

⁴ Sed Quirinalis à Quirini fano.] Varro addit ad predicta, Collis Quirinalis ubi Quirinifanum, qui à Curetibus,

qui cum Tit. Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi habuerunt castra. Fest. Pompejus lib. 15.

⁵ Qui Agonius.] Festus Pompejus ubi supra, sed sunt ejus rei verba corrupta. Et præterea lib. 1. ubi de Agoniis sacrificiis.

⁶ Et porta, qua illuc ferebat, Agonensis.] Festus Pompejus in postremo loco allegato, eo nomine appellatam esse dicit, quod inundato Circo Flaminio, Agonales ludi, qui in eo celebrabantur, extra ipsam portarentur: ludosque ipsos ideo Agonales esse dicetos, quia locus in quo initio facti sunt, fuerit sine angulo. Agonia sacrificia, quæ siebant in monte: hinc Romæ mons Quirinalis, eodem auctore dicitur Agonis & Collina porta Agonensis: & vide sup. lib. 4. c. 6.

⁷ Namque ex his uni Tricepsos ad ædem.] Varro d. lib. 4.

⁸ Contra quam facillum Semonis Sangi.] Livius 1. Dec. lib. 8.

⁹ Alteri Salutari.] Varro d. lib. 4. Festus Pompejus lib. 7.

¹⁰ Tertio Mutiali.] Varro ibi, Collis Mutialis, inquit, quin tricepsos apud ædem dei Fidii in delubro, ubi ædilium habitare solet. Sed hic ex Varrone & aliis legendum est ad ædem dei Fidii.

dei Diffidii, nomen erat, ut Varro inquit. ¹ In eo quoque Numa Pompilius domum habuit, quæ ad Augusti tempora mansit in columnis, ² ubi & Primogenia Fortunæ templum, ³ quæ Publica dicta est, ⁴ ac Fidii Sabini dei, ⁵ Salutis ⁶ & Floræ, templa fuere. ⁷ Habuitque circum multa memoria dignum, ⁸ & vallem Quirinalem, ubi Pomponii Attici domus, cui Tamphilianæ nomen, ⁹ aliasque domos clarissimas. ¹⁰ Viminalis vero, vel ab ara Jovis Viminei, vel quod ibi viminum sylva esset, denominatus fertur: ¹¹ ubi campus Viminalis, ¹² lucus Petilinus, ¹³ & templum Junonis Lucinæ. ¹⁴ Qui quidem colles à Servio Tullio post censum perfectum urbi additi sunt. Hic enim, adjecto Exquino & Viminali, quod intermedii spatii est, stadiorum sex è Collina porta ad Exquelinam, turribus munivit, & muro sepsit, ne quando excusiones illinc fierent, & hostium præsidium foret: in cujus medio porta Viminalis nomen habet. ¹⁵ Habuitque hortos Salustianos, qui præter amoenitatem,

Vimini-
nalis
collis
unde.

Porta
vimi-
nalis.
Salu-
stiani
horti.

¹ In eoque Numa.] Solinus c. 2.

² Ubi & Primogenia Fortunæ tem-
plum.] Livius 3. Decad. lib. 9. & 4.
Dec. lib. 4. & 6. Dec. lib. 3. & Plut.
in lib. de Fortuna Rom. & probl. cap.
74. 106. & alibi quoque diximus.

³ Quæ publica est.] P. Victor in 6.
regione urbis Romæ.

⁴ Ac Fidii Sabini dei.] Varro d. 1.4.
Ovidius Fastorum 6. Victor in d. 6.
regione, & diximus supra libro 5. ca-
pite 10.

⁵ Salutis.] P. Victor in d. 6 regio-
ne. & de hac quoque vide Livium 1.
Decad. lib. 9. & Macrobius libro 1.
cap. 16. & 20. Festum Pompejum li-
bro 17. & sup. lib. 4. cap. 16.

⁶ Et Floræ.] P. Victor ibi. Tacitus
autem libro 2. scribit idem Floræ jux-
ta Circum maximum ab L. & M. Pu-
bliciis constitutam.

⁷ Habuitque Circum.] P. Victor
ibi.

⁸ Et Vallem Quirinalem, ubi Pom-
ponii.] Id totum est Probi Ämylii in
vita ipsius Attici, sed Tamphilianam

pro-
vocat eam domum, quam hic Tamhi-
lianam nuncupat. P. autem Victor
hanc Attici domum ponit in 6. regio-
ne, in qua erat collis Quirinalis.

⁹ Aliasque domos.] Ut domus Do-
mitiani, ut tradit Victor ibi.

¹⁰ Viminalis vero.] Varro lingua Lat-
inæ lib. 4. Festus Pompejus lib. 19.

¹¹ Ubi est campus Viminalis.] Victor
in 5. urbis regione.

¹² Lucu Petilinus.] Victor in eodem
loco. Marrianus lib. 1. Topographia
urbis Romæ cap. 8. Livius Decad. 3.
lib. 6. Ita prædicta die in Petilinum lu-
cum extraportam Flumentanam, unde
conspicetus in Capitolium non est, conci-
lium populi indicatur.

¹³ Et templum Junonis Lucinae.] Vi-
ctor ibi.

¹⁴ Qui quidem Colles à Servio Tullio.]
Hæc usque ad versic. In cujus medio,
sunt Varronis lib. 5.

¹⁵ Habuit hortos Salustianos.] P. Vi-
ctor in 6. regione urbis. Meminit ho-
rum quoque Plinius lib. 7. c. 16. Vide
Plutarch. in Crasso.

profusissimi sumptus erant. Post aliquot vero tempora ædibus pulcheriis magnæ molis ornatus mons fuit. Inter quas conspicuæ magnitudinis ¹ M. Crassi domus, nec minore sumptu C. Aquilii equitis juris scientissimi, ² qui primus de dolo malo invenit formulas, cujus pleraque extant egregie constituta: ³ nec non Q. Catuli instructas, aliasque Romanorum civium ædes conspicuas, in eodem colle annotavere annales.

¹ M. Crassi domus.] Imo vero L. Crassi illius Oratoris celeberrimi ex Plinio lib. 17. c. 1. & dictum est supra, quanquam & P. Victor in 5. regione M. Crassi domum collocet in colle Viminali.

² Qui primus de dolo malo invenit formulas.] Cicero lib. 3. Officiorum,

Nondum enim, inquit, Aquilius collegæ & familiaris meus, eas pertulerat de dolo malo formulas. In quibus ipsis, cum ex eo quereretur quid esset dulus malus: respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum. Vide ss. ad leg. Aquil.

³ Nec non Q. Catuli.] Plinius ubi nuper citavimus.

C A P U T XII.

Qui flamines primi Romæ fuerint, quodve flaminis officium, quibusve essent cæremoniis adæcti.

Numa ¹ Pompilius sumimus religionum cultor, inter cætera inventa & constituta, flamineum Iovis assiduum sacerdotem legisse fertur, qui re & æstimatione magna fuit, eumque insigni ueste, toga prætexta, & curuli sella ac lictore adornasse, duosque illi flamines adscivisse, unum Marti, Quirino alterum, genere famaque longe principes, quibus sacra faciendi & victimas immolandi datum

T I R A Q U E L L U S.

¹ Numa Pompilius.] Id princ. est Livii 1. dec. lib. 1. ubi sic scribit, Sed quia in civitate bellicost plures Romuli quam Nume similes reges putabat fore, iturosque ipsos ad bella, ne sacra regia vicis desercentur, Flaminem Jovi assiduum sacerdotem crevit insignique eum ueste, & curuli regia sella adornavit. Hic duos flamines adjectit, Marti unum,

alterum Quirino. Est item Plutarchi in vita ipsius Numæ, & D. Augustini de Civitate Dei lib. 2. cap. 15. Flaminis cæremonias & leges scribunt, cum Plutarch. in Problem. tum Gell. lib. 1^o. cap. 15. ex Fabio Pictore, Maturio Sabino, Varrone, & aliis, tum etiam Fenestella in libello de Sacerdotiis Romanorum cap. 5.

tum munus erat.¹ Post aliquot vero tempestates, aucta ci-
vitate, quum augeri sacerdotia oporteret, quindecim fla-
mines constituti fuere, qui omnes à diis quibus sacra fa-
ciebant, cognomenta fortiti sunt,² quorum primus
Dialis, ultimus Pomonalis. Poinona enim, poinorum dea
est: ³ Martialis vero, Viminalis,⁴ Quirinalis,⁵ Vulca-
Dialis.
Furi-
nalis.
Fala-
cer.
nalis,
Carmentalis,⁶ Falacer &⁷ Palatualis,⁸ ac Peciri fla-
men, Martiani sodalis, & reliqui deinceps post Dialem
fuere:⁹ Dialisenium, quod Jovis sacerdos foret: Furinalis à
Furina, cuius etiam¹⁰ feriae Furinales:¹¹ Falacer à Falacre

POMO-

¹ Post aliquot vero tempestates.] Hęc
tusque ad vers. Post quos, sunt magna ex
parte Varronis lib. 1. aut aliorum com-
putatione 4. & iterum 3. aut 6. Lin-
guę Latinaę, & aliorum, quos tibi ci-
tabo in seq. Idem Fenestella cap. 8.

² Quorum primus Dialis.] Festus
Pompejus lib. 11. Maximę; inquit, digna-
tionis flamen Dialis est inter quindecim
Flamines, & cum ceteri discribant
majestatis suę habeant, minime habetur
Pomalis, quod Pomonalis vissimo fructu a-
grorum praefidet pomis. Tu tamen eund.
vide l. 13. ubi de ordine sacerdotum.

³ Martialis vero.] De quo Livius
5. Dec. lib. 4. ubi de P. Quintilio Varo
flamine Martiali vita functo. & lib. 5.
ubi de L. Posthumio Albino Flamine
Martiali inaugurato eo anno. Valer.
Max. lib. 1. c. 1. de cultu deorum, Me-
tellus, inquit, Pont. Max. Posthumum
Consulim, eundemque flaminem Martia-
lem ad bellum gerendum Africam peten-
tem, re à sacris discederet, multa indi-
cta, passus non est. Fest. Pompejus d.
lib. 13. & Macrobius lib. 3. Saturn.
cap. 13. ubi scribit luxuriosam cœnam
Metelli Pontif. Max. quo die Lentu-
lius flamen Martialis inauguratus est à
L. Julio Cæsare Augure. Cic. Philip-
pic. 11. Crassus Consul Pontif. Maximus
Flacco collega Flaminii Martialis mul-
ctam dixit si à sacris discessisset: quam
multum populus remisit.

⁴ Quirinalis.] De quo Livius 1.
dec. lib. 1. & 4. decad. lib. 7. in duo-

bus locis, quibus loquitur de Q. Fabio
Pictore. & Val. Maximus lib. 1. cap. 1.
de Cultu deor. de L. Furio Bibaculo,
& Feitus d. lib. 13.

⁵ Vulcanalis.] Varro ubi supra.
⁶ Falacer.] Vide infra in verbo,
Falacer.

⁷ Palatualis.] A Palatua, inquit
Varro lib. 6. & vide infra ibi, Palatua-

⁸ Ac Peciri flamen Martiani sodali-
lis.] Id haud dubie acceptum à Julio
Capitolino in vita Pertinacis, ad fin.
ubi sic scribitur, Filius Pertinacis Peciri
flamen est factus Martiani sodalis. Sic
enim legebatur in antiquis codicibus,
sed corrupse. Nam vera leffio hęc est,
Filius Pertinacis pars flamen est factus.
Martiani sedales, &c. ut dicam in verbo
Helianus. Nam & Imperatores ha-
beant suos Flamines, qui dicebantur
Ἑρμηνεῖαι καὶ στόχοι Glossario.

⁹ Dialis enim quod Jovis sacerdos
esset.] Varro lib. 4. Cum Dialis, inquit,
à Jove sit, qui Dionis est. Verum Fe-
stus Pompejus lib. 6. ubi de flamine
loquitur, dicit Dialem flaminem ap-
pellari à Dio, à quo vita dari putabat-
tur hominibus.

¹⁰ Feriae Furinales.] Festus Pompejus
dicto libro 6. Furinalia, inquit,
sacra Furiae, quam deam dicebant. Ci-
cero lib. 3. de Natura deorum Eume-
nidas commemorans, Que, inquit, se
deae sunt & Athenis fanum est, & apud
nos, ne ego interpretor lucus Furinae, Fu-
riæ

pomorum deo: ¹ Palatalis vero quia illi Deæ in cuius tutela ^{Pala-}
Palatum erat, sacra faciebat, nomina cepere: post ^{tal.}
quos nonnullis ex Cæsaribus in deos relatis, post funera
flamines tributi ex Cæsarum nominibus, quorum sacris
præerant, denominantur: ² ut Martianus, ³ Helianus, ⁴ An-
tonianus, ⁵ & reliqui. ⁶ Erantque curiales flamines, ma- ^{Fl. cu-}
iores: plebis vero minores: nam præter præscriptos, quiuin ^{riales.}
in sua quisque curia publica sacra facerent, singulisque cu- ^{Fl. ple-}
riis sui ministri essent, à quibus sacra populo dabantur, ⁷ hi ^{Singu-}
nimirum curiales flamines, eo quod curiis præessent, dicti ^{riis bi-}
sunt, singulis enim curiis bini præpositi erant sacerdotes, ^{ni præ-}
honesti ordinis, moribus & virtute præstantes, quorum ^{positi} ^{sacer-}
nemocitra quinquagesimum annum inferior ætate fuit: ⁸ qui ^{dotes.}
nisi à collegio nominarentur, ad flaminium admitti non po-
terant. Quippe sacerdotes, nisi quos dignissimos putabant,
ad collegium nulos admisere, admissique inaugurabantur:
quo

rie sunt speculatorices (credo) & vindices
facinorum & sceleris.

11 Falacer à Falacre pomorum Deo.] Id, ut jam diximus, est Vartonis d. libro 4. Sed locus ipsius Varronis adeo obscurus est, ut minime intelligam quid velit dicere. & ei videtur contradicere id quod supra ibi, *Quorum pri-
mus Dialis*, adduximus ex Fest. Pomp. lib. 11. Idem vero Varro lib. 4. *Fala-
cer*, ait, *Falacer à divo patre Falacre*, nec adjicit, pomorum deo, ut hic Alexander dicit: sed id, ut puto, voluit jungere ex eodem d. lib. 6.

1 *Palatalis vero.*] Festus Pompejus lib. 14. *Palatalis*, inquit, *flamen constitutus est ad sacrificandum ei deo,* in cuius tutela Palatum est.

2 *U. Martianus.*] Vide in seq. & supra ibi, *Et Peccivi flamen.*

3 *Helianus.*] *Helvianus legendum est ex Julio Capitolino in vita Pertinacis ad fin. Marci sacerdos, qui dicitur Marci sacerdos curabat, Helviani dicitur sunt propriei Helvium Pertinacem. Ita enim habet vera lectio, que corrupta erat in antiquis codicibus, ut jam dixi-*

mus. Sed & de his loquens Aelius Spartianus in Septimio Severo, *Funus*, inquit, *censorum Pertinacis imagini duxit, cumque inter divos sacrarit, addito fla-
mine & sodalibus Helvianis*, qui Martiani fuerant, se quoque Pertinacem vo-
cari jussit.

4 *Antonianus.*] Idem Capitolinus in Antonino Pio, & in Antonino Philosopho, & Spartianus in Caracalla.

5 *Et reliqui.*] Ut Aurelianus ex Capitoline in Antonino Pio, & Alexanderinus ex Lampridio in Alexandre Severo.

6 *Erantque.*] Festus Pompejus lib. 11. *Majores*, ait, *flamines appellabantur Patricii generis, minores plebei.*

7 *Hi nimisrum Curiales flamines.*] Pompejus lib. 3. *Curiales flamines curiarum sacerdotes.*

8 *Qui nisi à collegio nominarentur.*] Auguri enim augurem cooptabat in demortui locum, ut testatur Cic. Philip. 14. his verbis, *In primis paternum Auguratus locum, in quem ego eum, ut quod à patre acceperim filio reddam, mea nominatione cooptabo.*

¹ quo die auguribus, pontificibus, regi sacrorum, & Vestalibus virginibus, cœnas opiparas magnifice apparabant, ³ quæ
<sup>Adjic-
tiales</sup> ⁴ adipales dictæ. ⁵ Nonnunquam vero pontificem maximum flaminem creavisse exemplis relatum est, si quidem Cneus Valerius Flaccus à Publio Licinio Pontifice maximo Dialis flamen creatus, sacerdotium gessit magnifice, qui quum fuisset vita & moribus inquinatissimus, & parum secunda fama, postea summa religione & continencia flaminio præfuit, magnoque honore & pudore spectatissimus evasit. Sæpe tamen à dictatore flaminem proditum, plerunque à populo vel principe comperimus. Qui tametsi

pro-

¹ Quo die.] Macrobius Saturnal. libro 3. cap. 13. Cœnarum autem Auguralium meminit Cicero lib. 7. Epistolarum Familiarium ad Gallum. & Varro lib. 3. de Re rustica, cap. 6. ubi sic scribit, *Primus omnium Q. Hortensius Augurali adjicital cœna pavones posuisse dicitur, quod protinus factum, tam luxuriosi, quam severi boni viri laudabant.*

² Cœnas opiparas.] Quod satis indicat Horat. Carm. 2. Ode 14. in fin.

*Absumet heres Cecuba dignior
Servata centum clavigibus, & mero
Tinger pavimentum superbo
Pontificum potio: e cœnis.*

Quo loco Caius Rhodiginus scribit prælautas cœnas Pontificales dici proverbio. Quod & Macrob. observat loco supra citato, ubi vetustissimam quandam Pontificis cœnam describit dicens summo apparatu eam & omnigenis lauticiis affatim instrutam fuisse.

³ Quæ adjiciales.] Plinius lib. 10. cap. 20. Pavonem cibi gratia Romæ primus occidit Orator Hortensius adjicital cœna sacerdotii. Et lib. 29. cap. 4. post princeps de Catulina loquens, Catulos latentes adeo pueros existimabant ad cibum, ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur his. Genito mane catulo res divina fit, & in cœnis deum etiamnum ponitur catalina. Adjicitalibus

quidem epulis celebrem fuisse, Plauti fabulae indicio sunt. Haec tenus Plinius. In qua re tamen tibi sciendum est utробique in quibusdam codicibus Plinius *Adjicitali & Adjicitalibus* legi. Quod autem dicit Plinius de Fabulis Plauti, Fabula ei Saturio nomen erat, ut vide-re licet ex Festo Pompejo, ubi scribit Catulinam carnem esitavisse, hoc est, comedisse Romanos. Plautus in Satirione refert. hæc ille. sed ea Comœdia injuria temporis periit. De cœna adjicitali supra dixi, & vide Jos. Scalig. Conjectanea.

⁴ Adipales.] Festus Adipales cœnas sacerdotum vocat, quæ & Adjiciales dicuntur. Imo, Dapales. Hinc dapatilia, veteres vocabant omnia lauta & opipara.

⁵ Nonnunquam vero.] Hæc usque ad versic. Sæpe tamen, sunt Livii 3. Dec. lib. 7. Flaminem Dialem in uitum inauguari coegerit P. Licinius Pontifex Maximus C. Valerium Flaccum. Sunt & Valerii Maximi lib. 6. c. 9. de Mutatione morum fortunæ. ubi paulo amplius hanc historiam scribens, ait, C. Valerius Flaccus à P. Licinio Pont. Maximo flamen factus, quo facilius à vitiis recederet, ad curam sacerorum & cœremoniarum converso animo, usus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuria fuerat exemplum, tantum postea a modestia & sanctitatis specimen evasit.

1 Qui

proditus esset, non tamen sacerdotium gerebat, quin à pontificibus prius esset in collegium cooptatus.¹ Qui quidem, quod pileum gestaret, in quo virgula oleaginea² modicum lanæ habens in suinino, instar fungi inerat,³ flamines quasi Flaminines dicti sunt:⁴ quem quum per æstum ferre non possent, deimpto pileo, caput ligabant filo,⁵ quod nudo capite incedere fas non erat. Solus tamen inter reliquos flamines⁶ Dialis albo galero insignis est, quem nisi ex ovis albæ tergore Iovi immolatae fieri non decebat, ut eo insigni à reliquis conspicuus foret.⁷ Festo tamen die flamines⁸ galero insignis.

¹ Qui quidem quod pileum gestaret.] Fest. Poimp. lib. i. Altogæerus, ait, à galea nominatur. Est enim pileum capitum, quo Flamines, id est sacerdotes Jovis utebantur: siebant enim ex hostia alba Jovi cæsa, cui affigebatur apex virgula oleaginea.

² Modicum lane habens.] Virgilius lib. 8. Aeneid.

Lanigerisque apices. —

Et ibi Servius Honoratus sic scribit, Flamines in capite habebant pileum in quo erat brevis virga desuper habens lanae aliquid: quod cum per æstum ferre non possent, filo tantum capita religare experunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat. Unde à filo, quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi flamines. Pileum illum Flaminicum Apicem durum fuisse constat. Dionys. lib. 2 imo Flameum potius, unde postea Flamines. Vide Jos. Scalig. ad 6. Varronis de ling. Lat.

³ Flamines quasi flamines.] Fest. Pompejus lib. 6. Flamen, ait, Dialis dictus, quod filo a sidere veletur, idemque appellatur Flamen quasi flamen. Et Servius ubi nupt. Alter autem Plutarch. in Numa. à pileo quasi Pilamines dictos scribit. quem & ipsum vide problem. cap. 39.

⁴ Quem cum per æstum.] Servius ubi supra in verbo Modicum lane ha-

bens.

⁵ Quod nudo capite incedere fas non

erat.] Flamines scribit Varro lib. 4. lingue Latinæ, quod in Latio capite velato erant semper, ac caput cinctum habebant filo, Flamines dicti. Gellius lib. 10. cap. 15. ceremonias & leges Flaminis scribens sic ait, Ac sine apice sub dio esse licitum non est: sub tecllo uti libet. & Servius ubi supra ibi, Modicum lana habens.

⁶ Dialis albo galero insignis est.] Festus Pompejus quo loco citavimus supra in verbo, Qui quidem quod pileum. & Gellius d. lib. 10. cap. 15. ex M. Varronis lib. 2. Rerum divinarum verbis, Is solus, inquit, album habet galerum, vel quod maximus est, vel quod Jovi immolata hostia abato fieri oporteat.

⁷ Festo tamen die.] Servius in d. 1.8. ubi sup. ad ea, quæ adduximus, addit, Verum festis diebus filo deposito pilea necesse erat accipere, quæ, secundum alios, ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta, sicut columnæ mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum cultum. Alii dicunt propter eminentiam dignitatis: sed quia cum sacrificarent apud Laurolarvinum, & eis extra frequenter aves, de vicinis venientes lucis, arriperent, eminentia virginarum eas terrere voluerint. Exinde etiam consuetudo permanxit, ut apud Laurolarvinum ingentes haberentur virgæ, non breves, ut in urbe. Sunt etiam qui Flamines à genitamine pilei, quasi Pilamines dici putant. Haec tenus Servius.

⁸ Quippe

men & si æstu laboraret, filo dempto, pileum sumebat tunc enim filo ligasse caput, non satis erat. ¹ Quippe celebri die flaminem sine pileo esse non convenit. ² Est tamen observatum inter flamines, Dialem assidue pileum lanamque gestare, quum reliquis flaminibus, tunc quum sacrum faciunt, & festa ac religiosa die cum pileo esse deceat. ³ Si tamen mortem oppetere Dialem forte contingret, tunc quum agit animam, cum pileo esse minime convenit: deposito enim pileo decumbere, & animam efflare oportebat. ⁴ Aliter apud Ægyptios, nam sacrarum literarum scriptores, qui loco flaminis sunt, puniceum filum pro insigni capitum, non pileum deferunt. ⁵ Horum ergo in sacrificiis deorum, non minimum jus potestasque fuit. Nam quæ sacra diis darentur, & quæ victimæ cæderentur, & quando exta offerrentur, & an perfecto sacrificio litatum foret, enunciare debebant: tum sacrorum cura & cæremoniarum ad eos spectavit & pertinuit. ⁶ Quod sacerdotium non sicut auguris, perpetuum erat: siquidem si sacra non rite fecisset, aut neglectæ religionis flamen argui posset, seu aliquid adversus constitutum faceret, flaminio abire oportebat. ⁷ Sulpitius enim flamen, quod inter sacrificandum

¹ Quippe celebri die.] Plutarch. problem. Rom. cap. 39.

² Est tamen observatum.] Apud Appianum bellorum Civilium lib. 1. Quo etiam pertinet illud lib. 2. & ncid.

Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex. —

Ubi Servius, Apex, inquit, proprie in summo Flaminis pileo virga lanata, hoc est, cuius extremitati modica lana est: quod primum constat apud Albam Ascanium statuisse. Sed eos in capite lanam tulisse satis videri potest ex eo Prudentii loco in Apotheosi,

Flamen & ipse suas miratur vertice lanas

Cedre. —

Dicebatur istud velamentum laneum, apiculum.

³ Sitamen mortem oppetere.] Idem

Appianus d. l. 1. sed alio loco loquens de L. Merula Flamine Diali, Itaque, inquit, Merula venas sibi incidit, & ex tabellis illi adstantibus clare deprehensum est, eum pileum prius abiecisse. Non enim sacerdotem fas fuit eo induatum mortobire.

⁴ Aliter apud Ægyptios.] Vide Diodorū Siculum lib. 6. cap. 10. Herodotum in Euterpe.

⁵ Horum ergo.] Ad Romanos redit. Pomponius Lætus de Sacerdotiis Rom. cap. 10. Fenestella c. 8.

⁶ Quod sacerdotium.] Id probat ex sequentib.

⁷ Sicut Auguris.] Augur enim perpetuus erat, quod dictum est lib. 5. cap. 19.

⁸ Sulpitius.] Valer. Maximus lib. 1. cap. 1.

¹ Cetianz

dum apex prolapsus fuisset, sacerdotio dejectus fuit.
¹ Cajus etiam Cladius, & Cornelius Cethagus, quod exta victimæ perperam dederat, abire flaminio necessum habuit. ² Cumque flamen sacra diis dare, & hostiam immolare vult, flamineum puerum aut puellam ^{Flami-}
 juxta habebat, qui parati intentique ministerio, & sa- ^{neipue}
 crificanti præsto forent, quæque exequenda, quæ patrii ^{ii aut}
 moris & ritus erant, sacris ministraret: ³ quos non ni- ^{puell.e}
 si ingenuos, patrimos & matrimos esse decebat. ⁴ Cui ^{mini-}
 ad sacra eunti, præco Præciminator dictus, præire & præ- ^{ster.}
 monere solebat populo, ut dum sacra sunt, ab opere cef- ^{Flame}
 sarent: qui si contumacius parerent, pignoribus & mul- ^{infa-}
 ñta plectebantur: neque enim flaminem aut regem sacro- ^{cris.}
 rum religiosis diebus aut feriatis opus facientem videre fas erat. Quin etiam dum operabatur sacris eo corporis orna- ^{Orna-}
 tu erat, ⁵ ut fibulis æneis accinctus, victimas cæderent, & ^{tus fla-}
 diis ^{minis.}

¹ C. etiam Cladius & Cor. Cethagus.] De his duobus Livius 3. Decad. lib. 6. C. Claudio Flamen Dialis quod exta perperam dederat, Flaminio abiit. & Valerius Maximus d. lib. 1. de Cultu deorum. ubi scribit P. Cælium, M. Cornelium, M. Cethagum, & C. Claudiū propter exta parum curiose admota aris deorum immortalium, variis temporibus, bellisque diversis Flaminio abire iussos ac coactos fuisse.

² Cumque Flamen sacra diis dare] Pompeius Lætus & Fenestella ubi supra.

³ Quos nisi ingenuos.] Livius 4. Decad. lib. 7. non adeo procul à princ. de procuratione prodigiorum, Decem ingenui, inquit, decem virgines, patrimi omnes matrimoniis ad id sacrificium adhibiti. Festus Pompejus lib. 6. non longe à fine, Flaminius, inquit, Camillus puer dicebatur ingenuis patrimis & matrimes, qui Flaminii Diali ad sacrificia præministrabat, antiqui enim ministros Camillos dicebant, de quibus supra dixi. Et paulo post, Flamina dicebatur sacerdos-talis, que Flamina Diali præministra-

bat, eaque patrimes & matrimes erat, id est, patrem matremque adhuc vivos habebat. Sed & idem lib. 11. Matrimes ac patrimes dicuntur, quibus patres & matres adhuc vivunt. Et lib. 14. Sed ad id quod de Camillo dictum est, vide quæ proxime dicta sunt supra libro 4. cap. 17. Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui cum jam pater ipse esset, habebat etiam tunc patrem.

⁴ Cui ad sacra eunti, præco præciminator.] Hæc usque ad versicul. Quintiam, fere sunt Festi Pompejii lib. 14. apud quem tamen legitur, Præcimatores. * Sunt autem qui non inepte proclaimatores legunt.

C O L E R U S.

* Quam lectionem Scaliger minime probat. Et legit: *Precire est præclare, eire clamare.* Unde id explicans Festus, inquit, clamandi verbo uitur. Sed vide ibi.

T I R A Q U E L L U S.

⁵ Ut fibulis æneis anæclus.] Festus Pompejus lib. 9. In fibulatis sacrificabant Flamines propter usum aris antiquissimum æneis fibulis.

Flaminicæ uxoris loco datum, ut à viro divertere non liceret: namque ipse unius vir uxoris, & flaminica viri unius uxoris eligebat: sicut Ægyptii ad Tauri sacra semel maritum assumpsere. Cumque ob sacerdotii dignitatem, in senatum venire, & sententiam dicere, antea flaminis licuerit, idque post temporum curricula eorum desidia oblitteratum esset, L. Flaccus flamen rem longe intermissam revocavit, eique & reliquis flaminibus, ut veteri jure usurpato, in senatum ingredi, & publico concilio interesse, togamque prætextam, & amplissimi ordinis ornamenta habere liceret, senatus consulo datum est, tametsi carbasum flaminis induimentum proprium fuisse dicant. Ex eo enim, quoties

fre-

1 *Ipsiusque uxorem.*] Macrobius I. I. Saturnal. c. 16. sic scribit, Flaminica, quoties tonitrua audisset, feriata erat, donec placasset deos.

2 *Qui flaminicæ nomen.*] Passim apud omnes. Sed & flaminicæ dicitur cebantur, ut ex Trogo dicemus postea.

3 *Cui hoc muneris loco.*] Gellius libro 10. cap. 15. Flaminem amissa uxore flaminio decedere, & matrimonium Flaminia sola morte dirimi. Plutarchus problem. 49.

4 *Namque ipse unius vir uxoris & Flaminis.*] Tertullianus in lib. de Exhortatione castitatis, & in libro de Monogamia utroque in fin.

5 *Sicut Ægyptii ad Tauri sacra.*] Diodorus Siculus lib. 2. c. 3. & vide insta.

6 *Cumque ob sacerdotii dignitatem.*] Livius 3. Decad. lib. 7. C. Flaccus flamen captus à P. Licinio Pontifice Maximo ita repente exuit antiquos mores, ut nemo tota juventute haberetur prior, nec probatior primoribus patrum, suis pariter alienisque esset. Huius famee consensu elatus ad justam fiduciam sui, rem intermissam per multos annos ob indignitatem Flaminum priorum repetivit, ut in Sena-

tum introiret. Ingressum eum curiam cum L. Licinius Prator inde eduxisset, Tribunos plebis appellavit Flamen. Vetus sum jussi sacerdotii repetebat, datum id cum tuga prætexxa, & sella curuli & Flaminio. Prator non expletis vetustate annalium exemplis store jus: sed recentissime cuiusque consuetudinis usu solebat, nec patrum nec avorum memoria Dialem quenquam id jus usurpasse. Tibuni rem incertam Flaminium oblitteratam ipsis, non sacerdotio damno fuisse cum æquum censuerint, ne ipso quidem contra tendente Prætore magno assensu patrum plebisque Flaminem in Senatum introduxerunt: omnibus ita existimantibus, magis sanctitate vite, quam sacerdotii jure rem eam Flaminem obtinuisse.

7 *Tametsi carbasum Flaminis induimentum.*] Unde id accepit nescio. illud scio Valer. Maximum id induimenti genus tribuisse Vestali lib. 1. cap. 1. de Cultu deorum, ubi de Amylia virginie Vestali. Cæterum de Carbaso vide Nonium Marcellum de Genere vestimentorum.

8 *Ex eo enim quoties.*] Id ex sequela ejus est, quod supra ibi, Cumque ob sacerdotii, diximus ex Livio.

I Non

frequens senatus haberetur flamini haud secus quam senatori in curiam veniendi, consultandi, suffragandi, censendique potestas data fuit. Et tamen si flamines sacerdotio ^{Fla. 2} addicti essent, ^{beli} non tamen à belli muneribus erant immunes, ^{mune-} sæpiusque res à patribus tentata, & in utraque par- ^{ribus} tem sermonibus agitata fuit, desuperque lex lata fuisse, ut ^{non in} tam flamines quam reliqui sacerdotes militiae mune- ^{totum} re vacarent, nisi Gallorum imminentे tumultu, quum ^{nes.} respubliка milite egeret, à militia minime avocando decrevissent. ² Sæpe tamen flamines, ne ad bellum irent religione inhibitos ferunt: ³ quippe Cæcilius Metellus Pontifex maximus, Aul. Posthumium consulem, quoniam flamen Martialis erat, ne ad bellum proficeretur, neve stipendia ficeret, inhibuit, ⁴ aliosque vetitos fuisse constat, ne cura belli, & rei militaris procuratio, illos à sacris avo- ^{Fla.} caret. ⁵ Nonnunquam vero Dialem flaminem extra Ita- ^{provin-} liam ^{ciis ali-} ^{quities} ^{præ-} erant.

¹ Non tamen à belli muneribus.] Hrc usque ad versie. Sæpe tamen, sunt Plutarchi in Camillo, ubi scribit apud Romanos lege caustum fuisse, ut sacerdotes immunes essent à militia, nisi urgeret bellum Gallicum. quod & nos diximus supra lib. 2. cap. 8. ubi & de Aegyptiis & Indis loquuti sumus.

² Sæpe tamen flamines ne ad bellum irent.] Gellius d. lib. 1. c. 15. & probatur ex seq. & vide etiam ibi, Aliosque vetitos.

³ Quippe Cæcilius Metellus.] Val. Maximus lib. 1. cap. 1. de Cultu deorum. & L. Florus Epitome Livii l. 59.

⁴ Aliosque vetitos.] Ut M. Aemilius Regillus ex Livio 3. Dec. lib. 4. in oratione Q. Fabii, restat, inquit, ut pauca de iis in quos prerogativa favor inclinarvit, dicam, M. Aemilius Regillus Flamen est Quirinalis, quim neque mittere à sacris, neque retinere possumus, ut non deum, aut belli deseramus curam. Et Q. Fabius Pictorem ex codem 4. Dec. lib. 7. cuius hæc verba sunt, Q. Fabius Pictor Flamen. Quirinalis & Prætor, Sardiniam provinciam sortitus est. Primi-

quam in provincias Prætores erant certamen inter P. Licinium Pontificem Maximum fuit, & Q. Fabium Pictorem Flamineum Quirinalem, quæ patrum membra iater L. Metellum & Posthumum Albinum fuerat. Cos. illum cum C. Lucretio collega in Siciliam ad classem proficerentem, ad sacra retinuerat Metellus Pontif. Maxim. Prætorem hunc, ne in Sardiniam proficeretur, P. Licinius tenuit, & in Senatu, & ad populum magnis contentionibus certatum est: & imperia inhibita ultra citroque, & pignora capta, & multæ dictæ, & Tribuni appellati, & provocatum ad populum est. Religio ad postremum vicit, & dicto audiens esse Flamen Pontifici jussus, & multæ ex jussu populi remissæ. Ira provincie crepsæ prætorem magistratu abdicare se conantem, patres auctoritate sua deterruerunt, & ut jus inter peregrinos diceret, decreverunt.

⁵ Nonnunquam vero Dialem flaminem extra Italiam.] Cornelius Tacitus lib. 3. ubi de Servio Maluginensi Flamine Diali imperium Proconsulare Asia ambientे disserit.

liam sortitum provinciam invenimus , afferentem , nullas
 religiones Diali , Martiali , & Quirinali provincias sortiri
 vetuisse . ¹ Augustus tamen Octavius annuam absentiam ,
 & provinciarum administrationem Diali concedi vetuit ,
 ne à cura sacrorum nimium diu abesset . ² Qui quidem sicut
 inter flamines honore præcipuus , sic maximis cæremoniis
 astrictus erat : ³ quippe soli flamini in primis jurare non li-
 cebat , nefas æstimantes , cui deorum sacra & cæremoniæ
 credita sunt , ipsi verbo afferenti fidem non habere : cui hoc
 munus impendebat , ut singulis Idibus , quas feriatas habe-
 bat , bovem Jovi immolaret : ⁴ utque ad flaminium assum-
 ptus , è patrio jure immunis confessum sui potens fiat . ⁵ Ei-
 demque sub divo ungi , ⁶ vel sine interula esse , ⁷ aut equo
 vehi , ⁸ noctemve unam ab urbe abesse non licebat . ⁹ Si ta-
 men adversa valetudo Dialem incessisset , pontificis maxi-
 mi arbitrio ultra binoculum abesse poterat , dum ne diebus
 publici sacrificii , nec saepius quam bis eodem anno procul
 fiat . ¹⁰ Dialemque , conjuge defuncta , flaminio abire opor-
 tebat ,

I. *Augustus tamen Octavius.*] Idem
 Corn. Tacitus d. lib. 3. non adeo pro-
 cul à fin .

2. *Qui quidem sicut inter Flamines.*] Festus Pompejus lib. 11. & dictum est
 supra in verbo , *Quorum primus Dia-
 lis.*

3. *Quippe soli Flamini in primis jura-
 re non licebat.*] Livius 4. Decad. lib. 1.
 in fine. Plutarchus problem. cap. 43.
 Gellius lib. 10. c. 15. Festus Pompejus
 lib. 9. *Notum ex edicto perpetuo Prato-
 ris : SACERDOTEM VESTALIM FLAMI-
 MEM DIALEM IN OMNI MEA IURIS-
 DICTIONE IURARE NON COGAM.* Li-
 vius lib. 31. C. Valerius Flaccus , quem
 presentem creaverant , quia Flamen Dia-
 lis erat , iurare in leges non poterat .

4. *Utque ad Flaminium assumptus.*] Cornel. Tacitus lib. 4.

5. *Eidemque sub divo ungi.*] Plutar.
 prob. cap. 39. ubi rationem reddit .

6. *Vel sine interula esse.*] Gellius d.
 lib. 10. c. 15.

7. *Aut equo vehi.*] Plutar. & Gel-
 lius ubi supra , & præter ea Fest. Pom-
 pejus libro 5. rationem reddens , ait ,
*Equo vehi Flamini Diali non licebat , ne se
 longius digredieatur , sacra negligenteruntur.*

8. *Noctemve unam.*] Livius 1. Dec.
 lib. 5. in Oratione M. Furii Camilli
 Dictatoris , *Flamini Diali noctem unam
 manere extra urbem nefas est.* Plutarchus , qui hujus rationes tres assert ,
 ubi supra .

9. *Sitamen adversa valetudo.*] Cor-
 nelius Tacitus lib. 3. *Quoties , inquit ,
 valetudo adversa Flaminem Dialem in-
 cessisset , ut Pontificis Maximi arbitrio
 dum ne plusquam binoculum abesset , dum
 ne diebus publici sacrificii , neu saepius
 quam bis eundem in annum.*

10. *Dialemque conjuge defuncta.*] Tro-
 gus historicus lib. 22. cuius hæc verba
 sunt apud Priscianum libro 5. cap. 1.
Papirio propter Flaminia flaminio abiit.
 Plutarch. problemat. cap. 49. Gellius
 1. 10. c. 15.

tebat, quia sine conjugio esse, ¹ aut iterum conjugio copulari non decebat: namque bis nupti, sacerdotio pelluntur.

² Quod ab Ægyptiis æque servatum est, ut semel tantum sacerdoti nubere fas sit, quum reliqui pro voluntate & facultatibus plures capiant. ³ Frumentum quoque, ⁴ farinam, ⁵ & carnem crudam, ⁶ canem, capram vel ⁷ equum tangere verabatur. ⁸ Hederam Dialis si attigisset, ⁹ vel annulum cum gemma, ¹⁰ aut nodum habuisset, piaculum admitti putabatur: ¹¹ fabam tangere aut nominare, ¹² vel funebres tibias audire, Diali flaminis non licet: ¹³ neque enim feralia attre-

¹ Aut iterum conjugio copulari.] Plutarchus ubi nuper citavimus. & Tertullianus in libro de Monogamia ad fin. &c in lib. de exhortatione castitatis etiam ad fin.

² Quod ab Ægyptiis.] Diodorus Siculus lib. 2. c. 3.

³ Frumentum.] Legendum est, Fermentum ex Plutarcho Problem. c. 109. ubi hujus rationem reddit, & Gellius lib. 10. c. 15.

⁴ Farinam.] Plutarchus & Gellius in iisdem locis.

⁵ Et carnem crudam.] Plutar. problem. cap. 110. ubi hujus prohibitonis rationem reddit. & Gellius ubi supra.

⁶ Canem.] Idem Plutarchus Probl. c. 111. cuius haec verba sunt: *Quid est quod cane & capella sacerdotem adeo affinere voluerint, ut non modo attingere, sed ne appellare quidem licet?* *An quod capram quasi luxuriosam, et que olim abhorrent? an quod tanquam morbidam timerent?* *Videtur etenim praeter cetera animalia comitiali morbo tentari, & qui gustarint aut attigerint, huiusmodi aliquid inuicere.* *Hujus rei carnam assig- nant poros angustos, quibus clavis etiam spiritus sepiissime includitur, quod arguit vocis tenuitas.* *Quicumque enim hoc morbi generentur, similem capellæ vocem edunt.* *Canis vero est minus quidem luxuriosus & factidus: quanquam sunt qui dicant, ne canem quidem in Athe-*

nienstium arcem admitti fas esse, nec Delum insulam attingere, quod in propatulo & passim coeat, qua in re aliorum animalium dissimilis sit: nam boves, equi, sues, non in propatulo incunt. Sed veram causam penitus ignorant. Canis enim templis omnibus idcirco arcetur, quod pugnax est animal, & in primis feroc, ut tutum supplicibus perfugium prebeat. Verisimile igitur est Jovis sacerdotem, tanquam animatam & sacram quandam effigiem ac simulachrum, ad quod omnibus, tanquam ad aram, confugereliceat, egenis ac supplicibus repertum esse, unde nec deterri, nec arceri omnino possint. Quocirca in ipso januæ vestibulo ac limine, eidem posita erat lectica.

⁷ Equum.] Gellius libro 10. capite 15.

⁸ Hederam.] Plutarchus Problematum cap. 112. Gellius ubi supra. Festus Pompejus libro 8. rationem reddit.

⁹ Vel annulum.] Gellius & Festus ubi supra. Vide ibi Scaligerum.

¹⁰ Aut nodum habuisset.] Idem iisdem in locis.

¹¹ Fabam.] Gellius quoque ubi supra, & Festus lib. 6. ubi rationem reddit. & vide Plutarchum Problematum cap. 95.

¹² Vel funebres tibias.] Idem Festus eodem lib. 6. sed alio loco.

¹³ Neque enim feralia attreclare.] Cornelius Tacitus lib. 1.

atrectare fas erat. ¹ Capillum si tonderet, nisi æneis cultris, velut turpissimo facinore tenebatur. Quod à Sabinis sumptum crediderim, quibus æneo cultro sacerdotes capillum tondere præcipitur. ² Ignem ex Dialis flaminis domo efferri, nisi sacrorum causa, ³ aut procinctam classem videre, paratasque ad bellum copias, piaculare est. ⁴ Mortuæque pecudis corio flaminis calceos fieri, nefandum: ⁵ cuivis sacerdoti ab urbe tribus abesse noctibus non licet: ⁶ aliisque cæremoniis Dialis astrictus erat, quibus à vilioribus sacerdotibus reliquisque flaminibus cultu & ornatu longe sanctior erat atque conspectior. ⁷ Ägyptiis vero diu servatus inolevit mos, ut sacerdoti nec fabam ferere aut comesse, neque aspicere liceret: quibus erat constitutum,

lege

¹ *Capillum si tonderet, nisi æneis cultris.*] Servius lib. 1. Æneidos in euin locum,

Ærea cui gradibus surgebat limina, nexasque

Ære trabes, foribus cardo stridebat abs- nis.

Ærea ideo (*inquit*) vel quod æs magis in usu veteres habebant, vel quod religioni imagis apta est hæc materies. Deinde Flamen Dialis æreis cultris tondebatur. Vide Gellium ubi supra.

² *Ignem ex Dialis Flaminis domo.*] Gellius lib. 10. cap. 15. & Festus Pompejus d lib. 6. sed alio quoque loco.

³ *Aut procinctam classem videre.*] Gellius ibi. & ipse Festus Pompejus lib. 14. ubi declarat quid sit procincta classis, ut etiam facit alio loco ejusdem libri.

⁴ *Mortuæ pecudis corio.*] Idem Pompejus lib. 11.

⁵ *Cuivis sacerdoti ab urbe tribus,* &c.] Plutarchus Problem. cap. 39.

⁶ *Aliisque cæremoniis Dialis astriclus erat.*] Id constat ex Gellio ubi su pra.

⁷ *Ägyptiis vero*] Hæc usque ad vers. *Ovillis*, sunt Herodotii lib. 2. Euterpe, Fabas Ägyptiis in sua terra nec admodum serunt, neque natas, aut crudidas, aut in aqua coctas edunt. Sacer-

dotes vero ne aspicere quidem sustinent, arbitrantes haud mundum illud legumen esse. Ad id quod dicit de faba, præter Herodotum, adde Plinium, qui auctoritate Varronis lib. 18. c. 12. tradit Flaminem faba non vesici, quoniam in flore ejus lugubres litteræ reperiantur. Et ad id quod de raso capite dicit, adde illud Apuleji loquentis de hujusmodi sacerdotibus libro ult. Asini aurei, *Hi capillum deras funditus, vertice prænentes, magna religioni terra sydera, æreis & argenteis, imo vero aureis etiam fistris argutum tinnitum confrepentes.* Hinc calvi passim à poëtis vocantur. Juvenalis sat. 6.

Qui grege liniger circundatus, & grege calvo.

Martialis,

Linigeri fugiunt calvi.

Quineriam Lampridius de Imperatore Commodo scribens, sic inquit, *Sacra Isidis coluit, ut & caput raderet, Annubim portaret.* Qui loci probant & illud quod de veste linea dictum est, ut etiam illud Ovidii Metam. lib. 1.

Nunc dea Linigera colitur celeberrima turba.

Et Suetonii in Othone c. 12. eodemque ultimo: *Sacra etiam Isidis sepe in linea religiosaque ueste propalam celebrasse.*

I Ovi-

lege apud Meimphim lata, ut Isis sacerdotes semper de-
rato sint capite: utque tertia quaque die corpus eradant,
& frigida abluant, ter die, noctu bis: piscium quoque etiam
tactu abstineant, nedum esu: vesteisque lineam, calceos
papyraceos gerant: ¹ ovillis, ² nec suillis carnibus vescan-
tur: ³ sal cibis non adhibeant: ⁴ vino abstineant, aut si bi-
bere libet, perparco utantur: ⁵ mare detestentur & nautas
a quibus institutum est, Apidi potum dare ex peculiari pu-
teo, non ex Nili aqua. Apud Græcos vero flaminibus,

Græco-
rum
Ste-
phano-
Ste-
phori.

¹ *Ovillis.*] Cur Aegyptii ab ovibus
& arietibus abstineant, rationem red-
dit Herodotus lib. 2. in Euterpe.

² *Nec suillis carnibus.*] Idem Herodotus dicto lib. 2. Euterpe, suem Aegyptii spurcam belluam arbitrantur: quam si quis vel transeundo contigerit, abit lotum sese cum ipsis vestimentis ad flumen. Eoque soli omnium subulci in Aegypto, & si indigena, tamen nullum ingrediuntur in templum: nemoque aut filiam cuiquam eorum nuptum dare vult, aut cuiuspiam eorum filiam in matrimonium ducere. Ipsi inter se subulci dant, accipiuntque filias.

³ *Sal cibis non adhibeant.*] Plutar. in Symposiaco problem. Dec. 5. cap. 10. ubi tradit causam cur sal divinum Poëta dixerit, scribit quod in universum à salis usu abstineant se Aegyptiorum sacerdotes, qui castitatem inoffensam servant: adeo ut insulso pane vescantur. Qua ergo ratione, id quod sacro-sanctum est, & divinum, prophanant & aversantur? Nec ipsi cum Græcis pugnant: nam castitas generis propagationem, risum, usum vini, pleraque etiam, quæ sunt alioqui seria & haud quaquam frivola, amputat & è medio tollit. Proinde fortassis ipsi, quibus castitatis unicum est studium, à sale, utpote, qui caloris vi libidinem proritat (id quod novelli afferunt) abstinent. Adde, quod veritati est consunum, eos salem fugere, ceu delicatissimum obsonium. Sal enim tantum

non reliquorum obsoniorum obsonium est & condumentum: quapropter & Gratiam sunt qui illum appellant, quod cibi potissimum partem & utillem condulcoret. Sal corpori nutrimenti caput est, & cibo robur solidumque temperamentum ad urgendam appetentiam præbet. Præterea illud considera, num & inde divinitas illi accesserit, quod & corpora mortua diu imputribilia durabiliaque conservando, morti quodammodo reluctari videatur, nec patitur cadaver omnino computrescere atque in nihilum redigi. Et paulo post, Profecto non parum conferre ad genituran sal putatur, in qua Aegyptios esse sententia memineras modo. Qui canibus alendis studium ponunt, ubi in Venerem sunt segniores, prater alias escas, falsis muriisque conditis carnibus excitant jaccentem Venerem, morantemque vim semifinalē provocant. Prater ea quæ per mare salem convestant naves one-raritatem, innuineram mutuum copiam producunt, scæmellis etiam citra con-gressum parentibus, ubi salem illixerint. Quinetiam arbitror Venerem Salsuginem dicere, scititiamque de ea, ceu mari orta, fabulam prodere poëtas, dum volunt fœcundam prolificamque salis naturam indicate. Hac-tenus Plutarchus.

⁴ *Vino abstineant.*] Cœlius Rhodinus lib. 5. cap. 12.

⁵ *Mare detestentur & nautas.*] Idem Cœlius ubi supra.

¹ Stephanophoris nomen fuit, quibus ferre coronam & comitam promissam, proprium erat: qui etiam arma sumere, aut Phocensium agros invadere lege vetabantur: ² Poliadis quoque Minervæ flaminis hoc dabatur præcipuum, ut casuum recentem tangere perpetua lege vetaretur: Phœbi vero aureum sceptrum coronis & vittis redimitum ferre. Flaminis autem Ephesiae Diana, qui eunuchus erat, ³ Megabyzo nomen fuit, ⁴ Cereris vero Eumolpidi. ⁵ Apud Hebræos Essæi sumimi sacerdotes loco flaminis erant, qui vino, conjugio & carnibus abstinent & duriori cubili degunt. Sed præter Dialis præscriptas cæremonias, aliæ fuerunt uxori flaminis præstitutæ, quas perpetua lege servare tenebatur, quum ex Romuli constituto sacerdotum uxores cum viris consecrentur, præscriptisque cæremoniis teneantur, namque ⁶ flaminica quum ad Argos vadit, neque

¹ Steph. in phoris.] Herculis sacerdos apud Tharsos Stephanophorus dicebatur, dignitate præsigni, scribit Cœlius Rhodiginus lib. 5. cap. 12. sed nullum, more suo, citat auctorem.

² Poliadis quoque Minervæ.] Strabo lib. 9.

³ Megabyzo.] Laërtius in Xenophonte, Prefectus deinde Ephesum, dimidium auri, quod secum tulerat, Megabyzo Diana sacerdoti servandum tradit quo ad reverteretur. Plinius l. 35. c. 10. scribit, Megabyzi sacerdotis pompa pictam esse in Diana Ephesia templo. & cap. 11. ejusdem sepulchrum ibidem ostendit. Hujus præterea sacerdotis Diana meminerunt Quintilianus l. 5. cap. 12. & Appian. Bellorum civilium lib. 4.

⁴ Cereris vero Eumolpidi.] Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2. ad fin. Et vide Æschinæ in oratione adversus Ctesiphontem.

⁵ Apud Hebræos Essæi.] Porphyrius in libro de Abstinentia carnium & ex eo Eusebius Preparationis Euangeliæ lib. 9. c. 1. Plinius lib. 5. c. 17. eos Essenos vocat, eorumque ritus, mores, & superstitionem describit. Quin-

etiam Philo Judæus hæc & multa alia, mitanda quidem, de his scribit in libro cui titulus est, *Quod liber sit, quisquis in trii studet.*

⁶ Flaminica cum ad Argos vadit.] Gellius lib. 10. cap. 15. Et Ovidius de Flaminica loquens libro 6. Fastrorum, scribit,

Non mihi detonsum crinem depelttere buxo,

Non unguis ferro subsecuisse licet.
Non tetigisse virum, quamvis Iovis ille sacerdos,

Quamvis perpetua sit miti lege datus.
Et ibi Antonius interpres Gellii auctoritate d. lib. 10. cap. 15. Flaminica, inquit, conjuncta cum i. et ad Argos, nec comedebat caput, nec pelebat capillum. Similiter & hoc mense Junio, ante sternus delatum. Eadem à Cal. Iunii ante id tempus nec licebat secare unguis, nec virum tangere, hoc est Flaminem Diadem: ejus unguium & capilli tegmina subter arbores silicam terra operiebantur. Ejusdem capillum non tondebat, nisi qui liber homo esset. Idem Ovid. lib. Fastrorum 3. de Flaminica,
His etiam conjux capitis discincta Dialis
Lucibus, impexas debet habere comas.

comere caput, neque capillum pectore debet: ¹ quotiesque tonitrua audisset, feriata erat: ² cui mense Junio, nisi post Idus, nec unguis secare, nec capillum comere, neque virum tangere permisum: cuius unguium & capilli præsegitina subtus arborem [†] silicam terra operiri necessum erat: ³ Illi ^{Vide} quoque fabis vesci, ⁴ aut gradus supra tres ascendere, mini- ^{Cepium} ^{lib. 15.} me licet: ⁵ solaque Dialis uxor sacrorum causa sub viri po- ^{cup. 8.} testate & jure est. ⁶ Fuitque amictus flaminicæ purpureus Flami- quadratus fimbriatus, cui nomen ricæ, quo velut palliolo ^{nicae a-} utebatur. ⁷ Plerique flamineum vestem flaminicæ pro- ^{miciæ.} prium duxere, cui cælum fulmineum color, ⁸ & tutulum capitum ornatus, cui inerat vitta purpurea, quæ crinibus an- nequitur. ⁹ Hoc quoque non in postremis fuerit, quod si quis

¹ Quotiesque tonitrua audisset.] Macrobius lib. I. Satur. c. 16. & supra di-
ctum est.

² Cui mense Junio.] Gellius d.l. 10.
c. 15. & diximus supra in verbo, Flaminicæ cum ad Argos vadit.

³ Illi quoque fabis vesci.] Fest Pompejus lib. 6. Fabim, inquit, nec tangere, nec nominare Diali Flaminini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere: nam & Lemuralibus jaciturn Larvis, & parentaliibus sacrificiis adhibetur, & in flore ejus luctus literæ appaere videntur. Id Varro confirmat apud Plinium lib. 18 c. 12. Varro de Vir. Pop. Roun. lib. I. Qui-
bus temporibus in sacris fabam jactant nesciunt, ac dicunt se Lemures domo extra januam ejicere. Et Ovid. in fastis. Eadem heberare sensus existimata est & somnia facere. Cicero lib. I. de Di-
vinatione: Ex quo etiam Pythagoricis interdiuum putatur, nefaria vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitatim mentis vere contrariom.

⁴ Aut gradus supratre ascendere.] Gellius dicto lib. 10. cap. 15. Flaminicæ scalas, quæ Græce κλίμακες appellantur plus tribus gradibus ascendere religiosum.

⁵ Solaque Dialis uxor.] Corn. Tacitus lib. 4. Igitur, ait, tractatis religioni-
bus, placitum, instituto Flaminum nihil

demutari. Sed latalex, quæ Flaminicæ Dialis, sacerorum causa, in potestate viri, catera promiscuo femininarum jure ageret.

⁶ Fuitque amictus Flaminicæ.] Fest. Pompejus lib. 16. Granii auctoritate scribit, Ricas & Riculas esse muliebre cinguluni capitum, quo pro vitta Flaminicæ redimitur. Et eodem lib. in fin. Rica, inquit, vestimentum quadratum, fimbriatum & purpureum, quo Flaminicæ pro palliolo utebantur. Ex quo loco hoc Alexander haud dubie assumpsit. Varro I. 4. de lingua Latina, Rica, ait, à ritu: quod Romano ritu sacrificium feminæ cum faciunt, capita velant.

⁷ Plerique flamineum vestem Flaminicæ.] Festus lib. 6. Flammeo amicitu-
nubem omnis boni causa, quod eo assidue ut batur Flaminicæ.

⁸ Et tutulum capitum ornatus.] Festus lib. 18. non adeo procul à princ. Vide Varrone lib. 3. aut ex aliorum computa. 6. ling. Lat. & Fulgentium in lib. vocum antiq. ad Calcidium. Ita sumum fastigium pilei vocabant, cui addebitur virgula ex felici arbore, quæ in Flaminibus dicebatur Stropus, in Flaminicis vero Inarculum.

⁹ Hoc autem non in postremis fuerit.] Hoc usque ad versic. Aelicet, sunt A. Gellii lib. 10. cap. 15.

Fra-
men
ali-
quando
alios
etiam
magis-
tratus
simul
grea-
bat.

quis nocens ad flaminem accederet, illo die ab omni poena
criininis tutus erat: qui si vinclis nexus foret, eisdem solu-
tus laxabatur. Ac licet sacerdoti, ut rebus divinis impen-
sius vacaret, neve à sacris cultuque & religione deorum,
aliarum rerum cura se jungeretur, magistratus gerere non
liceret: 'tamen & flamineum honores gessisse, & consulat-
tum una & flaminium administrasse, ac tam rebus divinis
quam humanis præfuisse, atque utriusque honoris orna-
menta gestasse, apud multos tradita memoria est.

¹ Tamen & Flaminem honores gessi-
se.] Nam eosdem fuisse Flamines &
Prætores atque etiam Consules legi-
mus. Videlicet Q. Fabium Piætorem
simul & Flaminem Quirinalem apud
Livium 4. Decad. libro 7. non semel.

Et C. Valerium Flaminem Dialem &
Prætorem ejusdem Decad. 4. lib. 9. ut
non mirum videri debeat, si & Fla-
men Ædilis curulis esse poterat, ut fuit
idem Val. Flaccus apud eundem 4. De-
cad. lib. 2.

C A P U T XIII.

*In quot cohortes, manipulos, centurias, decuriasque phalanx
dividatur, & quæ illius descriptio fuerit.*

^{Pha-}
^{lanx.} **Q**UOD¹ legio quandam apud Romanos fuit, id pha-
langem² Græcis, ³ Macedonibus & ⁴ Dardanis,
exte-

T I R A Q U E L L U S.

¹ Quod legio quandam.] Servius l. 2.
Æneidos in eum locum,
Et jam Argiva phalanx instruclis na-
vibus ibat
A Tenedo, tacite per amica silentia nu-
næ.

Phalanx, inquit, Macedonum lingua, le-
gio. Quod & ipsum dicit l. 11. ejusdem
operis,

— Tum moſta phalanx Teucrique se-
quuntur.

² Gracis.] Ut pater ex d. illo loco
Æneid. 2. & lib. 6. ejusdem operis,

Et Danaum proceres Agamemnoniae-
que phalanges.

Et ex Homero libro 4. Iliados, ubi de
ipsis Græcis & Trojanis,

Αλλὰ νιον συνοειρόμενα κίνυστο φά-
λαγχες

Τρέων δὲ ιπποσίους, οὐδὲ χαλκῶν.
Et privatum de Atheniensibus idem
Homerus lib. 2. ejusdem operis.

Στήνος δὲ ἀγαρίνης αἴθιων ιστεύεται
φάλαγχες.

³ Macedonibus.] Quod jam supra
dictum est ex Servio. Et eorum qui-
dem phalanx proprie erat, ut videre
licet ex Livio 1. Decad. lib. 8. cum di-
cit, Et quod anteaphalanges similes Ma-
cedonicis, hoc postea manipulatim struc-
tæ cœpit esse. & omnes ubique. Et
vide infra.

⁴ Et Dardanis.] Nam & de his lo-
quitur Homerus d. lib. 4. & Virgilius
lib. 11. loco supra allegato ibi, Quod
legio quandam. Et de his tribus Ve-
getius Rei militaris, lib. 2. cap. item 2.
in prin.

¹ Exte-

¹ exterisque nationibus valuisse, monumentis proditum est.
² Ea enim in libero campo, & si quando exspatiari licuit, magno usu fuit. Cum vero arctis faucibus & præruptis saxis, aut inter viarum angusta premitur, non est ea vis potestaque: quippe Macedonica phalanx immobilis, ³ semper ex stabili peditum agmine, nec partiri, nec dividi facilis erat, ^{Macedonica} quod in Romana legione longe secus, quotiesque conjunctos servat ordines, & suis turmis ita fertur instructa, ut continent agmine vir viro, armis arma conjuncta forent, magno præsidio munita, ad victoriam maxima momenta fecit: sicut Orthia phalanx, quæ in cornua procedit, & in profunditatem ita instruebatur, ut nec à tergo assiliri, nec à fronte occursari, neque à lateribus præ magnitudine circumveniri posset: ⁴ quod etiam Macedonicae phalangi erat proprium, prælongas hastas ante clypeos objicere, ita ut nisi in libero campo ejus nullus usus foret. ⁵ Si vero laxatis ordinibus semel esset dissoluta, robore simul atque ordine dissipato, omnis vis virtusque ejus puncto temporis dissolvuntur. ⁶ Hanc, qui de instruendis aciebus memoriam relique-

¹ Exterisque nationibus.] Ut Arcadiis apud Virgil. lib. 12. &neidos,

At fratres annosq[ue] phalanx accensaque luctu,

Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferum

Corripiunt, tuncque ruunt. —

Marmaridibus apud Silium Italicum lib. 5.

Non ego Marmaridum medium penetrare phalanxem,

Cynib[us]que globos dubitarem irrumpereturme.

Et Helvetiis Cæsar lib. 1. belli Gallici, Milites nostri, i[n] loco superiore pilis missis, facile hostium phalanxem perfrègerunt. Et de Romanis, ut postea dictrur.

² Ea enim libero campo.] Livius 4. Decad. lib. 1. Erant, ait, pleraque silvestria circa, incommoda phalangi, maxime Macedonum: que nisi ubi prælongis hastis velut vallum ante clypeos objecit (quod ut fiat, libero campo opus est) nul-

lius admodum usus est. Ex quo loco hic haud dubie sumptus est.

³ Semper ex stabili peditum agmine.] Quintus Curtius lib. 5. de Macedonibus loquens, Sed Macedonum acies orva sane & inculta, clypeis hastisque immobiles cuneos & confitata robora virorum teget. Ipsæ phalanxem vocant peditum stabile agmen. Vir viro, armis arma conserva sunt, ad nutum momentis intenti, sequi signa, ordines servare didicere.

Quod imperatur, omnes exaudiunt: obsistere, circuire, discurrere, in cornu mutare pugnam, non duces magis, quam milites callent. Haec tenus Curtius.

⁴ Quod etiam Macedonicae phalangi.] Hæc sunt ex Livio 4. Decadis lib. 1. cuius verba adduximus supra ibi, Ea enim in libero campo.

⁵ Si vero laxatis ordinibus.] Hoc alibi attigimus ex Vegetio.

⁶ Hanc.] Scilicet phalanxem Macedonicam.

Pha- liquere, quique in ea describenda multum studii & operæ
 lanxex contriverc, ¹ ex novem armatorum millibus, alii ex viginti-
 quinq[ue] millibus, ut Syri: Persæ ex quadraginta millibus
 consta- definire. Cujus exemplo Persæ aduersus Æmylium
 bat a- Paulum ex quadraginta millibus phalangem instruxit,
 pud di- gentes. ² Alexander Romanus imperator ex triginta millibus,
 versas ³ Macedones vero ex sedecim millibus, trecentis octoginta
 Pha- ta quatuor militibus constare dixerunt, quos phalangitas
 langi- vocant: ⁴ sicut à Philippo primum, mox ab Alexandro de-
 ta. scripta fuit, qua quidem externi duces velut firmissimo ro-
 bore usi fuere: nam tanti momenti fuit, ut incredibile dictu-
 sit, quam parva manu quantas copias fuderit. Sequutis inde
 tempestatibus, Græcorum duces diversas turmas legiones-
 Saris- que descripte, inter quas Macedonum robur ⁵ Sarissophorus
 sopho- magni aestimatur, quo velut firmissimo inuimento
 rus. in posterum usi sunt. Lacedæmonii raras instruxere pha-
 Singu- lorum partiu- pha- langes, Gerinani densatis agminibus, scutis capita coniecti,
 la- obiectis parmis, phalangem ita composuerunt, ut ad ir-
 tuum partiu- ruimpendum magna momenta faceret. ⁶ Ea vero phalanx
 pha- ita descripta erat, ut in minimas partes dividi, rursus mo-
 langes nomi- mento temporis in unum colligi posset: quoque distinctior
 na. esset, singulæ ipsius partes propria sortitæ sunt nomina:
Siqui-

¹ Ex novem armatorum millibus.] O-
cto dicit Vegetius l. 2. capite item 2.

² Alexander Rom. Imperator.] Lam-
pridius in vita illius.

³ Macedones vero.] Livius 4. Dec.
lib. 7. loquens de exercitu Antiochi,
Regia, inquit, acies 10. & 6. millia pe-
ditum more Macedonum armati fuere,
qui Phalangitæ appellabantur. Et de hac
quoque Phalangitarum appellatione,
idem 5. Decad. lib. 2. & iterum 3. Nec
tamen idem semper fuit numerus Pha-
langis. Nam Polybius lib. 5. Phalanx,
ait, circiter virginique millia conti-
nebat, & alibi eod. lib. Phalanx mul-
titudo ultra viginti hominum milia con-
tinebat.

⁴ Sicut à Philippo primum.] Scilicet

Alexandri Magni patre ex Diodoro
Siculo lib. 16. c. 1.

⁵ Sarissophorus.] Id est, Sarissas de-
ferens. Vide infra cap. 22. De his au-
tem Quintus Curtius libro 4. Itaque
Alexander Aretem Ducem hastatorum,
quos Sarissophorus vocabant, aduersus
Scythas mittit. Livius 4. Decad. lib. 6.
Tunc Macedonum robur, quos Sarissopho-
rus appellabant, velut firmamentum circa
ipas munitiones, constituit. Ex quo loco
Alexander hunc locum desumpit. Sa-
rissas Macedonum describit Ålianus
de Instruendis aciebus, cap. 4.

⁶ Ea vero phalanx.] Hæc propemo-
dum sunt Ålianii de Instruendis acie-
bus, & Modesti de Vocabulis rei mili-
taris ad Tacitum Augustum.

Siquidem hæc phalanx quadruplaris, in singulas duplares ^{Quadruplariis.}
dividitur, ¹ quibus cornua nomen indidere: quarum singulæ octo millia centum nonaginta duos milites habent, ^{Du-}
decurias vero quingentas duodecim. Hanc postea dupla- ^{plaris.}
rem in duas simplares iterum partiti fuere, quarum singulas ^{Cornua.}
ex hominibus quatuor millibus octoginta sex effecerunt. ^{Sim-}
Item simplaris ista in duas rursus dividitur partes, ^{plaris.}
quibus nomen Meros, quæ hominum duorum millium quadra- ^{Meros.}
gintarium describitur, quarum quælibet ex centum virgin- ^{Cohors}
ti octo decuriis constat. Rursus Meros cohortem millia- ^{Tri-}
riam facit: ea autem est hominum mille vigintiquatuor, ^{bunus}
hoc est, centuriarum sexagintaquatuor cujus præfectus ^{Quin-}
major tribunus appellatur. ² Ista deinde millaria in duas ^{genta-}
quingentarias, quarum singulæ homines quingentos duo- ^{vix.}
decim, centurias triginta duas habent, ejusque duxtor tri- ^{Tribunus}
bunus minor: cande[m]que quingentariam in duos mani- ^{Mani-}
pulos partiti sunt. ³ Singuli vero manipuli homines reci- ^{puli.}
piunt ducentos quinquaginta sex, decurias vero sedecim, ^{Mani-}
cui duxtor manipularius præerat, quam [†] & Synagiam vo- ^{pulus.}
cant. Rursus manipulum duas centurias facere volunt, ^{† Sy-}
⁴ quarum quælibet milites centum viginti octo, hoc est, ^{nagia.}
octo decurias capit. Nam duplicata centuria manipulum ^{Cent-}
facit, ⁴ cujus præfectus centurio ordinarius vocatur. Siun- ^{turia.}
plex vero centuria duas quadruplares decurias facit, qua- ^{Cent-}
ru[m] sim- ^{plex.}

¹ Quibus cornua nomen indidere.] Terentius in Eunicho act. 4. scen. 7.
Tu Similio in sinistrum cornu, tu Syrise in dextrum.

Cæsar lib. 1. bel. Gall. Ipse à dextro cor-
nu prælium commisit & omnes ubique.

² Singuli vero manipuli.] Aliter Lilius 1. Decad. lib. 8. Servius lib. 11. in eum locum,

Tu Voluse armari Volsconum edice ma-
nipes:

Maniples, inquit, signiferis, qui secun-
dum antiquum morem in legione triginta
erant. Legio autem habebat sex cohortes,
sexaginta centurias: licet in his rebus

accessu temporis ducum varietas semper Decu-
mutaverit militie disciplinam. Vide Ve-
ria qua-
getium Rei militaris lib. 2. cap. 6. & dupla-
ris, quæ dicta sunt supra lib. 1. c. 5.

³ Quarum quælibet milites 128.] A-
liter Festus Pompejus l. 3. ubi de cen-
turia loquitur.

⁴ Cujus præfectus Centurio ordina-
rius.] Vide tamen an & qui huic præ-
erant Duplicarii dicebantur. Nam Li-
lius 1. Decad lib. 2. de Apio loquens,
Ad hoc Centuriones Duplicariosque, quæ
reliquerant ordines, virgis caesos sicuri
percussit. Vide Gode-Scalci Stewech.
commentarium in Vegetum.

rum singulæ hominum sexaginta quatuor: quæ quadruplaris in duas duplares dividitur, quarum ex trigintaduobus militibus fiunt singulæ: duplarisque decuria in simplarem, quæ ex sedecim militibus scribi dicique consuevit.¹ Hæc enim totius phalangis Macedonicæ, quam ex sedecim milibus trecentis octoginta quatuor militibus veteres effecerunt, percommoda descriptio fuit. In qua duo sunt cornua, duplaresque phalanges duæ, simplares quatuor, partes octo cohortes milliariae sedecim, quingentariæ triginta duæ, manipuli sexaginta quatuor, centuriæ centum viginti octo, decuriæ quadruplares ducentæ quinquaginta sex, duplares sexcenta duodecim, simplares mille viginti quatuor. Ex his ergo effici cogique potest, quid phalanx, quid cohors, manipulus, centuria, decuriave sit, quantumque militum in disponendis aciebus externa descriptio unaquæque capere assuevit.² Qua quidem phalange Romanos duces contra exteræ gentes aliquando usos comperimus, illamque non uno militum numero descripsisse:³ nam contra Mithridatem & Archelaum Sylla & Romani plerique duces contra exteròs phalange usi sunt.⁴ Postea vero manipulatim struere aciem cœpere, illamque in plures ordines, turmas, decurias centuriasque, atque ordines diviseré.⁵ Galli vero & Celtiberi,⁶ atque exteræ nationes pleræque, non phalangem, sed catervas habuere, hominum denuo, aliquando senum millium. Sed quod est de cohorte mil-

¹ *Hæc enim totius phalangis Macedonicae.*] Vide supra in verbo, *Macedones*. Phalangis Macedonica formam describit Appianus in libro, qui Syrius inscribitur.

² *Qua quidem phalange Romanos.*] Cæsar lib. i. bellorum Civilium, Suetonius in Nerone, c. 19. Tacitus l. 8. Herodianus l. 4. ubi de phalange Macedonica Antonini Bassiani. & in seq. Nam & Athenæus lib. 6. Diplosophistar. cap. 8. eodemque ultimo, tradit, Romanos à Tyrrenis accepisse, easque in pugnas constituere à Samnitii-

bus didicisse.

³ *Nam contra Mithridatem & Archelaum Sylla.*] Appianus in Mithridatico.

⁴ *Postea vero manipul.*] Liv. i. Dec. lib. 8. & quod antea phalanges similes Macedonicis erant hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse.

⁵ *Galli vero & Celtiberi.*] De his duobus & aliis pluribus Barbaricis nationibus Vegetius libro 2. capite item 2.

⁶ *Atque exteræ nationes.*] Ut Germani ex Corn. Tacito lib. 20.

*Deca-
ria du-
plaris.*

*Decu-
ria sim-
plaris.*

*Rom.
pha-
lanxe
usi.*

*Galli.
Celti-
beri.*

te milliaria dictum vel quingentaria, licet animadvertere, illam dissimili modo ^{Milliaria & quin-} Græcos variasse, qui pro tempore & locis & prout quisque commodum putavit, cohortes non una facie descripsere: ^{gentariae co-} siquidem Polybius ex nonaginta hominibus cohortem fecit, Callisthenes ex septingentis, Ephorus ex quingentis lectis viris, quain sacram nuncupavit. Samnites quadragenariam fecere cohortem, quæ ^{quad} Lin- teata dicta. Camertes sexcentorum hominum cohortem ^{cos.} Romanis aliquando misere ex fœdere. ⁴ Nestor vero apud Homerum, per singulas tribus cohortes dispositus, ut in conflictu præliorum alter alteri ope in ferret, & invicem se juvarent. Fuitque miræ observationis apud Græcos, ut prima cohors tanquam firmissimum robur ex quadrigenitis militibus fiat, à Romanis vero præter milliariam & quingentariam, etiam ex ducentis militibus primum Syllæ temporibus cohortem descriptam fuisse, apud multos nota memoria est.

¹ Græcos variasse.] Ut patet ex seq.

² Siquidem Po'ylius.] Lib. 12.

³ Quæ Lin:teata dicta.] Liv. 1. Dec. lib. 10. hujus nominis rationem redens, inquit, Ea legis Linteata ab integrumento concepta, quo sacra nobilitas erat, appellata est. Festus Pompejus li-

bro 10. non longe à prin. Legio Samnitum Linteata appellata est, quid Samnites jurantes singuli ad aram velis linteis circundataam, non cessuros se Romano militi jurisdictione.

⁴ Nestor vero apud Homerum.] Lib. Iliad. 1.

C A P U T X I V.

Res sacræ, religiosæ & sanctæ, quæ censerentur apud veteres, quibusque sacrum aut sanctum facere licuit.

REs ¹ sacras, religiosas & sanctas, in nullius semper bo-
nis fuisse, veteri lege servatum est: erant enim sacra divino cultui mancipata. Ait enim Trebatius, *Quicquid sive deorum ergo habetur, sacrum est, sive ædes, sive ara, vel signum, locus aut pecunia, sive quicquid alind more institutoque civi- & sacrae tatis Inst. eodem.*

T I R A Q U E L L U S.

¹ Res sacras.] Id initium est ex l. in §. nullius. Inst. eo. tit. & vide Macro- tantum. §. sacra res. ff. de rerum divis. &

biuum lib. 3. c. 3.

Consecrationis ceremonia. tatis rite diis consecratum foret. ¹ Ea vero consecratio, vel à consule aut imperatore ² accenso foculo fit, ³ cum tibicine, ⁴ verbis priscis & solennibus, ⁵ praeunte vero pontifice maximo prefante carmen, ⁶ capite velato, & concione ad-
Injus- vocata, ac jussu populi, ⁷ injussu enim populi, juxta divinas su po- traditiones, consecrari aëdem, terram, agrum, aut sanciri, puli nihil conser- nihil poterat. ⁸ Postea latum ad populum fuit, plebsque crabatur. scivit, ut in templi consecratione aræve, etiam jussus senatus, tribunorumque plebis major pars interesset: ⁹ in quod illud

¹ Ea vero consecratio.] Livius 1. Decad lib. 9. ad fin. cujus haec verba sunt, C. Flavius Cn. filius scriba, patre libertino humili fortuna natus, ceterum callidus vir & secundus, aëdem Concordiae in area Vulcani summa invidia nobilium dedicavit, coactusque consensu populi Cornelius Barbatus Pontifex Maximus verba praæire: cum more majorum negaret nisi Cos. aut Imperatorem posse templum dedicare. Sed quod dicit Consulem aut Imperatorem, adde & Prætorem, vel etiam Proprætorem ex Cornelio Tacito lib. 20. quo loco citabimus inferius.

² Accenso foco.] Cicero in Oratione pro domo sua ad Pontifices de Consecratione loquens, Atqui C. Attinius patrum memoria bona Q. Metelli, qui pro avi tui P. Scipio consecratus foculo positio in rostris, adhibitoque tibicine. Et infra; Quid ergo illa tua tum obtestatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid præsca illa verba voluerunt? Et vide infra num. 7.

³ Cum tibicine.] Cicero dictis locis.

⁴ Verbis priscis & solennibus.] Id ex Ciceroni est in ea ipsa Oratione pro domo sua ad Pontifices, Ego vero si omnia solennibus verbis veteribus & priscis institutis acta esse dicere, &c. Et paulo post, Si Tribunus plebis verbis non minus priscis & solennibus bona civis cuiuspiam consecravit, non valebit? Et vide in præced.

⁵ Praeunte vero Pontifice Maximo.] Livius ubi supra lib. 3, & Cornelius

Tacitus lib. 20. quo loco infra citabimus.

⁶ Capite velato & concione advocata.] Cicero in d. Oratione pro domo sua, Sed quid ego ceteros? Tu tu, inquam, capite velato, concione advocata, foculo posito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Persarumque douaria consecraisti.

⁷ Injussu populi.] Cicero in illa eadem Oratione, Video, inquit, esse legem veterem Tibunitiam, que veter in jussu plebis edes, terram, arcem consecrare. quam postea dicit Q. Papyrium rogasse, ob idque legem Papyriam vocatam fuisse. Idem ad Atticum epist. 2. l. 4. loquens pro domo sua, quam dedicari Clodius contendebat, Cum Pontifex, inquit, ei rei præfectus esset, neque populi jussu, neque plebiscitis id facere jussus esset, videri posse sine religione eam partem areae mibi restitui.

⁸ Postea latum ad populum fuit.] Livius 1. Decad. lib. 9. ad finem subdens ea quæ supra ex eo adduximus, Itaque, ait, ex auctoritate Senatus latum ad populum est, ne quis templum aramve in jussu Senatus, aut Tribunorum plebis patris maioris dedicaret.

⁹ In quod illud servatum est.] Valerius Maximus libro 1. cap. 1. de Cultu deorum, ubi de Marcello & templo Honoris, Cum Marcellus, inquit, quintum Corculatum gerins, templum Honori & Virtuti, Clastidio prius, deinde Syracusis potitus nuncupatis debitum votis consecrare vellit, à collegio Pontificum impe-

illud servatum est, ne una cella duobus diis dicetur.¹ De-
inum lege Papyria non modo templa & aras, sed ne priva-<sup>Papy-
ria lex.</sup>
tas quidem ædes sine iussu populi consecrare, aut sempiterna religione obligare licuit, nam quod privatus religio-
nis ergo sacravit, sacrum non esse consentiunt omnes.
Fuitque Platonis sententia, ut deorum delubra nemo pri-<sup>Plato-
vatus constituat, satis arbitratus ad immolandum publica
templa patere:² Funestamque familiam, aut hominem
funere pollutum, templum aramve dedicare, aut à lugen-<sup>Alic
obser-
vatio-
nes.</sup>
tibus sacrificari, vel aliquid consecrari, vetabatur: namque
in luctu diis supplicare, non sacrificare licebat, quum fine
gemitu aut iuorsu animi sacris interesse deceat.³ Propterea
in sacrificiis anniversariis, & ædis dedicatione, publicum
luctum minui perpetua lege cavebatur.⁴ Tum si quando
exitiali bello & terribili strage diunicatum foret, ne propter
luctus acerbitatem & intestinum urbis malum sacra Cere-
ris intermitterentur, lugendi tempus ad certam fuit diem
præ-</sup>

impeditus est, negante unam cellam duo-
bus diis recte dicari: futurum enim si quid
prodigii accidisset in ea, ne dignosceretur,
utri rem divinam fieri oportet: nec duo-
bus nisi certis diis una sacrificari soleat:
ea Pontificum admonitione effectum est,
ut Marcellus separatis ædibus, Honoris ac
Virtutis simulachra statueret: heque aut
collegio Pontificium auctoritas amplissimi
viri, aut Marcello adjectio impensæ im-
pedimento fuit, quo minus religionibus
suus tenor, suaque observatio rediret.
Livius Decad. 3. lib. 7. Marcellum aliae
atque aliæ objectæ animo religiones tene-
bant, in quibus quod, cum bello Gallico ad
Claustrium adem Honori & Virtuti vo-
gisset, dedicatio ejus à Pontificibus im-
pediebatur, quod negabant unam cellam
amplius quam uni Deo recte dedicari.
Quia si de celo tacta, aut prodigii aiquid
in ea factum esset, difficultis procuratio
foret: quod utri Deo divina res fieret,
sciri non posset. Neque enim duobus nisi
certis diis rite una hostia fieri. Ita addita
Virtutis ædes approporato opere: neque

tamen ab ipso ædes eæ dedicata sunt.
Meminit Florus in Livii Epitome li-
bro 19.

1 Demum lege Papyria.] Cicero in
oratione pro domo sua ad Pont. & vi-
de supra in verbo, In iussu populi.

2 Funestamque familiam.] Livius 3.
Decadis lib. 2. loquens de clade Can-
nensi, Tum private quoque per domos
clades vulgatae sunt: adeoque totam urbem
opprivit luctus, ut sacrum anniversarium
Cereris intermissum sit: quia nec lugen-
tibus id facere est fas, nec ulla in illa tem-
pestate matrona expers luctus fuerat. Ita-
que ne ob eandem causam alia quoque sa-
cra publica aut privata defererentur, Se-
natūs consulto diebus 30. luctus est finitus.

3 Propterea in sacrificiis.] Festus
Pompejus lib. II. Minrebatur, inquit,
populo luctus ædis dedicatione, cum &
Censoribus lustrum condebatur, cum vo-
tum publice suscepimus solvebatur.

4 Tum si quando.] Id quod diximus
ex Livio in verbo, Funestamque fami-
liam.

Cere-
monie
ta tem-
pli con-
secra-
Sabina
herba
in de-
dicatio-
nibus.
In de-
dicandā ara
vel si-
mula-
cro.
Athe-
nien-
ses.
Conse-
cratio-
nis ver-
ba arti-
culatē
expri-
menda.

præfinitum : quod etiam Græcis in usu erat , ut in annua Cereris celebritate, funestos interesse , ¹ aut vota exolvere , vetaretur . Tempi vero consecratio fiebat , ut qui templum ædemve dedicaturus erat , ² postem tenens , ³ accenso foculo , & advocate numine , cui templum ædesve sacrantur , se ex prophano usu & huinano jure , templum , cellam , mensas , arulas , quæque eo pertinent , eximere , eaque conceptis verbis ipsi numini (nominat numen) divina humanaque oīnnia consecrare dicareque affirmet , Sabina herba ad sacrum adhibita , sine qua templum ædemve , phana aut facella , minime dicari putarunt posse . ⁴ Fuitque constitutum , ut in dedicanda ara vel simulacro , postem teneri non oporteret , in æde vero necessum foret : in quo est animadversum , si parum recte tabernaculum captum esset , crimen spretæ religionis admitti . Atheniensibus vero in ara consecranda , vel statua dedicanda , mulieres in veste versiculatori ollas leguminum circumferunt , illasque gratias agentes , erectoribus dividunt . ⁵ Notatumque & illud , consecrationis verba rite concipi oportere , ne syllaba vel verbo cadant : ⁶ quare Metellum pontificem ædem dedicaturum ,

quum

1 Aut vota solvere .] Festus Pompejus loco supra citato ibi , Propterea in sacrificiis .

2 Postemtenens .] Livius I. Dec. I. 2. in dedicatione ædis Jovis in Capitolo , sic scribit , Postem jam tenenti consuli , fœdum inter precationem deum nuncium incidunt : mortuum ejus filium esse , funestaque familia dedicare eum templum non posse . Non crediderit factum , aut tantum animo roboris fuerit , nec traditur certum , nec interpretatio est facilis . Nihil aliud ad eum nuncium à proposito aversus , quam ut cadaver efferriri juberet : tenens postem , precationem peragit & dedicit templum . Valerius Maximus I. 5. cap. 10. Horatius Pulvillus cum in Capitolio Jovi Opt. Max. ædem Pontifex dederet , interque nuncupationem solennium verborum postem tenens , mortuum esse filium audisset , neque manum à poste

removit , ne tanti templi dedicationem interrumperet : neque vultum à publica religione ad privatum dolorem reflexit , ne patris magis quam Pontificis partes egisse videatur . Seneca de Consolacione ad Mariam . Ante hos Cicero in d. Oratione pro domo sua , Verbone Pontifices putatis , si is postem tenerit , & aliquid dixerit , domum uniuscuiusque consecrare posset ?

3 Accensō foculo .] Dictum est supra in verbo , Accensō foco .

4 Fuitque constitutum .] Cicero in Oratione pro domo sua ad Pontem . Postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi : & paulo post , Simulacrum autem aut aram si dedicasti , sine religione loco moveri potest .

5 Notatumque & illud .] Quod probat exemplo seq .

6 Quare Metellum .] Plinius lib. II . cap. 37 .

quum balbus esset, multum laborasse ferunt, ut verbum Opiferae, rite exprimere, & sine offensione posset: ' sicut Demosthenes linguæ impedimento offensus, adeo blasphemus erat, ut in exprimendo ḡliteram, multum laborasse dicant, ^{Demosthenes blasphemus.} pro qua λ proferebat. ² Utque in consecratione adis, si quando luctu publico populus teneretur, dimissis sagis, ^{Luctus remissus.} candidas vestes induant. ³ Cumque omnia sacra tanquam diis debita, violari nefas foret: hominem tamen sacram & Homo deo devotum morte afficere, nefas non putarunt, tanquam ^{In loco sacer.} illius anima diis devota, amplius humani commercii non ^{In loco conse-} fit. ⁴ Religiosum vero locum eum facere dicunt, qui de- ^{er. vido.} functum cadaver aut cineres in locum suum defert, quive in mortuum in prædio locove suo humo tegit: ' locus tamen ubi crematur corpus, prius quam injecta gleba sit, non ideo religiosus manet, sed prophanus. ⁵ Sed quum à prima ori- ^{Sepe- liendi locus apud prisca Romanos.} gine nos.

cap. 37. Metellum Pontificem adeo inex-
planatae fuisse lingue accepimus, ut multis
mensibus tortus credatur, dum meditatur
in dedicanda æde Opiferae dicere.

¹ Sicut Demosthenes.] Plutarchus in vita illius.

² Utque in consecratione adis.] Fe-
stus Pompejus libro II. Minuebatur
populo luctus adis dedicatione.

³ Cumque omnia sacra.] Hæc usque ad versic. Religiosum, sunt Macrobius li-
bro 3. cap. 7. Veteres nullum anima. et sa-
crum in finibus suis esse patiebantur: sed abiebant ad fines deorum, quibus sacrum
esset: animas vero sacrorum hominum,
quos Graeci ζεωρας vocant, diis debitas
existimabant. Quemadmodum igitur quod
sacrum, ad deos ipsos mitti non poterat, à
se tamen dimittere non dubitauit: sic ani-
mas, quas sacras in cœlum mitti posse ar-
bitrati sunt, viduatas corpore quam pri-
mum illo ire voluerunt. Vide Festum
Pompejum lib. 17.

⁴ Religiosum vero locum.] Martianus in l. in tantum. §. religiosum. ff. de re-
rum divis. & repetitum in §. religiosum,
eodem titul. Idque videre licet ex to-
to pene tit. ff. de religiosis & sumpti-
bus funerum.

5 Locus vero ubi crematur corpus.] Ci-
cero lib. 2. de Legibus, Pains quam in
os injecta gleba est, locus ille, ubi crema-
tum est corpus, nihil habet religionis: in-
jecta gleba, tum & ille humatus est, &
sepulchrum vocatur, ac tum denique mul-
ta religiosa jura complectitur.

6 Sed cum à prima origine.] Servius in cum locum lib. 5. Aeneid.

Præterea, si nona diem mortalibus al-
lum

Aurora extulerit.

Sciendum, inquit, quia apud majores,
ubi quis ubicunque fuisse extinctus, ad
domum suam referebatur, & illic qui e-
rant octavo die incendebant, non sepeli-
batur. Etrursus lib. 6. ubi de Miseno
summo artifice in sono tubæ loquitur,

Sedibus hunc refer ante suis & conde
sepulchro,
sic scribit, Apud Majores omnes insuis
domibus sepeliebantur: unde ortum est,
ut Lares colerentur in domibus: unde et-
iam Larvas vocamus. *

COLE R U S.

* Arnobius lib. 3. Varro similiter
hæsitans, nunc esse illos manet, & ideo
Mariam matrem cognominatam Larum:
nunc aeris rursum deos, & Heros pro-

gine intra suas quisque ædes defossa cadavera haberent,
 unde Lares in singulis ædibus colendi religio pervasit, in
 Larario, in quo præter deorum Penatium, etiam insignium
 virorum, quas venerarentur, effictas imagines habebant:
 quare Severus imperator religione tactus, Christum,
 Abraham, Orpheum & Apollonium, velut deos, intra
 ædes veneratus est: postea lege 12. tabularum, ne intra
 urbem sepelire liceret, probe cautum fuit: itaque in agris
 quisque suis sepulchra & loculos, in quibus cineres suorum
 conderent, habuere. Cineres tamen illorum qui trium-
 phassent, aut imperatorum, summorumque ducum, qui
 rem-

nunciat appellari: nunc antiquorum sententias sequens, Larvas esse dicit Lares,
 quasi quædam Genios defunctorum ani-
 mis mortuorum.

TIRIAQUELLUS.

1 Unde Lares.] Servius ubi supra. Et
 vide supra lib. 5. cap. 24.

2 In Larario, in quo, &c.] Quod
 probat ex seqq.

3 Quare Severus Imperator.] Scilicet Alexander Severus ex Lampridio, qui id de eo refert in vita ipsius: cuius hæc verba sunt, Usus vivendi eidem hic fuit: Primum, ut si facultas esset, id est, si non cum uxore cubuisset, matutinis horis in Larario suo, in quo & diuos Principes, & optimos electos & animas sanctiores, in quies & Apollonium, & quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham & Orpheum, & hujusmodi deos habebat, ac majorum effigies, rem divinam faciebat.

4 Postea lege 12. Tabularum.] Cicero lib. 2. de Legibus, ubi ejus legis verba sic scribit, Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. Quod postea Duillio Consule Senatus prohibuit, & legavit (aut ut alii legunt) cavit, ne quis in urbe sepeliretur, ut scribit Serv. in 11. I. Æneid. Virgilii, quo loco statim citabimus. Et hic omnino vide supra lib. 3. c. 2

5 Itaque in agris quisque suis.] Ut videre licet ex Cicerone in Oratione pro Sex. Roscio, Cui de tanto patrimo-

nio ne iter quidem ad sepulchrum patrum relictum est. Et Horatio Serm. lib. 1. Sat. 8. illis versibus,

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum

Hic dabat, hæc redes monumentum ne se-
 querentur.

Et Livio 1. Decad. lib. 6. Quod & apud Gracos observabatur, ut docet Æschines adversus Timachum, & Aristophanes in *cautelaçōris*, sive concionantibus. Et apud Hebreos, ut docent sacra literæ, Genesis cap. 23. Abrahamus sepelivit uxorem suam Saram in spelunca duplice, quam quadrigenitus scilicet argenti probata moneta publice emerat ab Ephrone, presentibus filiis Heth. Et ut testatur D. Joannes cap. 19. in fin. Josephus ab Arimathea, & Nicodemus, corpus Dn. nostri Jesu Christi linteis cum aromatibus obligatum, ut Judæi sepeliendi mos erat, posuerunt in monumento novo, exciso in petra, & in quo nondum quisquam positus fuerat, quod erat in horto juxta locum, ubi crucifixus fuerat.

6 Cineres tamen illorum, qui triumphassent.] Plutarchus probl. cap 79.

7 Aut Imperatorum.] Servius l. 11. Æneidos in eum locum,

— Ave! que partim

Finitimos tollunt in agros, urbique re-
 mittunt.

Et vide supra lib. 3. cap. 2. ad fin.

2 Virg.

rempub. auxissent, ¹ virginumque Vestarium, in urbem ferri, & in foro, condi licebat. ² Primumque Trajanum Augustum sepulchrum in foro meruisse accepimus, quod & posteris deinceps datum est. A qua institutione postea desitum esse crediderim: ³ namque Hadrianus, & mox Antoninus Pius Augustus, jus antiquum renovantes, ne cui intra urbem sepelire liceret, edictis decretisque sanci-
vere. ⁴ Quæ Platonis etiam institutio fuit, ut in agro infœ-
cundo & sterili sepulchra constituerentur, ne viventibus officiatur. Cuique tota familia sepulchri patris familias <sup>Sepul-
chra
fami-
liae</sup> particeps foret (quippe extra sacra & legem inferri cada-
ver non licebat) procedente mox tempore, ne in genus &
posteros sepulchra descendenterent, alia fuit lege sancitum,
donec novo postea edicto ad genus & familiam pertinue-
re. ⁵ Quæ quidem pro dignitate & opibus siebant majora,
<sup>Sepul-
chra
pro di-
gnitate
& opis
si im-
bus.</sup>

¹ Virginumque Vestarium.] Servius in eodem loco, ubi & id dicit, Ipsi quoque Vestales, vivas tamen intra urbem in campo Scelerato obrutas fuisse, quod & nos alibi diximus.

² Primumque Trajanum.] Solus omnium, auctore Eutropio lib. 8. in princ. Trajanus intra urbem sepultus est, ossa collata in urnam auream, infra quæ edificavit filii columnam sitam sunt. Sic autem scribit Sex. Aurelius Victor, Ha-
jus scilicet Trajan, ex usi corporis cines-
res relati R̄mam, humatique Trajanum fo-
ros sub ejus columna, & imago superposita,
securi triumphantēs solent, in urbem inve-
cta, Senatu præcenti & exercitu.

³ Quod & posteris deinceps datum:] Id pugnat cum eo, quod confessim se-
quitur. Nam Hadrianus nullo alio in-
termedio post ipsum Trajanum impe-
ravit.

⁴ Namque Hadrianus.] Ulpianus in l. Praetor ait. 3. §. Divus. ff de sepulchro violato. scribit, Hadrianum rescripto suo poenam statuisse quadraginta au-
reorum, & in eos qui in civitate sepe-
liunt, quam fisco inferri jussit, & in ma-
gistratus, qui hoc passi sunt, locumque
publicari jussit, & corpus transfe-
rit.

⁵ Quæ Platonis etiam institutio fuit.] In lib. 12. de Legibus: Nullum, ait, in loco secundo & agro ad culturam apto se-
pulchrum fiat. Sed is locus corpora defun-
ctorum recipiat, qui ad cetera: nullis, &
ad id tantum commodus viventes minimo-
lredit. Nec enim à vivis & à mortuis
terrae matris fecunditas impedienda est.
Nemo ergo aut vivens aut mortuus ali-
quem alimento privet.

⁶ Quæ quidem pro dignitate & opibus.] Quod & nostris legibus probatur, ut si quis. 14. §: hæc actio. illis ver-
bis, & equum autem accepitur ex dignitate
ejus qui funeratus est: ex causa, ex
tempore, ex bona fide: ut neque plus im-
putetur sumptus non paret, quam factum
est: neque tantum, quantum factum est,
si immovide factum est. Debet enim ha-
beri ratio facultatum ejus, in quem factum
est: & ipsius rei, quæ ultra modum sine
causa consumitur. Vide supra lib. 3. c. 7.
incip. Eam vero pyram. Ex legibus autem Platonis libro 12. Lex, inquit, ista
sit, ut qui maximus census est, ad funus &
sepulturam non plus quam minas quinque
impendat, qui secundi tres, tertii duas,
quarti unam: atque ita singulorum modi-
ca erit impensa.

si imperatores aut summos duces amplis honoribus functos, sepelire contingeret: minora vero, si inediocris fortunæ viros sepulchro condi curarent. In quibus literis adnotabant, quot pedes à fronte, quot in latitudinem sacer locus procederet. Sed quum profusissimæ impensa, & magnæ moles sepulchrorum quotidie fierent, sequutis inde temporibus, ne ampliori opere excitari sepulchrum quām quod quinque diebus absolveretur, ² nec majori lapide, quām qui laudes sepulti & titulos honorum acciperet, lege cautum fuit: ³ quod Græci epodium, ⁴ sive epitaphium dixerunt, id quod Plato legibus cavit, & Græci sanciverunt, ne quis majoris operæ sepulchrum excitaret, quām quod decem homines triplex perficerent: ⁵ neve Hermas in Ceramico apponere, ⁶ aut longe pētito proœmio epigramma inscribere fas foret. ⁷ Mox Demetrius rex novis sepulturis

mo-

¹ Quām quod quinque diebus.] Id Platonis est d. lib. 12. de Legibus, Agger, inquit, de sepulchris loquens, non altior sit eo cumulo, quam viri quinque diebus construere possint.

² Nec majori lapide.] Plato ibi, Lapidem, ut superstruantur non maiores, quam ut possint defuncti laudes quartor solum heroicis versibus editas comprehendere.

³ Quod Græci Epodium.] Epodium sive Epicedium, canticum quod dicuntur cadaveri nondum sepulcto: alio nomine Nenia dicitur, ex ēm super, & ab ēm canticum.

⁴ Sive Epitaphium.] Cicero lib. 5, de Legibus. D. Hieronymus D. Augustino respondens, Epitaphium afferit proprie scribi mortuorum: sicut ab ipso epitaphium Nepotiani scriptum est. Liberitem D. Hieronymi, qui de viris illustribus inscribitur, à quibusdam dicitur Epitaphium, qui titulus, ut inquit Divus Augustinus, probari posset, si eorum tantum hominum, vel vitas, vel scripta contineret, qui jam defuncti essent.*

COLE R U S.

* Hinc Epitaphista, apud Sidonium,

qui Epitaphia conscribit. T I R A Q U E L L U S.

⁵ Id quod Plato legibus.] Lib. 12. de Legib. &c vide infra in verbo. Neve Hermas in Ceramico.

⁶ Neve Hermas in Ceramico.] Cicero, libro 2. de Legib. paulo ante fin. Sad. post aliquanto, propter has amplitudines sepulchrorum, quas in Ceramico videmus, lege sancitum est, ne quis sepulchrum faceret operosis & quām quod decem homines efficerint triplex: namque id opere techorio exornari, nec Hermae hos quos vocant, licet imponi: nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis, nec ab alio, si quis publice ad eam rem constitutus esset, dicilicebat.

⁷ Aut longe pētito proximique.] Cicero d. lib. 2. de Legibus.

⁸ Mox Demetrius Rex.] Cicero d. lib. 4. de Demetrio, Sepulchris, inquit, natus, finiunt modum. Nam super terrae cumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis, ne altiore, aut mensam, aut labellum: & huic procurari certum magistratum praefecerat.

C O L E R U S.

* Et ex hoc & ex sequenti loco Ciceronis appareret, columellas statutas fuisse

modum statuit, sanxitque super defuncti cineres erigi columellam, quæ ultra cubitos tres non extaret. Quod Sylla ^{Sylla.} lege promulgata constituit, qua funebres impensæ, & ambitionisæ exequiæ, atque ad rogum munera, necnon conviviorum impendia, præscripto fine taxabantur: qui tamen in Metellæ conjugis funere legem suam transgressus, profusione maxima exequias dedit. Lycurgus vero defuncti non ^{Lycur-} tumulo ascribi vetuit, nisi illius qui fortiter pro patria ^{si.} occubuisse, & operam in bello reipubl. navasset. ¹ Solon ^{Solo-} vero pœna coercuit illos, qui sepulchra delerent, aut ^{nisi.} in gentilia alienum inferrent. ² Ægyptiis tria fuere sepulchrorum genera: unum præcipuum & maximi sumptus, <sup>Ægy-
ptiis</sup> tria quod argenti talento taxabatur: medium, minarum virginis ^{sepul-} tria: humile vero, exlevi materia minimæ impensæ. ³ Clarioriora fuere Æthiopibus: nam ditiorum monumenta ex au- ^{Æthio-} ro fiunt, tenuiorum ex argento, inopes autem conduntur ^{pes.} fictilibus. ⁴ Indi ⁵ & Germani operosa sepulchra, ut gravia ^{Indi.} defunctis, aspernati sunt, itaque humili condebantur tumulo. ⁶ Cyrus vero apud Xenophontem, non auro, nec argento condi, sed terræ corpus reddi voluit velut matii. Singulosque singulis sepulchris condi apud Romanos diu ^{Ro-} per ^{muni.}

fuisse in veterum sepulchris. De qua re vide eundem Ciceronem in Tusculan. Quæst. ubi de monumento Archimedis, Syracusis ab ipso Cicerone invento. Adde & Javolenum ff. lib. 8. tit. 4.

Herodotum lib. 3. Diodorum Siculum lib. 3. cap. 5.

⁴ Indi.] Strabo lib. 15.

⁵ Et Germani.] Cornelius Tacitus de Moribus Germanorum.

⁶ Cyrus apud Xenophontem.] Lib. 8. Pædix Cyri, cuius hæc verba sunt, τὸ δὲ μόνον σῶμα, τὸ παιδές, ὅταν τελθῶν μήτε ἐν χειροῖς θάντε, μήτε ἐν αἴρυσι, μήτε τὸν αἷλα μανθεῖ, διὰ οὐ τέλεσαι τὴν γῆν ξπόδηλον. Cicero lib. 2. de Legib. Ac mihi quidem, inquit, antiquissimum sepultura genus illud fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. Redditur enim terra corpus, & ita locatum ac si: um quisi experimento matris obducitur. Tu tamen de ipsius Cyri sepulchro vide Arrianum I. 6. gestorum Alexandri, ubi aliud voluisse videtur:

TIR AQUELLUS.

¹ Solon.] Cicero d. lib. 2. de Leg. De sepulbris autem nihil est apud Solonem amplius, quam' ne quis ea deleat, ne ve alienum inferat, pœnaque est, si quis bustum (nam id puto appellari τύμβον) aut monumentum; inquit, aut columnam violarit, de jecerit, frègerit.

² Ægyptiis.] Diodorus Siculus l. 2. cap. 5.

³ Clarioriora fuere Æthiopibus.] Vide

Megarenses. permansit, ¹ quod ab Atheniensibus usurpatum est. Megarenses contra:nam tria aut quatuor defuncta corpora singulis condebant tumulis prona: ² contra Diogenes Cynicus:nam corpus in faciem sepeliri censuit,inferiora aliquando convertenda arbitratus. In publico tamen non fuisse jus sepulturæ, ex decreto pontificum cavebatur. Sed quum vis morbi Romæ passim per ignota capita vagaretur, ³ Antoninus Philosophus Augustus, ut passim in urbe liceret humari, cavit edicto, loco non definito. ⁴ Si qui tamen tyranni male de republica meriti, suppicio affecti verant, essent,aut si qui laquo & morte inhonesta,aut malo letho occubuerint, ⁵ vel caelesti essent afflati numine, illos condi se-

¹ *Quod ab Atheniensibus.*] Plutar-chus in Solone sic scribit, *In sepeliendo Megarenses mortuos ad Orientem conver-tunt, Athenenses versus Occidentem. Instat contra Heraes Megarensis, aitque Megarenses etiam mortuorum corpora ad Occidentem habui mandare. Illud preterea maius adjungit, Atheniensium singu-lariter singula sepulchra habere, Megarenses et quatuor uno sepeliri.*

² *Contra Diogenes Cynicus.*] Laërtius in vita illius.

³ *Antoninus Philosophus.*] Lampri-dius in vita illius, Tanta, inquit, pesti-lentia fuit, ut vehiculis cadavera sint ex-portata sarracisque. Tunc autem Auto-nini leges sepeliendi sepulchrorumque ac-cerrimas sanxerunt: quandoquidem ca-verunt, ut si quis vellet, fabricaret sepul-chrum: quod hodieque servatur.

⁴ *Si qui tamentyam.*] Appianus lib. 2. bellorum Civilium, leges, in-quirit, tyrannorum corpora insepulta juberent abici.

⁵ *Vel caelesti afflati essent numine.*] Adde & sacrilegos communis Græco-rum lege insepultos abisci jussos, ex Diodoro Siculo lib. 16. cap. 6. Et eos qui sibi mortem concivissent, nisi causam justam proculissent. Unde Quintiliano, si is est, declamat. *4. hæc lex celebratur, Qui causas voluntariae mor-tis in Senatu non reddiderit, insepultus*

abisciatur. Nam ut scribit Hegesippus iib. 3. cap. 17. Deus omnipotens the-saurum nobis optimum dedit, atque inclusum in hoc vase fistili, & consignatum commisit nobis custodiendum quoad ipsi placeat reposcere. Nonne in utroque crimen est, vel rejicere de-positionum non reposcenti, qui dederit: vel reposcenti negare? Si hominis de-positionum violare poena infamia est, quanto magis violare depositum Dei? Depositum Dei anima est in hoc cor-pore, anima qua mortis istius capax non fit. Non enim ulla mortis vinculo astringitur, atque alligatur, sed videtur mortem operari, cum solvit corpo-re, atque de communio sibi contuber-nio se jungitur. Cur igitur ante repeti-tum depositum mortem interrogamus, & animam quasi inutilem à nobis remit-timus, atque è domo nostra excludi-mus, & corpus sine decore, & gratia sui in terram resolvimus? Cur excundi hinc præceptum non expectamus? Miles tesserae expectat, servus impe-rium. Si quis horum sine præcepto exierit: alter desertor, alter fugitus est. Qui hominem fugit, poena ob-noxius est, quamvis improbum fugerit dominum: nos optimum omnium fu-gientes, possumus non adstringi im-pietatis flagitio? Et non multo post sub-jungit, Hæc non solum motibus homi-num,

di sepulchro, aut humari non decebat, itaque infepulti abjiciebantur. ¹ Unius tamen Phocionis, publico judicio damnati, quum infsepultum cadaver jaceret, servilis manus sepelisse fertur. ² Si autem de cœlo sepulchrum tactum, aut fulmine ictum esset, locum à deo expeti, & propterea consecrari putarunt, ³ quod Lycurgo ⁴ & Euripidi poëtae contigisse ferunt, quorum sepulchra de cœlo tacta sunt. ⁵ Eratque Græcis legi cautum, ut qui patrimonium prodegerat, sepulchro patrio non humaretur, sed externo: ⁶ Neve quis

*Græciam
lex in
obligos.*

num, sed etiam legibus interdicta accipimus. Namque alii infsepultos projici jubent eos, qui in ferrum dejecerunt. Dignum est enim, ut qui patris imperium non expectaverunt, priventur quasi quodam matris gremio, terrena sepulchio. Alii dexteram manum absindunt defunctis, ut separetur à membris sui corporis, quod adversus corpus suum vesano militavit furore. Sed hunc exitum sacrilegi fertur, aut proditores, vel percussores parentum, qui verum patrem non agnoverunt, nec se eognoscunt. deo aut penitus sepeliri prohibentur, aut non toti sepeliuntur. Quod & à Josepho traditur Belli Judaici lib. 3. c. 14. his verbis, Denique si qui se occiderint, apud nos quidem usque ad Solis Occasum infsepultos abjici decretum est, cum etiam hostes sepelinifas esse dicamus: apud alios autem ex dextera jubentur absindendi ejusmodi mortuorum, quæ in ipsis armatae sunt: quidniā ut corpus ab anima, ita manum eſſe à corpore alienam existimarent. Quin & qui in calamitate parentes deseruerunt (teste Quintiliano declam. 6.) infsepulti abjiciuntur?

¹ Unius tamen Phocionis.] Prob. Amylius in vita illius in fin. Aliter Plutarch. in vita illius ad fin. qui Atheniensium in Phocionem mortuum crudelitatem ostendens, scribit, At ejus inimici, quorum nondum erat invicuum satis explicata crudelitas, mortui quoque corpus atrociter infestati sunt. Illud enim nullo prorsus igne succenso, nullo

funesto lumine, nulla denique non honoris modo, sed ne humanitatis quidens significatione, Atticis exportari finibus edixerunt. Diciturque ex illius familiis neminem eius corpus contingere auctum, sed Conspicuum quendam curandis funeribus quæstum facere solitum, mercede accepta, in Eleusinam deportasse cadaver, ibique igne ex agro Megarico sumpto, id concrèmisse.

² Si autem de cœlo sepulchrū tam.] Quod probat exemplis seqq.

³ Quod Lycurgo.] Plutarchus in vita illius in fin. Quamobrem, inquit, & Aristoteles ait, minoribus Lacedætonem quam par esset prole qui Lycurgum honoribus, tametsi maximis prosequantur. Nam & templum ei condidere, & singulis annis, ut deo, sacra faciebant. Dicitur autem, cum ejus reliquias domum veherentur, de cœlo tatas esse.

⁴ Et Euripidi.] Plutarchus in eodem loco, ubi dicit id eis solis illustribus viris obtigisse, his verbis, Hoc vero non facile alteri enīquam ex illustribus prius quam Euripidi accidisse, & mortuo condito in Macedonia iuxta Arctusam. Itaque argumentum ac testimonium magnum iis est, qui sunt Euripidis studiosi, illi soli post mortem contigisse, que prius dii immortalibus dilectissimo pūssimoque Lycurgo contingissent.

⁵ Eratque Græcis legi cautum.] Et id quidem de Abderitis tradit Laertius in Democrito.

⁶ Neve quis ob præditionem reus, Athenis

*prodic.
torcs.* ob prodictionem reus, Athenis tumularetur, tanquam ob crimen famosus foret. ¹ Ideo Phocionis, aliorumque qui prodictionis insimulati pœnas dederant, cadavera extra fines Atticos exegerunt. ² Cimon vero Miliciadis filius, ut pater qui obierat in carcere, humaretur, captivum se præstetit, & servituti mancipavit. ³ Apud Ægyptios si quem pravis moribus vixisse contingeret, ejectum cadaver in vastis solitudinibus exponunt. ⁴ Persæ damnatorum corpora feris & canibus objiciunt. In quo illud traditur mirum, quod cum Clearchi cadaver ob crimen insimulati canibus expositum foret, magna vis venti exoriens, illud pulvere textit, tanquam diis significantibus immitteritum pœnas dedisse. ⁵ Hostium tamen sepulchra nobis religiosa non sunt: ideo violari sine piaculo possunt, lapidesque inde sublatos in quemlibet usum convertere, non est vetitum. Atque licet Athenis magna fuerit sepulchrorum cura, non minor tamen Romanis, qui publica monumenta etiam pauperibus & servis, ubi conderentur, ædificarunt. Apud Græcos quoque detestabili crimine obnoxius erat, & capitibus pœna dignus, qui insepultum cadaver reliquisset, adeo ut equos & canes parentis affectu, ⁶ Cimonem ⁷ & Xantippum

Thucydides lib. 1. non adeo longe à fin. ubi de morte & sepultura Themistoclis loquitur. Et Xenophon lib. 1. Rerum Græcanicarum, ubi & idem de sacrificiis dicit. Ad quod & tu vide supra in verbo, Vel ex lexi afflati essent nomine.

¹ Ideo Phocionis.] Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. de Ingatis sic scribit, *Phocion his dotibus, que ad parientium honorem potentiissima iudicantur clementia & liberalitate instruētissimus, non tantum in ecclœo. Atheniensibus impositus est, sed certe post obitum nullam Attice regionis, quæcib[us] ejus in jiceretur, glibulam invenit. Fussus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat. Plutarchus loco quem citavimus supra ibi, Unius tamen Phocionis.*

² Cimon vero.] Probus Æmilius in

vita illius post prine.

³ Apud Ægyptios.] Ægyptii (auctore Diod. Siculo lib. 2. cap. 5.) judicium sententia corpus ejus, qui compobatus est male vixisse, sepulchro privant.

⁴ Persæ.] Hæc usque ad versic. Hostium tamen, sunt Plutarchi in Artaxerxe.

⁵ Hostium tamen sepulchra.] Caius in l. sepulchra 4. ff. de sepulchro violato. Sepulchra, inquit, hostium religiosa nobis non sunt: ideoque lapides inde sublatos in quemlibet usum convertere possumus: nec sepulchri violatio actio competit.

⁶ Cimonem.] Plutarchus in Carone Censorio, Equarum Cimonis sepulchra, quibus olympia tertium vicit, penes ipsius monumentum evidenter.

⁷ Et Xantippum.] Plutarchus ibi addit,

puim luxisse, & tumulo indidisse legamus.¹ Anser quoque Lacydi philosopho ita adhæsisse fertur, ut nec domi, neque foris ab eo discederet: quem elatum funere, effusis lachrymis sepelivit.² Alexander quoque Bucephalo du-
xit exequias,³ sicut Agrigentini equis sepulchra & pyrami-
des erexere.⁴ Inter quos Augustus Octavius,⁵ & postea Hadrianus Cæsar equo tumulum fecisse traduntur maximi suinptus, & carmen inscriptissimum.⁶ Commodus quoque Praesino equo mortuo sepulchrum in Vaticano fecit.⁷ Et

Romani

addit, Quid quod etiam canes familiares ac domesticos, cum alii multi, tum Xantippus ille præfatus diligentissime humanos curaverunt? Is enim canis, qui eo tempore, quo civitas urbe relata Salamina transiit, triremum secum exattingerat, in arce sepelit. Cui etiam loco Cynotaphium cognomentum est. Præterea in Themistocle hanc historiam sic scribit, Memoratur Xantippi Pericli patris canis, quod vobis dominis desiderium & solitudinem ferre non posset, in mare insulisse, natando tristem affectum in Salamine esse delatus, ibique expirans continuo interiisse: quo in loco etiam his temporibus canis tumulum vocant, ubi sepulchrus eius sive traditur. Aelianus de Varia Historia lib. 8. c. 4. scribit, Polliarenum quoque canes, & gallos, se quibus oblectatus fuisset, mortuos publice exultasse, & amicos suos ad funus advoceasse, splendideque eos sepelisse, & in illorum monumentis columnam erexisse, in eisque illorum epitaphia insculpsisse.

Anser quoque Laeydi.] Plinius lib. 10. c. 22.

Alexander quoque Bucephalo.] Pomponius Mela lib. 2. c. 47. Plinius lib. 6. c. 20. & lib. 8. c. 42. scribit, Alexander Bucephalo defuncto exequias duxisse, urbemque tumulo circumdatis nomine ejus. Solinus c. 47. aut aliorum computatione 57. Plutarchus in vita ipsius Alexandri, ubi & idem dicit de cane nomine Perita. Et vide Diodorū Siculum 17. Quintum.

Curtium lib. 5. Justinum libto 12. Gellium lib. 5. cap. 2. Arrianum l. 5. 3 Sicut Agrigentini.] Pomponius Mela ubi supra, Plinius lib. 8. cap. 42. Solinus ubi etiam nuper.

4 Inter quos Augustus Octavius.] Plinius d. lib. 8. cap. 42. Fecit, inquit, & divus Augustus eijus tumulum, in quo Germanici Cæsaris carmen est. Agrigentum complurium equorum tumuli pyramides habentur.

5 Et postea Hadrianus Cæsar.] Dionysius in vita illius, Magno, inquit, argumento etiunus studio venandi delectatum fuisse, quod Berytheni equo; quo libenter in vegetationibus utebatur, mortuo monumentum aedificavit, erexitque columnam inscripto epigrammate. Aelius etiam Spartanus in vita illius, Equos, ait, & canes sic amavit, ut eis sepulturam constitueret.

6 Commodus.] Non ille quidem filius Antonini Philosophi, nec Aelius Verus qui & Ceionius Commodus dicitur est, quem Hadrianus adoptavit: sed alius Vetus ejus filius, qui & Commodus dictus est, ex Julio Capitolino in vita illius, cujas hæc verba sunt, Nam & volviri equo Praesino aurum simulachrum fecerat, quod secum portabat. Cui quidem passas uvas & nucleos in vicem hordei in pæsepe ponebat, quem sagis suco tinctis coepit in Tiberiana ad se adduci iubebat. Cui mortuo sepulchrum in Vaticano fecit.

7 Et Romani corvo.] Plinius lib. 10. c. 43.

Egy-

Romani corvo dedere exequias, præcedente tibicine, duorum Äthiopum humeris elato : Ägyptii vero quum feles aut aliquod animal moritur, cuius superstitioni additæ sunt, sindone coniectum, & sale atque aromatibus delibutum, sepeliunt. Quare circa Myridis paludem cornicis atque ibidis sepulchra sumptuoso lapide visebantur. Tantaque apud Græcos cura sepulturæ fuit, ut deceim prætores, quod bello navalium apud Arginusas vi tempestatis acti, defunctos in acie non sepelissent, ab Atheniensibus capititis accessiti, & ultiimo supplicio affecti sint. Et Lacedæmonii dum contra Messenios ducunt, ne milites qui bello ceciderant, infepulti inanerent, tesseras in brachiis insculptis nominibus habuerent. Inolevitque mos Athenis, ut singulæ tribus singulas arcas, in quibus cadavera & dispersas reliquias illorum qui bello ceciderunt, suæ cuiusque tribis inquisita colligerent, in expeditione vehiculis ferant. Unus autem

Atheniensium tribus, de iis qui bello ceciderat.

1. Ägyptii. [Herodotus libro 2. de Ägyptiorum superstitione loquens, Quibusunque in domibus, inquit, id est felis appetit mortem, eorum domorum habitatores cuncti supercilium radunt, & paulo post, Efferventur seles mortue ad sacra tecta, ubi falsæ sepelinuntur in urbe Bubasti. Diodorus Siculus libro 2. 4. de Animalibus diis apud Ägyptios & eorum cultu & sepultura, cum aliquod eorum animalium, felis, canis, ichneumonis scilicet, moritur, sindone coniectum, cum ululatu percutientes, sale linunt, & cedrili liquore, unguentisque odoriferis, quod diutius servetur corpus unctum, in sarcis locis sepeliunt. Eusebius Præparationis Euang. lib. 2. cap. 1.

2. Quare circa Myridis paludem. [Älianuſ de Animalibus, lib. 6. cap. 7. & dictum est supra lib. 1. c. 27. De hujusmodi autem animalium sepulturis Statius Sylv. l. 2. in Epicedio Pileti his versibus,

Gemit inter bella peremptum
Partis equum, fidosque catiles flevere
Molosi,

Et volvres habuere rogum, corusque Maronis.

3. Tantaque apud Græcos. [Hæc usque ad verl. Et Lacedæmonii, sunt Valerii Maximi lib. 9. cap 8. de Temeritate, nisi quod non deceim Prætores, sed decem Imperatores dicit. Quanquam scio, & Prætoris appellationem trahi ad Imperatorem. Valerii verba hæc sunt, Atheniensium civitas ad vesaniam usque temeraria, qua dicem Imperatores esse; & quidem a pulcherrima Victoria venientes, capitali iudicio exceptos, necavit, quod militum corpora, saevitia maris interpellante, sepultura mandare non poterint. Necesse sitatem punient, cum honorare virtutem deberet.

4. Et Lacedæmonii. Sed & adde, apud Romanos magnæ laudi datum fuisse Rōmpejo, quod eorum cadava- ra, qui in Triario adversus Mithridatēm in feliciter dimicaverant, & qui inhumati adhuc fuerant, splendide ac decorè tumularit. Quodamnam Luoulus neglexisset, iure posuit materiam nactus est, ut ex Plutareis scripta est in vita Pompeji.

5. Tametsi

torus constratus inanis ducebatur, illorum qui conquisiti non apparerent: & postquam in publicis sepulchris illa condidissent, ne essent inhonorati, insigni testimonio pietatis in defunctos, solenni oratione de ipsorum laudibus, ^{Oratio} quod pro patria mortem pugnando passi fuerant, illos magnificis verbis atque honoribus extulerunt: ^{funebris.} tametsi ea procuratio funeris, inter pudendas & minime ingenuas artes haberetur. ^{Locus} ^{sulmine} ^{ictus,} ^{religiosus &} ^{sacer} ^{fit.} Si cuius tamen ossa cineresque in alienum sepulchrum deferrentur, illa eruere loci dominus, & sine pontificum decreto alio transferre non poterat. Est tamen ^{Lex de} lege cautum, ut locus fulmine ictus, illico religiosus, & in nullius bonis sit, quod eum deus consecrare videbatur: ^{non via} ^{lando} ^{alieno} ^{bust.} ^{Anti-} ^{quitas} ^{sanc-} ^{tatem} ^{auge-} ^{bat.} utque juxta sepulchrum novum, propiusve sexaginta pedes, invito domino aedes admoveare non liceat. Ideo inviolabilia habita, ^{etiam} ^{etiam} ^{etiam} nec prescribi poterant, nec usucapi, sicut nec publica. ^{Ante-} ^{Et tam Romana lege} ^{quam} Solonis, ne quis alienum bustum violaret aut dejiceret, gravissima fuit pena interdictum: quare sepulchri violati actio constituta est. Notatumque & illud, sepulchra & loca religiosa, ipsa antiquitate sanctiora fieri, ^{etiam} eoque diruto, nihil minus

¹ Tametsi ea procuratio funeris.] Cicero lib. 2. servilem Pollinctorum familiam vocat.

² Si cuius tamen ossa.] Id Ulpian. est in l. ossa. 8. in princ. ff. de relig. & sumpt. fun.

³ Utque juxta sepulchrum novum.] Hec lex teste Cicerc. lib. 2. de leg. non adeo procul à fine 12. Tabula. est. Ejus verba sunt hæc, *Duae sunt præterea leges de Sepulchris: quarum altera privatorum adificiis, altera ijsis sepulchris caret. Nam quod regum bustumve novum vetat propius sexaginta pedes adjici aedes alienas in situ domino, incendium vorretur acerbum. Quamobrem autem lex adjicat Novum, intelliges ex verbis Pomponii in l. 3. ff. de Mortuo inferendo & sepulchro adificando, cum ita loquitur, Si propius aedes tuas quis adificet sepulchrum, opus novum in*

nuntiare poteris: sed facto opere nullum habebis actionem, nisi quod vi aut clama: Si propius adificium alienum intra legitimum modum mortuus illatus sit: postea cum prohibere non poterit adificii dominus quo minus alium mortuum eo inserat, vel monumentum adificet: si ab initio domino sciente hoc ficerit, ex quibus verbis datur intelligi, quare lex addiderit Novum: quasi videlicet, ubi quis semel id passus sit, tacite suo juri renunciasse videretur.

⁴ Quia nec prescribi poterat nec usucapi.] Non enim ea alienari possunt. §. sacr.e res. Insit. de rerum divisione. Ideo nec usucapi. l. alienationis. 28. ff. de verb. signif.

⁵ Et tam Romana lege.] ff. & C. de sepulchro violato, per totum.

⁶ Quam Solonis.] Cicero d. lib. 2. ⁷ Eoque diruto.] Justinianus in §. sacræ

minus religiosum locum esse, quippe sepulchrorum sanctitas in ipso solo manet. Sancta vero dicuntur loca, quæ sacrata legibus plebiscitivæ sancta, poenis adjectis, inviolata manent: siquidem sanctiones aut obtestatione aut consecratione, vel poenis consecrantur.¹ Itaque muri & moenia civitatum, quod illa transgredi non licet,² & tam intra quam extra pomerium oinnes ab his arcentur,³ nec cuiquam ædificia illis admovere fas est, augusta & sancta dicta sunt: ideo illibata juris sanctione defenduntur. Capitale enim fuit, & severiori poena coercitum,⁴ etiam lege Romuli,

Pomœ-
rium
san-
ctum.

§. sacrae. versi. locus. Instit. de rerum divisi. Locus autem, inquit, in quo ædes sacrae sunt ædificatae, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet.

¹ Itaque muri & moenia civitatum.] Cicero libro 2. de Natura deorum, Plutarchus in Romulo, & nostra leges, in l. sanctum est. 8. §. in municipiis quoque, muros esse sanctos, Sabinum recte respondisse, Cassius refert: prohiberique oportere, ne quid in his immittretur. Et Ulpianus in l. sacra loca. 9. §. muros. ff. de rerum divisione, cum ait, Muros municipales nec reficere licet sine principiis, vel præsidis auctoritate, nec aiquid eis conjungere, vel supponere. Res sacra non recipit estimationem. Et Justinianus in §. sancte. Instit. eod. tit. Sancte quoque res, inquit, veluti muri & portæ civitatis, quodammodo divini juris sunt, & ideo nullis in bonis sunt. Ideo autem muros sanctos dicimus: quia pena capitatis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Et hoc fere respicit Homerus dum Thebana moenia ἐξ vocat, lib. 4. Iliados,

Oἱ πε τὸν ἐσπαλῶντος οὐχὶ τοῖς
τείχεις Θήβαις.

Quanquam & alio referri potest.

² Et tam intra quam extra pomerium.] Livius 1. Decad. lib. 1. Pomerium est circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam, Hetruscis, qua murum duxerant, certis circa

terminis inaugurato consecrabant, ut neque interior parte ædificia mœnibus continuarentur, que nunc vulgo etiam conjugunt, & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatiū, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, Pomerium Romani appellarunt: & in urbis incrementum semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati preferebantur.*

COLERUS.

* Vide Festum. Prosimurium esse, ait Antistius in commentario Juris Pontificalis. Pomerium, id est, post murum, ut air Cato. Olim quidem omne post murum intimum, nunc etiam intra ædificia pomerium quasi promerium, solet dici. Glossa. Pomerium ὡς τὸ τείχος τοῦ φρουροῦ.

TIRACQUELLUS.

³ Nec cuquam ædificia.] In d. §. muros.

⁴ Etiam lege Romuli.] Ex hocque Remum ipsius Romuli fratrem ideo interemptum ferunt, quod mœnia Romæ transiliisset, pronunciasseque Romulum sic deinde, Quicunque alius transiliat mœnia mea interficiat. Et hæc vulgatio fama fuit, ut scribit Livius 1. Decad. lib. 1. Quamvis, ut Idem dicit, alii alter Remum interfectum tradant. Et priorem sententiam sequutus est Propertius lib. 3. eleg. 7. ad Me-

muli, illi qui incenia transgressus attigisset. ¹ Neque mœnia solum, sed ipsum pomerium, quantumque circa mœnia loci est, quod nec colo, neque arari fas erat, sanctum esse liquet. Tametsi sacra & religiosa, quandoque sancta dicta sunt. ² Leges quoque quarum iusta poenis & suppliciis ac religionibus in æternum cohercentur, eo quia non debent poenæ sanctione corrupti, sanctæ dicuntur: quas breves esse convenient, velut monita oraculorum divinitus missa, ut paucis jubcant, non pluribus disputatione, suadeantque magis quam commimentur: ³ quas quidem Plato jussit esse quam paucissimas: nam si suo iure funguntur magistratus, nihil opus esse multiplici legi putavit: ubi vero horum improbitate alio detorquentur, ex legum multitudine perniciem asserri dicebat. ⁴ Fuitque opinio Cleonis apud Thucydidem, satius esse malis legibus assuetam civitatem non facile mutari, quam bonis inconstanter uti. ⁵ Sed tamen leges à populo latæ, aliter ratæ non habentur, quam si patres Romani.

ad Mœcenatem,

Celsaque Romanis decerpta palatia tauris

Ordinar, & cæso mœnia firma Remo.

Et Lucanus lib. I.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Plutarchus in Romulo, & problem. cap. 26. Pomponius in l. ultim. ff. de rerum divisi. sic scribit, Si quis violaverit muros, capite punietur: sicut si quis transcendat scalis adnotis, vel alia qualibet ratione. Nam cives Romanos alia, quam per portas, egredi non licet: cum id hostile & abominandum sit. Nam Romuli frater Remus occisus traditur, ob id quod murum transcendere voluerit. Et Justinianus in d. §. sancte, Instit. eodem tit. Alteram autem sequutus est Servius, fabulosam illam priorem existimans, in lib. 6. Aeneidos,

— Vides ut gemina stent vertice ciesta.

¹ Neque mœnia solum, sed ipsum pomerium.] Livius I. Dec. lib. I. in regno Servii Tullii, ubi declarat quid sit pomerium. Textum citavimus supra in verbo, *Etiā lege Romuli.*

² Leges quoque.] Ulpianus in l. sacra. q. §. proprie dicimus, ff. de rerum divisi.

³ Quas quidem Plato jussit esse quam brevissimas.] Lib. de Legibus 12. & ex eo Strabo lib. 6. sic scribit. Hoc & à Platone dictum est, quibus leges ad sunt plurimæ, ac pœnæ plurimæ, iis & vivendi ritus depravatos esse. Sicut quibus plures ad sunt medici, iis & egritudines per multas adesse, probabile est. Quod postremum de medicis repetit ipse Plato de Repub. lib. 3.

⁴ Fuitque opinio Cleonis apud Thucydid.] Lib. I. belli Peloponnesiaci.

⁵ Sed tamen leges à populo latæ.] Legum ferendarum morem scribit Franciscus Maturatius in Comment. in Philip. I. Ciceronis. Vide Macrob. Satur. lib. 3. c. 17.

*Sacro-
san-
ctum.* tres au^ttores fiant, ¹ postquam fuit de cœlo servatum, nisi que ad populum prius latæ scriba suggestente, consensu populi, ² non per vim, jussuque senatus ³ trimundino promulgatae, & per præconem prolatæ, juratæ ⁴ & receptæ, in ⁵ foro propositæ, ac in ærarium conditæ fuissent. ⁶ Nam sacrosanctum quid fieri minime poterat, nisi per populum ple-

¹ Postquam fuit de cœlo servatum.] Cicero Philip. 5. Quam legem igitur se Augur dicit tulisse, non modo tonante Jove, sed prope cœlesti clamore prohibente, hanc dubitabit contra auspicia latam esse, augures tantæ auctoritatis fuerunt, ut nihil neque domi, neque foris, nisi auspicato gereretur: quod Valerius docet lib. 2. cap. 1. de Institutis antiquis. Et Cicero in Oratione in L. Pisonem queritur, Obnunciationem, qua perniciosis legibus resistebatur, Fufia & Helia legibus (quas propugnacula murosque tranquillitas atque ocii vocat) eversam esse.

² Non per vim.] Idem Cicero d. Phil. 5. Quibus de causis, inquit, eas leges, quas M. Antonius tulisse dicitur, omnes censeo per vim & contra auspicia latas, hisque legibus populum non teneri. Idem Philip. 15. Acta Antonii, inquir, recidivis, leges refixisti: per vim & contra auspicia latas decrevisti.

³ Trimundino promulgata.] Cicero in Oratione ad Pontifices pro domo sua, Si quod in ceteris legibus trimundinum esse oportet, in adoptione satis est trium esse horarum, nil si reprehendo. Et Philip. 5. Quid est promulgata fuit? quid est nonne ante lata, quam scripta? nonne ante factam vidiimus, quam futuram quisquam est suspicatus? Ubi lex Cecilia & Didia est ubi promulgatio? trimundinum est ubi pœna recenti lege Junia & Licinia est Quintilianus lib. 2. cap. 4. de legibus loquens, Sive non erit forte nundino promulgata, sive non idoneo die fuit, sive contra intercessiones, vel auspicia, aliudve quid, quod legitime obstat, dicitur lata esse. Suetonius in

Augusto. cap. 67. Gellius lib. 4. cap. 9. Macrobius lib. 1. Satur. c. 16.

⁴ Et receptæ.] Ubileges in Senatu approbatæ erant, & S. C. factum erant, scribebatur, & plures auctoritate suam adscribabant: cuius rei exemplum extat in epistol. Celii 7. lib. 8. omnium autem 142. apud Ciceronem in Epistolis Familiaribus Dion. Halicarn. lib. 11. ubi de Curia & Centuriatis concionibus.

⁵ In foro propositæ.] Servius in 1.6. Æneid. in eum locum,

— Fixit leges precio atque refixit. Possimus, inquit, Antonium secundum Ciceronem in Philippicis accipere. Fixit autem ideo, quia incisa in area tabulis leges affigebantur parietibus. Locus autem Ciceronis est Philip. 1. ut opinor, ubi ita scribit, Quæ ita conservanda concordia causa arbitratu sum, ut non modo quas virus Cæsar leges tulisset, infirmandas hoc tempore non putarem: sed ne illas quidem, quas post mortem Cæsaris prolatas esse & fixas videtis.

⁶ Nam sacrosanctam.] Cicero in Oratione pro L. Cornelio Balbo, Sacrosanctum, inquit, esse nihil pteſt, nisi quid per populum plebemve sanctum videretur. *

COLE R U S.

* Festus: *Sacrosanctum* dicitur, quod iure: *jurando* interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte punias penderet: cuius generis sunt Trib. Plebis, *Ædiles*que ejusdem ordinis, quod affirmat M. Cato in ea quam scriptit, *Ædiles plebis* *sacrosanctos* esse.

plebemque sacratum esset.¹ Ideo consulibus legem Curiam ferentibus, quia à populo non recepta, sed à tribuno plebis sæpe intercessum fuerat, pro lege habita non est.² Proditumque in memorie fuit, malos mores optimis ferendis legibus sæpe causam dedisse: quia ubi perperam vivitur, multiplicibus edendis legibus magna datur occasio.³ Inde apud Æginetas cautum est, ut qui novæ condendæ legis ^{Novæ} causam daret, invisus omnibus & execrabilis fieret. Sic ^{legis} ^{auctor} apud Indos, si quis aliquid perniciosi invenisset, nisi protinus remedio succuteret, morte plectebatur.⁴ Quæ quidem leges, licet in æternum editæ, quum aut usus coarguit, aut rerum status facit inutiles, pro tempore mutari & induci, ac facile abrogari possunt.⁵ Portæ vero civitatis non ut incenia, sanctæ sunt: quia quum per illas defuncta ferantur corpora, sacrosanctas minime putarunt: quod enim funestum est, id sacrum aut sanctum fieri minime potest, tametsi alia feratur causa.⁶ Cum enim urbium conditores mœnia signarent, incincti ritu Gabino, id est, toga reiecta circa humeros, taurum ad dextram, interius vaccam æneo aratro jungabant, stivamque tenentes incurvam, ita ut omnes glebae in interiorum ruerent partem, perfecto sacrificio

mœ-

TIRACQUELLUS.

¹ Ideo Consulibus legem Curiatam ferentibus.] Dionys. Halicar. d. l. 7.9. & 11. Vide Gellium lib. 15. cap. 27. & Sueton. in Augusto, cap. 65. & Berroald. ibi.

² Proditumque memorie fuit.] Salvius in Catilinam.

³ Inde apud Æginetas.] Diodorus Siculus libro 12. scribit, Charondam sanguis, si quem eujuspiam legis abrogandæ libido seu necessitas adduxisset, ei collum laqueo inductum primum circumdare: tum sic ornatum in concionem ad postulandam à populo legis emendationem prodire oportere: quam si non obtinuisset, laqueo, quo vincetus accesserat, strangulabatur.

⁴ Quæ quidem leges.] Livius 4. Dec. Tom. II.

libro 4. in Oratione Valerii Tribuni plebis, quam habuit pro Oppia lege abroganda.

⁵ Portæ vero civitatis.] Plutarchus in Romulo, & probl. c. 26. & alibi diximus.

⁶ Cum enim urbium conditor.] Virgilius lib. 5. Aeneid.

Interea Æneas urbem designat aratro. Ubi Servius eadem, quæ Alexander hic scriptis, posuit, & nonnihil Plutarchus in locis nuperissime citatis, & vide infra ibi, Quod quidem aratum.*

COLERUS.

* Vide Isidotum, & Horat. alludit:

— in primis et que muris
Hostile atrium.

Qq

1 Quod

mœnia signabant: ubi vero portæ futuræ erant, id loci minime fulcabant, sed aratrum suspendentes, portaruim spatiæ reliquæ intacta. Ideo quin mœnia signata solenni sacrificio, sanctæ sint: portæ, quia signari illas vel fulcari minime decebat, sanctæ minime fuere. In quo id servatum meminimus, ut fruges in subiectam foveam demittant, & ex vicina terra exaggerent, bovesque fulcatis mœnibus immolent. Macedones vero ubi primum urbis mœnia futura erant, polentam inter solennia adhibuere.¹ Quod quidem aratrum non ædificandis modo urbibus, sed illis funditus evertendis inducebat, quasi segetes ibi mox futuras denotarent.² Fuitque constitutum, ut nemo Cæsarum, nisi qui imperii fines propagasset, non provinciali, sed Italico agro quæsito, nationesque signis collatis & justo prælio perdomuisse, jus proferendi pomœrii haberet.³ In qua re est animadversum, Syllam ultimum Romanorum, pomœrium protulisse: & post Syllam, Claudio Cæsarem terminos urbis propagasse.⁴ Si vero non pomœrium, sed tem-

TIR AQUELLUS.

¹ Quid quidem aratrum.] Horatius lib. i. Carm. Ode 16.

Ira Thyesten exitio gravi

Strazere: & altis urbibus ultimæ
Stetere causæ, cur perirent
Funditus, imprimæ: et que muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Ubi Acron interpres, Hæc, inquit,
consuetudo fuit condendis atque evertendis
civitatibus, ut aratros fierent: ut de
condenda urbe illud Virgilii, quod nos
supra citavimus in verbo, Cum enim ur
bium conditor, & de evertenda Cicero,
Philipp. 2. Ut vexillum tolleret & aratrum
circunduerit. Et hoc spectat illud
Modestini in l. si ususfructus. 21.
ff. quibus modis ususfructus amittatur.
Si ususfructus civitati legetur, & aratrum
in ea dycatur, ut passa est Carthago,
civitas esse definit: ideoque quasi
morte definit habere usumfructum. Illud
quoque Lucani lib. 7. Sarmaticumque
premat succinctus Consul aratrum.

² Fuitque constitutum, ut nemo Cæsarum.] Seneca in libro de Brevitate vitæ, & Cornelius Tacitus lib. 12. Et vide Gellium lib. 13. c. 14.

³ In qua re animadversum est, Syllam.] Hæc sunt Gellii ubi nuper citavimus: ubi Syllam & Claudiū, quos & ipse memorat, tradit Divum quoque Julium post Syllam pomœrium protulisse.

⁴ Si vero non pomœrium, sed templi ambitus.] Hæc usque ad versic. Notatumque fuit, sunt Cornelii Taciti l. 20. cuius hæc verba sunt, Undecimo Calendas Junias, serenaluce spaciū omne, quod templo dicabatur, eviāclum vitris coronisque, ingressi milites, quibus sancta omnia, felicibus ramis: deinde virgines. Vestales cum pueris puellisque patrimis matrimisque, aqua, rivi, & fontibus, annibusque hansta, perlucere. Tum Helvidius Priscus, Praetor, preente Plauto Heliano Pontifice, iuxtrata borse taurisque area, & super cestitem redditis

templi ambitus & area consecranda forent, eam consecrationem fieri accepiimus, ut serena luce omnem aream & spatium vittis coronisque evincirent. Mox milites & Vestaes virgines cuin pueris puellisque patrimis & matrimis, ex quatuor fontibus aquam spargerent, boveque & tauro aream iustrarent. Prætorque præsides deos precatus, & magistratus una sacerdotesque & senatus, cum equitibus & populo, saxum ingens fundamentis injicerent, passimque aurii & argenti stipes, & metallorum primitias nullis fornacibus evictas aggerarent. In quo præcipue cavendum, ne saxum aurumve, in aliud opus destinatum, apponant.
¹ Notatumque & illud, ut non solum funesti à consecratione & sacris arceantur, sed manci, qui que insignes debilitate corporis, aut membro non satis utiles sunt, velut indigni qui sacra tractarent. Propterē M. Sergius ob parvitatem immitionemque corporis à sacris ut mancus amotus fuit, quod sacra tractare nequisset. Quod Persis quoque in usu fuisse traditum est, quibus morbo affectum, oculo aut membro deficientem, dominari, vel sacris præesse inhibetur. Quodque res & loca deorum immortalium divino cultui mancipata, iussu populi per pontifices mutari & transferri, ac prophana fieri posse, verbis conceptis, amota religione, s̄p̄e compertum est.

redditis extis, Jovem, Junonem, Minervam, præsidesque imperii deos precatus uti cæpta prosperarent, sedesque suas pietate hominum inchoatas, divina ope attollerent, vittas, quibus ligatus lapis, innexique funes erant, contigit. Simul ceteri magistratus & sacerdotes, & Senatus, & eques, & magna pars populi studio letitiaque comixi, saxum ingens traxere: passimque injicte sunt fundamentis argentei aurique stipes, & metallorum primitiae, nullis fornacibus violæ, sed ut gignuntur. Prædixere Aruspices

ne temeraretur opus saxo aureo in aliud destinato.

¹ Notatumque & illud.] De funestis est Servius in lib. II. Aeneidos in princ. ibi,

— Quanquam & sociis dare tempus
humanis
Præcipiant curse, turbataque funere
mons est.

Et alibi diximus. De Mancis Plinius lib. 7. cap. 28. ubi & id de M. Sergio dicit. Et vide nostras leges Connubiales l. 2. n. 59.

C A P U T XV.

*Locus Ciceronis ex Catone Majore de lege Voconia quæ esset,
& quæ Furia, & Falcidia, explanatur.*

CUM Palatini fori judicia opperiremur, & tædio in-
terdum ac mora offendere mus, in Bibliothecam
pontificum, quæ ibi fuit proxima, sæpe divertebamus:
ibique, in quo scunque incideramus libellos, varia lectio-
cice-
ronis
locus in
Cato-
ne.
ne cum amicis conterebamus. Cumque Ciceronis Catonem Majorem inibi forte nocti essemus, hæc verba, quæ ex persona Catonis Cicero memorat, in eo tunc pensitabamus: Cum ego quinque & sexaginta annos natus, legem Voconiam magna voce & bonis lateribus suasissimam. Quid Voconia lege, quam tunc Cato suasit, cautum fuisse, apud nonnullos qui aderant, quærebatur. Et quuin ex nostratis homino quispiam, fori & judiciorum non ignarus, idem quod Furia & Falcidia, Voconia lege ca-
veri
respondisset, ne scilicet testatori ex bonis suis ultra dodrantem legare liceret: utque quarta hereditatis pars scripto heredi saltem maneret in columnis: sæpiusque hanc legem abrogatam nova constitutione excitatam esse, & pleraque induceret: dixi ego, indubio errore labi illos, qui idem Voconia, quod Furia aut Falcidia, statutum fuisse contenderent: quippe Furia & Falcidia, contra le-
gis xii. tabularum antiquissima decreta, à principio latæ fuere. Quum enim duodecim tabulis quomodo volet, &
quod
Furia
& Fal-
cidia
statui. cui quantumque volet, de bonis disponendi, illaque, sive institutionis, sive legati jure relinquendi, data facultas foret: postea lege Falcidia & Furia, ut nisi ad dodrantem legare liceret, statutum fuit. Interjectis inde temporibus, Q. Volumnius Saxa Trib. pl. tulit ad populum, ne quis heredem mulierem faceret, coercitæque eo plebiscito mulie-

T I R A Q U E L L U S.

¹ *Volumnius Saxa.*] Ludovicus Vi- | bro 3. cap. 21. pro *Volumnio reponit*
ves in Augustin. de Civitate Dei, li- | *Voconium.*

mulierum hereditates sunt. Mox lege Voconia, quam *lex* C. Voconius Aricinus Trib. pl. tulit, sancitum fuit, ut *Voco-*
nid. non fœminas modo, sed ne quis census heredem etiam unicam relinquere filiam, quam legem Cato persuasit: quo quidem plebiscito, ne liceret legare mulieribus ultra quadrantem, sub gravi documento vetabatur: nam quum solidæ hereditates, & magna patrimonia mulieribus assidue legarentur, prorsus ut admirabile videatur, quantum mulierum opes hereditatibus accrevissent: quum obviam eundum putarent, ne tam immodicæ largitiones mulieribus fierent, quibus temere abutebantur, cautum fuit lege Voconia, ut non ultra quadrantem, hoc est, quartam hereditatis partem, mulieribus ex quovis peculio obvenire posset. Lege autem Falcidia non quadrantem, sicut in *Falcidi-* Voconia, sed ne ultra dodrantem in legatis cuivis absu-*lex.* mere potestas foret, cavebatur, ut saltem quarta pars hereditatis & bonorum, heredi scripto, qui in bona & no-men adscitus erat, maneret in columnis. Quod enim Voconia lex mulieribus tantum interdixit, ne ultra quadrantem legaretur, lex Falcidia ad omnium hereditatem extendit, cavens ne ultra dodrantem, hoc est novem uncias testatori in legatis absumere facultas foret. Post aliquot vero ætates, quum multi adulteri præteritis liberis integrum assem inœchis testamento relinquenter, Domitia-nus Cæsar salubri constitutione, probrosis fœminis quæ inœcharentur, jus capiendi hereditates legataque ad-*Domini-*mit, neve lecticis vectarentur, inhibuit. Quod autem *tiani* *fl. stu-* verbis legis cavebatur, ne quis census heredem etiam unicam relinquere filiam, census is dicebatur, qui mul-tam pecuniam & ultra centum millia nummūm in posses-sione haberet: nam cui multæ essent pecuniae, multi cen-sus *in mœ-* census. sus æstimabatur. Verba vero legis duodecim tabularum, quibus libera facultas disponendi testatori datur, hæc fue-re: Uti legassit suæ rei quisque, ita jus esto.

C A P U T X V I .

Quid responderim Hieronymo Massaino, cur in eodem so-
rem statu semper, quum ad honores ad-
mitterentur alii.

Hiero-
nymus
Maf-
sainus. **D**Emirabatur aliquando Hieronymus Massainus vir multæ eruditionis, & in studiis bonarum artium non minus atque in rerum actionibus versatus abunde, cur, quum plurimos fuitiles & ignavos ad honores & sacerdotia promotos, magnosque & opulentos quotidie videat, me tamen ipse in eadem fortuna eodemque semper tenore aspiceret, cui mercedem laborum studiorumque deberi putaret. Quotiesque in eos sermones venit, objurgabundus & commodo similis meam segnitiem accusabat, increpitaque ignavia, Tantis tu (inquit) laboribus tam diu nihil sapere didicisti? Cuinque me non nimis laborare, & mea forte & parabili fortuna contentum respondisse, is ut me erigeret, languentemque speim excitaret, consilium dedit ut facerem, quod quempiam hominem astu & insigni arte longe clarissimum fecisse comperit, qui quum nullis bonis artibus ad pontificatum obrepere posset, dolia vini præcipui pleraque mercatus, ea pontifici dono dedit, suspicatus fore id quod evenit: quo maxime munere effecit, ut proximo senatu multo ampliora tulerit: namque & honoribus & pontificio donatus postea fuit. Aliosque referebat homines despectissimos turpisque, qui prædæ & rapinis assueti, pecunias sive jure, sive injuria calamitosis erogatas, aut vi extortas, ad fiscum conferebant: quibus artibus effecere, ut clari præpotentesque evaderent. Aliosque ignobiles & obscuros fortis infimæ, atque è cœno emersos, ut ajunt, qui quum permodica re familiari essent, & gratia pollerent, tantum valuisse, ut ad sacerdotia & pontificatus, quum multi clari & diserti viri concurrerent, omnium suffragatione cæteris prælati sint. Innumerosque referebat alios moribus perditif-

ditissimis, qui sceleris magnitudine ex infima fortuna ad honores obrepserat. Memoria teneo, quum pueris nobis quidam magna doctrina, & in primis honestus vir, non minus græce quam latine doctus, nihil præsidii, nihil sibi opis ad degendam vitam parare potuisset, vitamque admodum tenuem & anxiam duceret, cum invidos mores cerneret, ac probitati præclusam viam, & quid ubi faciendum esset, animo volveret, ut aliquod in posterum vitæ subsidium parare posset, eo vesaniæ processit, ut coactus inopia, obscœnis & libero homine indignis artibus vacaret (quibus vero artibus, non libet dicere: ita fœdæ & pudendæ sunt) confectaque fuit sibi res ex sententia: namque haud multo post & sacerdotio & opibus auctus, affluens & beatus tranquillissime vitam egit. Ad eō despœcta fortunā, ubi nullus honos virtuti est, extrema experiri aliquando cogit. Quibus ego exemplis admonitus, vehementer animo consternatus sum, ne quando, ut ejusmodi honores appeterem, subirem scelesti consilii & conscientiæ notam. Longe igitur multumque præstat, satiusque fuit, ut in ingenio meo, vacuumque his molestiis, modico civilique cultu contentum esse, neq[ue] in ambitionem non necessariam incurre, quam bona animi, si qua sibi homo studio & labore paravit, ea turpi quæstu pessimo exemplo fœdere.

TIR AQUELLUS.

Hoc caput nullis indiget scholiis.

C A P U T X V I I .

* *Quibus ex causis ovare ducibus licebat, & in quibus ovatio differt à triumpho.*

Romanus duces, qui in hostes victoria tulere arma, si *ovationis* minus ea, quæ gesserant, triumpho digna forent, ut *duces* di causae tantum.

COLERUS.

* *Quid, quibus ex causis triumphare licuit? vide lib. i. cap. 22.*

TIR AQUELLUS.

I. Romani Duces. J Super hoc capite, vide, Dionysium Halicarnassum l. i.

tantum ferrent honoris, persæpe quum domum revertissent, minoribus triumphis & ovatione honestati sunt, quam Græci eu^{ly} nuncupant. Causæ vero ovandi, nec triumphandi, hæ ferme traduntur: ² Si non debellati hostes penitus, sed solum pericula depulsa sunt, fusi & fugati, perculti & consternati, aut à populationibus coerciti, non autem multis & magnis cladibus affecti forent. ³ Si signominia tantum acceptæ clavis elevata, ⁴ vel paululum laboris admissum, ⁵ aut non in sua & sibi constituta, sed in aliena provincia res gessissent. Qui enim alieno auspicio res gesserunt, de provincia triumphos agere non poterant. ⁶ Si nondum pacata provincia, reliquæ bellorum superessent, ⁷ Sibella non rite indicta, ⁸ vel cum hoste non legitimo, sed populo Romano indigno, ⁹ ut cum servis, piratis, ¹⁰ & fugitivis bellum fuisset. ¹¹ Vel si deditio[n]e facta, inediocri certamine, & incruento prælio pugnatum esset... ¹² Aut si ex provincia exercitus non deportatus: nec successori tra-

Plutarchum in vita Marcelli, & Gellium lib. 5. cap. 6.

¹ Quam Græci eu^{ly}.] Plutarchus ubi supra. Et diastlu, ut scribit Dionys. Halicarnassensis libro 5. Posthumum, inquit, minorē pompa & hu[m]iliore, quam depravato vocabulo nati-vant Ovationem quasi diastlu.*

COLÉRUS.
* Plutarchus in Marcello, ab ove-dicit nomen.

TIRAQUELLUS.

² Si non debellati hostes.] Diobysius lib. 8. ubi de ovatione C. Aquillii de Hernicis.

³ Si signominia tantum acceptæ clavis elevata.] Vide infra in verbō, Primus enim Posthumus Tubertus.

⁴ Vel paululum laboris.] Plinius lib. 15. cap. 29. Gellius lib. 5. cap. 6. Festus Poynpejus lib. 13. ubi de ovali corona.

⁵ Aut non in sua.] Titus Livius 4. Decad. lib. 4. in ovatione M. Helvii, cuius, inquit, triumphi negandi

Senatus fuit, quod alieno auspicio, & in aliena provincia pugnasset. Vide supra lib. 1. c. 22.

⁶ Si nondum pacata provincia.] Livius 4. Decad. libro 9. ubi de Manlio Proconsule; dictum supra lib. 1. c. 22.

⁷ Si bella non rite indicta.] Sunt verba in eam rem Gellii d. lib. 5. c. 6.

⁸ Vel cum hoste non legitimo.] Cum justo hoste dicit Gellius ibi.

⁹ Ut cum servis & piratis.] De his utrisque Gellius in eodem loco.

¹⁰ Et fugitivis.] Plinius libro 16. cap. 39. in fin. Scribit autem Gellius d. lib. c. 5. Crastum, cum bello fugitivorum consecro ovans redit, coronam myrteam, qua ovantes corona-bantur, insolenter aspernatum esse, & lauro, qua triumplaquebus dicitur est, voluisse coronari. Vide infra.

¹¹ Vel si deditio[n]e facta.] Plinius & Gellius in dictis locis.

¹² Aut si ex provincia exercitus non deportatus.] Livius 4. Decad. libro 9. ubi etiam de Manlio Proconsule lo-quitur.

ditus foret. His omnibus ovare, nec triumphare legitimo triumpho, permisum est.¹ Primus enim Posthumius Tubertus traditur, qui bello Sabino victor, quod haud multo negotio hostem fuderat, urbem ovans iniit: inde institutum, ut ob præmissas causas ovatio detur, non triumphus.² Pompa vero & apparatus idem vère ovantis, qui & triumphantis, sed tamen minor perhibetur: ³ nam & unius verso senatu, & omnibus ordinibus obviam effusis, paratus magno urbem inibat. ⁴ Et oppida bello capta, signaque militaria, spoliaque & captiva arma, muneraque quibus, donatus fuerat, præ se gerebat. Tum duces bello capti, & obsides dati, bellorum machinæ, & currus,⁶ vaseque aurea

& ar-

¹ Primus enim Posthumius Tubertus.] Plinius libro 15. cap. 29. in fin. cuius
hac verba sunt, *Bellis quoque se rebus
inseruit, triumphansque de Sabinis Po-
sthumius Tubertus in Consulatu (qui pri-
mus omnium ovans ingressus urbem est:
quoniam rem leviter sine cruento gesserat)*
*myrto Teneris coronatus incessit, optabi-
lemque arborem etiam b. sib. fecit. Sed
aliter Dionysius Halicarnassus lib. 5.
ubi dicit hanc causam fuisse, quod ei
triumphus non fuerit decretus, tan-
tum ovatio, ob cladem paulo ante ac-
ceptam cum ignominia, quando multis
desideratis parum absuerit, quin ipse in fuga veniret in potestatem hos-
tium.* Nam, ut non multo ante scribit,*Posthumius in sinistro cornu abalen-
de ignominie cupidus, dextrum hostium
cornu impulit, malleo vitare respectu, dum-
modo vincere, velut insanus certusque
mori, conciens se in hostes medios,*
Pomponius Lætus meminit hujus Tu-
berti, in Compendio historiæ Roma-
næ.

² Pompa vero & apparatus.] Idem Dionys. d. lib. 5. differre triumphum ab ovatione dicit, quod in hac dux non curru, sed pedibus in urbem præcedit pompa militum: deinde pro intertexta auro trabea induitur toga prætexta, qui quotidianus cultus est Pratorum atque Consulum, nec

sceptrum gestat, ut triumphantes, sed tantum lauream, in ceteris nullo dis-
crimine. Et lib. 9. in fine: *Omnino,
Lueretius, inquit, triumphans urbem in-
vectus est, Veturius ovans reddit ex S.C.
pompa pari cetera, nisi quod pedibus, non
curru ingressus est.*

³ Nam universo Senatu.] Gellius d. lib. 5. cap. 6. & Servius lib. 4. Aeneidos, in eum locum, ubi quid ovatio differat à triumpho scribit:

— *Sola fuga nantas comitabor ovati-
tes.*

Ovatio, inquit, minor est triumphus. Qui enim ovationem meretur, & uno equo utitur, & à plebejis vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolum, & de oibus sacrificat, unde & ovatio. Qui autem triumphat, albis equis utitur quatuor, & Senatu præ-
cente in Capitolio de tauris sacrifi-
cat.

⁴ Et oppida bello capta.] Hæc om-
nia in ovationibus, ut in triumphis
fiebant, ut diximus supra hoc eod.
libro cap. 6. ubi de triumpho Mithridatico diximus ex Appiano.

⁵ Et currus.] Nam & hinc forte
currus ovantes vocat Propertius lib. 3.
elegia 8. ad Mœcenatem.

• *Persequar & currus utroque ab littore
ovantes*

Parthorum, astuta tela remissa fugaz.

275

Quan-

*Myrtea
corona
ovantis.
Ovan-
tes in-
itio si-
ne ex-
ercitu
& le-
gioni-
bus pe-
dites
urbem
ingre-
diebā-
tur.*

& argentea, ac quicquid pecuniarum ex manubiis & præda exactum foret, etiam coronæ oppidorum, quibus à sociis honestatus fuerat. ² Tum si qui milites donis militari bus, torquibusque & armillis donati essent, pulcherrimo comitatu præcedebant. Ipse vero dux, cui ovandi hōnos datur,³ myrtea insignis corona, ⁴ sceptrum manu tenens,⁵ non triumphali picta vel aurata veste,⁶ nec curru quadrijugo, ut triumphantes,⁷ sed purpura decorus,⁸ insidens equo. Neque senatu sub prætextis juxta currum, trium-

phan-

Quanquam & alio possit referri, & vi de infra ibi, *Sola plebe, aut equestris ordine.*

6 Vasique aurea & argentea.] Hæc portabantur in ovatione, ut in triumpho, de quo diximus supra lib. 6. cap. item 6.

1 At quicquid pecuniarum ex manubiis & præda.] Nam & Appius Claudius Cento ex Celtiberis ovans decem millia pondo argenti, quinque auri in ararium tulit apud Livium

5. Decad. lib. 1. ad finem. M. Helvius ovans (ut idem Livius scribit 4. Decad. lib. item 4.) argenti infecti tulit in ararium quattuordecim millia pondo septingenta triginta, duo, & signati bigatorum 17. millia 21. & Oscensis argenti 12. millia 438.

2 Tum si quis milites.] Gellius lib. 5. cap. 6. in fin. auctoritate Massilius scribit, milites non sequi solitos ovantes, sed universum Senatum, quod dictum est supra.

3 Myrtea insignis corona.] Plinius libro 5. cap. 29. ad fin. Plutarchus in Marcello & in Crastio. Gellius d. l. 5. cap. 6. ubi rationem reddit, quod ovatio non Martius, sed Veneris triumphus foret. Festus Pompejus lib. 13. ubi de ovali corona. Idem autem libro 11. dicit Papyriuin Myrtea corona usum fuisse quod Sardos in campis Myreteis superasset.

4 Sceptrum manu tenens.] Dionys. Halicarnassus lib. 5. ut jam diximus supra in pompa & apparatu ovantis,

scribit ovantes, sceptrum longe gestare, ut triumphantes, sed tantum lauream.

5 Non triumphali picta vel aurata veste.] Dionyfius d. libro 5. ubi de ovatione Posthumii de Sabiniis.

6 Nec curru quadrijugo, ut triumphantes.] Nam hi eo curru utebantur in triumpho, ut diximus supra cap. 6. hujus lib. vide infra ibi, *Insidens equo.*

7 Sed purpura decorus.] Sueton. in Neronc. c. 25.

8 Insidens equo.] Sabinus Massilius apud Gellium lib. 5. cap. 6. in fin. pedibus ingredi ovantes dicit: Verum Tiberius Cæsar, ut scribit Suetonius in vita illius, capit. 9. veterem morem aspernatus, curru, instar triumphantium, non equo, vel pedibus instar dyantium, urbem introivit. * Dion plurimos ovantes equo vectos fuisse dicit. Nam de Cæsare, ιωπτόντα εν Τιβερίᾳ. De Augusto, τὸ ἐπ' ιωπτοῖς ἐγένετο. De Druso, τὸ ἐπ' ιωπτοῖς τὸ ἀσυντάξιον. De Tiberio, τὰ ἐπ' ιωπτοῖς ἐμικταὶ ἐπεμψα. De Antonio, ἐπ' ιωπτων αὐτοὺς ἐξαγάγοντες.

COLERUS.

* Dicit Suetonius Tiberium introrsus ovantem & curru, hoc est, ovasse & triumphasse. Ovasse autem puto de Dalmatis, Triumphasse, de Germanis! Errat igitur Tiraquellus, qui arbitratur primum Tiberiuin ovasse curru.

1 Sed

phantis more,¹ sed eo subsequente,² sola plebe & equestri ordine, aut equitibus præcuntibus incedebat. Sed notandum, eos quibus ovandi dabatur jus, priscis seculis sine exercitu aut legionibus urbem pedibus inivisse:³ Lapsis postea temporibus, ut equo veherentur, morem prævaluuisse:⁴ exque duobus imperatoribus rebus bene gestis, alteri triumphum, alteri ut ovans urbem iniret datum esse.⁵ Cum Lucretio Tricipitino Veturius consul de Volscis & Aequis triumphavit: sed alteri, ut curru quadrijugo triumphantem legiones sequerentur: Veturio vero, sine legionibus ovans equo veheretur, à senatu datum fuit.⁶ Bello etiam Punico secundo, Marcus Livius & Claudius Nero de Hasdrubale & Poenis triumpharunt: sed Livius curru triumphans cum legionibus, Nero autem sine exercitu equo urbem inisse proditur.⁷ Interdum vero ovantes lauro, non myrto coronatos invenimus: siquidem Marcus Crassus de fugitivis & Spartaco, quos collatis signis vicerat, ex consulto senatus lauro coronatus ovasse traditur.⁸ Et Tiberius Cæsar quum de Vindelicis mœsta civitate propter repentinum incommodum triumphare nollet, non equo, sed curru cum triumphalibus ornamentiis lauro ornatus, ovans ingressus est.

*Laurea
corona
ovantum.*

TIRAKQUELLUS.

¹ *Sed eo subsequente.]* Gellius d. lib. 5. cap. 6.

² *Sola plebe, aut equestri ordine.]* Servius d. lib. 4. loco supra citato, in verbo, *Et currus.*

³ *Urbem pedibus inivisse.]* Dionysius libro 5. de ovatione Poithumi, & libro 8. ubi de ovatione Aquilii, cuius verba adduximus supra. Et Plutarch. in Marcello.

⁴ *Lapsi vero temporibus.]* Ut dictum est supra ibi, *Insidens equo.*

⁵ *Exque duobus Imperatoribus.]* Vide supra lib. 1. cap. 22.

⁶ *Cum Lucretio.]* Hec usque ad versicul. *Bello,* sunt Livii Decad. 1. libro 5.

⁷ *Bello etiam Punico secundo.]* Valerius Maximus lib. 4. cap. 1. de Animis moderatione. Et vide supra libro 1. c. 22.

⁸ *Interdum vero ovans lauro.]* Hec usque ad versic. *Et Tiberius,* sunt Plinii lib. 15. cap. 29. ad fin. Plutarchi in Crasso, & Gelli lib. 5. cap. 6. Et vide quod dixi ex Dionysio Halicarnassio lib. 5. supra ibi *sceptrum manu tenens.* Et adde M. Valerium utraque corona & laurea & myrtle usum fuisse ex Plinio ubi supra.

⁹ *Et Tiberius Cæsar.]* Suetonius in vita illius, cap. 9. sic scribit, *Quas obres & ovans & currus urbem ingressus est primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentiis honoratus, novo nec ante tributo genere honoris.*

I quin-tum ornatus in ova-tione. Ozan-tium sacra. Ovatio unde dicta. Tibie in ova-tione. Obvia proce-dentium quo ve-beren- contra. est. ¹ Turmas quoque equitum non lauro, se olea ornatas, ² cum militaribus jocis & versibus inconditis ovanti præcedere, non subsequi, ut in triumphis solet: ³ neque ovantes candidos tauros aut boves mactare, ut erat triumphantis, sed coronatas oves ante se agere, illasque exacta pompa immolare compertum est, quare ovationem dixerre. Neque, ⁴ clangentibus tubis, ut ille Martius solet, sed modulantibus tibiis deduci. ⁵ Illud quoque notatum perhibent, tam in majoribus quam minoribus triumphis, nisi quibus præcipui honoris aut privilegii prærogativa indulatum fuisset, ut equo vextarentur omnes, qui ovanti aut triumphanti prodiret obviam, quiique erant comites, pedibus & non equo incessisse: quod longo post tempore observatum mansisse in triumphali pompa, multa documenta sunt.

¹ *Turmas quoque equitum.]* Plinius lib. 15. cap. 4. Olea honorem Romanam majestas magnum præbuit, turmas equitum Idibus Julii ex ea coronando: itum minoribus triumphis ovantes.

² *Cum militaribus jocis & versibus inconditis.]* Ut videre licet supra cap. 6.

³ *Neque ovantes candidos tauros.]* Plutarchus in Marcello. Festus Pompejus lib. 13. ubi de ovantibus loquitur. Servius in d. libro 4. Æneidos ubi supra. Pomponius Lætus in d.

Romanæ historiæ compendio.

⁴ *Clangentibus tubis.]* Ovationem (scribit Plutarchus ubi supra) non in curru laureatus, nec circum clangentibus tubis, at pedes patriciis in calceis, modulantibus tibiis, myrtleam gestans coronam ita peregit, ut nulla belli facies esset, sed omnia jucundum magis quam terribilem præ se ferrent aspectum.

⁵ *Illud quoque notatum perhibent.]* Supra capite sexto.

C A P U T XVIII.

*Qui erant Tribuni * militum in Romanis castris, quæve potestas & officium foret, aut jurisdictio.*

Tribu-ni mi-litum novem. ¹ *Tribunos militum qui castris & legionibus præerant, imperium in milites habere, exercituique & summix rerum præesse, fere pervulgatum est.* ² *Qui tametsi à pri-mis*

C O L E R U S.

* *Quædam de Tribuno militum dicta sunt lib. 1. cap. 20. supra.*

T I R A Q U E L L U S.

¹ *Tribunos militum.]* Multa de hu-

jusmodi Tribunis militum Livius 1. Decad. lib. 3. & 4. non semel, &c 5. in princ. & 6. & 9.

² *Qui tametsi à primis originibus terti.]* Varro lingua Latinæ lib. 1. aut aliorum

mis originibus terni ex singulis tribubus, Rannensi, Titiensi, & Luceri crearentur: ¹ tamen militari lege, ut singulis quatuor legionibus ² seni ac deni tribuni præcessent, sancitum erat. ³ Qui licet à consulibus & summis ducibus ^{legionum} antea eligerentur, post aliquot ætates, ut militari suffragio & prærogativa crearentur, militibus munus datum fuit. Lapsis mox temporibus, ut populi suffragio & tribuni ro-^{laturum} gatione fierent, ⁴ lege cautum fuit: ex quibus qui à con-^{nuntur} sulibus creabantur, ⁵ Rufuli, mox Rutuli nuncupati, eo ^{nipera} quod Rutilius Rufus consul de illorum imperio primus ^{eligerentur.} tulisset. Aliorum vero tribunorum militarium duo fue-^{Tribu-} re genera, aut enim suffecti erant, aut comitiatii. Suffec-^{Rufuli} ti, militari suffragio in castris: ⁶ Comitiatii vero populi juf-^{Tribu-} su comitiis creabantur. ⁷ Demum sequuti Cæsares, tri-^{nisi.} bunos ipsi delegere, homines insigni testimonio, in qui-^{Suffec-} bus esset specimen magnæ & expertæ virtutis. ⁸ Quare ^{Comitiati.} Ha-

aliorum computa. ⁴ Tribuni militum, inquit, quid termi tribus tribubus Rannum, Lucerum, Tatiensem olim ad exercitum mittebantur.

¹ Tamen militari lege.] Vide supra lib. i. cap. 5. ubi de hac eadem re.

² Seni ac deni.] Livius I. Decad. lib. 9.

³ Qui licet à Coss.] Ut videre licet ex Polybio lib. 6.

⁴ Lege cautum fuit.] Illud tamen in illis tandem novatum propter Macedonicum bellum, in Persea Regem Macedonum, quod Consules ex S. C. ad populum tulerunt, ne Tribuni militum eo anno suffragiis crearentur, sed Consulum Praetorumque in iis faciendis judicium arbitriumque esset, ut scribit Livius 5. Decad. lib. 2.

⁵ Rufuli, mox Rutuli.] De his duobus Livius I. Decad. lib. 7. * Asconius Pædianus in 2. in Verrem actione, Tribunorum militarium, inquit, duo genera. Primum eorum qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari solent. Alii sunt comitiatii, qui Romæ in comitiis designantur. Festus Pompejus li-

bro 16. sic scribit, Rufuli appellabantur Tribuni militum à Consule facti, non à populo: de quorum jure, quod Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli ac post Rutuli sunt appellati.

COLE RUS.

* Vide eundem Livium lib 9. & Polybium lib. 6.

TIR AQUELLUS.

6 Comitiatii vero.] Asconius Pædianus ubi supra, & de his etiam alibi supra lib. 4. cap. 3.

⁷ Demum secuti Cæsares.] Ut patet ex sequentibus.

⁸ Quare Adrianus Cæsar.] Spartianus in vita illius: Cujus hæc verba sunt, nec Tribunum nisi plena barbarasceret, aut ejus atatis, qua prudentia & annis Tribunatus robur impleret, nec patetur quicquam Tribunum à milite accipere. Flavius autem Vopiscus in vita Probi Imperatoris tradit, ipsum Probum adolescentem & prope imberbem Tribun. militum factum fuisse Valeriani Imperatoris judicio. Sed & longis ante temporibus legimus Scipionem Africanum superiorum, admodum

tribu- Hadrianus Cæsar viros ætatis exactæ & summæ pruden-
ni à tiæ, doctos ætate & usu ad tribunatum evexit: vetuitque
Cæsa- edicto, ne imberbis adolescensve, tribunus fieret. ¹Fuitque
ribus prisci moris, ut cum princeps ad tribunatum quempiam
creati. eveheret, gladium illi in manum traderet: quo signabatur,
 in milites jure militari habere imperium. Cujus edicti ver-
 ba sic habent: Milites quibus jussi erunt, parento, eorum-
 que tribuni sunt, & infra. ²Huic Lacones & præsidii
Harmo- præfecto harmosten dixere nomen, qui magistratus seme-
nes. stris

modum juvenem, Trib. militum fuis-
 se, apud Valer. Maxiimum lib. 5. c. 6.
 de Pietate erga patriam. Extat apud
 nos l. si Rufinus 4. C. de testam. milit.
 qua cautum est Tribun. minorem an-
 nis testantem non posse dare liberta-
 tem servis. & l. ult. eod. titul. quia li-
 cet antiquis legibus permitteretur pu-
 pillis, si Tribunatus numerum meriti
 fuissent, testamentum posse confice-
 re: id tamen Justinianus illius legis au-
 tor abrogavit.

¹ Fuitque prisci moris.] Hinc est
 quod Trajanus Imperator cum Tri-
 bunatum militum Suræ Licinio tra-
 deret, parazonium quo pro dignitate
 accingendus erat, nudum ei porrexit:
 ac, Talem, inquit, insen accipe, quem
 pro me ita demum strinxeris, si justè im-
 peravero: quod si perpetiam quicquam
 per me fieri cognoveris, eo in perniciem
 mean utaris, velim.

² Hinc Lacones & præsidii præfecto
 Harmosten.] Dionysius Halicarnassus
 lib. 5. non multo ante fin. Quoties
 (inquit) nec leges tuerentur justitiam,
 nec magistratus ad legum tutelam
 sufficient, & in temporum novita-
 tibus opus esset institutis non tam
 optimis, quam ad præsentem rerum
 statum accommodatissimis, non so-
 lum in improvisis casuum adversitatibus,
 verum nonnunquam & in im-
 modicis prosperitatibus, quæ bonam
 constitutionem Reipub. corrumpe-
 rent, celerisque ac liberam corre-
 ctionem postularent, necesse erat re-

gias ac tyrannicas potestates rursus in
 medium proferre, convelatas honestioribus vocabulis. Sic Thessali Archos,
 sic Lacedæmonii Harmostas eos appellabant, pro tyrannis vel regibus:
 quod religio esset restituere potestates
 cum jurejurando & devotione abro-
 gatas deorum monitu. Thucydides
 lib. 1. ubi Laurentius Valla Harmosten
 vertit Praefidum. Plutarchus in Ly-
 curgo, ubi Lapus Florentinus vertit
 Conciliatorem. Exterum Xenophon
 in Rebus Græcorum multos Lacedæ-
 moniorum Harmostas memorat. I-
 dem Plutarchus in Alcibiade, Cum
 Chalcedoniis, inquit, bellare adortus est,
 quod defecissent Lacedæmoniorum præsi-
 dio & Harmostæ. Cætetum Xenophon
 in Rebus Græcorum multos Lacedæ-
 moniorum Harmostas. memorat:
 scilicet lib. 1. Clearchum: lib. 2. Ste-
 nelaum & Lysandrum libro 3. post
 princ. Thimbronem, & paulo post
 Dercyllidem, iterumque Lysippum,
 & alibi eodem libro Tisaphernes &
 Pharnabazus his conditionibus pa-
 cem Dercyllidæ obtulerunt, Si Lacedæ-
 moniorum Harmosta ex regiis civita-
 tibus abirent. Pausanias libro 9. scri-
 bit, Thebanos post Leuctrensem vi-
 etoriam, Harmostas Lacedæmoniorum
 præfatos, quos in civitatibus ipsi
 Lacedæmonii constituerant, ejecisse.
 Alter autem Harmostas accipit Pol-
 lux, libro 1. cap. 10. οἵ τις συμπάχων
 εἰπλωτέων καὶ πολεμοῖσι. & libro 3.
 cap. item 3. οἵ μηντεῖς.

stris erat. ¹ Illorumque præcipuum munus, castrorum & ^{Tribu-}
exercitus curam agere, ne sine munimento, sine custodiis ^{nō offi-}
sint, pervigiles excubias jubere, ne quid occulto speculatu
hostes moliri possint. ² In primisque milites ad solenne
jusjurandum adigere: neque enim militi arma capere fas
erat, ni prius apud tribunum legitimum præstisset jusju-
randum, ³ qui etiam in castris jura dabant: quoque in prom-
ptu essent, & nihil moraretur imperium illorum statio in ^{Tribu-}
castrorum principiis erat, ubi tribunal habere, & jura dare ^{nō stet-}
assuerant, ⁴ quibus non virgas, ut consuli aut prætori, sed ad ^{tio.}
terrorem audaciae, vites lictores præferebant, contumaces-
que milites Romani vel Latini nominis, justa minus ex-
quentes, non virgis, ⁵ sed vitibus per centuriones: externos
vero

¹ Illorumque præcipuum munus.] Redit ad magistros militum Roma-
norum, Jurisconsultus in l. officium.
§. de re militari.

² In primisque milites ad solenne jus-
jurandum adigere.] Jul. Frontinus l. 4.
Stratagematōn c. 1. L. Flacco & C. Var-
rone Coss. milites primo jurejurando saecū
fuit: ante enim sacramento tantummo-
do à Tribunis rogabantur: ceterum ipsi
inter se tantum coniurabant, se fugie,
atque formidinis causa non abiutos, ne-
que ex ordine recessuros, nisi teli petendi
feriendive hostis, aut civis servandi cau-
sa. Servius enarrans illud Virgilii l. 7.
Æncidos,

Ipse vocat pugnas, sequitur tum cete-
rapubes.

Sacramentum, inquit, erat in quo
unusquisque miles jurat se non rece-
dere, nisi præcepto Consulis post im-
pleta stipendia: id est, militiae tem-
pora, scilicet vigintiquinque an-
nos.*

C O L E R U S.

* Jurabant milites ante omnia,
etiam in principis salute. Tacitus
lib. 15. Artianus lib. 1. c. 14. Et allusit
Tertullianus, libro de corona militis.
Formulam autem hujus juramenti
hautite potes ex Suet. in Calig. c. 15.

T I R A Q U E L L U S.

³ Qui etiam in castris jura dabant. [
Jurisconsultus in d. l. officium. Poly-
bius lib. 6.

⁴ Quibus non virgas.] Vide in se-
quentibus. Virgas pro Lictoribus po-
fuit Juvenalis satyr. 1.

Præcedant ipsas illi te Consule vir-
gas.

⁵ Sed vitibus per Centuriones.] Pli-
nius lib. 14. cap. 1. paulo ante fin. de
vitibus loquens, Quid, quod (ait) iñser-
tæ castris sumnum rerum naturam impe-
riumque continent? Centurionum in ma-
nu vitis & opimo premio tardos ordines
ad leuntas perducit Aquilas, atque etiam
in delictis pacem ipsam honorat. Et Cor-
nelius Tacitus lib. 1. Centurio, inquit,
Lucilius intericitur, cui militaribus fa-
cetiis vocabulum, Cedo alterum, iudice-
rant: quia fraüla vite in tergo militis, al-
teram clara voce, ac rursus aliam posce-
bat. Juvenalis loquens de Mario saty-
ra 8.

Nodosans posthac frangebat vertice vi-
tem,

Silentus pigra muniret castra dolabra.
Silius Italicus de Ennio, quem Cen-
turionem fuisse dicit lib. 12.

Ennius antiqua Messapi ab origine Re-
gis

Tribuni
lictio-
res.

Mili-
taris
lex.

vero fustibus plectebant.¹ Alexander tamen Severus tribunis non lictores aut apparitores, sed milites anteire jussit, quatuor tribuno, sex duci, decem vero legato.² Eratque militari lege cautum, ut si miles dum cæditur ob crimen, vitem frangeret, aut centurionis vel tribuni manum teneret, de gradu dejectus, militia amoveretur: si autem violentas manus inferret, capite lueret.³ Cumque reliqui milites passim ferreos haberent annulos, tribunis tamen, centurionibus & legatis, aut his quibus ordo & imperium erat, aurei dabantur:⁴ à quibus sive in hostes ducere, sive castrametari, sive in prima acie & fronte locari, aut in subsidiis ponni, vel in stationes & vigilias ire conveniret, tesseram milites petebant. Ipsi vero ab imperatore, quod dari oportebat, signum assuebant, copiasque equitum & peditum, quoties dimicandum erat, ornari & instrui, atque in aciem educi jubebant. Milites quoque in conflictu præliorum, singulos & universos hortari & monere, atque in cœlantes animadvertere, tribuni proprium munus erat.⁵ Missio-

nem

*Miscet primas acies, Lat. i.e. superbum
Vitis adornabat dextra decus.*

Martianus Jurisconsultus in *l. militis agrum*. 13. ff. *de re militari*, sic scribit, *Irreverens miles non tantum à Tribuno vel Centurione, sed etiam à principali cōcēndens est*. Nam eum, qui *Centurioni castigare sc̄ volenti refiterit, veteres notaverunt: si vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite punitur*. Plinius locum de vite Centurioli sc̄ite admodum exponit Perrus Crinitus lib. 22. de Honesta disciplina, cap. 2.

¹ *Alexander tamen Severus.*] Aelius Lampridius in vita illius, *Apparitores denique, inquit, nullos esse passus est Tribunis aut ducibus, nisi milites anteire voluit: ius sitque ut ante Tribunum, quatuor milites ambularent: ante ducem, sex: ante legatum, decem: bique ad domos suas reciperenetur.*

² *Eratque militari lege cautum.*] In d. *l. militis agrum*. §. *irreverens*, cuius

verba adscriptissimus supra in verbo,
Sed vitibus per Centurionem.

³ *Cumque reliqui milites passim ferreos haberent annulos.*] Quod & hinc videre licet quod Septimius Severus Imperator primus omnium militibus permisit aureis annulis uti, ut tradit Herodianus l. 3. Et vide Plinium 1.33. cap. 2. Livius 1. Decad. 1.3. neminem nisi equitem atque eorum ipsorum primores annulum aureum pro insigni gestasse.

⁴ *A quibus.*] Scilicet Tribunis militum. Ex Polybio lib. 6. & Vegetio lib. 2. cap. 9.

COLE R U S.

⁵ *Missionem quoque.*] Missionum generales causæ sunt tres. Honesta est, quæ tempore militia impleto datur. Causaria, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militia renunciatur. Ignominiosa, cum quis propter delictum sacramento solvitur.

Macrobius lib. 2. *de re militari.*

I Quod

nem quoque militibus perfunctis militia, si causam probarent, ex auctoritate & jussu consulum dabant. ¹ Quod Fulvius cohortem legionis in qua tribunus erat, sine jussu consulum missam fecerat, Quintus Fulvius Flaccus censor illum ærarium fecit, & senatu amovit. ² Si qui tamen post missionem studio pugnæ militare cuperent, nisi secundo sacramento adscripti essent, arma sumere, & merere, aut in hostes tendere nequibant. ³ Marcellus notavit tribuno-
 rum miltium officium esse, milites in castris habere dicto
 audientes, & intentos imperio, ad exercitationes deduce-
 re, in stationes mittere, claves portarum suscipere, ne oc-
 culta colloquia ferant, neve quis auctor novi consilii cum celo:
 hostibus moliri quid possit, stationes, vigilias, munitiones-
 que ne infrequentes sint, nonnunquam interdiu, sæpius no-
 ctu circuire, milites singulis momentis instructos paratos-
 que habere, sive pabulum, sive frumentatum vadant,
 præsertim si in procinctu hostes sint, exploratoque in ho-
 stes ducere. Cumque frumentum miltibus admetitur, ne
 quid minus æquo impartiant, interesse, neve perniciosa fa-
 ime, aut inopia afficiantur, utque præparati comineatus ab-
 unde sufficient alimentis, ne arina, viri, equi aut pecunia
 desint, cum imperatore multo ante prævidere (nam Ro-
 mani duces rationem commerciorum præcipuam habuere
 semper) castris locum capere, valetudinarios inspicere,
 sauciorum curam agere, nomina miltum memoria tenere.
 Quippe imperatorem aut tribunum ignorare miltes, pu-
 denda

TIR A Q U E L L U S.

¹ Quod Fulvius.] Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. de Disciplina militari, Q. Fulvius Flaccus, inquit, Censor Fulvius fratrem cohortem legionis, in qua Tribunus militum erat, in jussu Consulis domum demittere ausum, Senatu amovit. Idem scribit Jul. Frontinus Strategematon lib. 4. cap. 1.

² Si qui tamen post missionem.] Unde Cato ad Pomplium scriptit, ut si fi-

sium pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret sacramento: quia priore amissio jure cum hostibus pugnare non poterat. Hac Cicero l. 1. Officior.

³ Marcellus notavit.] Imo Martia-
 nus * in dicta l. officium. §. ult. ff. de re
 militari. Flavius Vegetius lib. 2. c. 12.

C O L E R U S.

* Imo Macer libro primo de re mi-
 litari.

denda infacia est. ¹ Neque aliud Othonem ad imperium evexit, quam quod quemque militum, in agmine, in stationibus, in itinere nomine compellabat suo, ex hoc gratiam & studia hominum assequutus. ² Querelas quoque militum audire, illorumque delicta militari lege plectere, infidum damnosumque militem militiae gradu dejicere, tribunorum potestatis est. ³ Fertur tamen Aurelianus Cæsar tam severæ disciplinæ fuisse, ut tribuno per epistolam mandarit, ut militum manus contineret, ne quis pullum aut oveum raperet, aut uvam ex vineis, aut ex segete spicas: ut arina tersa, calceamenta fortia, vestis nova, equus desfricatus, & imulus centurionatus foret. ⁴ Fuitque antiqui moris, ut miles in castris ad centurionem, ad tribunum, mane salu-

Aurelianiani disciplina in militarem rapacitatem.

TIR AQUELLUS.

¹ Neque aliud Othonem.] Cornelius Tacitus lib. 17. sic scribit de Othoni Imperatore, *In itinere, in agmine, in stationibus vetustissimum quemque militum nomine vocans, ac Neroniani comitatus contuberniales appellando, alios agnoscere, quosdam requirere, pecunia, aut gratia juvare, studia militum, jam pridem spe successionis affectaverat.*

² Querelas quoque militum.] Redit ad d.l. Martiani, de qua supra in verbo, Marcellus notavit. Id enim ex ea lege est. Polybius autem libro sexto. Oportet, inquit, ut milites pareant Tribunis, Tribuni ad Consules referant. Attamen potestatem habet Tribunus mulctandi, pignoris capiendi, cædendi que. *

COLERUS.

* Verum hoc est. In militia ipse Tribunus manu sua supplicium sumit. Tacitus lib. 15. Poena Flavii Vejano Nigro Tribuno mandatur. Et hoc libro alibi: Lateranus manu Statii Tribuni trucidatur. Et lib. 11. Messalina isti tribuni transfigitur. Alias munere hoc fungebantur Speculatores, & frequenter. Adi doctiss. Lipsii Commentarios.

TIR AQUELLUS.

³ Fertur tamen Aurelianus Cæsar.] Hujus epistola militaris est ad vicarium suum data (ut scribit Flavius Vopiscus in Aureliano) hujusmodi: *Si vis Tribunus esse, immo si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uam nullus auferat, segetem nemo deterat: oleum, sal, lignum, nemo exigat, annona sua contentus sit. De praedabilis, non de lachrymis provincialium habeat: arma tersa sint: ferramenta familiata, calceamenta fortia. Vestis nova: vestem veterem excludat. Stipendium in baltheo, non in popina habeat. Torquem brachialem & annulum apponat: equum saginarium suum defricet, captum animal non vendat, mulum centuriatum comiter curet. Alter alteri, quasi servus, obsequatur: a medicis gratis curentur. Aruspiciibus nihil dnt: in hospitiis castè se agant: qui item fecerit, capulet.*

⁴ Fuitque antiqui moris.] Polybius libro sexto: Equites ordinumque duces omnes, inquit, oriente luce accedunt ad Tribb. tentoria, Tribuni ad Consulem: ille quod instat agendum, Tribunis edicit, Tribuni Equitibus, ordinumque duces: iiii multitudini promunt, tempore opportuno.

salutatum yadat, & ad edictum præsto sit. Ac licet tribunis militum centuriones subsint & decuriones, ipsi tamen legati imperio parent. ¹ Eratque militari lege cautum, ne quis ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset: ² namque centurio, decurio, & ordinis ductor tribuno inferiores sunt. Alexander vero Macedo tanti tribunos & decuriones fecit, ut neminem nisi sexagenarium, ordines ducere siverit. ³ Hoc quoque notatum est, etum qui præconium faceret, inter decuriones admitti non licere, & multo magis inter tribunos. Si tamen antea præconium fecisset, & postea artem desivisset, ad decurionatum admitti poterat, ad tribunatum non utique. Insuper observatum, ut si quando in aliquos justa movenda forent arma, senatum per tribunum militum de bello indicendo ad populum saepe tulisse. ⁴ Quodque veteri instituto ad tribunatum admitti neinō poterat, nisi prius alam duxisset: neque alam ducere, nisi cohorti præfuisset: siquidem cohors erat ^{qui ad tribunatum admisit.} ala inferior: tribunatus vero legionum, post alam conferri darique consuevit.

¹ Eratque militari lege cautum.] Livius 1. Decadis libro 7. paulo ante fin.

² Namque Centurio.] Livins 1. Dec. l. 8. in contentione L. Papyri Dictatoris, & M. Fabii ob Q. Fabium, qui contra edictum Dictatoris pugnans, Vicet, Cum, ait, polluta semel militari disciplina, non miles Centurionis, non Centurio Tribuni, non Tribunus legati, non legatus Consulis, non Magister equitum Dictatoris parent imperio.

³ Hoc quoque notatum est.] Hac usque ad versic. Insuper, sunt Ciceronis

Epistolar. famil. libro sexto, epist. 19. ad Lepram, incip. Simul ut accepi, ubi sic scribitur, Neque enim erat scendunt, cum qui hodie haruspicinam ficerent, in senatu Romæ legerentur, in municipiis decuriones esse non licere.

⁴ Quodque veteri instituto.] Quibus adde apud Livium 5. Decad. lib. 4. L. Amylio Paulo, & C. Licinio Consul. Senatum decrevisse, ut in octo legiones parem numerum Tribunorum Consules, & populus crearent: creare autem neminem eo anno placuisse, nisi qui honorem gessisset.

CAPUT XIX.

Qui ludi scenici, qui Megalenses, qui Taurii, Compitalii, Juvenales, & Honorarii fuerint.

Intra spectatissimos ludos, qui plurimi Romæ fuerunt,
Romuli ludi à regibus instituti priuum, ² qui & magni,
^{sui} ³ & Circenses dicti, præcipui semper habiti sunt, ⁴ Jovi, Ju-
^{enique} noni, & Minervæ celebres: ⁵ nam singulis diis singuli erant
^{deorum} ludi. ⁶ dicati ludi: quippe venationes & munera Saturno, scenici
Libe-

TIRAMQUELLUS.

IRomuli ludi à regibus.] Circenses ludos primus Romæ fecit Romulus, quarto mense ab urbe condita, ut scribit Fabius Pictor, quo die Sabinas rapuit. Circenses dictos scribit Servius in lib. 8. Æneidos, quod ensibus circumdarentur. Nam cum ruditus vetustas non loca hujusmodi ludis apta ædificasset, inter enses & flumina eos agebant, ut ignavis utrinque præsens esset periculum. Postea Tarquinio Prisco Rego locus est designatus Circo, qui postmodum Maximus est dictus, ut Livius refert. Dec. I. 1. *Tum primum Circo, qui nunc Maximus dicitur, designatus locus est: loca diversa patribus, equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, Fori appellati. Ludicrum fuit equi, pugilesque ex Hetruria maxime accisi. Solennes deinde anni manfere ludi, Romanu Magnique varie appellati.* *

COLERUS.

* Tertullianum quoque lege, principio lib. de Spectaculis.

TIRAMQUELLUS.

2 Qui & Magni.] Livius, ubi supra. Cicero 2. in Verrem actione, *Hi, inquit, ludi dies quindecim auctor: deinde continuo Romani consequentur. Ubi Asconius Pædianus sic scribit, Romani ludi regibus instituti sunt, Magnique appellati, quod magis impensis dati: tunc primum ludis impensa sunt ducenta milia nummum. Alii magnos ludos factos putant, quod consiliorum secretorum Deo, id est, Neptuno lati, tum Regi &*

rerum conditarum & diis magnis, id est, Laribus urbis Romæ dati sunt, quibus ajunt raptas Sabinas esse: ut videatur propter hoc dicere Virgilius 1. 8. Æneidos,

— *Magnis Circensibus actis.* Festus Po:nepus libro 11. ubi de ipsis magnis ludis, *Magnos ludos Romanos appellabant, quos in honorem Iovis, quem principem deorum putabant, faciebant.*

3 Et Circenses dicti, &c.] Virgilio ubi supra, & Suetonio in Cæsare, c. 39. & Nerone, cap. II. & ubique apud autores.

COLERUS.

* Plinius lib. 8. cap. 7. & 36. c. 15. ubi circi, ut tunc erat, magnitudinem describit. Tertullianus de Spectac. capite 3.

TIRAMQUELLUS.

4 Jovi, Junoni & Minervæ.] Cicero 7. in Verrem actio. Nunc sum designatus Edilis. Scio mibi ludos antiquissimos, qui primi Romani nominati sunt, maxima cum dignitate ac religione, Iovi, Junoni, Minervæ esse faciendo.

5 Nam singulis diis.] Lactantius Firmianus lib. 6. cap. 20. ad fin. de Vero cultu, Paul. 1. inquit, & catervis diis idem bonus tribui coepit, singulique ludi numinibus eorum consecrati sunt, sicut Sifinnius Capito in libris Spectaculorum docet.

6 Quippe venationes.] Lactantius ante ea quæ supra adduxi, scribit, *Ee primitus quidem venationes, que vocantur munera, Saturno attributa sunt: ludi autem*

Libero, Circenses Neptuno: aliique aliis numinibus dabantur, quos ad placanda numina una cum sacrificiis, ¹ cumque cantu & tibia celebrabant, prætoris edicto id de- ^{Præto-}
cernente in hæc verba: Ludis publicis, quod sine curriculo ^{ris edi-}
& sine corporis certatione fiat, populare in lætitiam cantu, ^{etum}
fidibus & tibiis moderanto, eaque eum divino honore jun- ^{dehu-}
gundo, & infra. Quos etiam urgente bellorum tumultu ^{dis}
prætermittere duxerunt nefas. ² Cum enim secundo Pu-
nico bello externis hostibus Italia afflictaretur, & cuncta
bello arderent, eosdem magnifice apparateque factos, &
in plures dies instauratos, ³ oleique congios in vicos datos
fuisse comperimus. ⁴ Postea confectis bellis & rebus con-
tra Samnites gestis, magnifice Romanos faciendo curasse,
illosque coronatum populum spectasse, victoribusque pal-
mas è Græcia translato more, atque epulum ludorum cau-
sa ædiles dedisse, Titus Livius auctor est. ⁵ Fuere quoque
ludi magni, quos post pugnam ad Thrasimenum vetos in-
venimus, æris trecentis triginta tribus millibus, bobus
albis quadringentis, multisque hostiis & aliis divitiis clari,
^{Ludi} ^{magni.} ⁶ quos à Marco Acilio consule in apparatu belli contra
Antio-

autem scenici Libero, Circenses Neptuno. Idem Laetantius cap. 6. Epitomes di-
vinarum institutionum, ubi de Specta-
culis, quæ vitanda sapientibus & ca-
venda censet, his verbis, Munerum edi-
tiones Saturno factæ sunt. Scena Liberi
patris est. Ludi vero Circenses Neptuno
dicati putantur: ut jam qui spellerat, vel
interesset, reliquo Dei cultu, ad profanis
ritus transisse videatur.

1 Cumque cantu & tibia.] Vide se-
quentia.

2 Cum enim secundo Punico bello.] Livius 3. Decad. lib. 2. & iterum 3. &
lib. 5. non longe à principio.

3 O'leique congios.] Id Livii est loco
illo postremo, sic enim scribit, *Ludi*
Romani pro temporis illius copiis magni-
fice facti, & diem unum instaurati, &
congii olei in vicos singulos dati.

4 Postea confectis bellis, & rebus con-

tra Samnites gestis.] Post triumphum
Lucii Papirii de Samnitibus, auctore
Livio 1. Decad. lib. 10. ad fin. Eodem
anno coronati primum ob res bello bene ge-
stas ludos Romanos spectaverunt: palme-
que tum primum translato è Græcia more,
victoribus datae.

5 Fuere quoque ludi magni.] Livius
3. Decad lib. 2. satis longe à principio.
Ejusdem, inquit, rei causa ludi magni
voti æris 334. millibus, & triente: præ-
terea bubus Jovi 300. multis aliis divis
bubus albis atque ceteris hostiis.

6 Quos à M. Acilio.] Livius 4. Dec.
lib. 6. Certa deinde sorte S.C. factum est,
quod populus Rom. ex tempore duellum
jubissè cum Rege Antiocho esse, quique
sub imperio ejus essent, ut ejus rei causa
supplicationem imperarent Cossi. utique
M. Acilius Cossi ludos magnos Jovi vo-
ret, & dona ed omnia pulvinarit.

Antiochum iterum votos, & magno sumptu exolutos, ac dies decem continuos celebratos tradunt: ¹ in quorum celebritate, præcipua per singula pulvinaria mittebantur munera.

^{† s.}
^{anno}
^{394.}
^{Sceni-}
^{ci ludi}
^{quando}
^{primū}
^{fati.}

² Anno inde ab urbe [†] fere quadringentesimo, cum vis morbi ingens urbem pervasisset, & gravi cælo vulgarerentur morbi, tantaque tabes & vis mali ingrueret, ut nullum pestis suffugium foret, cum ope divina luem minime levari crederent, victis superstitione animis, scenici pri-

mum ludi apparatu magnifico facti sunt, quos ludiones ex Heturia, motibus non indecoris, versibus ridiculis cum cantu & tibicine adhibitis histrionibus, saltantes celebrarunt.

³ Eosque ab ædilibus curulibus secundo Punico bello, per quatriduum instauratos, ⁴ ac noctu luminibus accessis celebrari, ⁵ missiliaque varii generis spargi, auctores memorant: ⁶ in quibus inter ludicra scenæ, comedie rediuarum sex genra.

præsentari solebant, multis fabularum argumentis, & apparatu vario, ⁷ quarum sex fuere genera: namque ex his alia stataria, alia motoria, aliæ togatae, nonnullæ palliatæ, pleræque prætextatae, ⁸ aut Atellanæ. ⁹ Eratque constitutum, ut

comœdi

¹ In quorum celebritate.] Votum A-cilius Livius post ea, quæ supra adduximus hac scribit, *Id votum in hac verba, præente P. Licinio Pont. Maximo, Coss. muncupavit*. Si duellum, quod cum Antiocho Rege sumi populus jussit, ex sententia S. P. Q. R. confectum erit: tum ibi, Jupiter, populus Roman. ludos magnos dies 10. continuos faciet, donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia quantam Senatus decreverit. Quisquis magistratus eos ludos quando, ubique faxit, hi ludi recte facti, donaque data recte sunt.

² Anno inde.] Livius 1. Decad. 1. 7. post prin. Valerius Maximus lib. 2. c. 1. de Institutis antiquis. Divus Augustinus de Civitate Dei, lib. 1. cap. 32. l. 2. cap. 8. & lib. 3. cap. 17.

³ Eosque ab ædilibus curulibus.] Livius 3. Decad. lib. 4. Ludos, inquit, scenicos per quatriduum eo anno primum fa-

ctos ab ædilibus curulibus memorie proditur.

⁴ Ac noctu luminibus accessis.] Suetonius in Caligula, cap. 18. Scenicos ludos & aſidue, & varii generis, multifariam fecit, quandam etiam nocturnos, accessis tota urbe luminibus.

⁵ Missiliaque.] Idem ibidem iis, quæ proxime adduximus, hæc subjungit, *Sparſit & missilia variarum rerum, & panaria cum obſonio viritim diuſit.* Idem in Nerone, cap. 12. *Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies.*

⁶ In quibus inter ludicra scenæ.] De scenarum diversitate & generibus dictum fuit supra lib. 5. cap. 16.

⁷ Quarum sex fuere genera.] Donatus in vita Terentii.

⁸ Aut Atellane.] Livius 1. Decad. lib. 7. non multo post princ. Atellani, auctore Festo Pompejo lib. 14. proprie vocan-

comœdi cum soccis proscenia inirent, actores tragœdiarum cum cothurnis: planipedes exalceati: scenici certatores nudi, circa pudenda tantum velati. Utque ad ostentationem scenæ, in argumentum fabulæ pro personis quas gerabant, varios amictus induerent: ³ quippe Agamemnon sceptrum ferbat, pellem bubulcus, Achilles arma, Telephus penulam & peram, ita ut pro fabulæ argumento congruens apparatus fieret per artifices scenicos, qui imitarentur affe-
ctus. ⁴ Utque in scena quinque tantum servarentur actus:

nam

vocantur personati: quia jus est iis non cogi in scenam ponere personam, quod ex-
teris histrionibus pati necesse est. *

C O L E R U S.

* Ludi Attellani, dicti quia Atella Oscorum urbs. Inde fit, ut apud Tacitum l. 4. Annal. & Ciceronem Epist. ad Marium Oscum ludicum quidam docti, interpretentur ludos Attellanos.

T I R A Q U E L L U S.

9 Eratque constitutum.] Soccos non solum muliebre calciamentum, sed & histrionicum esse, testis est Horatius in Arte,

Hunc socci capere pedem grandesque co-
thurni,

Alternis aptum sermonibus, & popu-
lare

Vincentem strepitus, & natum rebus
agendis.

De Cothurno dictum est supra lib. 5.
cap. 15.

I Scenici certatores nudi, circa pu-
denda tantum velati.] Vide omnino
nostras leges Commubiales l. 16. n. 31.
& seqq.

2 Utque ad ostentationem.] Hoc ex
sequentibus probatur.

3 Quippe Agamemnon.] Sceptrum,
quod proprius Jovis erat, ad Reges &
Principes & magistratus translatum
est. Virgilius lib. 1. Aeneidos,

— Celsa sedet Aegulus arce
Sceptra tenens.

Ovidius Amorum lib. 3. eleg. 1.

Lava manus sceptrum late regale tene-
bat:

*Lydius apta pedum sceptra cothurnus
erat.*

Horatius in Arte, ut habitus, ita verba
personæ convenientia tribuenda esse
censer, his versibus,

*Telephe, vel Peleu male si mandata lo-
queris,*

*Aut dormitabo, aut ridebo: tristis am-
stum*

*Vultum verba decent: iratum, plena
minutum:*

*Ludentem, lascivam, severum, seria di-
lita.*

Et paulo post,

*Intercitat multum Davusne loquuntur an
Heros,*

*Maturusne senex: an adhuc florente ju-
venta*

*Fervidus: an matrona potens, an sedula
matrix:*

*Mercatorve vagus, cultorve virentis
agelli:*

*Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an
Argis.*

*Aut famam sequere, aut sibi convenien-
tia finge*

*Scriptor: honoratum si forte reponis A-
chillem:*

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer:

*Jura neget sibi nata: nihil non arroget
armis,*

*Sit Medea ferox, invictaque: flebilis
Ino,*

Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes,

&c.

4 Utque in scena quinque tantum ser-
varentur actus.] Vide Donatum in vita
Terentii. Horatius de Arte poëtica,

nam scenico ludioni quinques prodeunti, ultra prodire non licuit: quod in tragœdia quoque servatum est, ut non plures quam quinque personarum actus fierent. Utque finito argumento, & scena personis vacua, chorus & tibi-
 Comœ-
 die
 anti-
 que ob-
 serva-
 tiones. cen introducatur. In veteri vero comœdia servatur, ut primarum partium communes actiones sint, aut gesta militiæ domique: postremarum vero convivia, cantus, portiones & lusus. Postea, seu ob morum pravitatem, seu quia mali exempli ludi erant, perniciemque civibus afferebant, ita scenicos infestati sunt, ³ ut Scipio Nasica in censura scenicos ludiones tribu movisse, & ærarios fecisse dicitur, ⁴ licet institutum foret, ut actores Atellanarum tribu non moverentur, sed stipendia facerent & mererent: sicutque vetus mos diu servatus, ut primitæ spectaculorum à ludicris scenicorum choreis inciperent. Cumque Idæam deorum matrem ex Pessinunte Romani advocassent, præter munera & apparatus magnificentiam, ludos in honorem dæx instituerunt, qui præcipui inde habiti sunt, quos Marcus Junius Brutus cum templo in Palatio dedicavit,

qui

Neve minor quanto, neu sit productior actu Fabula, que posse cult, & spectata reponi.

¹ Utque finito argumento.] Ut videre licet in Tragœdis Seneca, & aliis Tragediarum scriptoribus.

² Postea.] Ex sequentibus patet.

³ Ut Scipio Nasica.] Cicero in libris de Republ. & ex eo D. Augustinus de civitate Dei lib. 1. cap. 31. & l. 2. c. 13. Valer. Maximus lib. 2. cap. 1. de Institutiis antiquis, ubi loquitur de Institutiis scenicis, sic inquit, Ceterum, auctore P. Scipione Nasica, omnem apparatus operis coruri (scenicorum neimpe portentorum) subiectum hæste venire placuit. Atque etiam S. C. canticum est, ne quis in urbe propinque passus milles fulgilia posuisse, sedens ut ludos spectare vellit, ut scilicet remissione animorum injuncta stundi virilitas propria Romana gentis nota esset.

⁴ Licet institutum foret, ut actores Atellanarum,] Livius 1. Decad. lib. 7, post prin. Valerius Maximus ubi nuper citavimus, Atellani autem, inquit, ab Osca accisi sunt, quod genus delectationis Italicae se veritate temperatum, ideoque placuit nota est: nam neque tribu moveretur, neque à militaribus stipendiis repellitur. *

COLERUS.

* Strab. l. 5. "Ιδειν δέ τη τεῖς Οὐσιών ἡ τῷ τῷν Αυστρίᾳ ἔστι συμβέβηκε τούτην γέ τοις οὐσιαστοῖς, ἡ Σάλαντος φύσις δέ τοις Παμφίλιοι αὐτοί παιήσαται σκληροτεροδιάγονοι πατέρων πάτρων, η μιμολογεῖσθαι.

TIRAQUELLUS.

⁵ Cumque Idæam deorum matrem,] Livius 4. Decad. l. 6. Et eundem 3. Decad. lib. 9. & 4. Dec. libro item 4.

I Illo-

qui etiam scenici dicti: ' illosque Megalenses appellantur,
 illorumque curam ædiles gerere , ac veris initio prælata
 divitiarum pompa celebrare : + permissaque ludendi licen-
 tia, personatos juvenes, magistratum privatorumque mu-
 nia & personas, & facta dictaque imitari, & ante deæ si-
 mulacrum ludere , matronasque spectatæ pudicitiae in his
 psallere , memoriæ datum est. Quibus diebus Romanæ
 consuetudinis erat , convivia & sodalitates invicem agere,
 & comedere, victu tamen frugali & modesto, nec die tan-
 tum , sed noctu epulari : namque hi ludi præcipue casti,
 magno favore spectantium conspicui erant , ad quos ser-
 vos adire non licebat : illosque prætores & magistratus
 purpurati, in toga & prætexta , atque in ornatu maximo
 cele-

I Illosque Megalenses appellantur.] Livius , qui & ea Megalesia vocat , 3. Dec. lib. 4. Festus Pomp. Megalesia , inquit, ludos Matris magnæ appellabant. Cur autem sic appellati sunt , scribit Varro 1.4. lingue Latinæ , his verbis , Megalesia dicta à Græcis , quod ex libris Sibyllinis accessita ab Attalo Rege Per- gami prope murum Megalension , ubi tem- plum ejus dœ , advecta inde Romam. Cicero de Arusp. responsis , Nam quid ego de illis ludi loquar , quos in Palatio nostri majores ante templum in ipso Ma- tris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrarique voluerunt ? qui sunt more , institutisque maxime casti , solennes , reli- gioosi . *

COLERUS.

* De his supra dixi.

TIRAMQUELLUS.

2 Illorumque curam ædiles gerere.] Id videre licet ex Livio in infinitis locis , & inter cetera 1. Dec. 1.7. & Cie. in d. Orat. de Arusp. respon.

3 Ac veris initio.] Scilicet pridie Idus Aprilis , ut scribit Livius 4. Dec. lib. 6.

4 Permissaque ludendi licentia.] Pri- mi annis singulis ludi scenici erant Megalesia , in quibus histriones ad no- vum opus egredientes , mira lascivia , spurcissima & turpislima quaque , in

Matrem dœum & Atym dictitabant : tum & alii per id temporis , etiam ho- nestissimi , Romanorum cultu dissimulato , ut nosci non possent , licentio- fissime per urbem vagabantur , nullis verbis factisque foedis parcentes , ut auctor est Herodianus in Commodo.

5 Et ante deæ simulacrum.] D. Augu- stinus de Civitate Dei , lib. 2. cap. 4. & seq.

6 Matronasque.] Cicero in d. Ora- tione de Aruspicum responsis , ubi pu- blicos Mattis deinceps ludos negligenter esse factos , & ob id pollutos ostendit , ita scribit , Quo si quis liber , aut spectan- di , aut etiam religionis causa accesserat , manus asperabantur , quo matrona nulla adiit propter vim confessumque ser- rum.

7 Ad quos servos adire.] Cicero in d. Orat. de Arusp. respon. Iffiusmodi , inquit , Megalesia fecit pater tuus? iifius- medi patruus? Is milbi etiam generis suis mentionem facit , cum Atheniensis , aut Spartaci exemplo ludos facere maluerit , quam C. aut Appii Claudiorum? Illi cum ludos fuerent , servos de cava exire jubebant. Tu in alteram servos immisisti , ex altera liberos ejecisti. Itaque qui ante voce præconis à liberis semorebantur , tuis ludit , non voce , sed manu liberos à se segregabant.

<sup>Præter
purpura
Meg.
rensis.</sup> celebrarunt : ¹ quare purpura Megarensis in vulgi proverbiū venit. ² Quibus diebus stipem cogere , Idææ matris familias proprium fuit , quod edicto cavebatur his verbis: Præter Idææ matrisfamilias eosque justis diebus ne quis stipem cogito , & infra. In quibus fuit constitutum, ut patricii Megalensibus motitarent , plebs vero Cerealibus. ³ Præter hos fuere Taurii diis inferis consecrati, quorum origo fertur antiquissima : cum enim regnante Superbo, vis morbi & insanabilis pernicies per omnes urbis regiones & compita pervagata esset , assiduisque funeribus exhausta civitas foret , atque ob esum carnium taurorum pestifer annus gravidas mulieres ita affecisset , ut sisti pestilentia nequiret , in deorum inferorum placamenta hos ludos concelebrarunt, qui Taurii dicti, quod ob taurinæ carnis morbum, inventi priuini concelebratique sunt , ⁴ in quibus metas circumcurrere , velut in Circensibus servatum est. ⁵ Compitalitios vero ⁶ Laribus , ⁷ quos bis in anno vernis aestivisque

¹ *Quare purpura Megarensis.*] Ari-

stoteles lib.4. Ethicorum cap.2.

² *Quibus diebus.*] Hæc usque ad vers.

In quibus, sunt Ciceronis lib.2. de Le-

gibus , & jam diximus supra hoc eo-

dem libro, ubi de 12. Tab.

³ *Præter hos fuere Taurii.*] Hæc quoque usque ad versic. *In quibus metas*, sunt Festi Pompeji lib. 18. De ludis autem Taurilibus Livius 4. Dec. 1.9. *

COLERUS.

* Et Joseph. Scaliger in Castigationib. ad Fest. Ejusdem Festi est, *Taurium as*, quod in ludos Tauricos consumitur.

TIRAQUELLUS.

⁴ *In quibus metas circumcurrere.*] Varro lib. 1. aut aliorum comput. 4. de lingua Latina.

⁵ *Cumpitalitios.*] Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 7. Suetonius in Augusto, cap. 31. Nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis paulatim abolita restiterunt : ut Salutis augurium , Dialet flaminium, sacrum Lupercale , ludos seculares & compitalitios.

⁶ *Laribus.*] Ovidius lib. 1. Fast. Fitque gravis , geminosque parit , quia compita servant,

Et vigilant nostra semper in urbe Lares. Et Varro lib. 2. aut aliorum computatio. 5. de lingua Latina. Et Dionysius Halicarnassus libro 4. ubi & id dicit, Sacrificis Compitalia sacra facientibus , non ingenuos , sed servos ministrire voluit , quasi hoc gratius esset Laribus : quod festum nostra quoque etate Romani agitant paucis diebus post Saturnalia cum primis celebre , & sumptuosum Compitalium appellatione : durarque mos ille priscus in sacris placandi Genios per servorum ministeria , qui temporaria libertate fruuntur per eos dies , ut hac honorifica humanitatē mansuetiores reddit , dominos chariores habeant , & levius ferant sit fortuna inclem tam. *

COLERUS.

* Tertullianus de spectaculis c. 1. quem locum alibi jam citavi.

TIRAQUELLUS.

⁷ *Quos bis in anno.*] Suetonius in Augu-

que floribus ornabant, dicatos plerique autumant, quorum origo ab ultima antiquitate fuisse proditur. ¹ Cum enim Prisco Tarquinio regnante, in foco genitale repente apparuisset, quo in sinu admoto, mater Servii Tulli Ocrestes, stupens miraculo, haud multo post Servium Tullium enixa peperit, qui mox regno successit, & quod puer caput arserit, Laris filius esse creditus est: inde Compitalitii ludi primum instituti, inventique fure, ² quos per vicorum magistros fieri, & in compitis celebrari, ac per multum temporis desitos, quum solennia ludorum intermittere nefas esset, post L. Lusellum & C. Marium consules à L. Pisone revocatos & magno appara-
tu instauratos memorant, qui postea non per vicorum ma-
gistros, sed præfectos vicorum celebrari cœpti, & demum sublatis collegiis haud multo post discussi fucere. Tametsi ab Atheniensibus priimum institutos Compitalios non nulli credant, in quibus præmium victori hircus donaba-
tur: ³ post quos, juvenales, funebres & seculares, vario & ^{Ludi}
solerti ingenio inde recepti paratique sunt: in juvenalibus ^{juve-}
nates. enim, licet juvenum causa instituti forent, in hisque ado-
lescentes per lusus & lasciviam admitterentur, ⁴ plerum-
que

Augusto, cap. 3. t. Compita'es Lares er-
nare bis in anno instituit, vixis floribus
& astris.

I Cum enim Tarquinio Prisco regnan-
te.] Hec usque ad versic. Quos per, sunt
Plinii lib. 36. cap. 27. eodemque ult. in
fin.

2 Quos per vicorum magistros fieri.] Et hæc quoque usque ad vers. Tametsi,
sunt Asconii Padiani in Orationem
Ciceronis contra Pisonem.

3 Post quos Juvenales.] De quibus
Suetonius in Nerone, cap. 11. scribit
Julius Capitolini Gordianum edi-
disse de proprio per quadratum ludos
Scenicos & Juvenalia. Sidonius Apo-
linaris,

Jam fama Juvenalibus peraditis,
Suetonius autem in Galigula, cap. 17.
in fin, tradit, illum, ut Ititiam publi-

cam in perpetuum quoque augeret, ad-
jecisse die in Saturnalibus, appellasię
que Juvenalem.*

COLE R I S.

* Sub Augusto quidem trium die-
rum Saturnalia erant, teste Macrobius
lib. 1. cap. 1c. Quare non intelligo satis
Dionem, qui dicit, Caligulam iussisse
quinque diebus agi Saturnalia.

T I R A Q U E L L U S.

4 Plerumque tamen annis, & grande-
vas.] Suetonius in Nerone, cap. 11.
in princ. Spectaclorum plurima & va-
ria genera edidit: Juvenales, Circenses,
Scenicos ludos, gladiatorium munus. Ju-
venalibus sene*s* quoque Consulares, annis
que matronas recepit ad lusum. Corne-
lius Tacitus lib. 14. Nero instituit ludos
Juvenalium vocabulo, in quos paſſim no-
mina data. Non nobilitas etiā quām, nō
etias,

que tamen anus, & grandævas natu matres, senesque ingravesceni ætate, ludis admissos cooperimus.¹ Lusus erat, quem ludebant turmæ puerorum primo ætatis flore, & juvenes generosi spiritus, ut equis instratis, hinc inde dispositis turmis, tanquam acie instructa, composito agmine, in justæ modum pugnæ cursitarent, speciemque prælii, modo in occursum eundo, nunc à tergo & in gyrum occursando præberent, & campestrem incursionem facerent,² specimenque magnæ indolis, & commendationem in euntis adolescentiæ præ se ferrent, ita ut qualis quisque futurus esset, cuiusque spei, facile eniteret.³ In his quoque

pyr-

etas, aut acti honores impedimento, quominus Græci Latinique histriones artem exercerent, usque ad gestus modosque hand viriles. Dion in Nerone. Juvenalibus, inquit, ludis interfuerunt multi, sed in primis nobilissimi viri. Cujus rei argumentum est, quod Ælia Catulla, foemina nobilissima atque ditissima, ac jam grandis natu (nata erat annos octoginta) saltavit: Exteri, qui propter senectutem, & morbos præcipue, nihil poterant facere, saltabant. Se enim exercebat unusquisque ut poterat, erantque ob eas res scholæ constitutæ, quas frequentabant clarissimi viri, mulieres, pueræ, adolescentuli, vetulæ, senes. Quod si quis non posset aliter spectaculum præbere, ad choreas ibat. Cumque multi pudore adduisti, ea facerent personati, Nero, petente populo, ab eis personas auserebat, eosque patefaciebat hominibus, apud quos ipsi paulo ante magistratus gesserant.*

COLERUS.

* De Juvenalibus ludis omnino legendus Justus Lipsius ad l. 14. Cornelii Taciti.

TIRAKQUELLUS.

¹ Iusus erat.] Id ex Virgilio est, hujusmodi ludum describente libro 5. Æneid.

Olli discurrevere pares atque agmina termi
Diductis solvere choris, rursusque vo-
cati
Convertere vias, infestaque tela tulere.

Inde alios incunt cursus, aliosq; recursua
Adversis spatiis, alternosque orbibus
orbes

Impediunt, pugnæque crient simulachra
sub armis.

Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula
vertunt

Infensi, facta pariter nunc pace ferun-
tur.

² Specimenque magnæ indolis.] Hæc sunt in Augusto, cap. 43. cuius verba adscribemus infra in verbo, *Quam Tranquillus Trojans nuncupavit.*

³ In his quoque Pyrrichiam.] Serv. in lib. 5. Æneidos quo loco citabimus infra ibi, *Quam Tranquillus.* De hujusmodi autem saltatione Plato lib. 7. de Legibus, Plinius lib. 7. cap. 56. Suetonius in Cæsare, cap. 39. Pyrrichiam, inquit, saltaverunt Asie Bithyniaeque Principum liberi, & in Nerone, cap. 12. Athenæus Dipnosophistarum lib. 14. cap. 12. Apuleius lib. 10. & 11. de Asino aureo refert pueros puellasque Græcanicas saltasse Pyrrichiam, cum nunc in orbem rotatum flexuosi, nunc in quadratum cuneati, discursus reciprocos explicarent. Pollux lib. 4. cap. 14. Scholiastes Homericus Iliados lib. 10. Spartanus in Hadriano, Ammianus Marcellinus libro 16. Et ex horum plurimis intelliges cujusmodi hæc saltatio fuerit. Vide Erasmus Chil. 3. cent. 7. c. 71. Pyrrichen ocu-
lis præseferens.

¹ In

pyrrhicham saltari accepimus, quæ integris urbis moribus, ^{Pyr-}
rhicha.
 magno faventium studio siebat: quæ primum inventa fer-
 tur ¹ in Creta, ² nonnulli à Laconibus ad res bellicas facile
 obeundas, ³ ut armati levi flexu & saltu, nunc se contra-
 hendo, nunc in altum exiliendo, nunc declinando, tela &
 plagas vitarent, disciplinamque ediscerent, ⁴ quæ enoplia ^{Enoplia}
 saltatio dicta est, ⁵ quam Tranquillus Trojam nuncupavit: ^{saltat-}
idque ^{tio.}

1 In Creta.] Pyrrhicha saltatio est Græcanica, quam Pyrrhus in Creta prius invenit, auctor Plinius ubi supra. Scribit Strabo in 10. Pyrrhicham repertam fuisse à Pyrrhicho Curite pro juvenibus ad disciplinam militarem exercendis. Straboni astipulatur Solinus cap. 16. ubi de Creta insula, qui saltationem hanc expressis his verbis, Pyrrhichon docuit Creta Pyrrhicho repertore. Equestres turmas prima docuit lascivas vertigines implicare: ex qua disciplina bellicæ rei usus datus.

2 Nonnulli à Laconibus.] Quintiliani lib. 1. cap. 19. Lacedæmonios, inquit, etiam saltationem quandam, tanquam ad bella quoque utilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Athenaeus d. 1. 14. cap. 12. scribit, Aristoxenum Pyrrhicham à quodam genere Lacone appellationem consecutam esse, ac his etiam temporibus Pyrrhichum nomen esse Laconicum.

3 Ut armati.] Nam & hanc ita describit Plato lib. 7. de Legibus, Motus, inquit, Pyrrhiches imitatur flexus corporum, quibus tela plagaque vitantur declinando, concedendo, exiliendo in altum humique se detrahendo: contrarios item gestus imitatur, quibus videlicet contra alios quicquam infurtur sagittando, jaculando, feriendo. Diodorus Siculus l. 5. cap. 15. scribit, Cretam reperisseensem, galeam, ac cum armis saltandi morem, quorum strepitu permagno Saturnus deceptus est.

4 Quæ Enoplia.] Dionysius Halicarnassæus libro 7. hanc saltationem Pyrrhicham enopliam esse, hoc est, armata in tradit. Pollux lib. 4. cap. 14

Quamvis hæc à Pyrrhicha distinguere videatur. Strabo d. libro 1c. Plin. d. 1. 7. cap. 56. Saltationem, inquit, armatam Curetes docuere Pyrrhicham Pyrrhus utramque in Creta.

5 Quam Tranquillus Trojam nuncupavit.] In Cæsare cap. 39. Trojam lusit, turma duplex, majorum minorumve puerorum, & in Augusto, 43. Sed & Trojæ ludum, didic frequentissime majorum minorumve puerorum delectu, prisci decorique moris existimans, clara stirpis industria note scere, & in Tiberio cap. 6. in fine. Praesedit & Actiacis ludis & Trojanis Circensisbus, ductor turme puerorum majorum, & in Claudio, cap. 21. Ac super quadrigarum certamina Trojæ lusum exhibuit, & in Nerone cap. 7. in princip. Tener adhuc, nequum matura pueritia, Circensisbus ludis Trojam constantissime favorabiliterque lusit. Et de hoc quoque ludo Cornelius Tacitus libro 11. Sedente Claudio Circensisbus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troja inirent, interque eos Britannicus Imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox in Imperium, & cognomine Neronis ascitus, favore plebis acior in Domitium, loco præfigi acceptus est. Hujus autem ludi originem videbis apud Virgilinum libro 5. Aeneidos multis versibus, quos supra adduximus ibi, Lusus erat. Quibus paulo post & hos subjecit, quibus ostendit hunc ludum illinc ad Romanos fluxisse,

Hunc morem cursus atque hæc certamii-
 nus primus
 Ascarius, longam muris cum cingeres
 Alcam,

^{Salta-} idque à Romulo institutum ferunt, ut cum armis saltarent milites saltatione quam bellicrepam dixit. ² Sic ut in Panathenæis armatos pueros saltare voluerunt, in quibus pueri puellæque forma conspicui, manibus amplexi, nunc in orbem, nunc in obliquum per diversos flexus pyrrhichiam in theatro saltabant. ³ Postea vero Gaditani modi, & mollissimæ saltationes, quum essent minus notæ, inventæ suere, in plures divisa species: ⁴ in chironomiam, quæ manuum gestu: halima,

Rettulit & priscos docuit celebrare Latinos:

Quo pater ipse medo secum, quo Troia pubes Albani docuere suos. Hinc maxima porro Acceptis Roma, & patrium servavit hominem:
Trojaque nunc, pueri Trojanum dicitur agmen.

Quo in loco Servius, Ut ait Suetonius Tranquillus, ludus ipse quem vulgo Pyrrhichiam appellant, Troja vocatur, cuius expressit originem in libro de puerorum lusibus. Hujus quoque mentione Dion Nicaeus lib. 43, ubi deludis & certaminibus à Cesare populo exhibitis, Etiam, inquit, *Trojana, antiquo more, Patritiorum filii luserunt, juvenesque qui dignitate aequales erant, curribus certaverunt, & lib. 48. Agrippa prætruta, Et Trojanum vocatum ludum per nobiles pueros magnifice exercebat.* Et lib. 51. ubi de ludis in consecratione templi Julii factis, *ludi omnis generis, inquit, facti sunt, Patriciique pueri Trojanum luserunt, virisque simili ratione, equis celestibus ligisque & quadrigis certaverunt.*

¹ Idque à Romulo institutum fuit. Festus Pompejus lib. 2. *Bellicrepam, inquit, saltationem dicebant, quando cum armis saltabant, quod à Romulo institutum est, ne sive pateretur, quod fecerat ipse, cum à ludis Sabinorum virginis rapuit.*

² Sicut in Panathenæis.] Isocrates

in eo libro, qui Panathenaicus inscribitur. Thucydides lib. 6. De his Plato in Parmenide, Aristophanes in Nubibus, Plutarchus in Theseo, Eusebius Chronographus, ubi de Agone gymnicio, Maximus Tyrius, Sermones 33. & 36. Pausanias lib. 4.

³ Postea vero Gaditani modi.] Martialis libro 5. epig. 109. in Cotilum, *Catrica qui Nili, qui Gaditana susurrat,*

Qui movet in varios brachia volfa modos.

Et rursus eⁱg. 120. ad Toranium,
Nec de Gadibus improbis puellæ,
Vibrabunt sine fine pruientes
Lascivos docili tremore lumbos.
 Et lib. 6. epig. 70. de Telefina,
Edere lascivos & Bethica crismata gestus,

Et Gaditanis ludere docta modis.

Et lib. 14. epig. 203. de Puella Gaditana,

Tam tremulum crissat, tam blandum prurit, ut ipsum

Misturbatorem fecerit Hippolytum.

Et Juvenalis Satyra 11.
Forstam expectas ut Gaditana canoro Incipiat pruriere choro, plausuque probat Ad terram tremulo descendant clunæ puellæ,

Irritumentum Teneris languentis.

⁴ In Chironomiam, quæ manuum gestu.] Idem Juvenalis satyra 6.

Chironomus Lædam molli saltante Battilo

Tuscia vesica non imperat.

Quin.

¹ halma, quæ pedum: ² lactissima, quæ calcibus ad humeros jactis saltabantur, quorum inventores Iones fuisse dicunt, unde gestus quoque pantomimi fluxere: in quo id fuit constitutum, ut in chironomia alii gestus subiti, alii miserabiles, alii longi nomina ferrent. Funebres vero ludos etiam ^{Ludi} inter ludicra scenæ exhiberi accepimus, & post ludos epulum datum, quibus qui præerant, ^{funebres.} designatores dicti, in ^{Desi-} ⁷ quibus gladiatorum paria, qui venalem habent sanguinem, modo plura, nunc pauciora, nonnunquam familiæ lanistarum ad gladiaturam comparatae, digladiari, vulneraque & sedes accipere solebant: ⁸ quos in defunctorum illustrium memoriam ea de causa institutos ferunt, quod quum hostes bello vieti, servique ad sepulchra suminorum ducum

Quintilianus lib. I. c. 11. Et certe, quod facere oporteat, non indignum est discere, cum præsertim hoc Chironomia, quæ est (ut nomine ipso declaratur) loci gestus, & ab illis temporibus heroicis orta sit, & à summis Græciæ viris, & ab ipso Socrate probata, à Platone quoque in parte ciuilium posita virtutum, & à Chrysippo in preceptis de Liberorum educatione compositis, non omisssis. *

COLE R U S.

* Sidonius Apollin. lib. 4. epist. 7. Et cum apud crudos ceperumque rapulis esculentos hic agat vulgus, illuc ea comitate tradabitur, ac si inter Apicios Epulos & Byzantinos Chironomuntas, huc usque ructaverit.

TIR A QUI ELL U S.

1 Halma, quæ pedum.] Λαθρα, salutum Græci vocant. Domitius Calderinus, Juvenalis interpres, in eum locum supra proxime citatum hoc genus saltationis, quod motu pedum vehementiore fit, Thermastrida vocat.

2 Lactissima, quæ calcibus.] Domitius ubi supra, saltationum Gracorum genera dividens, ἐλακτίσμα, inquit, calcibus ad humeros jactis, à mulieribus fiebat.

3 Ut in Chironomia.] Domitius Calderinus, ubi supra.

4 Funebres vero ludes.] Livius 4.

Decad. libro I. ad finem. Donatus in prefatione Terentii. Relege, quæ non incuriose diximus de Ludis funebribus, sive lib. 3. cap. 7.

5 Et post ludos epulum.] Suetonius in Cesare, cap. 26. Munus, inquit, populo, epulumque pronunciavit in filiæ memoriam: quid ante cum nemo fecit.

6 Designatores dicti.] Donatus in Adelphis, de quibus in l. Athletas 4. de his, qui notantur infamia. Vide ibi omnino Budæum in suis Annotationibus.

7 In quibus gladiatorum paria.] Ita enī committiebantur ex Suetonio in Augusto cap. 44. ad fin. & in Donatiano cap. 4. & Plutarcho in Cesare.

8 Quod in defunctorum illustrium memoriā.] Hæc usque ad vers. In qua, desumpta sunt ex Virgilio lib. 10. An.

— Sulmone creatos

Quattuor hic juvenes, totidem quos educat Usens,

Viventis rapit, inferias quos immoleat umbris,

Captivoque regi perfundat sanguine flammas.

Quo loco Servius, Sans, ait, Mos erat in sepulchris virorum fortium captivos necari: quod postquam crudele visum est, placuit gladiatores ante sepulchra dimicare, qui à bustis Eustharri dicti sunt.

I Apud

ducum olim saeve jugularentur, & sanguinem effunderent, idque posteris saevum & inhumanum videretur scelus, cautum fuit, ut saeva illa desita consuetudine, servi libertique, & damnati capite, ac gladiatores bustuarii, qui venalem habent sanguinem, usu armorum & astri cruditi, conducti precio per lanistas, digladiarentur: in quibus in æmulationem certamenque virtutis, licet dimicatione perniciosa, vulnera acciperent darentque, & ferro decernerent: in qua si quis forte succumberet, mercedem lanista perdit gladiatoris accipiebat. Athenienses vero fures & sicarios pecunia comparatos, armis instruebant, quos, ut in scena dimicarent, invicem comittebant: ¹ apud quos usus obtinuit, ut imperatore vita functo, duodecim captivi ad sepulchrum jugulati, tumulentur una. ² Quæ munera licet summae immanitatis forent, duces in bellum, profecturi, Romæ plerunque populo exhibuere: ³ scilicet ut vulnera cerne-

Ache-
niens-
ses.

¹ Apud quos.] Nam & apud Hometum Iliados libro 23. Achilles in funere Patrocli duodecim viros fortes mactavit, & cum cadavere illius igni tradidit,

Δωδεκαὶ μὲν τριῶν μεγάθυμων γέας
ἐσθίεται,
Τές αὖτε οὐ πάντας πῦρ ἐσθί.

Id est,

Duodecim quidem Trojanorum magnanimorum filios fortes,

Quos una tecum omnes ignis absunit.

² Quæ munera.] Justinianus Imperator libro 11. Codicis tit. 43. non iminerito prohibet gladiatoria spectacula, tanquam cruenta præberi. D. Cyprianus in epistola ad Donatum gladiatoriæ voluptatem in primis exercatur his verbis, *Paratur gladiatoriū ludus, ut libidinem crudelium lumen sanguis oblectet: homo occiditur in hominis voluptate: & ut quis posset occidere peritia est, usus est, ars est: scelus non tantum geritur, sed docetur. Hac præterea gladiatoria munera detestatur Lactantius Firmianus lib. 6. de Veteri cultu, c. 20.**

COLERUS.
⁴ Hos & elegantissimis versibus exercatur Prudentius:

Sanguinis humani spectacula publicus edit

*Confessus, legesque jubent venale parari
Supplicium, quo membra hominum discepta cruentis*

*Morsibus oblectent hilarem de funere
plebem.*

Sed hæc ad alia spectacula referenda.

TIRIQUELLUS.

⁵ Scilicet ut vulnera cerne affusecent.] Pomponius Lætus in Compendio Romaine historiæ, ubi de Nemesis dea. Julius Capitolinus in Maximino & Balbino Imperatoribus, *Celebratis sacris, ait, datis ludis scenicis, ludisque Circensibus, gladiatorio etiam munere, Maximus suscepit votis in Capitolio ad bellum contra Maximinum missus est, cum exercitu ingenti, prætorianis Romæ manentibus. Unde autem monstratus sit, ut proficiscentes ad bellum Imperatores munus gladiatoriæ, & venatus darent, breviter dicendum est. Multi dicunt apud veteres hanc devotionem contra hostes faciliam,*

cernere assuecerent, cædesque & prælia non formidarent, quibus certa lex data, ut multo gravioribus armis pugnare discant, utque diutius in pugnæ simulachris armati assuecant, ut in patientia laborum educati, in conflictu pugnæ minus laborarent, neque ut tyrones corporibus animisque deficerent. Utque lanistæ cuin hastis & sudibus primo introducantur, mox gladiis decernant, ad præliumque incedant tunicati. Utque ante congressum multa fiant, quæ non ad vulnus, sed ad speciem gesticulationis, & motus agilitatem yideantur: procedente mox pugna, ut nudi digradientur, neque in vulnere ingemiscant, neve injussi decumbant, neve postquam decubuerint, ferrum accipere jussi, segnes & cunctabundi accipient, aut retractent. ¹ Ad quod certainen insignes nobilitate & opibus, neque obscuri generis homines plerunque prodiere: ² Nam & Nero Cæsar CCCC. senatores, & DC. equites ad ferrum exhibuit. Et Domitianus temporibus nobiles ad specimen virtutis ostendendum, in arenam prodire non dubitarunt, ³ qui non virorum modo pugnas, sed fœminarum noctu

com-

Etiam, ut ciuium sanguine litato, specie pugnarum se Nemesis, id est, vis quædam fortune satiaret. Alii hoc literis tradunt, quod verisimilius credo, iutros ad bellum Rom. debuisse pugnas videre, & vulnera & ferrum, & nudas inter se cohortes: ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut vulnera, & sanguinem perhorrescarent. Haec tenus Capitolinus.

¹ Ad quod certamen.] Ut patet ex sequentibus.

² Nam & Nero Cæsar.] Suetonius in vita ipsius cap. 12. Exhibuit, inquit, ad ferrum * etiam quadringentos Senatores, sexcentosque Equites Romanos, & quosdam fortunæ atque existimationis integræ: ex iisdem ordinibus, conselectores que serarum, & varia arenae ministeria. Corn. Tacitus lib. 15. Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificencia ac priora. Sed fœminarum illustrium, Senatorumque filiorum plures per arenam sedatis sunt. Hinc exiit illud Ju-

venalis Sat. 8.

Quis edet, & spectat triscurria Patriorum,
Planipedes audit Fabios, ridere potest
qui
Mamercorum alapas, quanti sua funera
vendant,
Quid resert? vendunt nullo cogente Ne-
rone.
Nec dubitant celsi Prætoris vendere lu-
dis.

C O L E R U S.

* Ad ferrum, id est, ad Gladiatores. Sic ad ferrum damnati, & ad ferrum dati, apud JCros. Juvenal. Sat. 6. de fœminis gladiatorum amore captis.

— Ferrum est quod amant.

T I R A Q U E L L U S.

³ Qui non virorum modo pugnas, sed fœminarum noctu committit.] Suetonius in vita Domitianus cap. 4. Venationes, inquit, gladiatoresque & noctibus

*Quis
primus
gladiato-
rium
munus
de-
deder-
rit.
Matro-
nis lu-
dis in-
teresse
veti-
tam.*

commisit: ¹ donec cautuī fuit, ne equites Romani ludo & arena polluerentur. Prīmus enim qui gladiatorium edidit munus, ² Junius Brutus in honore in defuncti patris fuīsse traditur. Alii Appium Claudium & Fulvium consules, in foro boario gladiatores commisisse primos asseverant. ³ In quo præter apparatus magnificentiam, iimmanissimas feras, hominesque, qui cum his concurrerent, ad pugnam exhibuit. ⁴ Ad quos matronas admitti erat lege vetitum, ne immanitati aut feritati assuererent: sicut ab athletarum spectaculis muliebrem sexum ⁵ Augustus avocavit,

*bus ad lynchuchos commisit, nec virorum modo pugnas, sed & feminarum. Xiphilinus ē Dione in Domitiano, Noctu sepe exhibebat certamina, in eaque nonnas & mulieres introducebat. Exhibitas præterea à Domitiano fuīsse foemina-
rum pugnas testatur Papinius, cum ait in I. Sylvarum, sylva ult.*

*Stat sexus rufus, insciusque ferri,
Et pugnas capit impolus viviles:
Cridas ad Tanain ferumq; Phasin, &c.
Juvenalis mulierum impudentiam Sa-
tyrica mordacitate dilacerans, qua
Domitiani temporibus in venationes & pugnas theatrales descendebant, in-
quit:*

*— Nervia Thuscum
Figat aprum, & nuda teneat venabula
mamma.*

¹ Donec cātūm fuit, ut Equites Ro-
mani.] Tranquillus in D. Octavio Au-
gusto cap. 43. scribit, *Augustum ad sce-
nicas & gladiatorias operas & equitibus
Romanis aliquando usum fuīsse*, verum
prius, quā *Senatus consulo interdicere-
tur: poslea nihil sane, præterquam ado-
lescentulum Lucium honeste natum, ex-
hibuisse, tantum ut ostenderet, quod
erat bipedali minor, librarium septen-
decim, ac vocis immensa. Ulpianus
Jurisconsultus l. quid ait Præter. 2. ff.
de his, qui notantur infamia, §. ult. scri-
bit eos, qui quæstus causa in certamina
descendunt, & omnes propter præ-
mium in scenam prodeunt, famulos*

esse. Divus Augustinus lib. 2. Civita-
tis Dei, cap. 27. scribit, Romanos pri-
vasse virtutis honore, tribu movisse,
agnovisse turpes & fecisse infames
eos, qui scenicas artes & obscenos
ludos exercerent.

² *Junius Brutus.] Valerius Maxi-
mus lib. 2. cap. 1. de Institutis anti-
quis testis est, gladiatorium munus
primum Romæ datum esse in foro Bo-
ario, Appio Claudio; Q. Fulvio Con-
sulibus. Dederunt autem Marcus &
Decius filii Bruti, funebri memoria,
patris cineres honorando. Verum Jul.
Flor. de uno Junii Bruti filio Decio
tantum loquitur, non de Marco: sic
enim scribit, Epitome Livii libro 16.
Divus Jun. Brut. munus gladiatorium in
honorem defuncti patris edidit primus.*

³ *In quo.] Livius 4. Decad. lib. 9.
scribit, P. Licinii funeris causa visce-
rationem datam, & gladiatores 120.
pugnasse, & ludos funebres per tri-
diuum factos, & post ludos epulum.*

⁴ *Ad quos matronas admitti.] Con-
tra tamen innuit Suetonius in Augu-
sto, cap. 44. dum sic scribit, Fæminis
gladiatores quidem, quos promisue
spectari soleme olim erat, nisi ex supe-
riori loco spectare conceperit.*

⁵ *Augustus.] Eodem illo cap. 44.
Et vide hic omnino quæ scriptimus in
legibus Connubialibus l. 16. num. 37.
incip. Et ob hæc, ubi multa videbis ad
hanc rem pertinentia.*

cavit & dimovit. Non sic Cretensibus, qui præcipuas & <sup>Cret-
tenses.</sup> magno natu mulieres ad gladiatorium munus admitte-
bant: & Spartæ nulla est tam nobilis mulier, quæ precio <sup>Spar-
tanae.</sup> conducta non ad scenam prodeat. Cumque antea gladia-
torii ludi imperatorum munus forent, ¹ Claudio princeps,
ut pecunia quæstorum fierent, cavit edicto: quos propter
cædes & immanitatem, quodque mali exempli essent, post-
ea edi prohibuit. ² Et quia nonnulli inopes & modicis fa-
cilitatibus, sordida mercede conductos gladiatores ad fer-
rum exhibebant, Tiberio imperante, Senatus consulto cau-
tum fuit, ne quis gladiatorium munus daret, cui minus qua-
dringentis millibus census esset. Post aliquot vero ætates <sup>Qui-
bus</sup>
Theodoricus Gothorum rex ita gladiatores odio prose-
quutus fuit, ut optantibus Romanis, non modo illos dene-
gari, sed nunquam postea edi permiserit. Fuitque in usu, <sup>gladia-
torum</sup>
ut in funebris effent spectatores penulati, quium in cæte-
ris togati convenienterent. ³ Seculares vero ludos, quod singu-
lis centundecem annis, vel quod semel tantum hominis <sup>Ludi
secu-
lares.</sup> ætate fierent, dictos accepimus. Nam seculum veteres hac
finitione terminarunt. ⁴ Alii nisi decurso trium ætatum
spa-

¹ Claudio Princeps.] Ante Clau-
dium Iulius Cæsar Ædilis 200.ac 306.
gladiatorium paria exhibuit, apud Plu-
tarchum in vita illius.

² Et quia nonnulli.] Suetonius in
Tiberio cap. 34. scribit, Tiberiu[m] lu-
dorum ac munerum impensas corri-
puisse, mercedibus scenicorum rescis-
sis, paribusque gladiatorum ad certum
numerum redactis.

³ Seculares vero ludos.] Horatius in
Carmine seculari,
Certus undenos decies per annos
Orbis, ut cantus, referatque ludos
Ter die claro, totiesque grata
Nostre frequentes.

Quam lectionem agnoscunt omnes
interpretes, licet sint, qui ibi legant
non Undenos, sed ut denos. Cui lectioni
astipulatus Festus Pomp. lib. 17. cum
scribit, Seculares ludi apud Romanos post

centum annos fiebant: quia seculum cen-
tum annos extendi existimabant. Et Cen-
sorinus de Die natali, lib. 6. ubi ori-
ginem horum ludorum describit. Lu-
dorum secularium meminit etiam Di-
vus Augustinus lib. 3. cap. 18. & ibi
Ludovicus Vives interpres, quem vide.
Vide præterea Pomponium Latum in
Epit. Roin. historiæ, ubi de Imperio
Philippi. & Lilium Gregorium Gyral-
dum de Annis & mensibus.

⁴ Alii nisi decurso.] Herodianus
lib. 3. in vita Severi, Seculares, inquit,
bi tum appellabantur celebrati (ut ajunt)
decurso trium spacio ætatum: siquidem
urbetata, atque Italia præcones itabant
convocatum omnes ad ludos, quos nec vi-
dissent hactenus, nec visuri postmodo fo-
rent. Ita scilicet intervallum præteritæ,
futuraque celebratæ, supra omnem esse
hominum ætatem significantes.

spacio, seculares fieri negaverunt, ¹ qui supra Tiberim,
² saepius in Capitolio, magna frequentia & favore sunt edi-
soliti: ³ ad quos licet praeco invitaret ad ludos, quos nec
vidisset quisquam, nec visurus esset, illos tamen citra hunc
annorum numerum persæpe celebratos comperiimus:
⁴ nam & divus Augustus seculares fecit, ⁵ & haud multo
post Claudius celebravit, quo intervallo sexaginta tres
haud amplius interfuere anni. ⁶ Mox Domitianus illos in-
stauravit, habita temporis ratione, ex quo ab Augusto edi-
ti fuerant, quos Romæ per omnia theatra fieri servatum
est, ⁷ in quibus trinoctio terra caligine bobus atris ad Tar-
rentum sacrum Plutoni & Proserpinæ, lectisternium, per-
vigilia & supplicationes instar Cereris initiorum fieri sole-
bant, carmine & hymnis in Capitolio à pueris puellisque,
patrимis & matrimis, in Apollinis & Diana laudem mo-
dulato, ⁸ cum quibus saepè Circenses dabantur una. Quo-
rum institutio fertur antiquissima. ⁹ Cum enim Valerius
Publicola, qui reges ejecit, tres filios morbo laborantes ex
voto recepisset incolunes, voti reus, hos instituit primus,
& celebravit: quos antea præteritos vel intermissos ¹⁰ di-
vus

Secu-
larium
ludo-
rum
origo.

¹ Qui supra Tiberim.] Scilicet in Vaticano, ut videre est in Suetonio in Claudio, cap. 21. qui quidem Vaticanus erat in Transtiberina regione. Sed Suetonius loquitur de Circensibus, quia saepe una Circenses siebant, ut postea dicentur.

² Saepius in Capitolio.] Centesimo-decimo anno (ut scribit Acron) à pueris puellisque iuupuberibus in Capitolio cantabatur carmen illud Horatianum, quod nuper citavimus.

³ Ad quos licet praeco.] Herodianus lib. 3. in vita Septimii Severi, & Suetonius in Claudio, ubi sup.

⁴ Nam D. Augustus.] Suetonius in vita illius, c. 31. Plinius lib. 7. c. 48.

⁵ Et haud multo post Claudius.] Idem Sueton. in Claudio, cap. 21. Cornelius Tacitus l. 11. Plinius ubi nuper, Censorinus in d. lib. de Die natali, c. 14.

⁶ Mox Domitianus.] Idem Author in vita ipsius cap. 4. Aurelius in vita ejusdem, in fine. Tacitus & Censorinus, ubi supra. Martialis lib. 4. epig. 1. de Natali Domitiani,

Hic colat ingenti redeuntia secula lustro,
Et que Romuleus sacra Terentns habet.

⁷ In quibus trinoctio.] Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. de Institutis antiquis, ubi de Valesio loquitur, ubi item de Valerio Publicola. Hincque illud Aufonii in Numero ternario,

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

⁸ Cum quibus saepe Circenses.] Ut etiam patet ex Suetonio in Domitia-
no, d. c. 4.

⁹ Cum enim Val. Publicola.] Valerius Maximus ubi supra, & vide Censorinum etiam, ubi sup.

¹⁰ D. Augustus.] Dictum est supra.

I In

vus Augustus magnifico apparatu celebravit, quamvis non vera ratione dimensa. ¹ In quibus juvenes sine aliquo maiore natu propinquorum nocturno spectaculo intereste vertuit. ² Postremo Domitianus septimos exhibuit, ad sua tempora ab ortu urbis observatos. Et deinceps post curricula temporum, ³ Philippus Imperator, millesimo urbis anno ex omni seculorum memoria, apparatissimos seculares fecit: in quibus præter elephantes triginta, leones, tigres, alces atque hyænas & cephos, etiam gladiatorum partia mille, hippopotatum, & rhinocerotem, ferasque immanissimas venationi dedit. ⁴ Præter quos fuere ludi theatrales & honorarii, qui æque ac funebres statim non sunt: sed ut quisque ad honores & ædilitatem, præturam vel consulatum evectus erat, ad conciliandum populi favorem maxima hos lætitia coluit & celebravit: ⁵ in quibus elephontorum ⁶ & leonum pugnas, aliarumque beluarum ⁷ venatio-

nes,

¹ *In quibus juvenes.*] Suetonius in Augusto c. 31.

² *Postremo Domitianus, &c.*] Tacitus lib. II.

³ *Philippus Imperator.*] Hæc usque ad versic. *Præter quos*, sunt Julii Capitolini in Gordianis, de quo etiam nonnihil Eutropius lib. 9. cap. 4. Paulus Orosius lib. 7. c. 13. Et ad id quod de Hippopotamo dicit, addit, quod Plinius lib. 8. c. 26. scribit, M. Scaurum, Aedilem, primum omnium hippopotatum ædilitatis sive ludis ostendisse. Et ad id quod de Rhinocerote dicit, addit quod idem Plin. ejusdem lib. 8. cap. 20. Pompejum Magnum omnium primum Rhinocerotem ludis Circensis exhibuisse.

⁴ *Præter quos fuere ludi Theatrales.*] De hujusmodi ludis Honorarii Suet. in Augusto, c. 32. Ne quod autem, ait, maleficium, negotiumve impunitate vel mera elaberetur, triginta amplius dies, qui Honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit. Festus Pomp. libro 8. Honorarios ludos, ait, quos & Liberalis dicebant. Et hos quidem Her-

molaus Barbarus in Plinianis castigationibus c. 4. ita dicit vocari ab honore, qui eos ludos populo edebant.*

COLERUS.

* Sed non existimo tot dies solis Liberalibus occupatos fuisse. Verius fortassis honorarios interpretabimus, honoris seu dicis causa sic dictos, non quod ludi vere ederentur, vel eos quibus Prætor præcerat. Nam & ius Prætorium (quod notunt omnes) honorarium appellatur. Hæc Torrentius.

TIRQUELLUS.

⁵ *In quibus elephantorum.*] Ut abunde videbis apud Plinium lib. 8. c. 7. & Senecam in lib. de Brevitate vita, cap. 13. ubi dicit, Pompejum primum in Circo elephantorum duodeviginti pugnam edidisse: quamvis Plinius in d. c. 7. scribit viginti: aut, ut quidam, ait, tradidit 17.

⁶ *Et leonum pugnas.*] Ut patebit ex sequentibus.

⁷ *Venationes.*] Livius 4. Decad. 1. 9. tradit, Spurio Posthumio Albino, & Martio Coss. athletarum certamen tuni primo Romanis spectaculo fuisse, &

nes, frequenter exhibitas invenimus : ¹ Primus enim Scævola in curuli ædilitate leonum pugnas deditse fertur, ² mox Pompejus jubatos trecentos quindecim, ³ Cæsar quadringentos : ⁴ donec Senatusconsulto cautum fuit, ne Africanas in urbem inveharent. Contra Cneus Aufidius tribunus plebis : nam Circensium causa importari jussit. ⁵ Postea Augustus tigrim, ⁶ & Domitius Ænobarbus centum ursos Numidicos in ædilitate, & totidem venatores

Æthio-

se, & venationem datam leonum & pantherarum, Suetonio in Domitian.

c. 4.

¹ Primus enim Scævola.] Plinius libro 8. cap. 16. Solinus cap. 40. aut aliorum computat. 30. ubi de Africa, Spectaculum, ait, ex leonibus primus editit Scævola Publpii filius in curuli ædilitate. Verum Seneca in d. lib. de Brevitate vitæ, cap. 13. scribit primum L. Syllam in Circo leones solitos deditse, cum alioquin tunc alligati darentur ad conficiendos missis à Rege Boccho jaculatoribus, ut vulgo legitur: vetum jaculatoribus legendum putto.

² Mox Pompejus.] Plinius ubi supra. Plutarchus autem in ejus vita dicit quingentos. Dion historicus l. 39. tradit, Pompejum theatrum dedicavisse, & in eodem spectacula cum musica, ludosque gymnicos exhibuisse, atque in Circo equorum certamen, multarumque & variis generis beluarum venationes præbuisse. Quinque enim dierum spacio quingenti leones consecuti sunt, elephantique octodecim cum armatis depugnaverunt, partim in ipsa pugna mortui, partim paulo post. Nam populus aliquos, etiam in vitro Pompejo, miseratus est, cum vulnerati à pugna destituissent, circumuenientesque ad cœlum proboscidibus lamentati sunt, ita ut sermoni occasio nem præberent, non id ab ipsis temere, aut casu fieri, sed jusjurandum, quo persuasi ex Africa traducti erant, implorantibus, suique vindictam deos

poscentibus. Fertur enim haud prius eos in naves ingressos esse, quam à ducentibus juramento sibi cautum esset, de omni injuria. Hæc Dion, ubi supra.

³ Cæsar.] Plinius d. 1. 8. c. 16.

⁴ Donec Senatusconsulto.] Plinius lib. 8. cap. 17. Senatusconsultum, inquit, fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiā advehere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis, permisitque Circensium gratia importare.

⁵ Postea Augustus tigrim.] Plinius d. c. 17. paulo postea, quæ in præced. addiximus, subjungit, D. Augustus Q. Tuberone, Fabio Maximo Coss. 4. Nonas Majas theatri Marcelli dedicatione, tigrim primus omnium Romæ ostendit in cœvo mansuetissimam. Deinde 18. ejusdem libri capite, tradit, Dictatoris Cæsaris Circensibus ludis tigrim (quæ Camelopardalis etiam vocatur) primum visam Romæ.

⁶ Et Domitius Ænobarbus.] Plinius d. lib. cap. 36. ad finem, Annalibus, inquit, notatum est, M. Pisone, M. Mesala Coss. ad 14. Calend. Octob. Domitium Ænobarbum ædilem curulem ursos Numidicos centum & totidem venatores Æthiopas in Circo deditse. Deinde subjugit, Miror adjectum Numidicos suis se, cum in Africa ursos non digni constet. Solinus cap. 39. aut aliotum distinctione 29. ubi de Numidia & in ea visis. Dion autem in Augusto, tradit P. Servilium Prætorem temporibus ipsius Augusti trecentos ursos, totidemque alias feras inhibuisse & occidisse.

i Et

Æthiopes dedit. Hæc enim expectatio munerum, quantum studii & favoris ad conciliandum popularium animos attulerit, quum magnifico sumptu exhibita fuissent, enarratu difficile est: siquidem qui illa ample & largiter dedissent, aut qui munificentia reliquos anteissent, facillimos aditus ad honores, consulatus & præturas, reliquosque magistratus, proximis comitiis habuere: quorum cura & procuratio præcipua ædilium erat.¹ Et qui illos ob secordiam prætermisserit populare odium & offensam haud dubie incurrit, & velut sordidus & parum civilis, est pro despectissimo habitus. Mamerco enim homini ditissimo, quod ædilitatem, ne sumptus in exhibendis ludis faceret, assequi non curasset, in consulatu repulsam tulit.² In his enim res commentitias, fabellas & scenas raptæstare, tum monstra & visu incognita, venationesque & pugnas populo dare assuerant:³ ad quas mulieres descendisse, & cum immanissimis feris saxe depugnasse comperimus,⁴ tanto omnium studio, ut triginta & amplius dies, sepositis negociis, Romani ludis impenderent: quos postea Augustus coarctavit, ne ludorum celebritas ninnium diu actus forenses & negotia moraretur.⁵ Theatrales quoque ludos in Liberi

Muneris
ra in-
jusno-
di sce-
meant
hones
rian
par-
bant.

Thea-
tralium
origo.

¹ *Et qui illos.]* Ut patet ex sequentibus.

² *In his enim res commentitias, fabellas.]* Hæc alibi latius explicantur.

³ *Ad quas mulieres descendisse.]* Sueton. in Nerone, cap. 11. de Circensibus loquens, *Ex utroque, inquit, ordine & sexu plerique ludicrii partes sustinuerunt.* Et in Domitiano, cap. 4. ut supra jam diximus, tradit ipsum Domitianum venationes gladiatoresque, & noctibus ad lychnos non virorum modo pugnas, sed & foeminarum exhibuisse. Martialis quoque describens Amphitheatrum Domitiani in princ. sui lib. epig. 6. mentionem facit foeminei prælii, cum sic sit,

Belliger invictis quod Mars tibi servit in armis,

Non satis est Cæsar, servit & ipsa Venus.

Prostratum Nemeüs, & vasta in valle leonem,

Nobile, & Herculeum fama canebat opus.

Præsta fides taceat: nam post tuâ munera Cæsar

Hec jam foeminea vidimus acta manu.

Hinc illud Juvenalis Sat. 2.

Luctantur paucæ, comedunt collyphria paucæ.

⁴ *Tanto omnium studio, ut triginta.]* Hæc usque ad versic. *Theatrales*, sunt Suet. in Augusto, cap. 32. cuius verba adduximus supra, ubi de ludis horribus.

⁵ *Theatrales quoque ludos.]* Servius enarrans illud Virgilii l. 2. Georg.

— *Et veteris intunt proscenialudi.*

*Eac-
chan-
nium
licen-
tia.* beri patris honorem inventos fuisse, omnes fere consentiunt, ¹ quos ab Atheniensibus originem duxisse ferunt, ² qui primi Novembri mense Bacchanalia & ludos gymnicos ac Liberales celebrarunt, tanta licentia, ut nympharum & heroum habitu bacchantes prodirent in forum, & ad sonum tibię cum lasciva gesticulatione compositis modis palerent, vinumque cum bellariis, libaque ex melle, magna bibendi licentia circumferrent: ³ quos plerumque populus coronatus spectavit. Quæ sacra, præterquam quod per annum delirant & temulentam indicerentur, eo insolentiæ processere, ⁴ ut mulieres virique ornati hedera, crine fluxo, lymphatis animis debacchatae, cum thyrsis velut insanentes & furore afflatæ obvios ferirent: ministri quoque phanatici non minore vesania ferulas gestarent, tanta temulentia & verborum licentia, ⁵ ut Marcus Varro, nisi ab amentibus, scripsi potuisse negaret: ⁶ quare ministrae Mæna-

*Bac-
chan-
lia per
annum
indece-
bantur.* des

Primi, inquit, ludi Theatrales ex Liberas n. tti sunt, ideo veteres ait. Illud lib. 11. Æneid.

Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi.

Bacchi, ait, ideo dicit: quia apud veteres ludi Theatrales non erant, nisi in honorem Liberipatris.

¹ *Quos ab Atheniensibus.*] Virgilius d.lib. 2. Georg. subjugit,

Præmiaque ingentes pagos & compita circum,

Theseid.e posuere. —

Et ibi Servius exponens Theseidae, id est, Atheniensis, qui primi ludos institueret Liberales.

² *Qui primi Novembri mensē.*] Plutarchus in Theseo, scribit, Minoën in honorem Androgei, filii, Gymnica certamina statuisse: præmiuinque viatoribus pucros (quos secum Theseus adduxerat) tradidisse, tantisper in Labyrinthi custodia asservatos. De Bacchanalibus & Bacchi sacris D. Augustinus lib. 7. c. 21. & alibi s̄pē.

³ *Quos plerumque populus coronatus.*] Livius 3, Decad. lib. 5.

⁴ *Ut mulieres.*] Lucianus in Baccho, Mulieres insanæ & furiosæ, coronis hederaceis ornatae, cervinis pelli-bus induitæ, hastulas quasdam parvas gerentes, quibus ferrum non adest: sed thyrso redimitæ sunt, & scuta quedam laxiter resonantia, si quis tantum manus tetigerit, similia scutis tympana. Hederam autem Baccho factam ostendimus supra lib. 4. cap. 17.

⁵ *Ut M. Varro.*] Divus Aurelius Augustinus lib. 6. c. 9. *Bacchanalia,* inquit, summa celebrantur insania: Ubi Varro ipse confitetur à Bacchantibus fieri non posse, nisi mente commota. Ubi Ludovicus Vives, interpres, sic scribit, *Nam si quieta essent, tranquillaque mente, nunquam talia facerent: partim inepta & ultraque, partim abominandæ fœditatis, partim crudelia atque inhumana.* Multæ enim cœdes per hujusmodi sacrificiorum furorem committebantur. Sic occisi sunt Pantheus, & Ninius Indie Rrx, & Lycurgus Thrax, & Orpheus.

⁶ *Quare ministrae Menades dicta.*] Et Bacchus ipse Menoles, quasi totus forens, ut scribit D. Clemens Eusebio citante.

des dictæ; ' inter quos Sileni, Satyri, Bacchæ, Lenæ & Chiæ, Mimallones, Najades, Nymphæ & Tityris sacris operabantur. In his quoque coemulationes, ¹ thyrſi, ² tibiæ & cantus frequentes erant. ³ Et quoniam ad animæ purgationem pertinere dicerent, ⁴ etiam vannum quo triti-^{Vannus.}
cum

citante. Diodorus Siculus lib. 2. cap. item 2. *In multis Graecis urbibus triennio Bacchides mulieres convernunt: apud quas de mire virgines thyrſum ferunt, in honorem Dei Bacchus, eique per exitus sacrificantes. Postea memoriā Menadum, que feruntur illi deo aſtitifſe, hymnis & cantu renovant. Et de his Ovid. lib. 4. Fast.*

Mentis inops rapitur, ut quas audire ſolenus,

Threicias fufis Menadas ire comis.

Juvenalis Satyra sexta,

— *Et cornu pariter vinoque feruntur Attonitæ, crinemque rotant ululante priopo Menades.* —

Persius Satyra prima,

— *Et lyncem Menas flexura corymbris,*

Ezion ingeminat. —

Catullus autem Menades hederigeras vocat.

1 *Inter quos.*] Hæc usque ad versic. *In his quoque*, sunt Strabonis lib. 10. Ex quo intelligis hic mendum esse in vocabulo *Chiæ*, & *Thyiæ* esse legendum. Sed adde ad id, quod de Silenis, Satyris, & Mimallonibus hic dicitur, illud Ovidii de Arte Amandi, lib. 1.

Ecce Mimallonides ſpatiſis intergata-pillis,

Ecce leves Satyri prævia turba Dei:

Ebrui ecce ſenex pando Sileanus aſello

Vix ſedet & preſtas continent arte ju-bas.

Dum ſequitur Bacchus, Bacchæ fu-giuntque petuntque,

Quadrupedum ſerula dum malus urget eques.

In caput aurito cecidit delapsus aſello,

Clauantur Satyri, Surge age, ſurge pa-tet.

Et præterea de Mimallonibus Side-nius Appollinatis in prefatione Panc-
gyrici Antemio Augusto consuli,

Tum Faunis Dryades, Satyrisque Mi-mallones aſcle

Fuderunt lepidum rustica turbæ me-los.

Et Statii interpres Luſtatiſ libro 4. Thebaidos, qui Bacchus & Mimallo-nes eisdem dicit, citatque illud Persii Satyra prima,

Torat Mimalloneis implerunt cornua bombis.

2 *Thyrſi.*] Quod patet ex eo loco Luciani nouilonge ante adducto. Macrob. lib. 1. cap. 19. scribit, Bacchum tenere thyrſum, his verbis, *Cum thyrſum tenet, quid aliud, quam luens telum geritur, cuius inuero hedera lambente protegitur.*

3 *Tibie & cantus.*] Ut videre licet ex Suetonio in Domitiano, cap. 4.

4 *Et quoniam ad animæ purgationem.*] Servius in Virg. quo loco statim cita-bimus.

5 *Etiam vannum.*] Nam & van-num ad ſacra pertinere ſatis conſtat ex Apulejo lib. 11. Metamorph. ubi is loquens de ſacris Iſidis, quan Cere-reim nonnulli eſſe putant, *Quintus, in-quit, auream vannum, aureis congeſtam ramulis: & alius ſeiebat amphoram.* Quod etiam non obſcure indicat Vi-gilius lib. 1. Georgicon,

Aribute exerates, & myſtica vannus Ioc-chi.

Ubi Servius, *Ideo, inquit, quod liber patet in ſacra ad purgationem anime per-nebant, & ſic homines ejus myſteriis pur-gabantur, ſicut vannis frumenta purgantur.* Hinc eſt, quod dicitur, *Oſyridis membra à Typhone dilaniata, Iſis criro ſuperpoſiſſe.* Nam idem eſt Liber pater, in cuius

cum purgatur, ¹ & ovum sphærali figura adhibebant. Quæ sacra procedente tempore, quum ex diurnis nocturna fierent (unde ² Nyctileia appellata sunt) promiscuis ingenuorum & fœminarum stupris, cum strepitu & ululatu in omnine facinus & libidinem, perpetuo senatusconsulto, non in urbe modo, sed per omnem Italiam coercita fuere: maximisque pœnis inhibitum, ne Bacchanalia Romæ, neve in Italia fierent, quum in contubernio sordidissimorum pablicita. essentque maximorum scelerum causa & semiñarium. Apud Thraces Orgia Bacchi ³ ab Orpheo instituta, nisi à menstruosis fiebant. ⁴ Evianes Bacchi festa celebrant, in quibus ludiones primo, mox spectatores, multo vino epoto, ad arma concurrunt. A Babylonii quoque festus

Bacchanalia in Italia.
cujus mysteriis vanus est, quia (ut diximus) animas purgat. Vnde & Liber, ab eo quod liberet, dictus est: quem Orpheus à gigantibus dicit esse disceptum.

Et ovum sphærali figura adhibebant.] Ovum quoque sacris & purgationibus adhibitum fuisse, alibi abunde diximus.

2 Nyctileia appellata sunt.] Servius enarrans eum locum lib. 4. Æneidos,

— Nocturnaque vocat clamore Citharon.

Nocte, inquit, celebratus: nude ipsa saera Nyctileia dicebantur, quæ populus Romanus exclusit causatur pitidinis. Nyctileius pater Bacchus dictus est Ovidio lib. 1. de Arte amandi,

Ergo ubi contigerint positi tibi munera Bacchi,

Atque erit in sociis fœmina parte tori: Nyctileiumque patrem, nocturnaque saera precare

Ne jubeant capiti vina nocere tuo.
Et apud eundem lib. 4. Metam. inter cetera Bacchi nomina hoc quoque ponitur,

Nyctileusque Eleusique parent, & Iacchus & Enan.

Et Plutarch. in eo lib. qui inscribitur de Eo quod erat in Delphis, & Pausingiam lib. 1.

3 Ab Orpheo instituta.] Servius in lib. 6. Æn. in eum locum,

Illa chorum simulans evanteis orgia circum

Ducebat Phrygi. —

Et Antipater Sidonius, cuius in id carmen ita in Latinum vertit Gregorius Gyraldus.

Quique sacros ritus atque orgia mystica Bacchi Repperit. —

4 Evianes Bacchi.] Maximus Tyrius, Philosophus Platonicus, Sermone 12. Quapropter, inquit, minime ego Evianum spectacula laudârim, quibus inter potandum, tam actores, quam etiam spectatores solent oblectari. Evianes duo ad tibiæ sonum, quam alter ab his modulatur, simulant pugnam: horum alter agricolum aratoremque agit, alter grassatoris personam, seque ideo armis instruit: prope agricolam quoque posita sunt arina. Ubi grassator in conspectum agricolæ venit, protinus agricola, dimisso jugo, accurrit ad arma: quibus acceptis dein ineunt pugnam, in eaque & ictuum & vulnerum & mutilationum imagines quam simili mas reddit: spectacula videlicet convivio indigna. Vide Athenæum lib. 1. c. 8. in fin.

festus dies Baccho plurimo mero exhausto colebatur, in quo noctem perenne lascivis gesticulationibus & largiori potu indulgebant. Apud Heleos Bacchæ Dionysio psal-lentes modulata voce, precantur, ut bovino pede ad se accedat. ^{Helei-} ¹ Lavini integer mensis Libero dicabatur, quibus ^{Lavini-} diebus obsecenis verbis & spurcissimis uti permisum: ^{nisi.} ² quod Heliogabalus instituisse fertur, ut in vendemiarum festo multa impudica & obsecena jactarentur in dominos: ³ id quod nostrates servare etiamnum solenne habent: donec per forum virile membrum plaustro transveharent, cui matronæ spectatæ pudicitiae, velut sancto numini coronam imponebant. ⁴ Quod etiam Varro fieri consueisse in reliqua Italia scribit, tanta turpitudine, ut per dies festos Liberi membrum per agros plostellis, mox in urbem cum cantu & ululatu ferrent. ⁵ Ab Ægyptiis tanto abusu Bacchanalia siebant, ut temeto ingurgitati, statuas cubitales ^{Ægr-} ^{pisi.} per pagos circumferant, protenta mentula magnitudine vi-senda, præente tibia & choro, cum Mercurii statua vere-tro porrecto: quas fœminæ & magnæ natu matres velut

pon-

¹ Lavini.] D. Aurelius August. Civit. Dei lib. 7. c. 21. sacrorum Liberi patris turpitudinem acriter lace-rans, sic scribit ex Varrone, In oppido Lavino unus Libero totus mensis tribue-batur, cuius diebus omnes verbis flagi-tiosissimis utebantur, donec illud mem-brum per forum transvectum esset, atque in loco suo quiesceret. Cui membro inho-nesto matrem familias honestissimum pa-lans coronam necesse erat imponere.

² Quod Heliogabalus.] Aelius Lam-pridius in vita illius, Erunt multi (inquit) ab ipso primum repertum, ut in vendemiarum festivo multa in dominos jocularia, ab audientibus dominis dice-rentur, quæ ipse composuerat, & Greca maxime. Horum pleraque Marius Ma-ximus dicit in vita ipsius Heliogabali. Erant amici improbi & seneſ quidam & Specie philosophi, qui caput ridiculo com-poverent, qui improba quidam patiſe di-

cerent, qui maritos se habere jactarent. Haec tenus Lampridius.

³ Id quod nostrates.] D. Augustinus ante ea, quæ supra adduximus, hæc scribit, Inter cetera, quæ preter-mittere, quoniam multa sunt: cogor: In Italiæ compitis, quædam dicit (M. Var-ro scilicet) sacra Liberi celebrata cum tantu licentia turpitudinis, ut in ejus ho-norem pudenda virilia colerentur: nos fultem aliquantum verecundiore secreto sed in propositulo exultante nequitia. Nam hoc tupe membrum per Liberi dies festos cum honore magno plostellis impositum, prius per rura in compitis, & usque in urbem postea veclabatur. Deinde sub-jungit ea, quæ supra adduximus in verbo, Lavini.

⁴ Quod etiam Varro.] Hæc quæ ex D. Angustino adduximus, Varronis sunt, ubi supra.

⁵ Ab Ægyptiis.] Herodotus lib. 2. ¹ Eadem

pompam triumphalem præ se agebant tam fœdo spectaculo, ut nihil improbius aut nequius foret. ¹ Eadem quoque licentia Athenis vulgo usurpatur Novembri mense, quo Bacchanalia celebrabant, ut phanatica multitudo Baccharum habitu per urbem procederet. ² Fuit præterea quinquennale ludicrum, in quo tam versu quam prosa oratione græce latineque, tum musica per citharæcédos & citharistas, tum gymnicis ludis certabatur: ³ quod Nero Cæsar primus ad morem Græci certaminis è Græcia Romanum deduxisse, Jovique Capitolino dicasse, atque singulis quinquenniis magno certamine animorum celebrazione fertur, jam intermissis ducentis annis, ⁴ à Lucii Mummi triumplo, qui primus hoc spectaculi genus in urbe præstítit. In quibus quantum quisque facundiæ experimento, aut candore ingenii eniteret, facile apparebat. ⁵ C. vero Caligula, horum instar, miscellos Lugduni fecit, Græcæ Latinæque facundiæ experimento. In quo certamine lege sanctum erat, ut victi victoribus hoc præmii darent, ut ipsorum laudes tanquam obnoxii scriberent, & carmine celebrarent. ⁶ Postea à Domitiano triplex institutum ferunt, Capitolino Jovi,

Triplex ludicru quinque-
uale.

¹ *Eadem quoque licentia Athenis.]* Dionysius Halicarnassæus lib. 7. in descriptione ludorum Latinorum, paulo ante fin.

² *Fuit præterea quinquennale ludicrum.]* Tacitus libro 16. post princ. Sueton. in Augusto, c. 98.

³ *Quos Nero Cæsar.]* Corn. Tacitus ubi nuper, & Suetonius in Nerone cap. 21. *Instituit, inquit, & quinquennale certamen primus omnium Rome more Græco triplex, musicum, gymnum, & equestre, quod appellavit Neronia.* *

COLERUS.

¹ * *Quinquennale ludicrum vocat Tacitus.* Idque more Græcorum celebratum fuisse idem ibi refert. Romæ igitur à Nerone primum institutum fuit. Erat & Neapoli, ut Suetonius meminit in August. cap. 98. &

Strabo libro 5. Iterum Suetonius in Claudio cap. 11. Domitiano cap. 4. Caligula cap. 20. Adde his Plinium quoque lib. 4. Epist. 22.

TIRAQUELLUS.

⁴ *A L. Mummi triumplo.]* Corn. Tacitus lib. 14. *Neque quenquam, inquit, Rome honesto loco ortum, ad theatrales artes degeneravisse, ducentis jam annis à L. Mummi triumplo, qui primus id genus spectaculi in urbe præbuerit.*

⁵ *C. vero Caligula.]* Hæc usque ad versic. *Postea, sunt Suetonii in vita ipsius Caligula cap. 20.* qui ad ea addit, *Eos autem, qui maxime dissipatisserunt, scripta sua spongia, linguaque delere jussos, nisi ferulæ objurgari, aut flamine proximo mergi maluissent.*

⁶ *Postea à Domitiano.]* Idem Suetonius in Domitianæ ipsius vita, c. 4.

Jovi, Musicum, Equestre & Gymnicum, aliquando plurimum coronatorum, ¹ in quibus Papinius Statius vicitur, victor autem & ter coronatus in certamine Albano, ² quod Domitianus pariter instituit. In quo poëtae certam Minervæ psallebant hymnos. ³ In eo vero Publius Mimographus palmam tulisse dicitur. Athenis quoque ad Thesei sepulchrum celebres hi ludi mansere, in quibus tragedorum certamen magno conventu totius Græciae fuisse tradunt. Eo enim viri eloquentissimi ex omni Græcia exciti confluxere, ⁴ inter quos Aeschylus, primus tragœdiam dedit, in ea victor Sophocles, vicitus Aeschylus, haud multo post morte vicitus occubuit, quibus etiam ludis decem judices ex singulis curiis præfuerere. Fuitque in more, ut hircus præmium tragœdo foret. Utque lyrici juvencam immolarent, tragœdi hircum, poëtae taurum.

Tregorum certamen.

Hircus dii præmium.

¹ In quibus Papinius Statius.] Ut videre est apud ipsummet Statium, Sylvarum lib. 4. Sylva 2. in fin.

Lux mihi, Trojane qualis sub collibus
Alba,

Cum modo Germanas acies, modo
Daca sonantem

Prælia, Palladio tua me manus induit
auro.

² Quod Domitianus.] Idem Suetonius & Papinius, ubi supra.

³ In eo vero Publius Mimographus.] Macrob. lib. 1. Satur. cap. 7. Produtus, inquit, Publius, natione Syrus, Roma per Cesaris ludos omnes, qui tunc scripta & operas suas in scenam locaverant, provocavit, ut singulifecunt, posita in vicem materia, pro tempore contendent. Nec ullorū recusante, supererat omnes: in quibus & Laberium. Unde Cesar arridens hoc modo prōnunciavit: Favente tibi me vicius es Laberi & Syro. Statimque Publio palnum & Laberio annulum aureum cum quingentis sesterziis dedit. Non nihil etiam scripsit Gellius lib. 17. cap. 14.

⁴ Inter quos Aeschylus.] Aliter eum

interisse tradit Valerius Maximus libro 9. cap. 12. de Mortibus non vulgaribus: Nam in Sicilia mortibus urbium, in qua morabatur, egressus, aprico loco resedit, super quem aquila testudinem ferens, elusa splendorē capitī (erat enim capillit vacuum) perinde atque lapidem illis, ut fractae testudinis carne veseretur, eoque istu origo & principium fortioris tragœdie extinctum est. Ita Valerius. E diverso autem Phillipides, comoediarum poëta haud ignobilis, cum in certamine poëtarum præter spem viciisset, & latissime gauderet, inter illud gaudium repente mortuus est, ut scribit Gellius lib. 3. cap. 15.

⁵ Fuitque in more ut hircus.] Horatius in Arte poëtica;

Carmin qui tragicō vīlem certavit ob
hircum.

Et ibi Acron & Porphyron interpres. Donatus in suis in Terentium præludiis, Diomedes Grammaticus lib. 3. Priscianus lib. 4. & Isidorus lib. 8. cap. 7. Nam & τραγ. & Græcis hircus est.

I Pro-

<sup>Poëta-
rum
certa-
men in
Elide.</sup> Proditur tamen comicus Menander, quum centum & octo scripsisset fabulas in certamine comedorum, licet esset superior, tamen ambitu & factione à Philomene vietus renunciatus. In Elide quoque poëtæ accepto themate, carminibus certabant, victorque coronam ferebat donum: Sicut Archelaus Mausolo agona proposuit & ludos, in quibus doctissimi sœpe decertarunt, inter quos Theopompus Isocratis discipulus, omnium consensu, propter singularem viam ingenii, victoriam tulit. ² Una tamen proditur Corinna, Musca lyrice dicta, tanta eruditione clarissima, ut Thebis cum Pindaro carminibus certaret, & quinquies victrix foret. Et Aristophanes quum certamini poëtarum judex præsideret, poëtæ illaudato victoriam dedisse, quod sua, non aliena recitasset. ³ Euthymus quoque Locris oriundus, tam diserta scripsit carmina, ut Olympicis ludis semper victor fuerit, semel tantum uni posthabitus. ⁴ Quin etiam Neapoli quinquennale certamen fuisse tradunt musicum & gymnicum, illis æmulum, quæ in Græcia summa laude celebrantur, ⁵ quod etiam noctibus magna luce ignium

<sup>Quin-
que-
nale
certa-
men
apud
Nea-
polim.</sup> ¹ Proditur tamen comicus Menander.] Gellius lib. 17. cap. 4. Quintil. lib. 10. cap. 1.

² Una tamen proditur Corinna.] Pausanias lib. 9. qui de Bœoticis est, & alii, à me citati in legibus Connubialibus lib. 11.

³ Euthymus.] Plinius libro 7. capite 47.

⁴ Quinetiam Neapolim.]. Strabo libro 5. Geographia, Jubente oraculo Neapoli agonem celebratum tradit. Et lib. 9. Apud eos, ait, quinquennalis sacer ille musicus & gymnicus complures dies celebrabatur agon, illis æmulus, qui per Græciam clarissima celebritate geruntur. Suetonius in Augusto, c. 98. Horum certaminum meminit Statius Neapolitanus Poëta lib. 2. Sylvarum sylva 2. ubi de Surrentino Pollii statim post princ.

⁵ Huc me post patrii lætum quinquennia lustri,

Cum stadio jam pigra quies, canusque federet

Pulvis, ad Ambracias conversa Gymnade frondes,
Trans gentile fietum placidi facundia Polli

Detulit. —

Et rursus lib. 5. sylva 3. in Epicedio in patrem,

Ille tuis toties præstrinxit tempora fertis,
Cum stata laudato caneret quinquennia versu.

Tacitus lib. 4. Quinquennale ludicrum Romæ institutum est ad modum Græci certaminis. Älius vero Spartianus in Hadriano in fin. scribit, Antoninus Pium templum ipse Hadriano pro sepulchro apud Puteulos constituisse, & quinquennale certamen.

⁵ Quod etiam noctibus.] Fuit & hoc quinquennale certamen in Cæsarea civitate ab Herode institutum, præmiis

nium singulis quinquenniis Romæ fiebat, magnis oratorum & vatum certaininibus. Neque omiserim à quibusdam traditum memoriae, Hesiodum carminibus cum Homero in certamine poëtarum contendisse, victoremque Hesiodum epigramma cum tripode in Helicone posuisse.
 Erant præter hos plebeji ludi spectatissimi, qui exactis ^{I. libi} regibus pro plebis libertate primum dati sunt: quos non nulli post secessionem ad sacrum montem institutos ferunt, ob consociatos patrum plebisque animos, quos postea Lucius Sylla, perdonitis hostibus magna plebis expe-

cta-

miis victori propositis, ut tradit Egesippus lib. 1. cap. 31. Josephus antiquitatum Judaicarum, lib. 15. c. 10. *

C O L E R U S.

* Id ab Herode factum in gratiam honoremque Augusti.

T I R A Q U E L L U S.

I Neque omiserim.] Gellius lib. 3. cap. 11. Hoc autem epigramma, cuius is meminit, nobis Dion scriptum reliquit,

H'στιδ ομέσαις ελαχάνης τόν άλινθούς

Τ' μηρινώντας εν χαλκίδι δεῖν
Οὐ μηρεύ.

Quod sic vertit Lilius Gregorius Gyraldus,

Hesiodus posuit Musis Heliconibus istum,

Cum cantu vicit divinum in Chalcide Homerum.

De qua re etiam Plutarchus 1. Symposiacōn, & in Convivio septem sapientum, ubi descripsit versus, quibus ipsi decertarunt. Homerus quidem ita,

Μέστα μοι ἔνειντι ἐκείνα. τὰ μήτι
ἔγουστο πάροιδες.

Μήτι ἔστι μελόποδες. Id est,
Musam hili referas, que non unquam ante fuere,

Neve futura retro.

Cui mox respondit Hesiodus,

Α' Μ' ἔταν αἷμοι δίς τύμεων κατα-
χόποδες ἴτποι

Ἄρματα σωλεῖτων ἐπιθέμψοι
τὰς γίνεται. Id est,

Vérum cornipedes quando Jovi, ante
sepulchrum
Festinantes propter palmam plaustra
tereabant.

Ob idque Hesiodum maxime omnium admirationi fuisse, atque tripodis præmium assécutum. Hujusque certaininis judicem fuisse ferunt Pandem Regem Chalcidis, unde natum sit proverbium Πανίδες φῆμοι. id est, Panidis suffragium. De quo Erasmus Chil. 3. cent. 1. cap. 32. Fuerer ramen qui Homerum faciunt Hesiode longe antiquorem, & inter hos Cicero lib. de Senect. Porphyrius & Solinus cap. 7. Cyrus lib. 1. contra Julianum, & Eusebius Chronographus. De qua re Heraclides Ponticus duos dialogos scripsit. Sed & tu vide de his Senecam lib. 13. Epist. epistola 89. Gellium d. lib. 3. cap. 11.. Pausaniam in Boeoticis, & Vellejum Paterculum lib. 1.

2 Erant præter hos plebeji ludi.] Livius 3. Decad. libro 3. Cicero 2. in Verrem act. & ibi Asconius interpres sic scribit, *Victori et ludos Sylla instituit bello civili vicitur. Secundum quos, Plebeji ludi: quos exactis regibus pro libertate fecerunt: aut pro reconciliatione plebis post secessionem in Aventinum.* Meminit etiam horum ludorum Valer. Maximus lib. 1. c. 7. de Somniis, ubi de T. Latino.

3 Quos postea d. L. Sylla.] Appianus bellorum Civilium lib. 1. scribit, L. Syl-

etatione restituit: ' quorum ædiles plebis arbitri & moderatores erant, in quoru:in celebritate servatum memini-
mus, ut quoties instaurarentur, ab his ludorum causa ² epul-
lum daretur, ³ quos ex variis causis non semel instauratos
comperimus. ⁴ Cereales vero quin in Cereris honorem
magnificentissime fierent, nulla controversia est, ⁵ quos
Circenses dictos nonnulli volunt: ⁶ nam & deorum imagi-
nes in his longo ordine produci, ⁷ & circum metas cursu
contendere solebant, ⁸ ovumque in Cerealis poinpæ ap-
paratu

L. Syllam Athletas & cætera specta-
cula Romain evocavisse, veluti sola-
mina quadam belli Mithridatici, aut
Itali, excusatione adhibita, quasi po-
pulum à calore respirare & refrigerari
cuperet.

¹ Quorum Ædiles plebis.] Ludos Romanos ut faciendo curabant Æ-
diles Curules, sic Plebejos Ædiles
plebis, auctore Livio 3. Dec. lib. 7.
qui scribit ludos Roman. semel in-
stauratos ab Ædilibus Curulibus Q.
Metello, & C. Servilio, & Plebejis
ludis biduum instauratum ab Q. Man-
lio, & M. Cæcilio Ædilibus plebis,
& Jovis epulum factum, ludorum
causa. Et 4. Decad. lib. 1. paulo post
principium, *Ludi*, inquit, *Romani Sce-
nici* eo anno magnifice, apparati que facti
ab Ædilibus Curulibus L. Valerio Flacco,
& T. Quinto Flaminio, biduum instau-
rati sunt. Et plebeji ludi ter toti instau-
rati ab Ædilibus plebis L. Apustio Ful-
lone, & Q. Minucio Rufo: qui in adi-
bitate praetor creatus erat, & Jovis e-
pulum factum ludorum causa. Et multi-
tis aliis in locis, ut ejusdem Dec. l. 2.
non procul à prin.

^{- 2} Epulum daretur.] Livius 3. Dec.
lib. 5. non adeo longe à princ. *Ludi*,
inquit, per biduum instaurati: & Jo-
vis epulum fuit, ludorum causa, &
4. Dec. lib. 3. & vide in præced.

^{- 3} Quos ex variis causis.] Vide Ti-
tum Livium, & Dionysium ubi supra.

^{- 4} Cereales vero.] Varro lib. 2. aut
aliorum computatione 5. ling. Lati-

næ, & Livius 3. Decad. lib. 10. Tac-
itus lib. 15. in fin. Utque, inquit, Circen-
sium Cerialium ludicrum pluribus
equitum cursibus celebraretur.

⁵ Quos Circenses dictos nonnulli.]
Scilicet Valerius Maximus lib. 2. c. 1.
de Institutis antiquis, ubi de more &
institutione ludorum, nunc plebejos,
nunc Circenses eos varie nominat. Ta-
citus lib. 15. de Nerone loquens, Tan-
dem, inquit, statuere Circensium ludo-
rum die, qui Cereri celebratur, exequi-
destinata: quia Cæsar rarus egressu, do-
moque aut hortis clausis ad ludicra Circi
ventitabat. Vide Politianum Misce-
lanorum c. 8. 5.

⁶ Nam & deorum imagines.] Multa
odorum fragrantia deorum simula-
chra auro argentoque cælata virorum
humoris in hac ludorum pompa cir-
cumferri, tradit Dionysius Halicar-
nassus lib. 7. in fin. & ex eo Sa-
bellicus lib. 9. enneadis 2. Rapsod.
Macrobius lib. 1. cap. 23. Vehitur
enim simulachrum Dei Heliopolitaní
fæculo, veluti vehuntur in pompa
ludorum Circensium deorum simu-
lachra.

⁷ Et circum metas.] Varro ling.
Lat. lib. 4. Circus, ait, Maximus dictus,
quod circum spectaculis adificatus, ubi
ludi fuunt, & quod ibi circum metas fer-
tur pompa, & equi currunt.

⁸ Ovumque.] Varro Rei Rusticæ,
lib. 1. cap. 2. Nam non modo; inquit,
ovum illud sublatum est, quod ludis Cir-
censibus novissimi currienti finem facit
gra-

paratu numerabatur primum, ¹ in quibus pervigilia noctu siebant, ² sicut in sacris Isidis excubiæ: ³ in his quoque ædiles plebis pro equorum cursu plerumque gladiatorum certainen exhibuere. ⁴ Cereri enim ad quintum ^{Ludi} calendas Aprilis annis singulis Romani rem divinam ^{Cerea-} more patrio facere assuerant: ⁵ quæ sacra, quod è Græcia translata essent, & per Græcos curata, Græca dicta ^{les, sen} ^{Cir-} sunt. ⁶ Fuisse enim in Græcia sacra Eleusinæ Cereris spe- ^{censu-} ^{Sacra} ^{Græca,} ^{cta-}

quadragesimæ: sed ne illud quidem ovum vi-
dimus, quod in Cereali ponipa ferri solet
*esse primum. **

COLERUS.

* Spatia curricularum in Circo ovis notabantur, ut Livius, Dion, Isidorus, Cassiodotus testantur.

TIRAMELLUS.

1 In quibus pervigilia fiebant.] Cor. Tacitus lib. 15. ubi de Junone propitiata, per matronas primum in Capitolo, deinde apud proximum mare, sic scribit, Unde hausta aqua, templum & simulachrum deo prosperum est, & lechisternia & pervigilia celebravere feminæ, quibus mariti erant. Suetonius in Caligula, cap. 54. Nec alia de causa videtur eo die, quo periit, pervigilium indixisse, quam ut initium in secundam prodeundi licentias temporis auctoraretur. Herodianus lib. 3. Vidimus, inquit, sub illo quosdam omnis generis ludos, cunctis editos theatris, simulque supplicationes & pervigilia ad formam Cereris celebratos. Vide Politianum in Miscellaneis cap. 58. ubi de origine & ritu Secularium luctorum.

2 Sicut in sacris Isidis excubiæ.] Apulejus lib. 11. Metamorph.

3 In his quoque ædiles.] Dion lib. 7. quadragesimoque ante devictum Brutum, ait, ut ædiles plebis gladiatorum certamina pro equorum cursibus Cereri exhibuerint.

4 Cereri enim ad quintum Calend. Aprilis.] Ovidius in Fastis 4.

Proxima viciæcum cum Romanum in-
 spexerit Eos

Et dederit Phœbo stella fugata lo-
 cum,

Circus erit pompa celeber, numeroque
 diorum,

Primaque ventosis palma petetur
 equis.

Hinc Cereris ludi, non est opus indice
 causæ:

Sponte de e munus promeritumque
 patet.

Ubi videre licet interpretes eadem proscriptentes, que hic Alexander: quamvis non s. Cal. sed s. Idus Mensis Roman. Aprilis scilicet, Cercalia celebrari scribant.

5 Quæ sacra.] Cicero in Oratione pro Cornelio Balbo, Sacra Cereris, Juges, summa majores nostri religione confici ceremoniaque voluerunt. Quæ cum essent assumpta de Græcia, & per Græcas semper curata sunt sacerdotes, & Græca omnia nominata. Et iterum l. 2. de Legibus: Neve quem initianto, nisi, ut assulet, Cereri, Græco sacro. Festus Pompejus lib. 7. Græca sacra, festa Cereris ex Græcia translata, quæ ob inventionem Proserpinæ matronæ colebant: quæ sacra dum non essent matronæ quæ facebant, propter cladem Cannensem, & frequentiam lugentium, institutum est, ne amplius triginta diebus lugeretur.

6 Fuisse enim in Græcia sacra Eleusinæ Cereris.] Divus Augustinus lib. 7. cap. 20. Lactantius Firmianus False religionis, lib. 1. cap. 21. Lilius Geraldus Historiæ dæorum, syntag. 14.

Etatissima, auctores memorant,¹ quæ obscura luce siebant,
² sacerdotesque facibus discurrentes cursu phanatico sacra
 peragebant, à quibus velut sanctissimis & impollutis, im-
 pii consceleratique amovebantur,³ voce præconis, ita ut
 templum velut omni religione sanctum, alicujus criminis
 aut noxæ conscio adire non liceret: quod si quis adiisset
 non iniciatus, capite luebat:⁴ ad quod Nero conscientia sce-
 leris agitatus, ingredi veritus fuit.⁵ Non sic Antoninus
 Cereris Philosophus Augustus: nam fretus innocentia & vitæ inte-
 gritate, sine discrimine adivit.⁶ Cujus mysteria magno si-

lentio

¹ Quæ obscura nocte siebant.] Vide interpretes Ovid. loco supra citato, & Gyraldum d. Syntag. Erasmus Chiladiis 2. cent. 5. cap. 66. scribit, Eleusinia & noctu, & in operto fieri & exclusis intribus.

² Sacerdotesque facibus.] Unde illud Claudiani lib. 1. de Raptu Proserpinæ:

— Jam magnus ab imis
 Auditur frenitus terris, templumque
 romagit
 Cecropidum, sanctasque faces astollit
 Eleusis.

Sacerdotes Cereris à facium gestatione Daduchos appellatos, jam suprā di-
 ximus.

³ Voce præconis.] Sueton. in Neroni, cap. 34. Peregrinatione quidem Gracia Eleusiniis faciis, quorum iniciatio-
 ne impii & scelerati voce præconis summoventur, interesse non ausus est. Aelius Lampridius in Alessandro Se-
 vero, scribit eum jussisse quemadmodum in Eleusiniis sacris dicitur, ut ne-
 mo ingrediatur, nisi qui se innocentem novit. Ad quod nonnulli refe-
 runt illud Virg. lib. Aeneid.

— Procul, o procul este prophani,
 Conclamat vates.

Sed Servius ibi prophanos intelligit, pro sacrī non iniciatis: qui (inquit) sanum intrare non poterant. Liv. 4. Dec. lib. 1. tradit, quod cum Acarnanes duo juvenes per initiorum dies non iniciati templū Cereris, impruden-

tes religionis, cum cætera turba ingressi essent, tanquam ob infandum scelus, interfecti sunt. Et vide locum Catulli, quem tibi afferam infra in verbo, In cuius sacrificio.

⁴ Ad quod Nero.] Sueton. ubi numeretur citavimus.

⁵ Non sic Antoninus Philosophus.] Qui (ut refert Capitolinus in vita illius) ut se innocentem probaret, Cereris templum adiit, & sacrarium solus ingressus est.

⁶ Cuius mysteria magna silentio int-
 clyta.] Nam & Numenio philosophos, inter philosophos occultorum curiosiori, offensam numinum, quod Eleusiniasacra interpretando vulgaverit, somnia prodiderunt: Viso sibi ipsas Eleusinias deas habitu meretricio ante apertum lupanar videre prostantes: admirantique & causas non convenientis numinibus turpitudinis, consulenti respondente iratas: ab ipso se adyto pudicitia sua vi abstractas, & passim adeuntibus prostitutas, ut relatum est à Macrob. lib. 1. de Soninio Scipionis c. 2, ad fin. Alcibiades, ut tradit Plutarchus, accusatus fuit, quod sacra Cereris enunciasset. Justinus lib. 5. scribit Attica Cereris festa nulla re magis quam silentio constare. Aristophanes in Nebulis hæc sacra ob id ἀπότα ιερά, id est non dicenda sacra, vocat. Gregorius Nazianzenus in sermone solemnitatis Epiphaniorum, quem sic verit L. Vives, Neque

Ientio inclyta, velut arcanum quid, sanctuunque in vulgus efferre non licebat. ¹ Quod sacrum à solis imatronis siebat annis singulis. ² Romanique in toga candida spectare ludos mulieresque in veste alba pariter sacrum facere solebant: in quo id fuit observatum, ut tunc diis gratum esse censerent, si à latibus nec funere pollutis celebraretur. Utque in sacris Cereris ante noctem epuletur neino, ³ atque à vino in primis ⁴ & venere abstineant. ⁵ Utque quinto quoque anno ex Sybillinis carminibus prodigiorum causa jejunium fiat: ⁶ inter quae præcipuum fuit, ut sacris initiatos, calida abluerent primum, quod castitati prodesse ducerent. ⁷ Apud Athenas in sacris Cereris, quæ dicuntur Adonia, mulieres simulacula defunctorum efferre, multaque funesta & calamitosa justo comploratu & gemitu effingere tradunt:

Sacra
Cereris
apud
Athe-
nas.

in

que nobis virgo aliqua rapitur, nec Ceres errat, nec Celeus adducit, & Triptolemos, & Dracones, parimque agit, & partim patitur: nam pudet me diem efferre sacrificiis nocturnis, & ex mysterio turpitudinem efficere. Scit Eleusis hæc, & spectatores verum quæ tacentur, & certe silentio digna sunt, hæc Greg. Nazian.

¹ *Quod sacrum à solis matronis.]* Val. Maximus lib. 1. cap. 1. de Cultu deorum. Livius 3. Decad. lib. 3. Festus Pompejus loco supra citato in verbo, *Quæ sacra, & jam alibi diximus.*

² *Romanique in toga candida.]* Val. Maximus ubi supra. Ovidius Metam. lib. 10.

Festa pie Cereris celebrabant annua matres,

Illa quibus nivea velata corpora veſte,

Primitias frugum dant spicae ſerta ſuarum.

Quod à lugentibus fieri nefas erat, scribit Livius ubi supra proxime, & Plutarch. in Fab. Max. scribit deos fortunatorum honoribus lxtari.

³ *Atque vino in primis.]* Virgiliius lib. 1. Georg.

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis addoret,

Cui tulacle favos, & miti dilue vino. Quo loco Servius ostendit aliud esse Cereris sacrificium, aliud Orci nuptias. In hoc enim vinum non infrebat, in illo utique. De nuptiis Orci loquens Plautus in Aulularia, inquit:

Ceresi nuptias facturi estis, quia nihil temeti allatum video.

⁴ *Et Venere abstineant.]* De qua vide omnino quæ scripsimus in nostris legibus Connub. leg. 15. num. 116. incip. Ovidius.

⁵ *Utque quinto quoque anno.]* Livius 4. Decad. lib. 6. *Eorum, inquit, prodigiorum causa libras Sibyllinos ex S. C. Decenarii cum adissent, renunciarunt, jejunium instituendum Cereri esse: & id quinto quoque anno servandum.* Ad quod jejunium pertinet id, quod scribit Plutarchus in Demosthenem, quod in his sacris Cereris mulieres jejunabant.

⁶ *Inter quæ præcipuum fuit.]* Apulejus videndum super his.

⁷ *Apud Athenas.]* Plutarchus in Alcibiade, &c in Nicia, & Ammianus Marcellinus lib. 22.

¹ in cuius sacrificio Atticæ virgines inter solemnia, repositis cista sacra capitibus quam occulte deferunt, quum Cereri sacrum quam occultissimum cæremoniis fieret: ² quippe prophano homini Cereris mundum videre nefas erat. ³ Apud Siculos vero Cereri & Proserpinæ diverso anni tempore sacrum sit. Proserpinæ enim maturis messibus decem festos agunt dies: Cereri vero, quum semen in terram mititur. ⁴ Græcis autem in tribus ludis, præterquam in Cerialibus, accensas faces gestare vetus mos habuit, in Prometheis, in Vulcaniis, in Panathenaicis. ⁵ Præter hos fuere ludi Martiales Marti dicati, ⁶ & alii pectoriorii, ⁷ ex quæstu pisca-

¹ In cujus sacrificio.] Nam & hinc hæ virgines Canephore dicebantur, quasi dicas Canistriforphæ: de quibus Pausanias lib. 1. Catullus in nuptiis Pelei & Thetidos:

Pars obscura caris celebrabant orgia cistis,

Orgia, que frustracipiunt audire profani.

Nam & hæc Cereris, & cæterorum deorum sacra Orgia dicebantur, licet Bacchi sacris magis convenient, ut scribit Servius 4. Æneid.

² Quippe profano homini.] Catullus ubi nuper, & diximus supra in verbo, Voce præconis.

³ Apud Siculos.] Imo (ut apud Phurnutum legitur) Sementis tempore Proserpinæ festa celebrabantur. Cum vero messis esset Cereri sacra, ferebant herbam virentem, cum ludo & latitia: in illa raptam, in hac repertam significantes Proserpinam. Vide Lilium Gyraldum Historiæ deorum, syntag. 6. ubi de Proserpina.

⁴ Græcis autem in tribus ludis.] Horum triu. in ludorum meminit Cælius Rhodiginus Lectionum antiquarum lib. 11. c. 27.

⁵ Præter hos fuere ludi Martiales.] Suetonius in Claudio, cap. 4. in prin. in Augusti epistola ad Liviam de testimonio Claudi, quos, ut ibi scribit Beroaldus interpres, Augustus instituit in honorem Martis ultoris. Me-

piscan-

minit & horum ludorum Trebellius Pollio in Divo Claudio, cum inquit, Fecerat hoc etiam adolescentis in militia, cum ludicro Martialis in campo lumen inter fortissimos quæque monstraret. *

COLE R U S.

* Quidam intelligunt eos ludos, qui in circa Kal. August. quod eâ die Martis ædes consecrata esset, quotannis celebrabantur. Iterum existimant intelligendos esse, qui in veteri Calendario Augusti temporibus proposito, IV. Eid. Maji annotantur.

T I R A Q U E L L U S.

⁶ Et alii pectoriorii.] Festus Pompejus lib. 14. Pectoriorii, inquit, ludi vocantur, qui fieri solent pro quæstu piscentium, mense Junio trans Tyberim. Et alibi eodem libro, Pectoriorii ludi vocantur, qui quotannis mense Junio trans Tyberim fieri solent à populo Romano, pro pectorioribus Tyberinis, quorum quæstus non in macellum pervenit, sed sere in aream Vulcani: quia id genus pectoriorum majorum datur ei Deo pro animis humianis.

COLE R U S.

⁷ Ex quæstu piscentium.] Varro libro 5. de ling. Lat. Ovidius libro 6. Fastor. ludos Tiberinos & pectoriorum in mensem Junium refert, atque etiam lib. 3. Fastor. Piscem vivum pro anima hominis in sacrificio oblatum fuisse.

⁸ Alii

piscantium. ¹ Alii castrenses, qui in castris prætorianis caplerumque cum venatione dabantur: nonnulli miscellanei, ^{ft. en-}
^{fes.} ex ludionum multiplici genere: ³ alii Palatini, in Palatio ^{Miscel-}
 triduo celebrari soliti in divi Julii honorem, qui victam ar- ^{laneci.}
 mis Reipublicam in dominationem vertit. ⁴ Alii Capito- ^{Pala-}
 lini, quod Jupiter optimus maximus suam sedem servaf- ^{Augu-}
 set, qui aliis solennibus additi, collegiumque novum (aucto- ^{ft. ales.}
 re senatu) institutum fuit. ⁵ Præcipui Augustales quos Tibe- ^{Ludi}
 rii tempore tribuni plebis in Augusti honorem facere insti-
 tuerunt. Athenis vero & in omni Græcia multiplices fuere
 ludi: in quibus ad aucupandam popularem gratiam, Theo- ^{multi-}
 phraustus fructum divitiarum putavit maximum: nam ^{plies}
⁶ Panathenæa, ⁷ Dionysia, ⁸ Scirophoria, ⁹ Haloa, ^{in Gre-}
 & A- ^{cia.}

TIR AQUELLUS.

¹ Alii Castrenses.] Sueton. in Claudio, cap. 21. *Anniversarium in castris prætorianis, sine venatione apparatus exhibuit.** Ex quo intelligis castrenses aliquando cum venatione, aliquando sine, editos.

COLE R U S.

* In memoriam recepti illuc imperii.

TIR AQUELLUS.

² Nonnulli Miscellani.] Juvenalis satyra 11.

— Sic veniunt ad miscellanæa ludi. Suetonius in Caligula, cap. 20. Edidit Et peregrinæ spectacula in Sicilia, Syracusis hæficos ludos, & in Gallia Lugduni Miscellor.

³ Alii Palatini.] Erant Palatini ludi (ut scribit Josephus Antiquitatum Judaicarum, lib. 19. cap. 1.) qui in honorem Cæsaris Dictatoris in Palatio triduo celebrabantur, circa tempus illi eodem loco erectum. Hos nobiles cum filiis simul & conjugibus libenter spectare solebant. De his quoqæ ludis meminit Suetonius in Caligula, cap. 56. *

COLE R U S.

* Dion l. 56. defuncto Augusto, præter ea quæ Augustalia vocata sunt, Li- viam ludos etiam in Palatio insti-

tuisse scribit; quos exteri deinceps principes concelebrarunt.

TIR AQUELLUS.

⁴ Alii Capitolini.] Livius 1. Dec. lib. 5. Ludi Capitolini fierent, quod Jupiter optimus maximus suam sedem atque arcem populi Rom. in trepidata tutatus esset: collegiunque ad eam rem M. Furius Dictator constitueret ex iis, qui in Capitolio atque are habitarent, Senatus retulit.

⁵ Præcipui Augustales.] Tacitus lib. 1. Dion in Augusto, dicit hos ludos celebratos fuisse in vita ipsius Augusti, die natalie eiusdem. *

COLE R U S.

* In vet. Calend. etiam hodie legitur IV. Eid. Octob. August. id est, Augustalia. Vide ibi Just. Lipsum ad Tacitum.

TIR AQUELLUS.

⁶ Panathenæa.] De quibus jam supra dictum est.

⁷ Dionysia.] Thucydides libro 5. Maximus Tyrius Sermone 33. & iterum 36. Optima, inquit, Athenis, Dionysia sunt optima etiam Panathenæa: sed tamen celebrantur ab his, qui odia reciproca exercent. Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2. Pollux lib. 8. cap. ò̄σα ὁ ἀρχων ποιεῖ.

⁸ Scirophoria.] Maximus Tyrius d.

T t 3 Sermio-

*Lace-
dæmonii.* ¹ & Apaturia celebria fuere. ² Apud Lacedæmonios Gymnopaedia, ³ Hyacinthia ⁴ & Chori. ⁵ Patavii, Cestici ab Antenore inventi, quos inter reliquos annumerasse non ab rebus fuit. Illud utique verum est, quod quanvis ludorum multiplices species forent, tamen ædilitia largitione quatuor cum impensis rari impensius assuerant, ⁶ Megalenses, Funebres, Circenses ⁷ & Apollinares, magno semper apparatu & habitu, in quibus non tuba aut fistula, ut in aliis, sed sola tibia canebant. Quodque vetusto more quoties festi ludi edebantur, illos omnis ætas, sexus & ordo, ⁸ plerunque coronati spectabantur.

Sermone 33. ad fin. Ceterum apud eosdem mensis quispiam Scirophorion dicebatur, ut tradit Strabo lib. 9. Scirophorion porro, ut scribit Gyraldus in lib. de Annis & mensibus, ultimus est Atheniensium mensis, qui in Majum nostrum cadit: dictus à Sciris, id est, umbraculis, quod hic mensis ædificationibus aptus sit.

9 Halœ.] Idem Max. Tyrius ibidem.

1 Et Apaturia.] Herodotus lib. 1. & in vita Homeri Max. Tyrius ubi supra. Tertullianus in Apologetico cap. 39. Sed superioribus adde & Diaolia ex Thucydide lib. 1. & Targelia ex Polluce ubi supra. De Apaturis adde Suidam etiam, Xenophont. lib. 1. εὐλεπτῶν. Strab. lib. 11. Simplicium in Physicis & Gyrald. Syntag. 13.

2 Apud Lacedæmonios Gymnopodia.] Max. Tyrius d. Sermone 36. Plutarchus in Agesilao, & in libro de Musica, *Gymnopodia*, inquit, chori erant Sparta puerorum, qui nudis pedibus cum tripudio laudes deorum canebant in honorem Spartanorum, qui pro patria in Theræis occubuerant. Paulianas in Laconicis, Athenæus l. 15. c. 8. Suidas, Hesichius, qui hæc appellat Γυμνοτάδια, dicitque quosdam tradere in hoc festo Spartiatas adolescentes ordine circumstantes aram, qua in Amyclis est, terga mutuis verberibus credere consueisse. Sed id minime verum: nam in ipso foro festum sine verberibus age-

batur, choream adolescentibus nudis ducentibus.

3 Hyacinthia.] Herodotus lib. 9. eodemque ult. Thucydides libro 5. Strabo lib. 6. Philostratus in vita Apollonii, lib. 6. Maximus Tyrius dictis Sermonibus 33. & 36. Et ex Poëtis Ovidius lib. 10. Metamorph.

Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon honorque

*Durat in hoc ævi, celebrandaque mo-
re priorum*

*Annuæ prælata redeunt Hyacinthia
pompa.*

Unde autem & quare instituta sint & quando celebrabantur, reperies apud Athenæum lib. 4. c. item 4. ex Politeate in Rebus Laconicis.

4 Et Chori.] Max. Tyrius ubi supra.

5 Patavii, Cestici.] Corn. Tacitus lib. 16.

6 Megalenses, Funebres, Circenses.] De quibus supra.

7 Et Apollinares.] Cicero Philipica 1. & 10. scribit Brutum Præterem absentem Apollinares ludos fieri procurasse. Meminit & horum ludorum idem Cicero ad Atticum lib. 2. Epistol. ejus libri 17. omnium ejus voluminis 35. Originem horum ludorum disce ex Livio 3. decadis libro 5. & 7. Macrobio Satur. lib. 1. cap. 17.

8 Plerunque coronati.] Livius 3. decad. lib. 5. Hæc est, inquit, origo ludorum

rum

Etabant: quare Lucius Crassus cognomento Dives, quod corollas ex auro & argento imitatione foliorum in ludis populo dedisset, celebri memoria habetur.² Fuitque prisci moris, ut populus in theatro vel circō sāpe ludicrūni à principi the- atrum ingrediendi exhibitus. ut populis in theatro vel circō sāpe ludicrūni à principi the- atrum ingrediendi exhibitus.

principesque princeps aut imperator, qui perdonitis hostibus triumphasset, vel popularis homo plebi percharus, ad ludos & theatrum iret, quum priuum in conspectu prodiret, communī omnium plausu, & favore concionis, faustisque acclamationibus totis theatris exciperetur: nonnunquam universus populus advenienti principi assurgere, & lacerinas deponere solebant, ut togati apparerent, qui honor summis tantum ducibus, aut viris summa integritate & fide ob merita in populū dabatur.³ Contra vero deformatus ignominia, aut infensus infestusque populo, clamoribus explodebatur & sibilis. Tum si quando ludi remissē & leniter, aut non legitime celebrarentur, vel si quo in fortunio aut casu repente constitissent, aut si tibicen conticuisset, vel inter solennia ludorum commissio spectaculo, ex subita lætitia ad repentinum motum translati essent, aut si in enunciandis ludis versu ædilis errasset aut verbo, vel ante commissionem ludorum, sive dum eduntur, tumultus repens, aut aliquid tristè auribus oculisve occurrisset, & ex variis causis, tanquam si nefario scelere polluti essent, ejusmodi admissa, ludorum instauratione procurabantur

& ex-

rum Apollinarium, victoria non valetudinis ergo, ut plerique rentur, votorum factisque populus spectavit coronatus, matronæ supplicare, vulgo apertis jannuis in propatulo epulatis sunt, celeberque dies omni cæreniarum genere fuit. Servius in lib. 5. Aeneid. ibi,

— Et cingite temporaramis.

Ex Romano, inquit, more: nam festis ludis omnis ætas coronata spectabat. quod ostendit per Aneam, Accstem, Ascanium, per quos omnem demonstrat etatem.

I Quare L. Crassus.] Plinius lib. 21.

cap. 3. in prin. Crassus, inquit, dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit.

2 Fuitque prisci moris.] Domitianus populo potestatem fecit bina paria ē suo ludo postulandi. auctor Tranquillus in Domitiano, cap. 4.

3 Contra vero deformatus ignominia.] Vellejus Paterculus libro 2. de Titio, qui Pompejum filium jugulaverat, loquens: Cui instantum, ait, duravit hoc facinore contraclum odium, ut mox ludos in theatro Pompejij faciens execratione populi spectaculo quod prehebat, pelleretur.

Tt 4 I Quot

& expiabantur. Cum enim pompa duceretur, ¹ quod obvius servus loris medio circo vapularet, infausto augurio ludos pollutos pontifices putarunt.² Et quum in cæremoniarum apparatu thensa procederet, quod equo consternato auriga habenas sinistra corripuisset, curruinque perperam egisset & circumflexisset, velut ominosum, ludorum instaurazione opus esse judicarunt.

¹ Quod obvius servus loris medio circo vapularet.] Cicero libro 1. de Divinatione, ubi de T. Latino, Livius 1. dec. lib. 2. D. Augustinus lib. 4. c. 21. Laestantius lib. 2. c. 8.

² Et cum in cæremoniarum.] His autem Romanorum ludis adde & Novendiales, de quibus Servius libro 5. Aeneidos in eum locum,

Præterea si non a diem mortalibus al-

lum
Extulerit. —
Et Apollinares, de quibus lib. 6. ejusdem operis,

Tum Phœbus & Trivii e solidō de mār-

more templo
Institutum, festosque dies de nomine

Phœbi.

Et ibi Servius declarat quando, & à quo hi iudi Apollinares instituti sunt, ut dictum est supra libro 5. capite 26.

C A P U T . X X .

Qui esset urbis præfctus, quodve officium, quarumque rerum cognitionem animadversionemque haberet.

<sup>Præ-
fectus
urbis
aut quid
crea-
tus.</sup> **S**olitos' Romanos fuisse, quum reges & postea consules prætoresque reipublicæ causa abessent, ne quis repens tumultus fieret, neve urbs sine imperio esset, aut hostium incursibus pateret, præfctum creare, qui urbi mænibusque præsideret, jus redderet, & subitis mederetur, sæpe notatum est: qui si quid in urbe turbatum esset, quum res postularet, juventutem armare, & per loca opportuna disponere, arma telaque in propugnaculis ingerere, castella communire, muros tressque præficio firmare, atque

T I R A Q U E L L U S.

¹ Solitos Romanos.] Id usque ad versic. Qui si quid, est Cornelii Taciti libro 5. cuius hæc verba sunt, de L. Pisone loquentis, Sed præcipua ex eogloria, quod præfctus urbi recens, continuam potestatem, & insolentia parendi graviorem mire temperavit. n. n. que an-

tea proœctis domo regibus, ac mox magistribus, ne urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac subitis mederetur: feruntque ab Romulo Dentrem Romulum, post Tullo Hostilio Numam Martium, & ab Tarquinio Superbo, Spurium Lucretium impositos, dein Consules mandabant.

¹ Dispe-

que omnia custodiis vigiliisque instructa habere, portas claudere, pro portis stationes, ¹ dispositosque stationarios milites ad tuendam populi quietem tenere deberet. Et ne quid falleret, aut nudatum præsidiis esset, animadvertere & oculis perlustrare, nihil denique curæ aut laboris omittere. ² Qui tametsi urbi præfectus foret, in <sup>Origo
præse-
cutoria.</sup> suburbii æque cognitionem animadversionemque habebat, illique excercitus demandatos, & gerendi belli sæpe negocium datum esse liquet. Quam præfecturam à prima antiquitate Romæ fuisse, multiplici exemplo apparet. ³ Siquidem à Romulo primus Romulus, ⁴ à Tullo Hostilio Mumartius, ⁵ & Sp. Lucretius pater Lucretiæ, regnante Superbo, urbis præfecturam incruere: deinde consulibus eam curationem demandarunt. ⁶ Post aliquot vero ætates, tanquam non civile munus, à multis aspernatum est, ita ut eam curationem velut ignobilem repudiantibus plurimis, Q. Servilius ut altercationes dirimeret, filium substituerit eumque extra fortem urbi præfecerit. Quam sæpe intermissam fuisse crediderim.

quippe

¹ *Dispositosque stationarios milites.*] Ulpian. in l. i. §. quies. ff. de officio præfectori urbi. *Et sime*, inquit, *debet dispositos milites stationarios habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi, quid ubi agatur.*

² *Qui tametsi urbi præfectus foret, in suburbii.*] Hic omnino vide d. l. i. in princ. & in versic. *Quidquid. & l. ult. cod. tit.* Præfectus urbi intracentesimum lapidem cognoscerebat: ultra præfectus prætorio: ut notat Ulpianus in fragm. quæ Pythagoras vulgariter lib. 8. de off. Procons. *Quamvis Dio lib. 7.* Juriisdictionem eius angustioribus terminis includit, hoc est, usque ad ~~περιτίκην ή εξαρτών σεσίων~~. Sed vide Just. Lips. ad 13. Annal. Taciti.

³ *Siquidem à Romulo primus Romulus.*] Tacitus ubi supra in verbo, *Solitos Romanos.*

⁴ *A Tullo Hostilio Mumartius.*]

Corn. Tacitus ubi supra hunc non *Mumartium*, sed *Numam Martium* vocat.

⁵ *Et Sp. Lucretius pater Lucretiæ.*] Dionysius Halicarnassus lib 4. Hæc est, inquit, Sp. Lucretii filia, quem tyranus discedens urbi præfectum reliquit. Fenestella, si is est, quod minime credo, de Magistratis Rom. cap. 6. in princ.

⁶ *Post aliquot vero ætates.*] Hæc usque ad versic. *Quam sæpe sunt Livii 1. decad. lib. 4. Facto S. C. ut duo ex Tribunis ad bellum proficerentur, unus res Romæ curaret: certamen subito inter Tribunos exortum, se quisque belli ducenti potiorem serie: curam urbis, ut integratam ignobilisque aspernari. Cum parvum decorum inter collegas certamen mirabundi patres conficerent, Q. Servilius, Quando nec ordinis hujus ulla, inquit, nec Reipublicæ est verecundia, patria magistras altercationem istam dirimet: filius mens extra fortem urbi præcerit.*

Tt 5 I Quippe

Praef-¹ quippe Augustus urbis præfecturam, tanquam novum
 Ætura munus & officium, creavit.² Demum in tantum processit,
 inter- ut Nero à cognitionibus præfecturæ urbis honoris initia
 missa auspicaretur:³ & Piso viginti annos præfecturam urbis, vel-
 sepe ut instar magni muneris, gerere non dubitarit.⁴ Extatque
 Gre- divi Severi epistola ad Fabium Culleonem: qua cognitio
 vocata. Mune- criminum per totam Italiam ad præfectum urbis delega-
 ra alia. Prä- tur. Relegandi quoque ad insulas, vel deportandi quos
 fecti. delicti enormitas postulat,⁵ querelasque servorum liber-
 torumque audiendi, si de patronis dominisve querantur,
 jus illi potestasque fuit:⁶ carniumque & fori boarii, piscarii,
 & suarii cura cognitione ad eundem spectavit & perti-
 nuit.⁷ Etiam senatum per urbis præfectum vocari & con-
 suli posse, atque absentibus vel impeditis consulibus senatus
 consultum fieri, nulla controversia est. Denique diligen-
 ter curare nequa pars urbis labaret, neve per occasionem
 & licentiam aliquid plebs moliri posset:⁸ neve quid circa
 urbis

1 Quippe Augustus.] Suetonius in vita illius, cap. 37. Immo auxit tan-
 tum & ornavit. de qua Præfct. vide
 Pompon. ff. de orig. jur.

2 Demum in tantum processit.] Suetonius in Nerone, cap. 7.

3 Et Piso.] Tacitus d. lib. 5.

4 Extatque Severi epistola.] Apud Ulpianum int. l. ff. de officio præfcti
 urbi. Vide tamen eandem legem in §. initio.

5 Relegandi quoque.] In d. l. 1. §.
 relegandi.

6 Querelasque.] Ex d. l. 1. §. servos.
 ubi sic scribit, Scrzos, qui ad statuas
 confugerunt: velsua pecunia emptos, ut
 manumittantur: de dominis querentes
 audiet.

7 Carniumque.] Hec usque ad ver-
 sic. Etiam Senatum. sunt d. l. §. cura.
 Cura carnis, inquit, omnis ut iusto pre-
 cto præbeatur, ad curam præfecture per-
 tinet: ideo & forum suarum sub ipsis
 cura est, sed & cæterorum sive pecorum,
 sive armentorum, quod ad hujusmodi
 præbitionem spectat, ad ipsius curam

pertinet. Sunt hæc etiam Fenestella, aut quisquis is est, ubi supra citavimus.

8 Etiam Senatum.] Varro lib. 4. E-
 pistolicarum quæstionum, & Attejus
 Capito in Collectaneorum cap. 259.
 & ex his Gellius lib. 14 cap. ult. licet,
 ut ipse ait, Mutius id negaret.

9 Neve quid circa urbis custodiām.]
 Nam & Præfctus urbi ob id Custos ur-
 bis vocatus est Juvenali satyra 13. his
 versibus,

Hæc quæta pars scelerum, que custos
 Gallicus urbis
 Usque à Lucifero, donec lux occidat, an-
 dit.

Fuit enim is Rutilius Gallicus tempo-
 re Domitiani, quo Juvenalis vixit,
 Præfctus urbi, de quo etiam Stat. l. i.
 Sylva 4.

— Dubitatque sydera certit
 Gallicus, es cælo, dñs es Germanice cor-
 di.

Quis neget? erubuit tanto spoliare mi-
 nistro
 Imperium Fortuna tuum, &c.

urbis custodiam aut munus vigiliarum segniter exequutum fore, quod ab homine impigro ante perspici potuisset, prævidere præcavereque debebat: tantique exempli fuit, ut quum fœdissimo bello respublica affligeretur, saepe urbi saluti fuisse & imperio, magna que attulisse præsidia compertum sit.¹ Sed notandum, hunc præfectum aut patriciæ gentis virum, aut senatorem deligi consuesse: idque ^{Praefecti qui delige-}
² exemplo Marci Messalæ oratoris, qui Augusti tempore ^{bantur.} urbis præfector fuit, facile dignosci, licet sexto post die magistratu se abdicaret, non ingenuam & parum civilem potestatem esse ratus.³ Et tametsi Lucium Pisonem & ^{Lucii}
⁴ Cossium præfectos urbis vino induluisse, & multum no- ^{Pisonis}
^{& Cossi} etis conviviis exegisse legamus, adeo ut biduum & duas ^{si præ-}
^{fectorum} noctes cum Tiberio largiore potu indulserint, illos tamen ^{vino-}
^{lentia.} satis graviter & inoffense urbis tutelam administrasse, con-
tro-

Et paulo post:

*Quippe manet, longumque aeo redeunte
manebit,
Quem penes intrepidæ mittis custodia
Romæ.*

Sed & Seneca, quo loco statim citabo, & Josephus, Custodem urbis appellant, quem Suetonius in Tiberio capite 41. Præfectum fuisse dicit.

¹ *Sed notandum.]* Quod probat exemplo seq.

² *Exemplo M. Messale.]* Eusebius chronograph. loquens de temporibus Augusti, Messala, inquit, *Corvinus primus Praefectus urbis factus, sexto die magistratu se abdicavit, incivilem potestatem esse contestans.* At Cornel. Tacitus d. lib. 5. aliam abdicationis magistratus assert rationem, cum ita scribit, *Primusque Messala Corvinus eam potestatem & paucos intra dies finem accepit, quasi nescius exercendi.*

³ *Et tametsi L. Pisonem]* Seneca epistolarum ad Lucilium lib. 12. Epist. ejus lib. 1. omnium 84. L. Piso, inquit, urbis custos ebrius ex quo semel factus fuit, maiorem partem noctis in convivio

exigebat, usque in horam sextam fere dormiebat, hoc ejus erat matutinum officium: suum tamen, quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit. Huic & D. Augustus secreta dedit mandata, cum illum præponeret Thracię, quam perdonnit: & Tiberius proficiscens in Campaniam præfecturam urbis dedit, cum multa in urbe & suspecta relinqueret, & invisa, puto quod bene cesserit illi Pisonis ebrietas. Hactenus Seneca. Suetonius in Tiberio cap. 42. Postea, inquit, princeps in ipsa publicorum morum correptione cum Pomponio Flacco & L. Pisonem, continuumque biduum epulando portandoque consumpsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri Præfecturam urbis confitimus detulit. Ex quibus locis supra ostendimus Præfectum urbis, custodem quoque urbis vocari.

⁴ *Et Cossium.]* Nam & Seneca ubi supra paulo postea, quæ ex eo adduximus, subiungit, *Postea Cossium fecit urbis præfectum, virum gravem, moderatum: sed mersum vino & madentem adeo, ut ex Senatu aliquando, in quem e convicio venerat, oppressus inexcitabili somno tolleretur.*

troversia non est. Procedente mox tempore, in tantum
 præfectura urbis processit,¹ ut Sabino Vespasiani fratri ad
 præfecturam processisse, magni imuneris loco fuerit:² &
 Pertinax imperator ex præfectura urbis ad imperium pro-
 vectus sit. Rursus post aliquod intervallum, tam infimæ
 fortis habita est,³ ut Heliogabalus omnes lenones ad præ-
 fecturam urbis provehere destinari. ⁴ Qui vero præfectus
 Latinarum erat, etiam non senator fieri poterat: quippe
 qui unum citra ætatem senatoriam & saepe annis junior creare-
 tur ex nobilioribus: idcirco præfecto Latinarum, senatum
 habere non licuisse notatum est: inter quos Marcus Anto-
 ninus Philosophus, qui postea imperavit, annis junior
⁵ præfecturam urbis gessisse proditur.⁶ A Prienensibus
 quoque in Neptuni Heliconii sacro, quod cum Ionibus
 commune fuit, juvenis ætate vix adulta præfectus creaba-
 tur, & rex.⁷ Ab Indis in sex quaterniones urbis præfectura
 divi-

1 Ut Sabino Vespasiani fratri.] Hunc
 fuisse præfectum urbis liquet ex Corn.
 Tacito lib. 19. & Suetonio in Vespas.
 cap. 1.

2 Et Pertinax.] Julius Capitolinus
 in vita illius, Post huc, inquit, præfetus
 urbi factus: in qua præfectura post Fuscianum,
 hominem severum, Pertinax mitif-
 simus & humanissimus fuit, & ipsi Com-
 medo plurimum placuit: quia ille esset ite-
 rum cum Pertinax factus est, & Com-
 medo interempto, Imperator confirmatus
 in castra ductus est.

3 Ut Heliogabalus.] Lampridius in
 Heliogabalo sic scribit, Præfatum urbi
 cum saepe post eam, ad potandum voca-
 bat, adhibitis & præfectis Praetorio, ita
 ut si recusarent, magistri eorum eos co-
 gerent. Voluit & per singulas urbes leno-
 nes præfectos urbi facere, & ut essent in
 urbe 14. & fecisset si vixisset, pionau-
 turus omnes turpisimos, & ultimæ pro-
 fessionis hemines.

4 Qui vero Præfetus Latinarum e-
 rat.] Hæc usque ad versic. Inter quos.
 sunt Gellii lib. 14. cap. 8. codemque
 ult. vide in seq.

5 Præfecturam urbis.] Latinarum
 possit videri voluisse dicere, aut certe
 debuisse ex Julio Capitolino in vita
 ipsius Antonini Philosophi, qui sic
 scribit, Virilis et regis sumpsit quintode-
 cimo etatis anno, statimque ei L. Cejonii
 Commodi filia deponensata est ex Hadriani
 voluntate. Nec multo post præfectus
 feriarum Latinarum fuit. Haec tenus Ca-
 pitolinus. Verum qui Præfetus urbi
 erat, idem & Latinarum causa relin-
 quebatur, ut patet ex Gellio ubi nuper
 citavimus. Ex quo & Tacitus lib. 4.
 Ceteram postulandis, inquit, reis, tan-
 continuus annus fuit, ut feriarum Latina-
 rum diebus Præfatum urbis Drusum au-
 spicandi gratia tribunal ingressum adierit
 Calphurnius Salvianus in Sext. Marium.
 Et l. 5. de L. Pisone Præfecto urbis post
 ea, quæ supra ex eo diximus in princ.
 hujus capituli, hæc addit, Duratque se-
 mulachrum quies obferias Latinas pre-
 ficitur, qui Consulare munus usi pet.

6 A Prienensibus.] Herodotus 1. 1.
 Clio. Strabo 1. 8.

7 Ab Indis.] Hæc usque ad versic.
 Gracij vero, sunt Strabonis lib. 15.

1 Gracij

dividitur : nanque alii peregrinos recipiunt, alii vitam & mores notant, nonnulli defunctorum bona mortesque inquirunt, alii vendendis mercibus præsunt: multi venditrum rerum exigunt decimas, ita ut omne civitatis regimen illi moderentur. ¹ Græcis vero urbis præfectus ἐθναρχος ^{Graci.}
dicebatur, ipsaque præfectura ἐθναρχία. ^{Eθναρχ.} ² Præter quem fuit
prætoriarum cohortium præfector, ³ annonæque & vigilum,
qui in numero magistratum populi Romani non sunt, sed
extra ordinem utilitatis causa creati. ⁴ Ad præfectum enim
vigilum de incendiariis, de furiis, de effractoribus, de rece-
ptatoribus, cognitio pertinuit: ⁵ Augustus vero Octavius
quum plura orirentur incendia Romæ, septem cohortes op-
portunis locis constituit, ut unaquæque binas urbis regiones ^{Præ-}
tueretur, quas præfecto vigilum subjecit. ⁶ Præfectus vero ^{se fatus}
^{anno-} ^{næ.}

¹ Græcis vero urbis præfector.] Apud Josephum lib. 2. belli Judaici Archelaus Ethnarchos memoratur. Nam Ethnarchos, inquit, præfector gentis, & ipsa præfectura Ethnarchia.

² Præter quem fuit prætoriarum cohortium præfector.] De hoc forte intellexit Herodianus lib. 3. in vita Severi, cum de Plautiano præfecto cohortium urbanarum loquitur. Alibi autem scilicet principio libri quinti, scribit Mæcrinum suisse præfectum cohortis, ut Capitoninus scribit Pertinacem præfectum cohortis in Syriam profectum. De præfecto cohortis fit etiam mentio in l. præfector. 64. ff. de ritu nuptiarum. Vide infra in verbo, Et haud multo post præfector c. strorum.

³ Annona.que.] Hæc usque ad versic. Ad præfectum. sunt Pomponii Juriſconsulti in l. 2. §. sane præfector. ff. de origine juris.

⁴ Ad præfectum enim vigilum.] Hæc usque ad versic. Augustus. sunt Pauli in l. 3. §. cognoscit ff. de officio præfectori vigilum. Cujus hæc verba sunt, Cognoscit præfector vigilum de incendiariis, effractoribus, furiis, raptoribus & (forlani legendum receptatoribus) receptoribus: nisi si. qua tam a-

trox., tamque famosa sit persona, ut præfecto urbi remittatur. Hæc præterea sunt Cassiodori lib. Variarum 7. epistol. incipiente, Quamvis nomen tuum. & seq. Nuñocpælñjoi apud veteres vocabantur, ut &c. ult. §. legat. de mun. no-
vell. 13.

⁵ Augustus vero Octavius.] Paulus in l. 1. in fin. cum duabus ll. seqq. cod. tit. Strabo vero lib. 5. scribit, ipsum Augustum Cæsarem ad urbanos sui generis defectus præcipuum curiam adhibuisse, institutis è libertinorum numero militibus, qui aduersus incendia ferrent opem. Vide & Dionem lib. 55.

⁶ Præfector vero annona.] De hoc vide Livium, qui hujus originem tradit 1. dec. lib. 4. ibique dicit L. Minutum præfectum annona suisse creatum. Corn. Tacitum lib. 13. Appianum lib. 2. Bellorum civilium, ubi de Pompejo præfector annona. Ubi sic scribit, Romani a ſidua fame diutius vexati, Pompejum annona omnis præfectorum & provisorem elegere: eidemque, ut Pirato olim bello, viginti Senatorii ordinis viros addidere, quos ille viciſſim per provincias partitus est. Ipse nationes undique percurrens, urbem, ſirmamento, cetera-
que

*Præfectus
morū.
Præ-
fectus
castro-
rum,
legio-
num,
C. pa-
latii.*

annonæ ad levandum frumenti inopiam, convectis com-
meatibus plerunque urbi præfuit & imperio.¹ Præter quos
fuit præfectus morum², quem censorem nuncupant,
³ & haud multo post præfectus castrorum⁴ & legionum,
⁵ ac præfectus palatii temporibus Cæsarum novissimis
addi-

*que ad vietum necessariis, implevit. Quia
ex causa ad ampliorem adhuc gloriam po-
testatemque pervenit. Marcellum in l.
mulierem. 13. in princ. ff. de accus. Vide
præterea Cassiodorum lib. 6. Varia-
rum, ubi declarat quod sit hujus præfe-
cti munus. & l. 1. C. de officio præfecti
ubi.*

*I. Præter quos fuit præfectus morum.] Hujusmodi præfectus erat apud Car-
thaginenses, ut videre licet ex Probo
Æmilio in vita Hannibalii.*

*2. Quem Censorem nuncupant.] Scilicet Romani, de quo ample dictum est
supra libro 3. c. 13.*

*3. Et haud multo post præfectus castrorum.] De hoc Præfecto Dionys. Halicarnassæus l. 4. ad fin. Literas receptas, inquit, præfecti castrorum à Tyranno relikti T. Herminius & M. Horatius pro concione legerunt: perquisitaq; per singulas centurias sententia militum, quid opus facto sit, cum universi censerent appro-
banda decreta urbanorum ciuium, nolue-
runt amplius Tarquinium admittere. Corn. Tacitus lib. 1. in dnobus locis, dum loquirur de Aufidieno Rufo, & Mennio castrorum præfectis, & dum alibi in eodem lib. dicit, Non Tribunus ultra, non castrorum præfectus ius obti-
nuit. Et lib. 12. dicit, Præfectum ca-
strorum & legionarias cohortes extrin-
dis apud Siluras præsidiis reliktas cir-
cumfundunt. Et lib. 13. ubi meminit Istei Capitonis præfecti castrorum. Et lib. 14. Poeni Posthumi. Et lib. 18. Ju-
lii Grati uno loco, & Alpheni Vari, in altero. Et rursus ibi, Ante Aquilam, inquit, præfecti castrorum. Et l. 19. Mi-
nitii Justi præfecti castrorum septima le-
gionis. Et eodem libro Cassii Longini.*

*Et Vellejus Paterculus lib. 2. Interem-
po, inquit, præfecto castrorum, præfe-*

*tisque cohortium. Et Suetonius in Ve-
spasiano cap. 1. ubi de Vespasio Pellio-
ne, ter Tribuno militum, præfecto que
castrorum. Vegetius lib. 2. c. 10. de-
clarans quod fuerit munus hujus præ-
fecti, sic scribit, Ad hujus officium præ-
fecti castrorum positio, valli & fossæ de-
finatio pertinebat. Tabernacula vel casæ
militum cum impedimentis omnibus nutu
ipsius curabantur. Præterea agri contu-
bernales, & medici, à quibus curaban-
tur, expense etiam ad ejus industrias
pertinebant. Vehicula sagittarii, necnon
etiam ferramenta, quibus materies ferratur
vel ceditur, quibusque aperiuntur fossæ
circa situm valli & aquæ ductus. Item
ligna, vel stramina, arietes, unagri, ba-
listæ, ceteraque genera tormentorum, ne
deessent aliquando procurabat. Is post
longam probatamque militiam peritis-
simus omnium legebatur, ut recte doceret
alios, quod ipse cum laude fecisset. Ha-
stenus Vegetius.*

*4. Et legionum.] Modestinus in lib. de Nominibus militaribus, ubi decla-
rat quod munus ejus fuerit. Et Vege-
tius Rei militaris lib. 2. cap. 9. Et no-
ster Scævola in l. Titum 17. §. Præ-
fectus legionis. ff. de administrat. tutor.
Et is forte erat, quem Præfectum exer-
cituum vocat Herodianus lib. 4. in vi-
ta Antonini, loquens de Audentio &
Macrino, præfectis exercituum. Nec
multo post scilicet in princ. lib. 5. scri-
bit eundein Macrinum jam imperato-
rem fuisse præfectum cohortis, quod
nos etiam supra diximus in verbo,
Præter quem fuit Prætoriarum cohort.
præfct. Ex quo possumus intelligere
eundem esse præfectum exercituum &
cohortis.*

*5. Ac præfectus palatii.] Ut patet ex
sequentibus.*

additi, quæ dignitas proxima Cæsarum magnitudini fuit: ¹ cui præfectura Cleander à Commodo præpositus, inemoratur, ² qui propter morum insolentiam, cum filiis una crudeli supplicio excarnificatus, pœnas dedidit: ³ Et Similis sub Hadriano, qui deposita palatii præfectura, ad ocium se tradidit, moriensque inscripsit tumulo, ^{14. Ur-}
^{bis cu-}
^{quod q̄utim multos exegisset annos, septem tantum vixit,}
^{ratores.}
^{quibus ocio se dederat. ⁴ Celebratur quoque Opilius Ma-}
^{Apel-}
^{crinus qui ex humili fortuna per Caracallam palatio præfe-}
^{latio-}
^{catus, mox ad imperium concedit. ⁵ Illud quoque à vete-}
^{nem om-}
^{ribus factitatum novimus, ut quatuordecim curatores urbis}
^{nium}
^{una cum præfecto tam یرbi quam urbanis negotiis præsint.}
^{pote-}
^{Sed & illud notatum, ad urbis præfectum appellations}
^{statu-}
^{ad ur-}
^{persi-}
^{nes pre-}
^{fectum}
^{nere.}

I. *Cui Præfectura Cleander.*] Vereor ne hunc Alexánder lapsus sit. Hic enim Cleander, Phryx genere, à Commodo Præfectus prætorio creatus est, ut tradit Herodianus lib. r. Et Lampridius in vita ipsius Commodi. Nisi eundem existimes esse Præfectum prætorii, sive prætorio, & Præfectum palatii. Fuisse autem & Præfectos prætorio testis est & Corn. Tacitus lib. 17. tibi memorat Cor. Laconem Præfectum prætorii. Et Spartanus in Adriano Tatianum & Septitium Clarum. Præfectos prætorio, & in Didio Juliano Tullium Crispinum. Huncque magistratum gessisse Ulpianum sub Alexandro Se- vero, ut liquet ex Lampridio in vita ejusdem Severi, & ex l. ex divi. 4. C. de locato & conducto. ubi Imp. Severus Domitium Ulpianum parentem suum appellat, his verbis, *Qui si maiorem amittit, ad versionem exigere rem deprehenderit, ad Domitium Ulpianum Præfectum prætorio, & parentem meum remittere curabit.* Fuit & Papinianus Præfectus prætorio, ut scribit Dion in Alexandro Severo, & Antonino Caracalla. Exstatque titulus huic officio privati dicatus *ff.* & *C. de officio Præfeti prætorio.*

2. *Qui propter morum insolentiam.*] Herodianus & Lampridius ubi supra.

3. *Et Similis sub Hadriano.*] De hoc Simili Dion in Adriano, Similis, inquit, nemini moribus & virtute secundus cum Centurio esset, eumque Trajanus ante Præfectus advocasset, Turpe est, inquit, tibi Cæsar cum Centurione, removetis Præfectis, differere. Is deinde Præfecturam Praetorianorum invitus obiit, qua postea se ipse abdicavit, ac vix tandem dimissus ruri reliquos septem vitæ annos conquivavit, suoque sepulchrum moriens inscripsi justit hæc verba. Hic jacet Similis, eiusq; atas multorum annorum fuit, ipse septem duntaxat annos vixit.

4. *Celebratur quoque Opilius Macrinus.* Julius Capitolinus, & Dion in vita illius non longe à princ.

5. *Illud quoque.*] Alius Lampridius in vita Alexandri Severi, Fecit, inquit, Romæ curatores urbis quatuordecim, sed ex Consularibus viris, quos audire negotia urbana cum Præfecto urbis iussit, ita ut omnes, aut magna pars adessent, cum acta fierent.

6. *Sed illud notatum ad urbis Præfetum.*] Justinianus in l. *Præfetus urbis.* 3. scribit, Præfectum urbi præesse cunctis officialibus & potestatibus. & l. seq. universos cives & collegia Præfecto subdita esse.

omnium potestatum, & illorum qui in honore erant pertinuisse, ipsarumque cognitionem animadversionemque habuisse: quod quidem nova constitutione à posteris servatum est.¹ Antea enim ex constituto Neronis appellations à judicibus ad senatum fiebant: cautumque fuit, ut qui à privatis judicibus ad senatum provocassent, tantum pecuniæ penæ nomine exolvere cogerentur, quantum qui imperatorem appellassent.² A senatu vero ad principem appellata re non licere, oratione divi Hadriani cavebatur:³ nec à *driani* præfecto prætorio, qui principis locum tenuit, appellare licuit.⁴ C. tamen Caligula nimias appellations inhibuisse fertur, liberamque jurisdictionem magistratibus dedit, ita ut sine appellatione judicatum exequerentur, & placita servarent.⁵ Quinetiam illud quæsitum est, an tutorum curatorumque, qui nequiter & inofficiose in tutela curaque bitem de officio decedentes, versati fuissent: aut filiorum, qui parentes, quos venerari decet, contumeliis probrisque affecissent, in eosque turpissimum facinus admittentes, impias manus intulissent cognitionem animadversionemque præfectus haberet. Et placuit ab urbis præfecto in tutores curatoresque, qui in evidenti calunnia tutelam curamque gessissent: aut in filios, qui parentum dicto contumaces, & minus audientes forent, animadverti cognoscique posse.⁶ Quod quidem tam legibus & senatus consultis, quam decretis edictisque principum aliis super alia editis & promulgatis sancitum est.

¹ *Antea enim ex constituto Neronis.]* Hac usque ad versic. *A Senatu.* sunt *Coin. Taciti lib. 13.*

² *A Senatu vero ad Principem.]* Sunt verba Ulpiani in l. I. §. I. ff. à quibus appellare non licet.

³ *Nec à Prefecto prætorio.]* Ut scribitur in l. unica. §. his cunabulis. ff. de officio *Praefecti prætorio.* & Hermogenianus in l. *Praefecti* 17. ff. de minoribus. & l. I. *C. de sententiis Praefectorum prætorio.*

⁴ *C. tamen Caligula.]* Suetonius in vita illius, c. 16. *Magistratibus,* inquit,

liberam jurisdictionem & sine sui appellatione concebat.

⁵ *Quin etiam illud quæsitum.]* Hac usque ad fin. de *Praefecto* urbis intelliguntur, ut ex seq. patet. Suntque ea, quæ de tutoribus & curatoribus loquuntur, Ulpiani l. I. §. item solent. ff. de officio *Praefecti* urbis. At ea quæ de filii in parentes contumeliis loquitur, sunt ejusdem Ulpiani in d. l. §. cum patrobus.

⁶ *Quod quidem tam legibus.]* Ut l. I. ff. de *ingrat.* lib. cum si.

C A P U T X X I.

*Miraculum de homine, qui extrusus è carcere, rursusque
in eum intrusus, inferna se loca ad-
ivisse enarravit.*

Inter fabulosa miracula, & puerilibus fabellis similia, multas magnasque res, quæ vix credi dicique possunt, nullum tam impudens mendacium creditum est, quam quod ad hosce annos in Pelignis evenisse dicunt, quod quum novum commentum putaretur, & temere vulgatum, id verum postea fuisse, tam fama celebri, quæ ubique pervasit & vulgata est, quam multorum testimonio, qui rem gestam didicere, non fictis sermonibus, sed certissimis experimentis compertum est. Quo autem pacto se res haberit, hoc traditur modo: In Pelignis oppidum vetustum est, cuius nomen prætero libens, licet obscura origine, haud tamen ignobile. In eo dominus qui urbi præterat, superbe avareque civibus imperitabat, ac trucibus dictis factisque in subditos servilem in modum animadvertere solebat, eosque licet imperata facerent, neque segniter mandata exequerentur, ob leves plerunque causas, pecunis & damno mulctabat. Forte autem quum homo quispiam alioqui bonus, sed tenui re familiari, inops atque despectus, ipsius domini venaticum canem, cuius miro studio tenebatur, ita verbere affecisset, ut ob id perisse putaretur: quum id dominus rescisset, vehementer offensus, cum truci & minaci vultu graviter increpitum, in pessimum conjectit carcerem: ibique quum vincitus gravi custodia teneretur, post aliquot dies, hi quibus diligens ipsius cura mandata erat, clauso jam carcere, & tam foribus quam omni aditu praesepto, ne elabi posset, quum ad illum accederent, ut solebant, in eodem intus carcere nusquam invenere: qui diu conquisitus, quum non appareret, nullumque effugii vestigium extaret, rem ad dominum detulere: quod quum credi vix posset, ipseque mihi in mo-

dum obstupeficeret, post tres ferme dies, iisdem foribus pessimo firmatis, idem ipse qui modo carceri addictus fuerat, imprudentibus omnibus, & nemine conscio, rursus in eodem intus carcere intrusus apparuit: custodesque, ut cibum afferrent, advocavit: qui quum propere accessissent, omnesque miraculo obstupeficerent, cum vultu tetro, & horribili facie, luxatis usque membris, aititer longe atque pridem fuerat, confexere: quem quum interrogassent, unde elapsus, & rursus in eodem intrusus carcere foret, quibusque in locis fuisset, unde tam fœdo & tetro vultu emersisset: ipse velut elinguis, quum nullum proferret verbum, sed attonito stupentique similis foret, ut ad dominum quantocytus admitteretur, postulavit: habere quod illi propere nunciaret, magnum, nec differendum. Cumque ad eum protinus admissus esset, rem mirificam & admirabilem, ac dictu audituque formidolosa, & vix credenda miracula dicere orsus fuit: nam se ab inferis (si libet credere) remissum ennarravit. siquidem quin diutius carcерis squalorem ferre nequiret, seu desperatione victus, seu judicium reformidans, inops consilii, malum dæmonem ut sibi præsto esset, seque ex tam tetro carcere relaxaret, advocasse dixit. Nec multo post, dæmonem fœdo aspectu & terribili facie in eodem intus carcere aspexisse, & secum pactum fuisse, ab eodemque & ferreis claustris, non sine gravi pressura extrusum, in loca deinde inferna, & profundas vastitates, ac fundum telluris intimæ actum esse præcipitem, singulaque lustrasse: impiorumque supplicia, & sedes consceleratas, æternasque tenebras & æruinas vidisse, ac loca fœda & formidolosa, regesque & summos duces in abrupto hiatu & profundo voragini densa mersos caligine afflctari, & furiarum ardentibus facibus agitari: gemitusque & ejulatus, ac dies noctesque ploratus mulierum & virorum audisse: pontificesque vidisse infulis & trabeis purpura & auro distinctis, ac gemmis ornatos, aliasque miserabiles facies omnis generis hominum,

ætatum & ordinum, in cultu vario afflitas, & jacentes
 inter præaltas voragine, alios immenso limo haustos æ-
 ternis suppliciis & nocte cruciari, ipsorumque damnata
 scelera sempiterno dolore puniri: inter quos plures quos
 noverat in vita, adnotavit, & præcipue intimum familia-
 rem, quem dum in vita ageret, & aqualem sodalemque ha-
 buerat, alloquitum dixit: ab eo probe agnitus, & initi
 satis serinone requisitus fuit, quid rerum ageretur, & quid
 reliqui spei sibi foret. Ipseque quum prægravi servitio &
 crudeli dominatu usque premi respondisset, illum mandas-
 se, ut domino enunciaret, caveret ne quid tale ageret in
 posterum, neve gravi tributo & iniquo vectigali subditos
 oppimeret. nanque illi vacuam sedem, quam prope cer-
 nebat, præstitutam esse prædictit. Et ut haud dubius pro-
 missi foret, fidemque ut dicto haberet, meminisse (inquit)
 illum debere secreti consilii & mutuae pactionis, quain
 dum una militarent, & in castris agerent, clam inivisissent,
 quorum nemo particeps aut conscientius unquam fuit: quod
 consilium quum memoriter ille enunciasset, & non solum
 dicta conventaque, sed & singula verba sponsionesque
 quibus uterque astrictus erat, recensuisset, ipsum domi-
 num ordine hæc audientem, animo serio & attentiore fa-
 ctum, mirum in modum obstupuisse: ingensque animo
 formido incussa fuit, consideranti quonam modo, quæ so-
 li sibi credita, & nulli unquam enunciata fuere, homo ille
 hebes & tardus ingenio, quasi numine afflatus, explorata
 haberet, eaque vultu interrito enunciaret. Adjiciunt mi-
 raculo, eundem interrogasse illum cum quo tunc sermo erat
 apud inferos, qui nitido cultu vestituque apparato videba-
 tur, nunquid aliquo cruciatu afflictarentur, qui insigni ve-
 ste & auro conspicui forent? illumque respondisse, peren-
 ni incendio, interque maximos cruciatus, & sempiterno
 dolore usque premi & afflictari, idque totum quod auro &
 purpura fulgeret, ignem atque incendium esse. Et quuin
 ipse id experiri volens, proprius manum purpuræ admovis-
 set,

set, admonitum ab eo fuisse, ne tangeret, & tamen efficeret ne quissem, ut non ex caloris afflato palam sibi manus, quam tunc ostendebat, incendio & ipsi purpuræ admotam deflagraret. Erat enim pustulis liventibus, & tetricis hulceribus veluti tabe & igne sacro, maloque quod latius serperem videbatur, fere consumpta. Referunt præterea qui illum adivere, eum postquam ab inferis emersit, quasi mente consternata, hebetique aurium oculorumque sensu affectus foret, semper cogitabundum in rarum prodigiis sermonem, vixque saepius interrogatum collequenti respondisse. Vultu vero tam tetro & aspectu tam deformi revertisse, ut qui dudum à conjugi & liberis prope agnitus foret, is postquam remeavit ab inferis, tam diro vultu, totiusque facie corporis dissimilis effectus est, ut vix eundem illum esse crederent: saepiusque obortis lachrymis, ob faciei duritatem, & speciem hominis fœdissime mutatam, noctos affinesque ipsum alloquitos fuisse ægreque ut ante obitum qui mox consequutus est, res suas dispensaret, ac liberis & posteritati consuleret, vitæ spatium habuisse.

TIRACELLUS. | riam, aut potius fabulam sui temporis
Hoc caput nihil aliud quam histo- | recitat.

CAPUT XXII.

Quot militum ordines, cujusve generis milites in Romana militia olim militare consuerant, & qui apud exterros.

Militum ordines, quos Römani duces habuere, quibus res magnas gessere, hi ferme traduntur, nomine diversi: namque Rorarii dicti, cum quibus priui erant
Rorarii. con-

TIRACELLUS.

I Nānque Rorarii.] Varro lib. 3. aut aliorum computatione 6. de lingua Latina, Rorarii, inquit, dicti sunt à rore, qui bellum committebant ante: id eo quod ante rorat quam pluit. Livius 1. dec. lib. 8. Primum, inquit, vexillum

triarios ducebat, veteranum militem spe-
ctatæ virtutis, secundum Rorarios minus
roboris atate fadisque: terium accensos
minimæ fiducia manus, ev. & in postre-
mam aciem rejiciebantur. Nonius Mar-
cellus in Generibus armorum, ubi de-
clarat quare ita dicantur, sic scribit,
Rorarii

congressus, qui levibus muniti armis, parmain & gladium gerentes, sicut ros ante pluviam, sic priusquam procurerent, aut acies admoverent, hostem incescebant, & primos concursus excipiebant. Præmittebatur enim levis arimatura, quæ eliceret, & hostem gradu moveret, mox equitatum libero cursu & robora legionum immittebant, quæ longius pellerent & fugarent. ^{Ante-signani.} Qui etiam antesignani, eo quod primi agminis erant, dicti: ² sicut apud Persas homotimi milites in principiis erant, qui magnopere apud reges nobilitati sunt: ³ inter quos peltati ^{H. motimi.} & cetrati, qui peltas cerasque ^{Peltati.} (scutorum enim genera sunt) deferebant, haud multo discrimine diversas. ⁶ Pelta enim cetræ haud dissimilis est: ^{Cetrati.} namque erat cetsrum ex loro, quo ^{Cetra.} Petre.

Aphri,

Rorarii appellabantur milites, qui antequam congressus essent acies, primo non multis jaculis imitantur prælimi: tractum quod ante maximas pluvias cœlum rorare incipiat. Festus Pompejus lib. 1. ubi de adscriptitiis loquitur, Alii, inquit, Rorarios, quod id genus hominum, antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis, dimicaret. & itetum l. 16. Rorarios, inquit, milites vocabant, qui levi armatura primi prælium committebant, quod ut ante imbrem fere rorare solet: sic illi ante gravem armaturam, quod predibant, Rorarii dicli. Vide Vegetium lib. 2. cap. 15. & 17. Tales fere fuerunt milites, ferentarii, exculcatores, sagittarii, funditores & tragularii.

¹ Qui etiam antesignani.] Ciceroni Philip. 2. Cæsari libro 1. & iterum 3. belli Civilis. Livio 1. decad. lib. 2. 6. & 7. Nonio Marcello inter Armorum genera.

² Sicut apud Persas.] Xenophon Pædiæ Cyri lib. 1. post princ. & lib. 7. ad fin.

³ Inter quos peltati.] Liv. 1. dec. l. 8. non multo post princ. Menippum, inquit, quandam ex regiis ducibus cum milite peltatis (pelta cetsra haud dissimili est) Chalcidem mittit. Et hinc puellæ peltatae Ovidio lib. Amorum 2. eleg. 14. in princ.

Quid juvat immunes bellii cessare puellas,
Nec scra peltatas agmina velle sequi.

⁴ Et cetrati.] De quibus idem Livius 3. decad. lib. 1. & 4. dec. lib. 5. & 5. dec. lib. 4. & alibi saepè.

⁵ Scutorum enim genera sunt.] Nonnius Marcellus tum in Generibus armorum, tum alibi, & Servius lib. 8. Æneid. in eum locum,

Scutis protecti corpora longis.
Festus Pompejus lib. 14. ubi de pelta loquitur.

⁶ Pelta enim cetræ haud dissimilis est.] Quæ sunt verba Livii citata sup. in verbo, Et cetrati. Et idem intelliges ex eodem 4. dec. lib. 1. cum scribit, Nocte cetratos, quos Peltafas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdidcrat.

⁷ Namque erat cetsrum ex loro.] Servius lib. 7. Æneid. in eum locum,
Levæ cetsra tegit. —

Cetsra, inquit, scutum loereum, quo Africæ & Hispani utuntur. Liv. 4. dec. lib. 1. Hispani sine ulla mole in utres vestimentis conjectis, ipsæ cetræ superpositis incubantes, flumen transnataverunt. Et ante hos Cæsar lib. 1. belli Civilis, Erant legiones Africæ tres, Petreji due, præterea cetsræ ceterioris provincie, & cetræ ulterioris Hispaniæ cohortes circiter 80.

Par-
ma.
Lusit.-
norum
scuta.
Numi-
dica.

Aphri, Hispani, Galli & Persæ plerunque usi sunt, in rhombi figuram: ¹ pelta vero, breve scutum instar lunæ: ² parma, figuræ latioris & circularis. ³ Lusitanis vero scuta fuere duorum pedum latitudinis, quæ nec fibula, nec ansa, nec loro nec tebantur. ⁴ Numidica ex coriis sicut ⁵ Græcis. ⁶ Oretanis ⁷ & Gallis quandoque pro munito fuit pelta, ⁸ queis erant enses obtusa cuspide, ⁹ scuta vero debilia. ¹⁰ Hiphicrates quoque pro parma militibus peltam dedit, hastæque modum duplicavit, & gladios lon-

¹ Pelta vero, breve scutum, &c.] *Aelianus de Instituendis aciebus. Servius enatrans illud libri 1. Aeneid.*

Dicit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Scutis, inquit, brevissimis in modum lune jam mediæ. *Luctatus Statii interpres lib. 5. Thebaidos in eum locum, Lunatumque putes agmen descendere.*

² Parma, figuræ latioris & circularis.] *Varro apud Nonium Marcellum de genere armorum statim post princ. Quem sequuntur cum rotundis velites levæ parmis. Polybius in libello de Castrametatione, qui portionem facit 6. libri, Parma, inquit, similitatem habet tum ob structuram, tum ob magnitudinem, quæ tutando corpori sit satis. Idem Livius de parma lib. 26. Glossarium interpretatur θραύσις ὄπλον. Lucilius lib. 8. apud Nonium: Inde parectato Chlamydes & barbula prima. ubi emendo: parma prima. Nam cum sit rotunda, tripedalem habet diametrum. Vide tamen Nonium Marcellum de genere armorum: ubi dicit, Parmam breve scutum esse. Quod & ipsum dixerat Varro linguae Latinae libro 1. aut aliorum computatione 4. dum dicit ita vocari, quod à medio in omnes partes par sit. Et de hac Virgil. lib. 9. Aeneid.*

Ense lervis nudo, parmaque inglorius alba.

Livius 1. decad. lib. 8. & 3. dec. lib. 2. ubi de Numidis loquitur. Martialis lib. 14. epig. 219. de parma, ait,

Hæc quæ sæpe solet vinciri, quæ vincere raro,

Parma tibi scutum punitionis erat. Et omnes ubique. Hinc Parmula diminutive Horatio lib. Carm. 2. Ode 7.

Tecum Philippos, & celerem fugam sensi, relicti non bene parvula. A qua dicti sunt Parmula. trii Quintiliano lib. 2. c. 11. post princ. Ego, inquit, Parmularius sum. Et Suetonio in Domitiano cap. 10. Cum hoc titulo impie loquutus Parmularius. Et parmatu[m] à parma Livio 1. Dec. lib. 4. Dat signum Voleis Imperator, ut parmati novæ cohorti hostium locus detur.

³ Lusitanis.] *Strabo lib. 3. Scutum duum pedum ad latitudinem gestant, curvum ad anteriora prospectans, loris dependens, cui neque fibula, neque ansa ulla est.*

⁴ Numidica ex coriis.] *Hæc autem parmas vocat Livius 3. Dec. lib. 2. ubi de pugna Cannensi.*

⁵ Sicut Græcis.] *Vide infra ex Strab.*

⁶ Oretanis.] *Strabo lib. 3.*

⁷ Et Gallis.] *Strabo lib. 4.*

⁸ Queis erant enses obtusa cuspide.] *Scilicet Gallis ex Polybio lib. 3. & Livio dec. 3. lib. 2. ubi de Cannensi pugna loquitur, & dicetur postea in hoc eodem capite.*

⁹ Scuta vero debilia.] *Ipsis quoque Gallis erant scuta longa, sed ad amplitudinem corporum parum lata, & ea ipsa plena Livio 4. dec. lib. 8.*

¹⁰ Hiphicrates.] *Probus Amylius in vita illius.*

longiores fecit, quare peltae appellati. ¹ Thracibus ² & ^{t.i.f.e.} Belgis dabatur pelta, quam meridem dixerunt. ³ Liguribus ^{Meri-} ænea parma. ⁴ Sardis pugio cum pelta. ⁵ Celtiberis leve ^{des a.} scutum & rotundum. ⁶ Catus vero Marius parvulas mili- ^{ne a.} tibus inhibuit, illas minus habiles & supervacuas arbitratus. ^{anea.} ⁷ Romani autem clypeos peditibus, scuta equitibus dedere: ⁸ quos quidem milites à priua origine clypeis usos com- ^{Clypei.} perimus: postquam vero stipendiarii facti sunt, mutato ar- morum genere, ⁹ scuta majus tegumentum pro clypeis acci- ^{Scuta.} pere, ¹⁰ sicut Latini populi ¹¹ (quare scutatæ ¹² & cetratae co- hortes

¹ Thracibus.] Maximus Tyrius Ser-
mone 3. in princip. & Herodotus l. 7.
de Thracibus loquens, sic ait: Ferentes
præterea jacula & peltas & pugnuncu-
los:

² Et Belgis.] Strabo lib. 4. Gladius
longus à dectro dependens latere, cly-
peus longus, hastæ ad proportionem,
& Mæris pelta genus est, id est, jaculi.

³ Liguribus.] Strabo eodem lib. 4.
sed multo postea, quæ in præced. ad-
duximus, Ligurum mores scribens,
ait, Non multi admodum equo militant,
pedites vero in tumultuariis, presertim
pugnis, opprimi, æris autem utentes par-
nis: unde conjecturam dedere, se origine
Grecos esse. Tanquam & Græci eisdem
parnis æneis uterentur. Vide Diodo-
rum Siculum lib. 6. c. 9. non longe
ante fin.

⁴ Sardis pugio cum pelta.] Strabo
libro 7. scribit, Sardos ritu Gallico ar-
mari.

¹¹ ⁵ Celtiberis.] Diod. Siculus lib. 6.
cap. 9.

⁶ Catus vero Marius.] Legendum
C. Martius ex Festo Pompejo lib. 14.
ubi de Parvulis loquitur, nisi illic
menduim sit, quod magis credo. Om-
nino C. Marius legendum. Vide Fest.
in voce Brutiana Parmule.

⁷ Romani autem.] Apulejus Apo-
logia prima. Et Seryius enarrans eum
locum lib. 9. Æneid.

^{Ter centum scutatæ omnes} ^{Folcente Ma-}
gistro.

Ad id referens illud ipsum Virgilii de
equitibus loquentis: nam (ut inquit
Serv.) clypei peditem sunt: scuta vero
equitum, ut hæc b. eviora: illi vero longio-
res. Cujusmodi autem erat hic Româ-
norum clypeus, disces ex Polybio l. 6.
quo loco eorum castramentationem
describit.

⁸ Quos quidem milites.] Livius dec.
1. lib. 8. Acco nihil apud Lat. nos disso-
nunt ab Romana republ. præter animos,
erat. Clypcis antea Romanis usi sunt:
deinde postquam stipendiarii facti sunt,
scuta pro clypeis fecere. Hinc facile col-
ligere possumus Romanos clypeis usos,
cum Latinos iis Romanorum mo-
re usos legamus. Sed & Romanos o-
lim Argolyeo clypeo usos testantur
Plutarch. in Romulo & Dionys. Hali-
carn. lib. 4.

⁹ Scuta magis tegumentum.] Verba
sunt Livii 1. decadis libro 9. in
comparatione Alexandri & Roma-
nor.

¹⁰ Sicut Latini populi.] Livius 1. dec.
lib. 8. Latini, inquit, clypeis Romanis
ante usi sunt, deinde postquam stipendi-
arii facti sunt, scuta pro clypeis fecere.

¹¹ Quare scutatæ &c.] Scutatos mili-
tes dicit Cicero Philippica 2. Agmine
quadrato cum gladiis sequuntur scutati
milites. Et equites Livitis 4. decad. li-
bro 8.

¹² Et cetratae cohortes.] Cesari lib 1.
bellorum Civilium. & dictum est. in
verbo, Et cetrati.

hortes dictæ) ¹ quæ ex cratibus plerunque intexebant.
² Antea enim Romulus Argolico scuto utebatur. Post ve-
 ro iustum cum Tatio fœdus, Romani, dimisso Argolico,
 Sabinorum accepere scuta, suaque Romulus cum Sabinis
 arma commutavit, quibus postea Romani usi sunt. ³ Sam-
 nitibus lata, ad suumquin æquali fastigio fuere, in imo cu-
 neata. ⁴ Marsis amplissima, quæ Decumana dicta sunt:
⁵ Lucani quoque scuta ex vimine confecta, coriis tegebant.
⁶ Græci frequenter russatis, ⁶ Carthaginenses albis, nonnun-
 quam clypeis diversa insignia ferentibus utebantur: Corin-
 thii rubris. ⁷ Alba vero ferre scuta, Romanis erat ignominie
 diversi clypei. ⁸ nam fortes utebantur pictis. ⁹ Pœni ex auro scul-
 ptis imaginibus. ¹⁰ Germani scuta lectissimis coloribus di-
 stin-

¹ Quæ ex cratib.] Vide infra in verbo, *Lucuri.*

² Anteaenim Romulus.] Romuluū & Romanos usos fuisse Argivo clypeo & scuto, tradunt Plutarchus in vita Romuli, & Dionysius Halicarnassæus libro 4. Is autem clypeus Argolicus magnus erat, ut scribit Servius in lib. Æneidos in eum locum,

Argolici clypei, aut Phœbæ lampadis instar.

³ Samnitibus lata.] Liv. 1. dec. 1. 9:

⁴ Marsis.] Festus Pompejus lib. 1.

*Albesia scuta dicebantur, quibus Arben-
ses, qui sunt Marci generis, usi sunt. Hæc
eadem Decumana vocabantur, quid es-
sent amplissima, ut decumani fluctus.*

⁵ Lucani.] Dionys. Halicarnassæus lib. 5. Livius 3. decad. 1. 1. in Sagunti-
norum obsidione. Servius Sallustij au-
ctoritate in 1. 7. Æn. in eum locum,

*Fæctunt que salignas
Umbrorum crates.* —

Advatici quoque Gallorum populi scutis ex cortice, aut viminibus intex-
tis, quæ subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant, ute-
bantur, apud Cæsarem Gallici belli, lib. 2. ad fin.

⁶ Carthaginenses albis.] Plutarch. in Timoleone uti etiam Cimbri & Teu-
tones apud eundem Plutarchum in

Mario, & Thraçes apud eundem in
Paulo Amylio.

⁷ Alba vero ferre scuta.] Virg. lib. 7. Æncid.

*— Parmaque inglorius alba.
Et hoc quoque spectat illud Persii sa-
tyra 5.*

*Permitit sparsisse oculos jam candidus
umbo.*

⁸ Nam fortes utebantur pictis.] Virg.
lib. 7. Æneidos,

*— Et picti scuta Labici.
Ubi Servius id annotat, citatque illud
Virgilii in præced. adductum.*

⁹ Pœni.] Plinius 1. 3. 5. cap. 3. Pœni, inquit, ex auro fastitavere & clypos & imagines, secumque in casulis tulere. Certe captiis eis tales Hasdrubalis invenit Q. Martius, Scipionum in Hispania ulti: Isque clypeus supra fræs Capitoline adis usque ad incendium primum fuit.

¹⁰ Germani.] Cornelius Tacitus lib. Historiarum, ubi hæc de illis scribit, Non loriam Germani, n̄ galeam, ne scuta quidem ferro nervaque firmata, sed viminum textus, vel tenuis, & sucatas colore tabulas. Et idem Tacitus in libro de moribus German. non adeo longe à prin. Scutaque tantum leclissimis coloribus distinguunt, paucis loricæ, vix uni alterique casis aut galea. Ex quo loco hunc certe Alexander sumpsit.

¹¹ Quippe

inxere. Græci quoque diversa insignia, & numina addidere: ¹ quippe Græcorum clypeis Neptunus inerat, Trojanorum Minerva, ² Ulysses Delphinis insigne in scuto prætulit, ³ Agamemnon formidinem capite leonino cum epigrannmate. ⁴ Niciæ scutum auro fulgebat & purpura Lacedæmonii λ, Messenii μ, literas descripsere, ⁵ Alcibiades Cupidinem cum sagittis, Neocorus Aliarcus draconem, ⁶ Demosthenes in scuto aureis literis Bonam Fortunam inscripsit: ⁷ Legio ad Cordubam Pompeii nomen. ⁸ Persis vero cratis erat in manu lœva, gladius vel securis in dextris. ⁹ Fertur Alexan. Macco argyroaspidas ab argenteis clypeis, ¹⁰ sicut Alexander Severus imperator chrysaspidas ab aureis nuncupasse: ¹¹ id quod à Samnitibus fuit usurpatum, ut argenteis aureisque scutis ornarentur. ¹² Galatæ

Prin-
cipium
ac di-
cum
Gen-
tium.

¹ Quippe Græcorum.] Hæc usque ad versic. Ulysses. sunt Servii enarrantis illud Virgilii lib. 2. Ancidos,

Vadimus immixti Danais band nomine nostro.

² Ulysses.] Stesichorus, &c ex eo Plutarchus rationem reddens in libro de industria animi ad fin.

³ Agamemnon.] Pausanias libro 5. In Agamemnonis, inquit, clypeo Terror expressus est leonis capite, cum hac inscriptio-

Hic pavor est hominum: manibus gerit
hunc Agamemnon.

⁴ Niciæ scutum.] Plutarchus in vita ipsius ad fin. Pollux Onomasticon l. 1. c. 10. ἔσθλων ὀνόματα. ubi ita scribit, Λέγεται ἐπι νικίαν πορφύραν τῇ χειρὶς
μιξίστηται πορφύρα τῷ αὐτίδε. Sed & Herculis clypeus ex Philostrato in vita Apollonii lib. 2.

⁵ Alcibiades.] Plutarchus in vita ipsius, scribit fuisse illi clypeum aureum non patrio illo insigni, sed Cupidine sulminifero inscriptum. Satyrus autem historicus apud Athenæum Dipnosophistarum l. 12. c. 16. Scribit ipsum Alcibiadem uti solitum clypeo auro, atque ebore confecto, in quo insigne erat κεφαλὴ λιονταρίδος vel

ἀγανδάρηδος, id est, fulmen incurvans; ac scutum:

⁶ Demosthenes.] Plutarch. in vita illius, Literis, inquit, aureis, ita in eis clypeo scriptum erat, οὐαθὲ τύχη. Et his adde Theseum, in clypeo depictam faciem leonis, & Polyunicem apri tulisse, ut resert Apollodorus Bibliothecæ lib. 3.

⁷ Legio ad Cordubam.] Hirtius l. 4. qui de bello Alexandrino est.

⁸ Persis vero.] Xenophon Pædæ Cyri lib. 1. iterumque 2. non inulto post princip. Hæc autem, inquit, sunt circa pettus, thorax, & cratis in lœva manu, & mucro ac securis in manu dextra. Et iterum, postea, Hoc solum eis reliquit, ut cum gadio crateque & thorace pugnarent. Aliter Strabo l. 15. ad fin.

⁹ Fertur Alexander.] Livius 3. Decad. lib. 7. & 4. Dec. lib. 7. ubi loquitur de Antiochi militibus adversus Romanos. Justinus lib. 12. Q. Curtius l. 4. Paulus Orosius lib. 3. c. 21.

¹⁰ Sicut Alexander Severus.] Aelius Lamprid. in vita illius.

¹¹ Id quod à Samnitibus.] Livius 1. Dec. lib. 9. & 10.

¹² Galatæ.] Diodorus Siculus lib. 5. aut, ut alii supputant, lib. 6. c. 9. Qui-

V 5 dam,

latæ animalium formas æneas scuto effinxere,¹ sicut Lacedæmonius quispiam ingenti scuto muscam effictam habuit:

Hanno. ² & Hanno Carthaginensis argenteo clypeo cum imagine Barchini Hasdrubalis conspicuus erat.³ Cleomenes vero docuit Lacedæmonios clypeum non ex annulo suspensum, sed brachio insertum habere, quo se firmius protegerent:

Achæi. ⁴ Philopœmenes Achæis, cum antea scutis levioribus, & ad protegenda corpora minus habilibus uterentur, pro scuto clypeum, pro hastili sarissam dedit: qui tamen scutati pedites ferreas ocreas in dextro crurè induebant, ne crurè effracto, neci expositi forent. Sarmatis vero nulla scuta fuere: namque in conflictu præliorū defendi scuto inhibentur: itaque ad vulnera exposito corpore patebant:

Pilani. ⁵ Deinde Pilani, qui pilis depugnabant, dicti. ⁶ Fuit enim *Pilum.* pilum hastile, habens & ferrum pedale, & trigonum stylo præacuto, quod stupa colligatum emittebant, interdum hastam

dam, inquit, in scutis animalium formas æreas paulum eminentes gestant & ad ornatum, & ad corporis tutelam fabricatas.

¹ Sicut Lacedæmonius quispiam.] Erasmus ex Plutar. in Apophthegmatis Laconum innotinatorum l. 2. Laco quidam, inquit, in clypeo pro insigni gerens muscam, eamque non maiorem vera, quibusdam irridentibus, distractibusque, quod id studio fecislet, quo lateret: Imo, inquit, ut sim conspicuus: Tam enim prope accedo ad hostes, ut ab ipsis insigne cuiusmodi sit, videri possit.

² Et Hanno Carthaginensis.] Livius 3. Dec. lib. 5. In ea præda, inquit, fuisse clypeum argenteum pond. centum triginta octo cuni imagine Barchini Asdrubalis. Sed adde superioribus Sophanem Dercelensem habuisse anchoram insignitam in scuto, quod nunquam acquisitum assidue rotabatur apud Herod. lib. 9. Et Aventinus centum angues & hydram serpentibus cinctam apud Virgil. lib. 7. Aeneidos,

— Status Herenle punicro.

Puleher Aventinus, clypeoque insigne paternum

Centum angues, cinctaque gerit serpentibus hydram.

³ Cleomenes.] Plutar. in vita illius.

⁴ Philopœmenes.] Idem Plutar. in vita illius.

⁵ Deinde Pilani.] Varro lib. 1. aut aliorum computatione 4. de lingua Latina. Pilani triarii quoque dicti fuerunt, ut idem Varro eodem libro. Et Ovid. 3. Fast. Pilatæ legiones dicuntur apud Vegetum lib. 1. cap. 20. unde & Antepilani Marcellino lib. 16. Sed & sunt qui Pilatos hos vocant, ut Livius 1. Decad. lib. 3. uti & Pilatas cohortes Martialis lib. 10. epig. 48.

Nunciat ostavam Pharie sua turba juvencæ?

Et Pilata redit, jamque, subitque cohors.

Unde & Præpilati ipsi Livio 3. Decad. lib. 6. & Marcellino lib. 24.

⁶ Fuit enim pilum.] Livius 2. Decad. lib. 1. in Saguntinorum obsidione, & Dionysius Halicarnasseus lib. 5. Vegetius lib. 2. c. 29.

hastam habens trium pedum nec minoris proëminentia ferrea veruta: ¹ quo enim *emissio*, velut ad id dato signo, citato gradu in hostes ibant: mox strictis gladiis collato pede, co-mininus rem gerebant, quæ ab hostibus missa, Romanī sœpe densatis scutis excipiebant: tamen tali nonnunquam tanto ardore animorum ad arma concursuim, & in hostes itum, est, ut ne mora in pilis emittendis fieret, illa abjicerent, & strictis gladiis co-mininus rem gererent: ² quæ quidem pila Romanis propria, & sua fuere arma: ³ telum haud dubie quam hasta vehementius: ⁴ sicut *gesſa* Gallo-ruim, ⁵ *sarissa* Macedonum, ⁶ lancea Hispanorum, gladius Lace-

Gessu.
Sarissi-
fit.
Lan-
cea.
Gla-
dius.

¹ *Quo emissio.*] Hæc usque ad versic.
Quæ quidem. sunt Livii 1. Dec. lib. 9. cuius hæc verba sunt, *Vadunt in prælium, urgentes signiferos: & ne mora in concursu pilis emittendis, stringendisque inde g'adlis effet, fila, velut dato ad id signo abjiciunt, strictisque gladiis cursu in hostem feruntur.*

² *Quæ quidem pila Romanis propria.*] Livius 1. Dec. 1.9. Halicarnassus 1.5. Recepérunt, inquit, animos, & spci non-nihil ex quibusdam prodigijs, sed maxime ex hoc ultimo, quod præcessit diem prælii, Ex pilis defixis ante tentoria: Tela sunt hæc Romanorum, quæ primo congreſſa ejaculantur, oblonga hastilia crassamento, quod manum compleat tripidaneis ferreis utrinque præfixa verticulis, una cum ferro longitudine paria mediocribus jaculis. Servius in l.7. Aeneid. in eum locum,

Pila manu, secuſoſque gerunt in bella dolones.

Pila, inquit, proprie est hasta Romana, ut *Gessa Gallorum*, *Sarissa Macedonum*.

³ *Telum.*] Hæc verba sunt Livii 1. Dec. lib. 9.

⁴ *Sicut Gessa Gallorum.*] Cæſar 1. 2. belli Gall. Servius ubi supra ibi, *Quæ quidem pila Romanis.* Nonius Marcel. inter genera armorum. Luctatius Statii interpres lib. 4. Thebaidos statim post prin. in eum locum,

— *Pars Gessa manu, pars robora flam-*

mis

Indurædiu. —

Citatque illud Virgilii de Gallis loquenteris carmen lib. 8. quod id aper-tissime probat,

— *Duo quisque Alpina curvitant
Gessa manu.* —

Ubi & ipse Servius tradit, Gallos vocare Gessos viros fortes. Et Claudian. in Eutrop. lib. 2.

Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens

Illi ante vagus tandem regionibus hestis,

Gessaque depositis, Grajo jan mitis amictu.

Gessa item Hetruscorum fuisse scribit Livius 1. Dec. lib. 9. Fuisse & Gessorum usum ab Iberis ad Romanos translatum tradit Athenæus lib. 6. c. 8. eodemque ult. At Gerra Persarum fuisse apud Herodot. lib. 9.

⁵ *Sarissa Macedonum.*] Livius 1. Decad. lib. 9. in comparatione Alexandri & Macedonum & 4. Decad. lib. 7. ubi dicit has esse prælongas hastas, rursumque lib. 8. & Ovid. lib. 12. Metam.

*Qui clypeo gladioque Macedonicaque
sarissa.*

Statius lib. 7. Thebaidos.

*Fraxineas vibrant Macetum de mors
sarissas.*

Et ibi Luctatius Placidus interpres, & Lucan. lib. 8.

Primi pellæas arcu fregere sarissas.

Pellæas enim vocat à Pella regia Macedonum, ex qua & Alexand. Pellæus dictus

Aci-
necis.
Fala-
rica.
Saga-
riss.

Rom-
phea.

Fra-
mea.
Sparus.

dictus est Juvenali sat. 10.

Uans Pellaō juveni non sufficit orbis.

Et Plutarchus tum in Flaminio, tum
in Paulo Aemylio, Q Curtius lib. 9.

Festus Pompejus lib. 17. & Servius d.

lib. 7. ubi supra.

6 *Lancea Hispanorum.*] Gellius au-
toritate Varro lib. 15. cap. 30. in
fin. ubi de petorito, quod vehiculum
appellatur, sic scribit, *Quo in loco Varro*
lib. 14. Rerum divinarum, cum de peto-
rito dixisset, esse id verbum Gallicum,
lanceam quoque dicit non Latinum, sed
Hispanicum verbum esse. Esse tamen
Latinum verbum nemo negabit. Et
Festus docere potest. A lana dicitur
laniare & lancinare. Hinc *lancia*. Sic
enim & in vet. glo. scribitur non *lan-*
cea, Gracis dicta λάγχη.

7 *Acinacis Medorum.*] Horatius l. 1.
carminum Ode 27.

Vino & lucernis Medus acinacis
Inmane quantum discrepat.
Ubi tamen Acron dicit Persarum gla-
diūm esse, uti etiam dixerat Herodot.
lib. 7. in voto Xerxis. Porphyron au-
tem Parthorum, uterque pro omni
gladio positum. Valerius Flaccus l. 6.
Argonauticon dicit esse gladium quo
Persae utuntur,

Insignis manicis, insignis acinace dex-
tra.

2 *Falarica Saguntinorum.*] Livius 3.
Dec. lib. 1. declarans cujusmodi telum
id erat, sic air, *Falarica erat Saguntinis,*
missile telum bastili oblongo & ceterate te-
reti, præterquam ad extremum, unde
ferrum extabat: id, sicut in pilo, quadra-
tum stuppa circunligabant, linebantque
pice: ferrum autem tres in longum habe-
bant pedes, ut cum arrais transfigere corpus
posset: sed id maxime, etiam si his efficeret
in seculo, nec penetrasset in corpus, pavore
rem faciebat: quod cum medium accen-
suum mitteretur, conceptumque ipso motu
multo majorem ignem ferret, arma omitti

cogebat, nudumque militem ad inseguen-
tes illus præbebatur. Virg. lib. 9. Aeneid.
Turnum falaricam jaculari manu po-
tuisse ostendit,

Sed megnū stridens contorta falarica
venit

Fulminis acta modo: quam nec duo tan-
re aterga,

Nec dupli squammalorica fidelis &
auro

Sustinxit: collapsa ruunt innania mem-
bra:

Dat tellus gemitum & clypeum super-
intonat ingens.

Unde autem dicta sit falarica, & cuius-
modi fuerit, disce ex Servio ibi, qui
pluta de hac machina scribit. Vide
etiam Vegetium lib. 2.

3 *Sagaris Persarum.*] Strabo lib. 15.
ad fin. Sed adde & hanc fuisse Massa-
getarum ex Herodoto lib. 1. ad finem.

4 *Romphaea Thracum.*] Livius 1. De-
cad. lib. 1. Gellius lib. 10. c. 15. & infra
in verbo, *Romphaea vero.*

5 *Framea Germanorum.*] Cornelius
Tacitus de Moribus Germanorum,
ubi describir illius formam, ut statim
dicemus: & de hac quoque Juvenalis
satyra 13.

Et Martis frameam & Cyrrhei spicula
vatis.

Glossarium: *Framea* Ρομφαία. Vide
Lipsum curis secundis ad Tacitum.

6 *Sparus rusticorum.*] Virg. l. 11.
Agrestisque manus armat sparus. —
Et ibi Servius, *Sparus*, inquit, est rusticum
telum in modum pedis recurvum. Et
Nonius Marcellus inter genera armo-
rum in duobus locis, sparum enumera-
rat. Probus autem Aemylius tradit
Epininundam à Lacædemoniis spar
fuisse occisum.

7 *Theumonorum vero.*] Virgiliius l. 7.
Aeneid.

Theutonio ritu soliti vibrare catcas.
Ubi Donatus, *Hi omnes*, inquit, imitati

Theu-

nicorum vero catejæ.¹ Erat enim hasta angusto & brevi ferro,^{catejæ}
romphæa autem ingentis longitudinis.² Tametsi Hispanum gladium admodum brevem,³ & sarissam prælongam hastam ferro affixo legamus.⁴ Etiam sica Romanis frequens sica.
& peculiaris fuit: quippe Romani milites utroque latere ferrebat sicas, dextra breviorem, sinistra longiorem.⁵ Prodi-

tum-

Theutonias mittebant telorum species, quæ
Catejæ dicabantur. Servius autem dicit
esse tela Gallica, unde etiam Theuto-
nicorum ritum dixit. At Pierius scribit
in Romano codice, & quibusdam aliis
Catelas illuc legi.*

COLERUS.

* Vide & Agellium, ubi recenset
gladiorum genera.

TIRACQUELLUS.

¹ Erat enim hasta.] De framea in-
telligit, idque est Corn. Taciti de mo-
ribus Germanorum, non adeo longe
à prin. Rari, inquit, gladiis, aut majo-
ribus lanceis utuntur, hastas vel ipsorum
vocabulo, frameas gerunt angusto & brevi
ferro, sed ita acri & ad usum habili ut
eodem telo, prout ratio poscit, vel commi-
nus vel eminus pugnant: & eques quidem
scuto frameaque contentus esset.

² Romphæa vero.] Livius 4. Decad.
lib. 1. Thracas, inquit, Romphæa, ingen-
tis & ipse longitudinis inter adjectos un-
dique ramos impediabant.*

COLERUS.

* Glo. Græcolat. Πομφάσ, Framea,
gladium.

TIRACQUELLUS.

³ Tametsi Hispanicum.] Ut facile
colligi potest ex Livio 4. Decad. lib. 8.
eius verba afferemus ibi, Inter levis
armaturæ. Idem Livius 4. Decad. l. t.
de gladio Hispanorum loquens, Post-
quam gladio Hispaniæ detruncata cor-
pora, brachiis abserratis, aut tota cervice
desecta, divisi à corpore capita, patentia-
que viscera, & fæditatem aliam vulnerum
viderunt: adversus quæ tela, quo-
que viros pugnandum esset, pavidi culgo
cernebant.

⁴ Et Sarissam prælongam.] Livius 4.
Dec. lib. 7. Ibi, inquit, simul perturbati

ordines, & impeditus intercursu suorum
iussus prælongarum hastarum (Sarissas
Macedonum vocant) in utere signa Roma-
næ legiones, & pila inter turbatos congi-
cere. & ejusdem Decad. lib. 8. Per oper-
culi foramina prælongæ hastæ, quas Sa-
rissas vocant, ad surmovendos hostes pro-
minabant. diximus supra in verbo, Sa-
rissa Macedonian. Vegetius autem l. 3.
cap. 24. dicit Sarissas esse longissimos
contos.*

COLERUS.

* Q. Curtius l. 9. Macedo justa arma
sumperat & cum clypeum, hastam, quam
sarissam vocant, levata tenens.

TIRACQUELLUS.

⁵ Etiam sica Romanis.] Cicero in 3:
in Verrem actione, è quibus ille maxi-
mum sicarum numerum extulit. Hinc-
que apud Romanos Sicarii, de quibus
extat apud Jurisconsultos titulus, Ad
legein Corneliam de Sicariis. & Cicer-
onem in Orat. pro Roscio, & Sueto-
nium in Catilinam, c. 11. Fuitque etiam
sica Persarum propria ex Strabone de-
scribente Persarum mores & instituta
lib. 15. ad fin. sic enim scribit, Perse
saga; im & sicas habent, circum caput pi-
leum turritum, circum pectus thoracem
squamosum. Et adde superioribus ma-
cheram suisce peculiarem Getarum,
qui ob id Macherophori dicti sunt
Thucydidi libro 2. ad fin. Atque
etiam Thracum ex eodem d. quoque
libro 2.*

COLERUS.

* Glos. sica Spaxinor εἴρηται
τεταρτης. Quales sunt nunc Turcici gla-
dii. Hinc Sicarius.

TIRACQUELLUS.

⁶ Proditumque memoria est C. Mar-
tinum.] Plutar. in vita illius.

I. Mar-

tumq; memoriæ est, C. Marium nova primum forma jacula fecisse: nam quum duplici telo antea munirentur, ipse alterum ad misit, alterum sustulit, & loco illius clavum panxit, quo firmius impingerent. ¹ Marcellus ad Molam longiora pila militibus distribuit, quo ferirent vehementius, quum Carthaginenses brevioribus, & minus habilibus uterentur.

Lacedæmonios. Cleomenes vero docuit Lacedæmonios pro lancea farris uti, quas utraque manu torquere assuefecit. ³ Galatæ pro ensibus spathas gestabant oblongas, quas à dextro latere catenis subnectebant. ⁴ Post quos hastati, qui hastam gesfaque ferebant, qui etiam in prima fronte positi, hastis prævalidis ferro munitis militabant: erant enim fere tyrones, tunc primum militiæ adscripti. ⁵ Deinde principes ordines ducebant, milites robustiores ætate, & usu doctiores, ab hastatis per intervalla divisi. ⁶ Tertiū vexilli triarii fuere, qui si qua major vis ingrueret, aut durior casus, principes repelleret, compressis ordinibus uno continente aginine totam aciem clauderent, laxatos languentesque ordines magnis viribus repararent. Tantique roboris erant, ut rebus abscessis & deploratis, saepe debilitatem virtutem, & fractos restituerent animos. ⁷ Præter hos velites, quod vestiti, & nullis armis muniti, quo expeditiores forent,

inter

¹ *Marcellus ad Nolam.*] Idem Plutarchus in vita ipsius Marcelli.

² *Cleomenes.*] Ipse Plutarch. in vita ipsius.

³ *Galatae.*] Diodorus Siculus lib. 6. c. 9. scribit, Galatas pro ensibus ferreis spathas gerere oblongas, ærea catena à dextro latere pendentes. Vegetius lib. 2. c. 16. scribit Spathas vocari gladios majores.

⁴ *Post quos hastati.*] Varro lib. 1. aut aliorum comput. 4. de lingua Latina, Livius 1. Dec. lib. 8. Vide Ålianum de instruendis aciebus, qui aliter hastatos videretur accipere, & quæ scriptissimus supra lib. 4. c. 7.

⁵ *Deinde Principes.*] Vide & supra eodem lib. 4. cap. 7. Ubi & ego non-

nulla addidi.

⁶ *Tertiū vexilli triarii.*] Vide item ibi, & præterea lib. 1. c. 5.

⁷ *Præter hos velites.*] Livius 3. Dec. lib. 10. Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. de institutis antiquis. Ålianuſ ubi sup. Et de his quoque idem Livius 4. Dec lib. 4. & 6. Cic. de claris oratorib. Ovid. in Ibim. Vegerius lib. 3. cap. 16. & 24. Nonius. Marcellus de Genere armorum paulo post prin. *

COLE R U S.

* Frontin. lib. 4. c. 7. Orosius lib. 4. Isidorus lib. 9. Eutropius & alii. Sido-nius Apollinaris epist. 2. lib. 7. Habetis historiam Juvenis eximii, fabulam militiæ velitriciæ. Miles velitricius, id est veles.

I Inter

¹ inter levis armaturæ milites locabantur, ² quibus parvæ tripedales, breviores quam equestræ, & jacula quaternos longa pedes, ferro præfixo, data sunt, ex celeri cursu quasi volantes dicti, prompti ad excursiones, qui ad prosequendum inclinatam semel aciem, vagos effusosque prædatores excipiendum, infestasque populationes & vastitatem inhibendum, tum ad subita belli & repentinæ incursiones mirum dictu est quanto præsidio fuerint. ³ Hi enim secundo Punico ardente bello, dum Romani ad Capuam sedent, ut contra equites, quibus hostis prævalebat, repugnarent, à Fulvio Flacco proconsule priuum inventi institutique sunt. Quibus additi sequentibus bellis plerunque sagittarii, ⁴ & cohors Peligna velitaribus armis, ^{Sagittarii & Peligna cohors additi veliti-bus.} quorum tela ad remittendum imperitis inhabilia traduntur. Rursus inter militum ordines alii descripti sunt, quibus ⁵ prætorianis nomen, qui juxta ducis prætorium excubantes, honore atque ordine præstabant, hi enim præcipuo robore & virtute illustres equites, magna & firma præsidia fuere, quippe qui circa principis tabernaculum & imperatoris latera militabant, quum nobilitate & honoribus anteirent. ⁶ Hos antea ⁷ Celeres à Romulo dictos ferunt: siqui-

TIR A QUELL U S.

¹ Inter levis armaturæ milites locabantur.] Livius 5. Decad. lib. 2. paulo ante fin. Ipse velitibus ad firmandum auxilium armorum auxilia adjectis, ad tumultum præcedit.

² Primus parvæ tripedales.] Livius 4. Decad. lib. 8 ubi de his loquens ait, *Hic milie tripedalem parvam habet, & in dextra hastas, quibus eminus uitur: gladio Hispanensi est cinctus, quod si pende collato pugnandum est, translatis in levam hastis, stringit gladium.*

³ Hi enim secundo Punico.] Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. de institutis antiquis. Ex quo intelliges hos non à Fulvio Flacco Imperatore, non Proconsule inventos, sed à Q. Nævio uno ex eius Centurionibus.

⁴ Et cohors Peligna.] De qua Livius

3. Dec. lib. 5. Et de ea quoque diximus sup. lib. f. c. 6.

⁵ Prætorianis nomen.] De quibus Plinius lib. 6. c. 29. Corn. Tacitus l. 17. non semel. Suet. in Tiberio cap. 37. &c in Galba, c. 16.

⁶ Hos.] Id est velites, ut patet ex seq.

⁷ Celeres à Romulo dictos.] Dionysius Halicarnassæus l. 2. Senatus d. inde, inquit, ex centrum senioribus constituto, videns quod juvenum quoque sibi opus esset aliqua manu ad tutelam corporis, & quorum in rebus urgentibus uteretur ministeriis 300. robustissimos ex nobilissimis familiis deculos circa se habuit, commendatos curiarum suffragiis, quemadmodum Senatorēs antea, denos per singulas curias. His in universum fuit nomen, sic ut & nunc Celeres: ut plerique tradunt à cele-

*Cele-
res.
Flexu-
mines.
Tros-
suli.* siquidem Romulus trecentos circa se , pacis bellique tem-
poribus habuit expeditos , quos Celeres nuncupavit ;
⁹ qui postea Flexumines , demum Trossuli , quod oppi-
dum Thuscorum Trossulum sine peditum opera vi cepi-
fent , dicti sunt : ² quos Numa dissolvit , & antiquata ini-
litia missos fecit . ³ Primus enim Tarquinius Superbus cu-
stodiam ferocissimorum circa se habuit , ut noctu penes
regiam excubarent , die autem illius latera cingerent .
⁴ Observatumque fuit , ut is suminam militiae gereret , &
impe-

à celeritate ministerii juxta rationem Ro-
mani vocabuli . Livius 1. Decad. lib. 1.
Trecentosque armatos ad custodiam corporis , quos Celeres appellavit , non in bello
solum , sed etiam in pace habuit . Plutar.
in Romulo & in Numa Pompilio . Ser-
vius in eum locum Virg. lib. 1.

*Tercentum scutati equites , Volscente
magistro.*

Et iterum lib. 1. in eum locum ,
*Necnon Messipus contra celereisque La-
tini.*

*Alludit , inquit , ad militiam Romanam:
namque & equites habuit Romulus , ut
illo diximus loco ,*

Tercentum scutati equites . —
quos Celeres appellavit , vel à celeritate ,
vel à duce Celere , qui dicitur Remum occi-
disse , in cuius gratia vicem à Romulo
fieri Tribunus equitum meruit , & Tribu-
nus Celerum appellatus est . Et Festus
Pompejus lib. 3. Vide Plutar.in Rom.

¹ Qui postea Flexumines , demum
Trossuli .] De his duobus Plinius l. 33.
cap. 2. Quinetiam ipsum equitum no-
men sive variatum est , in his quoque ,
qui ad equitatum trahebantur , Celeres
sub Romulo regibusque appellati sunt ,
deinde Flexumines , postea Trossuli ,
cum oppidum in Thuscis citra Volsci-
nios passuum 9. M. sine ullo peditum
adjuvamento cepissent ejus vocabuli . Id-
que duravit ultra C. Gracchum . Junius
certe , qui ab amicitia ejus Gracchanus
appellatus est , scriptum reliquit his
verbis , Quod ad equestrem ordinem
attiner , antea Trossulos vocabant ,

nunc equites vocant : ideo quia non
intelligunt Trossulos nomen quid va-
leat , multos puder eo nomine appellari : & causam , quæ supra indicata est ,
exponit , invitatosque etiamnum tamen
Trossulos vocati . Haec tenus Plinius . Et
præterea de Trossulis Persius satyra 1.
ut nonnulli intelligunt ,

— Unde istud dedecus , in quo
Trossulus exultat tibi per subfessilia laevis ?
Quamvis alii aliter intelligent . Festus
autem Pompejus l. 18. Trossuli , inquit ,
equites dicti quod oppidum Thuscorum
Trossulum sine opera peditum ceperint .
Aliter Nonius Marcellus , qui Trossu-
los dictos putat , quasi torosulos , hoc
est , bene habitos & muscularorum toris
prævalidos , ciratque testimonium Var-
ronis ex Sesquiulyffe . Nunc emunt
Trossuli , nardo nitidi , vulgo Atrico
talento equum .

² Quos Numa dissolvit .] Dionysius
Halicar.lib. 2. Plutar.in vita Numa .

³ Primus enim Tarquinius Superbus .]
Livius 1. Dec. 1. 1. Dionysius Halicar-
nassus lib. 4. Primus inquit , satelliti se
stipavit audacissimorum hominum , gla-
dios & lanceas gestantium , exterorum
& circium : qui noctu excubantes circa
regiam , interdui comitantes eum per
vias , tutum reddebat ab insidiis . Sed
adde quod apud exterios Periander
Corinthius primus armatis circunse-
ptus incesit , auctore Laertio in vita
illius .

⁴ Observatumque fuit .] Hoc ex se-
quentibus intelligitur .

¶ Penes

imperatoris vice fungeretur, qui prætoria castra & prætorianos haberet: namque omnis cura & procuratio rei militaris, desito imperio veteri,¹ penes prætorianos fuit, qui quandoque quum Roinæ juxta pomcerium castra metantur, magnarum dissensionum causam præbuere: nam per celebria urbis loca super atlumendo principe inextricabiles saepe pugnas conserebant.² Ideo Tiberius Cæsar, ne per hospitia dispersi, populares tumultus fererent, extra frequentia urbis prætorianis loca dedit.³ Denique in tantum viribus processere, ut quem vellent, ad spem imperii impellerent, & in principem assumerent,⁴ assumptumque mox deturbarent, essentque arbitri totius imperii & moderatores, qui etiam spicatorum ordinem habebant promptissimorum, qui circa ducis latera excubabant:⁵ unde magni saepe duces adjumenta sumpsere:⁶ quippe Aphricanus primus fortissimum quemque de legit, qui ab eo non discederent, & cætero belli munere vacarent. Sequuti deinde Consules,⁷ & deinceps Cæsares, cohortes circa latera, veluti firma & valida præsidia habuerunt.

In

¹ Penes Prætorianos fuit.] Et id quoque ex sequentibus.

² Ideo Tiberius Cæsar.] Suetonius in vita illius c. 37. Rome, inquit, castra constituit, quibus Prætoriana cohortes, vagæ ante id tempus, & per hospitia dispersæ continentur.

³ Denique in tantum viribus processere.] Scilicet Prætoriani milites, ut videre licet ex Suetonio in Galba, cap. 16. & Ilio Spartiano in Didio Juliano, Josepho loquente de Claudio ad imperium assumpto l. 19. Antiquitatum Judaicarum, cap. 2. & 3. & lib. 20. c. 5. ubi de Nerone.

⁴ Assumptumque mox deturbarent.] Ex eodem loco Suetonii.

⁵ Unde magni Duces.] Ut ex sequentib. patet.

⁶ Quippe Aficanus.] Livius 3. De cad. lib. 9. statim in fronte, Scipio, inquit, postquam in Sicilian venit, &

luntarios milites ordinavit, centuriavitque ex iis trecentos juvenes florentes. etate, & virium robore insignes circae habebat, ignorantes quem ad usum neque centuriati, neque armati servarentur. Sed non eo fecit, ut essent sui corporis custodes, sed alio spectabat, ut postea declarat. Fest. Pompejus lib. 16. ubi de Prætoria cohorte, Scipio, ait, Aficanus primus fortissimum quenque de legit, qui ab eo in bello non discederent, & cætero munere militie vacarent, & sexquplex stipendium acciperent. Ex quo loco id haud dubie accepit Alexander.

⁷ Et deinceps Cæsares.] Herodianus lib. 2. ubi de Pertinace; Id vero urbane cohortes Imperatorum custodia exhibita graviter molesti que ferebant. Idem eodem libro in Oratio. Pertinacis, Vos autem Principis cure custodiaque, & propulsandis aliunde periculis adhibitos, &c.

In urbe quoque ex præfectura Rheatina delecti milites ad latera consuluim excubantes, sæpe reipubl. operam narrarunt. Manus quoque equituum Romanorum armata, præsidii causa senatui plerunque affuit. Cato quoque promptos circa se Firmianos habuisse fertur. Fuitque moris populi Romanorum, sociali fide & fœdere junctis, quos reges appellavissent, turmam equitum Romanorum honoris causa, & militarem custodiam velut præsidium impartiri.¹ Reges quoque Asiarum, militum cohortes & robora virorum habuere, quos Argyraspidas à genere armorum nuncuparunt.² Lacedæmoniorum reges generosissimos juvenes trecentos habuere custodes.³ Athenienses sacram cohortem,⁴ quæ ex se invicem amicibus constabat:⁵ quæ etiam apud Thebanos fuit. Alexander Macedo clypeatos,⁶ & Persarum mille satellites excubitores adscivit.⁷ Macedonum quoque reges obser-

¹ Reges quoque Asiarum.] Liv. 4. Dec. 1. 7. loquens de Antiocho Rege Asiria, Ab eadem, inquit, parte paululum producto cornu regia cohors erat: Argyraspidas à genere armorum appellabantur.

² Lacedæmoniorum Reges.] Dionysius Halicarnassæus 1. 2. Herodot. vero lib. 6. dicit centum.

³ Athenienses sacram cohortem.] Sed & erant Macedonibus sacra alia apud Livium Dec. 5. lib. 2. Medius omnium Rex (de Perseo Macedonum) Rege loquitur) erat: circa eum agema quod vocant, equitumque sacra aleæ. Et lib. 4. non adeo procul à fin. Princeps fugax Rex ipse erat. jam à Pydnam cum sacratis equitum Pellam petebat.

⁴ Quæ ex se invicem amicibus constabat.] Ut erat Alexandro Magno cohors amicorum apud Arrianum de Gestis ipsius Alexandri. 1. 1. non semel, & postremo loco eam quoque regiam appellat. Et lib. 1. ubi duas amicorum turmas fuisse dicit, quarum altera Anthemusia, altera Lagia vocabatur.

⁵ Quæ etiam apud Thebanos fuit.] Scilicet sacra cohors ex Plutarcho in Alexandro. Et apud hos quoque erat Sacrum præsidium ex eodem Plutar.

in Pelopida, nisi idem sit quod sacra illa cohors.

⁶ Et Persarum mille satellites.] Justinus de eo loquens lib. 12. Nunc quoque, ait, custodiæ corporis sui non Macedonius tantum se, verum etiam illis (de Persis loquitur) crediturum. Atque ita mille ex his juvenes in numerum satellitum legit, auxiliorum quoque portionem armatam in disciplinam Macedonum exercitus suo miscet. Q. Curtius 1. 10 scribit Alexandrum persis corporis sui custodiam credidisse, Persas satellites, Persas apparitores fecisse. quod & ipsum tradit Plutar. in vita illius. At Arrianus lib. 6. Gestorum ipsius Alexander prodit eum aliquando septem sui corporis custodes habuisse, quos Somatophylacas verbo Græco appellabant.

⁷ Macedonum quoque reges.] Curtius in universum loquens de his Macedonum regibus lib. 8. Alianus (privatum loquens de Philippo) Varix historiæ lib. 14. in fin. Erat & his regibus cohors regia, quæ scil. ad custodiæ corporis delecta erat, apud Livium 3. dec. lib. 8. post princ. ubi loquens de Philippo illo postremo ejus nominis Macedonum, Ibi exercitu omni derelicto

observarunt nobilium liberos habere, qui noctu servatis vicibus, pro foribus ubi rex quiescebat, excubarent.

¹ Alexander Epiri ducentos Lucanorum exules habuit expeditos.² Aratus vero ad corporis custodiam delectos milites accepisse fertur. ³ Pisistratus Corynephorus. ⁴ Ma-

rius satellites, quos vocavit Præcipites. ⁵ Et Sulpitius tribunus, Marii tempore, manum equitum juniorum eu-

stodes advocavit. ⁶ Cumque symbola in castris ab Antigoно nece Eumenis darentur, Macedones mille milites expeditos ad ipsius custodiam dederunt. ⁷ Dionysius præ-

validis servis latera munivit, & efferis Barbaris co-minisit custodiam, ⁸ quos quum dimitti Plato suassisset, pene in

discrimen vitae & dissidium venit. ⁹ Petrejus beneficiariis & ce-

cunt cohorte regia Demetriadem sese recepit. Idem autem ⁵. Dec.lib.6.dicit ep̄in cohortem regiam Nicatotis appellatam.

¹ Alexander Epiri.] Liv. 1. Dec.l.8.

² Aratus.] Plut. in vita illius.

³ Pisistratus Corynephorus.] Plutar. in Solone. Ea autem vox significat Latinae clavigerum, sive clavis pugnantem.

⁴ Marius.] Unde id Alexander accepit nescio, nisi ex eo quod Plutar. in vita illius appellat Ludium quendam præcipitem, quem sibi ipse Marius in septimo Consulatu ascivit. Alibi autem ipsius satellites Bardæos non semel vocavit, quos ex servis sibi delegerat.

⁵ Et Sulpitius Tribunus.] Plutar. in vita Mario.

⁶ Cumque symbola.] Plutar. in vita Eumenis.

⁴ *Si contra plebis Tribunorumve intercessiones.*] Hinc Cic. lib. 3. de Legibus. *Parcre jubet lex intercessori.* Et idem ibid. *Intercessor rei malæ salutaris circis esto.*

⁵ *Aut denique contra auspicia.*] Id statim probabitur exemplo infra in verbo, *Quare cum M. Iubilius.*

⁶ *Idque lege veteri cavebatur, Legum &c.]* Cicer. de legibus lib. 3.

que cives modeste & sine recusatione parento. & infra: ¹ Di-
cum est autem trinundino leges ferri, quod tribus nundi-
nis proponi leges, deinceps promulgari deberent. ² Si quid
tamen alicui ob gratiam, quod dignum aliquod operæ pre-
cium fecisset, contra jus publicum aut legem scriptam in-
dulendum foret, nonnunquam senatu postulante, populi
iusu lex abrogabatur, ut ille legibus solveretur, exemplo
Lacedemoniorum, & jus interim connivebat, eademque
post annuin ferebatur denuo. ³ Alexander vero Severus ad gre-
imperator nullam sacrasse dicitur legem sine XX. jurispe-
ritorum, & quinquaginta disertissimorum consilio. Quod ex ius-
quidem jus, in legem, morem, & exequitatem veteres divi-
serunt: ⁴ jusque ad res humanae, fas ad religionem pertine-
re voluerunt. ⁵ Sed notandum, non solum leges editas F. s.
consensu populi sacratas, sed & scita plebis, senatus consil- Lege,
ta, edicta magistratum, ac juris peritorum auctoritates & t.e.
responsa, demum placita principum, ⁶ & res judicatas,
vim legis habuisse: in quibus civile omne jus consistit. A-
nimadversionis enim metu, magistratus dum audaciae & fa-
cinoribus obviam eunt, his veluti legibus omnes alligarunt.
⁷ Erant enim plebiscita, quæ rogatione tribunitia legis con- Plebi-
dendæ causa plebs statuebat: quæ licet à plebe scita essent,
illa tamen vim legis habere haud dubium est. ⁸ Quintus
enim

¹ *Dicitum est autem trinundino.]* Mæcobiūs lib. I. Saturn. c. 16.

² *Si quid tamen alicui ob gratiam.]* Vide leg. I. versicul. plane. ff. de constitut. princip. & §. sed & quad. versic. plane. Institut. de jure natur. & gent. civili.

³ *Alexander vero Severus.]* Ælius Lampridius in vita illius.

⁴ *Jusque.]* Ex decretis cano. in c. 2. dist. I. ibi. *Fas lex divina. Jus lex hu-*
mana.

⁵ *Sed notandum.]* Hec usque ad verba, *Et res, sunt Papiniani in l. jus au-*
tem. ff. de justit. & jure. & Justiniani in
§. constat. versicul. scriptum. & multis
seq. Instit. de jure natural. gent. & ci-
vili. Et dicuntur postea sigillatum.

⁶ *Et res judicatas.]* A principe per
l. ultim. C. de legibus. ubi intelliges ex
nostris legum interpretibus quomodo
id sit intelligendum. Quid autem de
rebus judicantis aliotum judicum, tra-
ctant & illi in eodem loco & in l. ne-
mo C. de sentent. & interloc. om. jud.

⁷ *Erant enim plebiscita.]* Justinianus in §. plebiscitum. Institut. de jure natural.
gent. & civili. Et hujus rei exemplum
habes apud Livium I. Decad. libro 3.
Tribunatu, inquit, initio I. Icilius plebens
rogavit, plebs scivit, ne cui &c. *

COLE RUS.

* Græci vocant δίκης φύσισμα.

TIR A QUELLUS.

⁸ *Q. enim Hortensius.]* Plinius I. 16.

enim Hortensius quum plebs in Ianiculum secessisset, in Esculeto legem tulit, ut ea quæ plebs jussisset, omnes Quirites tenerent: ¹ quam L. Valerius, & M. Horatius antea tulierant centuriatis comitiis. ² Magni tamen inter plebiscita legesque intererat, quod plebiscita, ³ tribuno rogante, de his quæ ad plebem pertinent: ⁴ leges vero, consule vel prætore, aut alio magistratu consulente, rogabantur. ⁵ Qui tamen populus differt à plebe, quod in populo patricii, senatores, cunctaque nobilitas insunt: in plebe vero patricii non insunt. Non tamen quicquid populus jussit, ratum esse decet: quia quod jus non esset, populus jubere non poterat. ⁶ Senatus quoque consulta, tametsi ad populum non ferantur, si tamen ea tribuni probassent, & rata esse vellent legis vim obtinuere. Erat enim senatusconsultum, quod senatu jubente decernebatur sine lege. Hæc enim illa sunt decreta & consulta patrum, quæ juris statuendi causa, non ob privatam utilitatem decreto amplissimi ordinis statuuntur: quæ tunc rata erant, si tribuni plebis ea censuissent, aliter poterat senatusconsultum per intercessiones tribunitias impediri. ⁷ Fuitque diu observatum, in omnibus senatusconsultis, in quibus aliquem solvi

place-

cap. 10. post princip. Ideoque hæc lex Hortensia dicta est in l. 2. §. deinde cum esset. ff. de origine jur. & in dicto §. plebiscitum. versicul. Sed & plebiscit. Inscript. de jur. natur. gent. & civili. & de his supra diximus.

¹ Quam L. Valerius, & M. Horatius.] Livius 1. Decad. lib. 3. de his Consulibus loquens, omnium, inquit, primum cum veluti in controversia jure esset, tenebrentur vero patres plebiscitum, legem centuriatis comitiis tulere, ut quod tributum plebs jussisset, populum teneret. Qua lege Tribunitii rogati omnibus telum acerrimum datum est. Idem quoque ejusdem 1. Decad. lib. 8. scribit, Q. Pnblicum Philonem dictatorem legem tulisse, ut plebiscita omnes Quirites tenerent.

² Magni tamen inter plebiscita legesque.] Hoc ex sequentibus patebit.

³ Tribuno rogante.] Quod jam supra dictum est in verbo, Erat enim plebiscit.

⁴ Leges vero.] Justinianus in §. lex est. Insit. de jur. naturali, gent. & civili.

⁵ Qui tamen populus differt à plebe.] Idem in §. plebiscitum. versic. plebs autem cod. tit. & capite, & ab eo Gellius l. 10. c. 20. Et vide omnino quæ scripsi in Commentariis de Nobilitate, c. 37. numer. 24. incip. Populi appellatione. & multis seq.

⁶ Senatus quoque consulta.] Vide l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de orig. jur. & l. non ambigitur. ff. de legib. & §. senatusconsultum. ff. de jur. nat. gent. & civili. & c. senatusconsultum distinct. 2.

⁷ Fuitque diu observatum.] Id est Asconii Padiani in argomento orationis Ciceronis pro C. Cornelio maiestatis reo.

placebat, adjicere, ut de ea re ad populum feratur, quod postea adjici desitum est.¹ Præter quæ prætorum edicta, quæ juris statuendi causa² in albo proponuntur, legum vicem habuere, ut quum doli metusve causa, aut vi quod factum sit vel claim, se ratum non habiturum promittit: quæ quidem edicta, vel civilis juris declarandi, vel interpretandi, adjuvandi, supplendive causa, à prætore proponebantur: quod ius honorarium dictum est. Et quum prætores olim ob gratiam plerunque variè ius diccerent,³ Cornelius lex legem tulit, ut nisi ex edictis suis perpetuis, & scripto jure Cornelii. prætores jura dare non possent. Fuitque constitutum, ut non prætores modo,⁴ sed ædiles, censoresque de his quæ cujusque magistratus jurisdictionis sunt, quoties varia & commutabilis ratio aliquid novi decernendi causam daret, edicta proponerent, eaque circumspecte edita, velut jura legesque promulgatas servari mandarent, ita ut si quid contra factum esset, poterat in eum haud secus lege agi, quam si decreta legum labefactasset, aut præteriisset. In quibus etiam servatum comperimus, tunc quum proponuntur aut eduntur, in primis nomen Cæsaris cum honore præfari. Et tametsi annuam dici legem edicta prætorum quidam censuerunt, constat tamen, illorum constituta haud secus quam si perpetua lex esset, sæpe valuisse.⁵ Estque memoriae proditum, ut instar edictorum, prætoris interdicta valeant. nam si quid bono publico ne fieret interdixit, haud secus in eos animadvertisit, qui admisere aliquid contra vetitum, quam si quid fieri jussisset, & ob nequitiam sponsa paritum non fuisset.⁶ Responsa denique prudentum pro prudenter legi-

¹ Præter quæ prætorum edicta.] Di-
cta l. 2. §. codem tempore. ff. de orig. jur.
& §. prætorum. Inst. de jure natur. gent.
& civili. Et vide omninoquæ de officio
& munere prætorum scripta sunt su-
pra lib. 2. cap. 15.

² In albo proponuntur.] Vide etiam supra lib. 2. cap. 8.

³ Cornelius legem tulit.] Asconius Pædianus in illo ipso argumento ora-

tionis Ciceronis pro C. Cornelio.

⁴ Sed ædiles.] In §. prætorum. vers.
proponebant. Inst. de jure nat. gent. &
civili. & patet ex l. 1. in princ. ff. de ædilit.
edict.

⁵ Estque memoriae proditum.] Vide ff. & Inst. de interdict. per totum.

⁶ Responsa denique prudentum.] Ju-
stinianus in §. responsa. Inst. de jure na-
tur. gent. & civili.

legibus s^epe habita & recepta sunt. Qum enim interpretandi juris, & sententiæ ferendæ de his quæ in controversiam veniunt, potestas his tributa esset, illorum responsa, librata moderatione edita, nimirum eam vim obtinuere, ac si leges sacratæ fuissent: quæ quidem tantæ auctoritatis fuere, ut suppressa ratione, illorum placita instar legis haberent.

Re-
spon-
dendi
jus
qua-
n-dopri-
mò da-
tum.

Verba
sunt
Pom-
ponii
in l. 2.
non
longe
à fine
ff. de
orig.
jur.
Inri-
peritus
pecu-
liaris
ad dan-
da re-
spensa
apud
Maza-
cenos.

*A*nte vero Augusti tempora, Pomponius in l. 2. §. 5. ut obiter. ff. de orig. juris.*

C O L E R U S.

* Immo §. Post hunc. Addel. 11. Cod. de advocat. judic. 1. 7. C. de profess. & medicis.

T I R A Q U E L L U S.

Quare à Tiberio Cæsare. Idem ibid. versic. ergo Sabino.

*E*t post eum, &c.] Ut probatur ex

Primus enim Augustus jure consultis, velut legum ministris, de jure respondendi super his quæ in dubium discep-tationemque venirent, munus dedisse fertur: & ex illo traditum, ut respondendi interpretandique jura, pro beneficio à principe peteretur facultas. Quare à Tiberio Cæsare, Sabino jure consulto interpretandi juris, magni inumeris loco, jus tributum fuit: & post eum reliqui Cæsares id inumeris sui esse voluere, adeo ut quum ab Hadriano viri prætorii, ut de jure respondere liceret, pro beneficio peterent, respondisse dicatur, hoc non peti à principe, sed præstari solere: & ideo si quis sui fiduciam haberet, esset que juris sciens, respondendi se facultatem non negaturum. Quare illorum responsis leges nonnunquam editæ, s^epius interpretatæ sunt. Feruntque Mazacenos juxta Cappadoces, cum Charondæ legibus uterentur, ne sine interprete legum scita servarent, si quod dubium jus emergeret, aliquem peritum juris elegisse, cuius responsis & dictis parerent. Ejusmodi fuere tam Papiniani, Servii, Sulpitii,

Pauli

sequentibus.

4 Adeo ut cum ab Adriano.] Et id quoque est d. l. 2. ubi supra, versic. & ideo optimus.

5 Feruntq. Mazacenss.] Strabo l. 17.

6 Ejusmodi fuere.] Sunt nomina nostrorum Jurisconsultorum.*

C O L E R U S.

* Quorum vitas eleganter conficit Franciscus Hotomannus, celebris Juriscons.

I Hie

Pauli & Scævolæ: quam Ulpiani, Trebatii, Tuberonis, Cassii, & Salvii Iuliani, aliorumque jurisconsultorum magno studio curaque elaboratae sententiæ: quibus tam leges quam plebiscita, prætorumque edicta, & senatusconsulta interpretandi facultas erat, proque illorum responsis in iudicio & foro jus sæpe dictum est. ¹ Hic enim Cassius nepos fuit Tuberonis ex filia, quæ neptis erat Servii Sulpitii, juris scientissimus & consultissimus, Papinianus vero Scævolæ discipulus, & ut in plurium est in monumentis, sub Severo principe in summam commendationem venit. Ulpianus autem, Paulus, Pomponius, Triphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus, Alphenus, Aphricanus, Florentus, Martianus, Callistratus, Hermogenes & Venulejus, sub Alexandro Severo floruere, in ejus societatem & jura familiaritatis allecti, Papiniani omnes discipuli. Ulpianum vero ipse Alexander præ cæteris ob morum probitatem, & singularem juris scientiam, amplissimis honoribus honestavit, & re familiari auxit: qui tamen ab He-liogabalo, quod bonus vir esset, officio motus fuit. Alphenus vero ab adolescentia tonstrinam exercuit, ² mox sub Sulpitio juris scientissimus evasit, ita ut consul effici, & decedens, publico funere efferri meruerit. Trebatius, licet sub disciplina Ciceronis juris peritissimus, aliquot libros de jure civili composuisset, & de religionibus novem, tamen & versu heroico plurimum valuit, & inter poëtas adnumeratus est. ³ Salvius autem Julianus, proavus fuit Didio Juliano, qui post Pertinacem, imperium ^{car-}
^{calla}
^{infö-}
^{lentia-}
tenuit. ⁴ Papinianum vero Caracalla jussit interfici, quod fratris necem quem interfecerat, apud senatum excusare nollet, asserente non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri. ⁵ Fertur vero Caligula,

TIR AQUELLUS.

¹ Hic enim Cassius.] In d.l.2. §. huic succedit ff. de orig. juris.

² Mox sub Sulpitio.] In d.l.2. §. ad hoc. versic. ex his auditoribus.

³ Salvius autem Julianus.] Alius

Spartianus in vita Didii Juliani, in princ.

⁴ Papinianus vero.] Aelius Spartianus in vita ipsius Caracalla.

⁵ Fertur vero Caligula.] Suetonius in vita illius cap. 34.

^{Principum placita.} qui hostis humani generis dictus est , omnia jurisconsultorum placita inducere , & præter se , nullum de jure respondere voluisse . ² Postremo principum placita , quæ constitutiones appellantur , pro legibus etiam recepta fuisse . Nam quum divus Cæsar , & sequuti principes summam imperii haberent , & soli jura darent , omnis condendæ legis jus potestasque lege Hortensia à populo ad principem translata fuit , ita ut quod principum decretis communis juris decernendi causa statutum esset , etiam sine populi consilio pro lege haberetur . ³ Non tamen omnis Cæsaris voluntas lex putanda est , quia si quid princeps non publico decreto , ut inter exempla referatur , sed privati juris causa statuisset , id non esse legem convenit : quippe privata de creta principis in exemplum non deducuntur : Divus autem Trajanus vir omni laude dignus , quin privilegiis ab se editis , aut ob merita indultis , multos invitari , atque in exemplum trahi videret , veritus ne contra leges mores quo majorum , ad alias causas perferrentur , illaque in judiciis & foro pro lege acciperent , diplomatibus libellisque nunquam ex scripto respondebat , ne perniciosum inde exemplum , & quasi seminarium mali oriretur : sed tantum verbo , quibus visum est , assensisse fertur , aut privilegia induxisse . Tametsi vetus mos esset , principem scripto adire , & consulentibus per libellos respondere . ⁴ Quod & Nero fecit , qui in jure dicundo nisi scripto , & sequenti die postulatoribus respondit . ⁵ Proditur tertius Antiochus tanti de creta legum fecisse , ut datis diplomatibus edixerit , ut si quid suo iussu contra leges & jura decretum foret , ne sibi parerent , impuneque adversarentur : ⁶ cuius exemplo Age silaus ,

¹ Qui hostis humani generis .] Plinius lib. 7. cap. 8. appellat hunc Cajum Ca ligulam & Domitium Neronem faces humani generis ; & postea ipsum Neronem hostem generis humani .

² Postremo principum placita .] Ulpianus in l. 1. ff. de constitutio. principi. Justinianus in §. sed & quod principi. Instit. de jure natural. gent. & civili.

³ Non tamen omnis Cæsaris voluntas .] Is locus supra est allegatus in verbo , Postremo principum , &c.

⁴ Quod & Nero feci .] Suetonius in vita illius , c. 15. in princ. & Tacitus .

⁵ Proditur tertius Antiochus .] Plutarchus in Apophtheg. Imperatorum .

⁶ Cuius exemplo Age silaus .] Idem in Apoph. Laconicis . Cum quidam , inquit ,

silaus, non aliter promissa præstare voluit, quam si justa es-
sent. Marcus quoque Antonius orator è tot millibus ora-
tionum, nullam ex scripto edidit concionem: ut si quid pa-
rum laude dignum, & contra legum decreta in his com-
pertum esset, posset à se dictum inficiari. Quod parum
prospiciens L. Crassus orator, quum à M. Bruto increpi-
tus esset apud judices, quod ex duabus orationibus capita in-
ter se contraria edidisset, respondit, orationes esse causa-
rum & temporum, non autem hominum & patronorum.

quit, ei a'iquando dixisset, Promisisti, ac | quidem iustum est: si minus, dixi quā-
sapius idem repeteret, fer Jovem, ait, si | dem, sed non promisi.

C A P U T X X I V.

*Qui primi de plebe ad dictaturam, consulatum, & præturam, aliosque
magistratus eveli fuerint, & de ephoris que tradantur.*

Quo tempore in monte sacro¹ magistratus sibi plebs
creavit, quos sacrosanctos fecit, id cautum est, ne
cui patricio illos capere licaret, quod non ab re sanctuū
fuit: Nam quini adversus potentiam patriciorum, tribunum
propugnatorēm autoremque sibi plebs creasset, ut qure-
las criminationesque in patres acciperet, periniquum vide-
batur, ut in quo defensores sibi plebs adsciverat, ad id fasti-
gium honoris, illos qui sibi infensi infestique erant, advo-
caret: ² quorum instar ephori apud Lacedæmonios habue-
re: qui sicut tribuni plebis Romæ consularem potestatem,
ita regum Spartanorum insolentiam reprimenter, ne im-
perio abuterentur, nimiaque ferociæ & audaciæ assuesce-
rent. ³ Qui à principio quinque ex amicorum numero
fue-

T I R A Q U E L L U S.

¹ Magistratus sibi plebs creavit, quos
sacrosanctos fecit.] Intelligit de Tribu-
nis plebis, ut videre est ex iis quæ dixi-
mus supra lib. 1. c. 5.

² Quorum instar ephori apud Lacedæ-
monios.] Theopompus cum primus in-
stituisset, ut ephori Lacedæmonie crea-
rentur, ita futuri regia potestati oppo-
siti, quemadmodum Romæ Consulari
imperio Tribuni plebis sunt objecti,

atque illi uxor dixisset, id egisse illum,
ut filii minorem potestatem relin-
queret, Relinquam, inquit, sed diutur-
niorem. Plutarchus in Lycurgo, & ante
hunc Cicero lib. 3. de legibus,
Quare, inquit, nec ephori Lacedæmonie
sine causa oppositi regibus, nec apud nos
Consulibus Tribuni.

³ Qui à principio quinque.] Plutar-
chus in Cleomene.

¹ Pri-

fuere, ut ministri regum auxilio allecti, scilicet quum reges
foris bella gererent, ipsi domi jura darent, ¹ primum à
Theopompo Spartanorum rege instituti necessitatis causa,
² licet Spartana lege cautum fuerit, utrique regi cum exer-
Spar-
tana.
Ephoro-
rum in-
solentia.
citu foras prodire non licere. ³ Paulatim eo licentiæ pro-
cessere, ut regi non assurgerent, ⁴ & seorsum tribunal ha-
berent, ⁵ & non modo magistratus comprimerent, & in
disquisitionem vocarent, ac de vendendis emendisque re-
bus cognoscerent, sed regi, quid factò opus erat, præscri-
berent, quibusque annis copiæ educendæ forent, quoque
tempore equitatus, aut gravis armatura, & peditum acies
promovendæ, enunciarent. Adeoque omnium rerum ge-
rendarum censores erant, ⁶ ut Archidamum Lacedæmo-
niorum regem gravi affecerint mulcta, quod cum uxore
exigui corporis nuptias contraxisset, quod liberos tantum
non reges se geniturum cogitasset, ipsumque in disquisitio-
nem vocare, & in carcerem trudere, atque morte afficere
possent, ⁷ sicut de Pausania, ⁸ Agide, & aliis factitatum ac-
cepimus, ⁹ eoque insolentia processere, ut quum inissent
magistratum, servis priuum bellum indicerent, quod olim
cum Messeniis conspirassent, magnisque calamitatibus &
mul-

¹ Primum à Theopompo.] Id jam di-
ctum est ex Plutarch. supra hoc eodem
cap. in verbo, *Quorum institutio-
nem*

² Licet Spartana lege.] Herodotus
lib. 5. Ob quam Regum dissensionem
lex apud Spartam lata est, non licere
utrique Regi cum exercitu prodire.

³ Paulatim eo licentiæ processere.]
Plutarchus in Cleomene.

⁴ Et seorsum tribunal haberent.] I-
dem ibid.

⁵ Et non modo.] Hoc videre est ex
eodem in ejusdem Cleomenis vita.

⁶ Et Archidamum.] Plutarchus in
Agesilaō auctoritate Theophrasti, de
quo & vide nostras leges Connubiales
l. 2. num. 73. incip. *Et nostris.* Sed &
Plistonādem & ipsum Regem, ob-
rem quampliam male administratam
pecunia multarunt: quam cum ob-

magnitudinem solvere non posset, ex
Lacedæmonie fecerit, ut tradit idem
Plutarchus in Pericle. Et Agidem quo-
que Regem, quod reversus ab exercitu,
quo Arthenenses debellarat, apud
uxorem cœnaverat, multarunt, eodem
teste in Apoph. Lycurgi. Sed &
Agisilaū illum magnum multarunt
prius, quod cives communes sibi soli
vendicarer: deinde quod inermis ma-
gno se periculo objecisset, ut & tradit
idem auctor in vita illius.

⁷ Sicut de Pausania.] Thucydides
lib. 1. bellī Peloponnesiaci, & Xeno-
phon rerum Græcarum, l. 3. in fin. &
Probus Amyl. in vita ipsius Pausaniz.

⁸ Agide.] Plutarchus in vita illius.

⁹ Eoque insolentia processere.] Plu-
tarchus in vita Lycurgi, ex Aristotelis
auctoritate in Politicis lib. 2. cap. 6.

multiplici incommodo Spartam affecissent: ¹ mox, ut singuli barbam rasitarent, per præconem edicerent, ut si qui minus dicto audientes forent, internoscerent. ² Utque majori formidini essent, juxta triclinium ubi tribunal habebant, Timoris facellum erexere. ³ Utque occasionem regis criminandi scrutarentur, singulis novenniis cælum & sidera silenti nocte observarunt, ut si stellam ex cæli regione in aliam declinante aut radiante vidissent, reges contra deos aliquid molitos criminarentur: itaque efficabant, ut regimini cedere, & magistratu abire cogerentur. ⁴ Erat tamen jus regi, ut si ab ephoribus vocatus, primæ & alteri iussioni non pareret, contumacia fraudi non esset: tertiae nisi paruisset, imperio cogi poterat. Qui quidem ephori una cum regibus singulis mensibus mutuo jurabant, pro legibus Lycurgi imperatum ire, & regnum inconcussum tenere. ⁵ Hos postea Cleomenes, quum crudelem in modum dominarentur, sustulit, & restituta regi potestate, illos de gradu dejicit, & dominium abrogavit. ⁶ Si tamen reges dissentirent, variatis sententiis, illi qui videretur melior, standum erat: quod si in unam sententiam convenirent, nulli ephorum contraire fas erat: ⁷ Ergo plebejos magistratus nulli patricio sumere licebat: ⁸ Idque Volero tribunus plebis rogatione promulgata statuit, plebsque scivit, ut plebeji magistratus sine patribus, sed tantum admissa plebe, tribunitiis comitiis fierent. Cumque patricii magistratus auspicato fierent, solos plebejos inauspicatos esse, & minoribus regi auspicis, pervulgatum est. Et tametsi ad dictaturam, consulatum, præturam & censu-

¹ Mox, ut singuli barbam rasitarent.] Plutarchus in Cleomene, ejusdem Aristotelis testimonio.

² Utque majori formidini.] Plutarch. ibid.

³ Utque occasionem Regis criminandi.] Hæc usque ad versic. Erat tamen. sunt Plutarchi in Agide.

⁴ Erat tamen jus.] Idem Plutarch. in Cleomene.

⁵ Hos postea Cleomenes.] Plutarchus in vita illius, & in vita Arati.

⁶ Si tamen Reges dissentirent.] Idem in vita Agidis.

⁷ Ergo plebejos.] Redit ad Romanos, & de hoc supra dictum est in pr. hujus cap.

⁸ Idque Volero Tribunus plebis.] Livius 1. decad. lib. 2. non adeo longe à fine.

ram nulli nisi patricii antea admitterentur, tamen sequutis temporibus patricii magistratus cum plebe communicati fuere. ¹ Siquidem Sextius primus de plebe consul factus est, quod deinde fuit Licinia lege caustum, ² quam C. Licinius & L. Sextius tribunus plebis promulgarunt, ut consulatus cum plebe communis foret. ³ Quintus quoque Publius Philo præturam, ⁴ & Caius Licinius Stolo, de plebe homines, magisterium equitum cum patribus gessere. ⁵ Quinetiam dictaturam, in qua summus splendor & amplitudo erat censuramque cum plebe communicata invenimus: ⁶ nam & Caius Martius Rutilius primus dictator & censor, ⁷ deinde Q. Pompejus, & Q. Metellus uterque

Exterat gentes ad magistratus Romanorum pro-velta. ex plebe censores facti sunt, ⁸ quam legem Philo dictator tulisse fertur. Omnes denique patricii magistratus, ⁹ etiam pontificatus, & sacerdotia cum plebe communicata fuere. Nec modo ex plebe cives: ¹⁰ sed Latini nominis, & demum exterarum gentium populi, ad magistratus & honores Romæ provecti fuerunt. ¹¹ Tribunatum vero plebis longo tempore nihil cum patribus consociatum habuisse competerimus, nisi quum finito decemvirali imperio, novos tribunos plebis cooptari oportet, Spurius Tarpejum & Aulum

¹ *Siquidem Sextius.*] Livius 1. Dec. lib 6. in fin. & lib. 7. in princip. & libro 10. in Oratione P. Decii Muris. & Plutarchus in Camillo. Plinius autem Secundus de viris illustrib. c. 20. dicit, Licinium Stolonem primum è plebe Consulem factum de quo etiam dictum est supra libro 1. cap. 9.

² *Quam C. Licinius.*] Gellius 1. 17. c. 21. Imo tandem non licuit duos simul patrinos Consules creari, teste Livio 3. Dec. l. 7. & 4. dec. l. 9. Vide tamen supra l. 3. c. 3. post princ.

³ *Q. quoque Publius Philo.*] Livius 1. Decad. libro 3.

⁴ *Et C. Licinius Stolo.*] Idem Livius 1. Decad. lib. 7.

⁵ *Quinetiam dictaturam.*] Hoc probat in seq.

⁶ *Nam & Caius Martius Rutilius.*] |

Livius 1. decad. libro 7. & lib. 10. in ea Oratione P. Decii. Lucius autem Florus Epitome ipsius Livii lib. 13. scribit, Domitium Censem primum ex plebe lustrum fecisse.

⁷ *Deinde Q. Pompejus, & Q. Metellus.*] De his duobus ipse Florus d. Epitom. lib. 59.

⁸ *Quam legem Philo dictator.*] Livius 1. dec. lib. 8.

⁹ *Etiam Pontificatus & sacerdotia.*] Livius 1. decad. lib. 10. Primus autem omnium Pontifex Maximus ex plebe creatus est T. Coruncanus, teste Floro d. Epitom. lib. 18.

¹⁰ *Sed Latini nominis.*] Hic vide Liv. 1. decad. lib. 8. non multo post princ.

¹¹ *Tribunatum vero plebis.*] Hæc usque ad versiculum, *Et max,* sunt Livii 1. decad. lib. 3.

lum Æternium patricios & consulares, in collegium tribuni adsciverunt. ¹ Et mox Minutius magister equitum, qui de Spurio Melio sumpsit pœnas, & postea Appius Pulcher, ut Ptolemæo bellum indiceret, ² & deinde Publius Clodius, ut tribunus plebis fieret, à patribus ad plebem transi-
verc: donec post Syllæ tempora tribunatus plebis passim à patriciis & summis honoribus functis, appeti cœpit: qui provincias sortiri, & imperium gerere, atque cum fascibus & lictoribus etiam extra urbem incedere cœperunt. Tan-
tique postea honoris habitus est, ut populum Romanum
³ Oktavio Augusto, ⁴ & deinceps Cæsaribus, tribunatum plebis dedisse, pro magno fuerit munere existimatum. Il-
lud est tamen minime prætereundum, ⁵ quod quum à tri-
buno pleb. dies dici consuli prætorique possit, ⁶ ipse tamen jure sacrosanctæ potestatis ab omni potentia magistratus immunis erat. ⁷ Si tamen potestate tradita abuteretur, aut

*Hoc
tribu-
nitie
potestas
tis.*

*Tribu-
ni pleb.
potes-
tate
abu-
tenter.*

sijura

¹ Et mox Minutius.] Liv. 1. dec. I. 4.

² Et deinde P. Clodius.] Plutarchus in vita Catonis Uticensis.

³ Oktavio Augusto.] Discit ex Apiano Alexandrino lib. 5. belli Civilis, Augustum in perpetuum plebis tribunum fuisse à Romanis delectum, ut à primo magistratu ipsum averterent: hisque auspiciis initiiisque eum Tribunitiam potestatem suscepisse, quam tamen iinmemor ad fulciendam monarchiam deponere noluit, atque insuper in privignos suos Tiberium & Drusum transfudiisse. Suetonius quoque in ipsius Augusti vita cap. 27. Tribunitiam potestatem perpetuam recepit. Tacitus lib. 3. Tiberius fama moderationis parta, quod ingruentes accusatores repressi rat, mittit literas ad Senatum, quies potestatem Tribunitiam Druso petebat, id summi fastigii vocabulum Augustus reperit ne Regis aut Dictatoris nomen assumeret: ac tamen appellatione aliqua cetera imperia præmineret.

⁴ Et deinceps Cæsaribus.] Ut Vespasiano, ex Plinio in procœnlio historiæ naturalis non longe post principium.

Triumphalis & Censorius tu, sextumque Consul, ac Tribunitiae potestatis particeps. Et Trajano, ex altero Plinio in Panegyrico ipsius Trajanii, Simul filius simul Cæsar, mox Imperator & consors Tribunitiae potestatis, & omnia pariter & statim factus es. Et Adriano, & Antonino Pio, ex Julio Capitolino in vita ipsius Pii. Et Antonino Philosopho, ex eodem in vita illius. Spartanus autem in vita ipsius Imp. Adriani scribit illum à Trajano Tribunum plebis factum, in quo magistratu ad perpetuam Tribunitriam potestatem omen sibi factum asserit, quod penulas amiserat, quibus uti Tribuni plebis pluvia tempore solebant, Imperatores autem nunquam.

⁵ Quod cum à Tribuno pleb. dies dici Consuli prætorique.] De hoc jani dictum est libro 1. c. 3.

⁶ Ipse tamen jure sacrosanctæ potestatis.] Vide & tu supra eodem lib. 1. cap. 3.

⁷ Si tamen potestate tradita abuteretur.] Hæc usque ad vers. *Quod novem.* sunt Plutarchi in Tiberio Graccho.

si iura plebis minueret, vel ubi intercedendum minime fuisset, intercederet, seu si contra commoda plebis aliquid molitus esset, poterat ei dies dici, & à consule vel tribunis reus agi: cunctisque suffragantibus tribubus, de gradu dejici, & poenam coerceri. Tunc enim sacrosanctus esse desinebat, & prophanus erat. ¹ Quod novem tribuni plebis cum Sp. Cassio, ne magistratus more majorum subrogarentur, contra libertatem populi Romani conjurarant, Publius Mutius tribunus plebis eis non solum tribunatum abrogavit, sed & poenas debitas jure & lege inferri pervicit. ² Et Tiberius Gracchus in tribunatu Octavianum collegam contra commoda plebis intercedentem, tribuum majori parte suffragante, potestate privavit. ³ Verba vero legis quibus tribunus plebis sacrosanctus fit, ascripsi: Tribunum invitum, tanquam unum è multis, nemo cogito agere, neque urbe rato, neque alteri ut verberet imperato, neque occidito, neque occidi jubeto. Si quis autem prohibitorum horum quid fecerit, impius execrabilisque esto, bona-que ejus publicato ad sacra Cereris, & qui aliquem hæc agentium occiderit, cædis expiatus esto.

¹ Quod novem Tribuni.] Valerius Maximus lib. 6. cap. 3.

² Et Tiberius Gracchus.] Plutarchus in vita illius.

³ Verba autem legis.] Hæc usque ad finem capituli desumpta sunt ex Livo

i. dec. lib. 3.

C A P U T X X V .

Quas acies, quosve exercitus qui duces parva manu profligant, quæve flumina Xerxis exercitus epotarit.

Tres exercitus parva manu profligati.

Acies profligatas & exercitus parva manu cæsos ad inheritancem, ita ut vix pauci superfuerint, tres præcipuos ab auctoribus memoratos ferunt, licet ex omni antiquitate si quis reputare volet, innumeras inveniet. ¹ Quid enim Assyriorum rex Cyrus contra Scythas cum valido exercitu

T I R A Q U E L L U S .

¹ Cum enim Assyriorum Rex Cyrus fertur ab Herodoto lib. 1. non longe vissus.] Hæc prima historia latissime re-

ante fin. & Justino libro 1.

² Alius.

tu oocœpisset bellum facere , postquam eos ingenti clade affixit , cæso etiam unico regis filio , Tomyris regina Scy-
charum dissimulans egritudinem animi , inter angustissimos tramites Assyrios naœta , ita illos cæcidit , ut parva manu hostium ingentes copias fuderit , ducentaque in illia Persarum una acie trucidarit , tanta cæde , ut ne nuncius quidem Iuctuosæ cladis superfuerit . ¹ Alteram , quum inter Locrenses Epizephyrios & Crotoniatas sœvientibus odiis certaretur , tanto furore animorum , & quasi vecordia ad pugnam fuisse procursum ferunt , ut quindecim Locrorum milia adversus Crotoniatarum centum viginti millia sœve & atrociter pugnam iuire non dubitarint , Locrensesque tam parva manu tot millia Crotoniatarum felicitate mira uno prælio attriverint , ita prorsus , ut ex ea strage pauci vix fuga elapsi superfluisse dicantur , eaque ad Sagram Metaponti fluvium commissa pugna , ad posteros celebrem memoriam nominis dederit , vulgo jaæto proverbio , $\alpha\lambda\eta\vartheta\epsilon\tau\pi\varrho\tau\omega\gamma\tau\delta\eta\sigma\alpha\gamma\varphi\tau$. ² Tertiam , cum duce Milciade in campis Marathonis contra Artaphernem & Datym Darii præfectos , ab Atheniensibus uno prælio feliciter pugnatum & debellatum est , in qua decem Atheniensium millia , Persarum plus centum decem millia crudelem in modum afflixerunt , toto cæso exercitu . ³ Fuit autem Marathon Atticæ civitas , ab Athenis haud plus decem millibus passuum distans . ⁴ Iterum

Tomyris ad-
versus
Assy-
rios.

Locren-
ses ad-
versus

Croto-
niatas.

¹ Alteram cum inter Locrenses .] Strabo libro 6. & Justinus lib. 20. qui non consentiunt in numero occisorum , & nonnihil Cicero lib. 2. de Natura deor. *

COLE R U S.

* Plutarchus in Æmilio , Locrensum cum Reginis fuisse decem milia . Crotoniensium cxxx. millia Strabo scribit .

TIR A Q U E L L U S.

² Tertiam cum duce Milciade .] Herodotus libro 6. * Probus Æmylius in vita ipsius Milciadis , Plutarchus in Aritide , & in parallelis , cap. 1. & Ju-

stinus libro 2. & Paulus Orosius lib. 2. c. 9. ubi dicit ducenta millia Persarum cecidisse .

C O L E R U S.

* Ubi dicit è barbaris $\epsilon\zeta\alpha\chi\eta\tau\pi\tau\alpha\tau\pi\tau\alpha\tau$: ex Atheniensibus vero nonaginta duo cecidisse auctor est .

T I R A Q U E L L U S.

³ Fuit autem Marathon .] Strabo libro 9. Herodotus libro 6. non civitatem , sed locum esse dicit his verbis , Etenim erat locus Atticæ Marathon , proxime Eretriam , ad equitandum opportunitissimus . Et Pausanias lib. 1.

⁴ Iterum cum annis intercedentibus .]

Spar-tani ad-versus
Xer-xem.

rum quum annis intercedentibus, contra Xerxem arma Græciæ inferente, qui bellum diis hominibusque indexerat, memorabilis Spartanorum ad Thermopylas, & claustra illa tam natura quam munimento inexpugnabilia, pugna commissa fuit, tropæis & monumentis celebrata: quorum tam insolens victoria proditur, ut decem hominum millia, duce Leonida, contra innumerabiles Persarum copias claustra tenere, & sexcenti Spartani, quingenitorum millium castra invadere non dubitarint: ubi tanta strage ad satietatem sœvitum est, ut difficile dictu sit, Spartanorum Atheniensiumque, vel singulorum præcipuam virtutem, vel universorum laudes dinumerare: ad id vero cladi processum, ut quid funerum absumptum sit, illud argumento fuerit, quod cadavera passim strata prælio vel tempestate, corporaque morbo & vaftitate enecta, aliosque alia peste absumptos, mare & terra vix ceperit: qui que modo terrestres navalesque copias ultra decies centena peditum, equitum vero octoginta millia armatorum, in expeditionem duxerat, cuique sexcenta millia frumenti media diurna cibo, & tot flumina exhausta potui non suffecerint: is cum multa cæde & fuga à paucissimis cæsus & profligatus, inconsulti certaminis, & temerariæ expeditionis insignes pœnas dederit: ipseque tanti exercitus imperator magnificus tanta clade oppressus, inerini nave per stragem corporum armorumque vix effugerit. ¹ In qua quidem re non minori miraculo proditur, tantas copias ab uno Pythio Bithyno epulo exceptas magnifice, frumentoque, veste ac viatico adjutas. Fuit illa quoque memorabilis exempli clades celebrata sermonibus, cum ad Granicum annem, aut Arbelam, vel quum ad Armanicas Pylas in fauibus angu-

tibus.] Herodotus 1.7. Diodorus Siculus lib. 11. & Plutarchus in Themistocle.

¹ In qua quidem re non minori miraculo.] Justinus libro 12. Q. Curtius libro 3. & Herodotus libro 7. Et vide Paulum Orosium lib. 4. cap. 1. Adde

autem superioribus Agathoclem cum duobus tantum millibus suorum 30. millia Pœnorum Hannone duce interfecisse, duobus tantum ex suis desideratis.

angustis ab Alexandro signis collatis cum Dario pugnatum ^{Pugnatum} est, in qua prope ad internacionem dimicatum fuit: ubi ^{Alex-}
 ultra centum millia Persarum peditum feruntur cæsa, equi-^{adver-}
 tum vero decem millia: ex Macedonibus vero non ultra ^{sus Dat-}
 trigintaduo pedites, equites autem centum quinquaginta ^{apud} ^{rum} ^{Gran-}
 occidisse. Ad Granicum vero barbarorum viginti in millia, ^{Gran-}
 equitum vero duo millia fœdum in modum occubuere,
 quum ex Alexandri exercitu triginta quatuor fuisse deside-
 ratos, quidam monumentis testati sint. Romani autem li- ^{Roma-}
 cet incredibili felicitate sæpe hostium copias ad extreum in ^{uorum}
 exitium profligarint, tamen præcipuis cladibus, & infanda ^{parva} ^{manu}
 strage maxime hostem affecere, ^{et} vel quum M. Livius & ^{victo-}
 Cladius Nero Hasdrubalem suppetias Hannibali feren-
 tem, ad Metaurum ingenti strage debellarunt, ubi par
 Cannensi cladi exitium redditum fuisse memorant. ² Vel
 quum Fabius Æmilianus vix triginta millibus militum ad
 Rhodanum plus ducenta Gallorum in millia ingenti strage
 delevit. ³ Vel quum contra Antiochum haud minus felici-
 ter pugnatum est, plus quinquaginta millibus hostium cæ-
 sis, vigintiquatuor equitibus, & trecentis peditibus Roin.
 desideratis. ⁴ Aut quum C. Marius Ciimbros & Theutonos

ad

¹ *Vel cum M. Livius.]* Livius
 3. Dec. 1. ^{9.} & Plutarchus in Hannibale.

² *Vel cum Fabius Æmilianus.]* Stra-
 bo lib. 4.

³ *Vel cum contra Antiochum.]* Liv.
 4. Decad libro 6. Valerii Antiatis au-
 toritate scribit ex 10. milenis militum
 Regii exercitus 40. millia cecidisse, su-
 pra 5. millia capta, Romanorum autem
 150. imperfectos fuisse. Sed &
 idein ejusdem decad. libro 7. aliam ad-
 versus ipsum Antiochum pugnam, qua
 ea est, cuius Alexander hic meminit,
 in qua (inquit Livius) ad quinquaginta
 millia peditum Regis, & equitum
 quatuor millia fuisse cæsa dicuntur:
 Romanorum autem non plus 300. pe-
 dites, quatuor & viginti equites, de
 Eumenis exercitu, qui cum his pug-
 nabat, quinque & viginti.

⁴ *Aut cum C. Marius.]* Plutarchus
 in vita illius, & L. Florus Epitome Li-
 vii libro 68. ubi scribit cæsa fuisse 200.
 millia, capta nonaginta. Paulus Oros-
 ius in imperfectis cum illo convenit,
 sed captos fuisse 80. millia. Et paulo
 post scribit alio prælio ipsum Marius
 eosdem vicisse, in quo 140. millia cæsa
 sunt, 40. millia capta. Atque ita duo-
 bus illis præliis 350. millia eorum oc-
 cisa, & 140. millia capta, absque in-
 numera mulierum multitudine, quæ
 se fuosque patvulos fœminino furore,
 vi autem virili necaverunt. Vide Lu-
 cius Florus Epit. 3. in bello Cym-
 brico. Et de hac quoque re loquens Se-
 neca libro de Ira 1. *Quid Cymbrorum*
Theutonicorum tot millia superfusa Al-
pibus ira sustulit, ut tantæ cladi notitiam
ad suos non nuncius, sed fama pertulerit?

ad aquas Sextias parva manu cæcidit. ¹ Vel quum Sylla contra Mithridatem ad Orchomenum & Cheroniam ducens, illius copias fudit, & in intinas solitudines egit. ² Aut quum contra Archelaum non longe à Piræo commisso prælio, ita eum deformavit, ut ex viginti hostium millibus vix decem superfuerint, ex Syllæ vero exercitu vix quatuordecim desiderati sint. ³ Aut quum Pompejus eundem Mithridatem strage atrocissima perculit, quadraginta milibus hostium cæsis, non pluribus viginti ex suis imperfectis. ⁴ Vel quum Lucullus contra Tigranem bellum magnis conatibus aggressus, multiplici eum clade affecit, in quo Romanorum vix pars vigesima copiis hostium accedere visa est: cuius pugnæ tanta Romanorum felicitas fuisse traditur, ut ultra centum millia hostium promiscua cæde occisa, Romanorum vero non ultra centum vulnerati, occisi autem quinque dicantur. Tam parvo impendio tam insolens victoria stetit. ⁵ Ælii quoque Galli in expeditione Arabica memorabilis victoria inter illustria adnumeratur, ut post excidia & vastationes agrorum pluribus oppidis expugnatis, plus triginta hominum millibus foede cæsis, & profligatis, non amplius septem ex suis imperfectis, illustri victoria potitus fuerit. ⁶ Mitto Caji Cæsaris felicitatem, cuius longe lateque diffusa virtus fuit, quoties belli casibus agitatus contra Aquitanos, Helvetios, Arvernos, reliquosque Gallos & Germanos, aliasque exteris & incultis mori-

¹ *Vel cum Sylla contra Mithridatem.*] Hoc cum sequenti conjungi debet. Archelaus enim ex ducibus Mithridatis unus erat: ut videre est ex Plutarcho in Sylla.

² *Aut contra Archelaum.*] Appianus Alexandrinus in bello Mithridatico, Paulus Orosius historiarum lib. 6. cap. 2. Alter Plutarchus in vita Syllæ.

³ *Aut cum Pompejus.*] Appianus ibid. & Paulus Orosius d. lib. 6. cap. 4. ubi scribit ex exercitu Regis 40. milia fuisse cæsa aut capta, ex Romanis via 4c. imperfectis.

⁴ *Vel cum Lucullus.*] Plutarchus in vita illius, & vide Paulum Orosium d. lib. 6. cap. 3.

⁵ *Ælii quoque Galli in expeditione Arabum.*] Vide Strabone in lib. 7. ubi de hac Galli expeditione, & lib. 16. non longe à fine, ubi multo plura, & nonnulli lib. 17. & Plinius libro 6. cap. 28.

⁶ *Mitto Caji Cæsaris felicitatem.*] Ipse Cæsar in Commentariis de bello Gallico, Suetonius & Plutarchus in vita illius, Paulus Orosius libro 6. capite 9.

moribus gentes, parva manu innumeras hostium copias fudit. Quoties adversus maximos conatus inops ipse & imparatus præsentissimo animo restitit: quoties admotas hostiliter legiones fudit, quot prælia confecit, quam firmissima hostium præsidia sæpe convulsit, & labefactavit, quas urbes & gentes vi & obsidione domuit, aut deditas in deditionem fidemque recepit, ita ut an virtute animi & inhen-tis magnitudine, an felicitate & fortuna plus valuerit, difficile sit dijudicare. Sed post tot successus & felicitates una Romanorum clades inter exempla memoratur insignis, ¹ quum Lucius Bebius in Hispaniam ducens, agmine inexplorato per abditos saltus & invias regiones in insidias præcipitatus, circunventus à Liguribus & oppressus est, oportueritque Masilienses tam luctuosam cladem per nuncios Romanis significare. ² Altera post Cannensem cladem cum duce Cajo Manlio & Quinto Cepione, à Cimbris & Theutonis, legionibus fusis, plus octoginta Roinanorum & sociorum millia ad Rhodanum fœde cæsa & debellata fuere: ubi tantum cladis acceptum, ut vix decem superfluisse dicantur: qua clade populus Romanus in tanto pavore & luctu fuit, ut velut ultima publicorum malorum passus, justitio indictio, sicut in magna consternatione assolet, prætextas & laticlavos dimiserit, & saga sumpscerit. Sed super omnem indignitatem fœdi exempli & memoriæ est, ³ quod de Valeriano Cæsare recentiore memoria proditum est, qui, quum optimus fuerit, infelix apparuit tamen, postquam vis illa vigorque & virtus bellica, atque antiquum belli decus exolevit, qui in expeditione in Persas quum fœdissimo eventu pugnasset, à Sapore Persarum rege, occiso exercitu, captus, usq[ue] co deformatus fuit, tantisque contumec-

¹ Cum Lucius Bebius.] Livius 4. decad. libro 7. paulo ante finem, ubi non declarat quanta illa clades fuit.

² Altera post Cannensem cladem.] Florus Epitome Livii l. 67. & Paulus

Orosius auctoritate Antiatis l. 5. c. 15. ³ Quod de Valeriano Cæsare.] Aurelius Victor in vita ipsius Valeriani; Eutropius de Gestis Romanorum l. 8. Paulus Orosius libro Historiarum 7. cap. 15.

tumelis obnoxius, ut post afflictas fortunas, nulla verecundia pristinæ majestatis, contra decus imperii, regi Persarum equum ascensuro, humili prostratus dorso gradum faceret. adeo Romani indignissimam fortunam, & gravissimos casus, ac sortis humanæ varietatem, velut magna documenta mortalitatis, nonnunquam experti fuere.¹ In qua quidem re proditur verbum Galeni filii recordis & deliri, qui qua die de captivitate patris rescivit, parum curans, verbum Catonis usurpavit: *Sciebam, inquit, me genuisse mortalem.*² Quæ autem flumina à tot millibus Persarum epota, Xerxi non suffecerint, hæc præcipue traduntur. Scamander & Onochonus in Thessalia: Simois in Phrygia, qui ex Ida sub Ilio decurrens quandoque torrentior, ad Sigæum mare ingreditur: Chydorus in Bœotia, Lysus in Samothracia, qui per Thasios fluit: Mænala juxta Hellesthronum in Ly simachia. Addit Herodotus lacum in sinu eodem triginta stadiorum, quem sola jumenta Persarum, quum aqua subsalsum saporem habeat, & potui insalubris homini sit, paucis diebus exsiccavere.

¹ In qua quidem re proditur Galeni filii.] Trebellius Pollio in vita illius: sed ex quo disces, non Galeni legendum esse, sed Gallieni.

² Quæ autem flumina.] Hæc usque ad finem sunt Herodoti lib. 7. in diversis locis, præterquam quod de Simoide hic dicitur. Verum ille ipse eo-

dem libro, dicit Epidamnum eorum qui Achaiam perlabuntur, maximum, nisi ægre admmodum suppeditavisse. Nec solus Herodotus scripsit flumina ab exercitu exhausta, nam & id quoque dicit Diodorus Siculus, qui tamen illa non nominat libro 11.

C A P U T XXVI.

Quid variae gentes de diis senserint, & quam impia & detestanda sacra apud exteris gentes fuerint.

QUAM IMPIA & falsa inter gentes olim de diis opinio fuerit, quamque multiformes deorum vanitates, & quam infandis sacris prisci deos coluerint, dictu referre difficile est: si quidem primi mortales nulla doctrinæ scho-

T I R A Q U E L L U S.

¹ Siquidem primi mortales.] Plin. lib. 2. c. 7.

schola, nec ratione aut lege, sed suo quisque ingenio, & prout impetus animi tulit, deos geniosque adoptando, numina coluerunt. Primos enim qui antiquissimi fuerunt, ¹ hastas colere cœpisse, aut ligna delibrata corticibus pro ^{Hastis.} diis veneratos accepimus: inde à Romanis religio fluxit, ^{Ligna deli-} ut singulis deorum simulachris hastas darent: ² tamen si an- brata. tiquissimos Romanorum, centum septuaginta annos sine deorum imaginibus vixisse nonnulli testati sint. ³ Indi ^{Indo-} quicquid colere cœperunt, præcipue maximas arbores ^{rum arbo-} deos putaverunt, illasque pro numinibus venerati sunt, quas res ferro violasse capitale fuit: ⁴ ex quibus nonnulli draconem ^{Draco.} quinque jugerum, velut Liberi patris simulacrum, coluerunt: ⁵ Persæ & ⁶ Massagetæ Cælum, Jovem: ⁷ Solem ^{Cælum.} vero deum maximum dixerunt: ⁸ equosque illi sacraverunt, ne quem preter Solem deum colerent. Quicquid vero quernis arboribus nascebatur,

¹ *Hastis colere.*] Justinus lib. 43. Nam & hastas pro Marte coluisse Romanos, auctoritate Varronis tradit Arnobius contra Gentes, lib. 5. *

C O L E R U S.

* Apud Aeschylum quoque Parthenopœus per hastam jurat, & eam colit pro deo, notaque est hasta Cœne etiam proverb. celebrata. Et Arnob. I. 6. non. 5.

T I R A Q U E L L U S.

² *Tameſi antiquissimos Romanorum.*] Dionysius Halicarnassæus lib. 1. Plutarchus in Numa, Clemens Alexandrinus lib. Stromat. Eusebius Cesariensis Euangelicæ præparationis libro 6. c. 21. Sic Persæ nec statuas, nec aras erigebant, sed in loco excelso sacrificabant, ut auctor est Strabo l. 15. non adeo longe à fine.

³ *Indi.*] Quintus Curtius lib. 8. Deos, inquit, putant, quidquid colere cœperunt, arbores maxime quæ violare capitale est, ubi hic noster Alexander videtur legere, arbores maximas, non autem maxime.

⁴ Ex quibus nonnulli Draconem.]

Maximus Tyrius Serm. 38.

⁵ *Persæ.*] Strabo lib. 15. non multo ante fin. ubi dicit Cœlum Jovem esse eos putare. Asconius Pædianus in 3. in Verrem act.

⁶ *Massagetæ.*] Herodot. I. 1. in fine.

⁷ *Solem vero.*] Strabo ubi nuper citavimus in verbo, *Persæ.* *

C O L E R U S.

* Quem illi vocarunt Mitram. de quo alibi copiose dixi. Vide & Tertullian. Apologet. cap. 16. ubi dicit Persas solitos fuisse Solem in linteo depictingum adorare, cundemque in clypeo depictingum gestasse: cosdemque fluvios coluisse Arnobius testatur lib. Advers. Gent. Ridetis temporibus priscis Persas fluvios coluisse, memoralia ut indicant scripta; Informem Arabas lapidem, acinacem Scythæ nationes, ramum Progenes Thessipos, lignum Caros pro Diana indolatum: Peſsinuntios ſilicem pro deum matre, pro Marte Romanos hastam, &c.

T I R A Q U E L L U S.

⁸ *Equisque.*] Herodotus d. I. 1. in fin. Ex diis unum Solem venerantur, cui equos immolant. Et Justin. lib. 1.

Sol. batur è cælo missum putabant: ¹ iudicem Soli, Lunæ, Tel-
Luna. luri & Igni, Aquæ ac Ventis sacrum facere instituerunt,
Aqua.
Tellus. quos omnes deos, Ignem vero præcipuum duxerunt: ² quæ
Ignis. etiam magorum opinio fuit, ³ cui Thales adstipulatur,
Venti. qui Ignem tam religiosè coluerunt, ut cremare corpora du-
 cerent nefas, ne contagio cadaveris, deorum maximum
Mars. violarent. Multos comperi persuasum habere, Martem
 pervigilem deum esse, & præsentissimum numen: ⁴ quare
Ensis. Neuri qui juxta Borysthenem sunt, enses pro Martis si-
Viscus. mulacro adorabant. ⁵ Sunt qui arbitrentur, visco, quod
 in querna arbore nascebatur, nullum præsentius numen
Collis. æstimari. Hi fuerunt Druidæ, quorum vana superstitione
mari-
nus. inter mortales præcipua fuisse traditur. ⁶ Alii mari porre-
 stum collem velut præsentem deum coluerunt, quod eo
Mons. occlusa vallis, æstu Oceani non inundaret. ⁷ Cappadoci-
Mean-
der. bus quoque Mons deus habetur. ⁸ Et Phryges Mæandro
 & Mar-

¹ Idem.] Scilicet Persæ, ex Herodo-
 to libro 1. & Strabone lib. 15. Nec
 ii soli ignem & aquam colunt, sed &
 Ægyptii, ut tradit Porphyrius in lib.
 de Abstinentia carnium, & Eusebius
 Præparationis Euangelicæ lib. 3. c. 2.
 Quod & de aqua scribit Lucianus in
 Iove Tragedo. Herodotus aurem 1. 7.
 scribit ex Magorum sententia Lunam
 esse Persarum præsidem. Et ad id quod
 de Ventis hic dicitur, vide supra 1. 3.
 c. 22. Et vide etiam omnino quæ scri-
 psi in Commentariis Nobilitatis c. 31.
 num. 575. incip. *vt non tam.* & num.
 591. incip. *Ex quibus.* ubi videbis &
 hos & alios multos ignem & aquam
 pro numinibus colere.

² Quæ etiam Magorum opinio.] He-
 rodot. lib. 3. Diogenes Laërtius in
 Proœmio.

³ Cui Thales adstipulatur.] Vereor
 ne hic Alexander falsus sit: neque e-
 nem aliiquid tale de eo reperitur: sed
 id, quod aquam principium rerum
 omnium esse dicebat, ut scribit Tul-
 lius lib. 1. de Natura Deorum, & alii

multi, quos tibi citavimus in illis
 Commentariis Nobilitatis cap. 31.
 num. 586. incip. *Fuerunt,* ut forte pro
 aqua ignem hic posuerit memoria
 lapsus.

⁴ Quare Neuri.] Herodotus lib. 4.
 Pomponius Mela lib. 2. c. 1. ad fin. So-
 linus c. 29. *

COLE R U S.

^{*} Sic Acinaces suos Scythæ, ut jam
 modo dixi ex Arnobio.

TIRACQUELLUS.

⁵ Sunt qui arbitrantur visco.] Hæc
 usque ad versiculum, *Alii.* sunt ex Plini-
 o desumpta lib. 16. c. 44. eodem
 que ultimo.

⁶ Alii.] Scilicet Lybes apud Ma-
 ximum Tyrium Sermon. 38.

⁷ Cappadocibus.] Maximus eodem
 Sermone.

⁸ Et Phryges.] Et Massagetae Mæo-
 tidi paludi, & Tanai, ex eodem Maxi-
 mo eodem loco. Adde quod & Magi
 Strymoni equos candidos sacrificave-
 runt, ex Herodoto lib. 7.

& Marfyæ sacrificant. ¹ Scythæ illi inhospitales qui in Mar-
intimas solitudines acti sunt, super sarmamentorum fascibus syæ.
vetustissimo collato acinaci, velut Martis simulacro, an- Aci-
nus hostiis litabant. Pœni Soli & Lunæ universi sacrifi- Sol.
cant. ² Syri occæcatis animis pisces ³ & columbam deos sibi Luna.
consecrarunt. ⁴ Troglodytæ testudines, ⁵ Heliopolitani Pisces.
Bovem, ⁶ Memphitæ vero Vaccam, ⁷ Leontopolitani Leo- Columna-
nem, ⁸ Capram & Hircum Mendesii, ⁹ Thebani Aquilam, ba.
¹⁰ Lycopolitani Lupum, ¹¹ Babylonii vero Cepum, ab his Vacca.
velut propitio numine petita accipere arbitrantes. ¹² Cy- Leo.
renaici Acorem, magnum deum muscarum æstimarunt. Capra.
¹³ Arabes ad Memnonium, Cercopithecum cælo dica- Hir-
runt, illius opem in rebus afflictis implorantes. ¹⁴ Mitto cus.
Agypti la. Lupus.
Cepns.
Acor.
Cercop.
Hir.
Aqui.
la.

Agypti- Lupus.
Cepns.

¹ Scythe.] Herodotus lib. 4. Lucianus in Iove Tragoedo, Arnobius contra Gentes, lib. 5. *

C O L E R U S.

* Quod jam supra dixi. Sed illud est lib. 6.

T I R A Q U E L L U S.

² Syri occæcatis animis Pisces.] Xenophon Expeditionis minoris libro 1. alias 3. Cicero de Natura deorum, lib. 3. Diod. Sicul. lib. 3. cap. 2. & Hyginus.

³ Et columbam.] Xenophon ubi supra, Diodorus Siculus lib. 3. c. 5. non nulto ante fin. Lucianus in Iove Tragoedo.

⁴ Troglodytæ.] Plinius lib. 9. c. 10.

⁵ Heliopolitani bovem.] Strabo l. 17. in duobus locis, Diodorus Siculus l. 2. cap. 4. ubi hunc bovem Mnevim vocat.

⁶ Memphitæ vaccam.] Imo Memphitæ, ex eodem Strabone d. libro 17.

⁷ Leontopolitani leonem.] Idem Strabo ibi, & Diodorus Siculus libro 2. cap. 4.

